" Οὗτος ὁ φαυλισμὸς αὐτῶν ἐν γῇ Αἰγύπτου ἐπὶ φάρυγγι αὐτῶν· ὡς γῆ ἄβατος, ὡς v. 1.
σάλπιγξ, ὡς ἀετὸς ἐπ᾽ οἶκον κυρίου. „ Ταῦτα δὴ πείσονται μιμησάμενοι τῶν πατέρων
αὐτῶν τὴν γνώμην, οἳ καὶ τὴν Αἴγυπτον ἐξεφαύλιζον τὰς εἰς αὐτοὺς γεγενημένας παρὰ τοῦ
θεοῦ δωρεάς· ἀβάτῳ γὰρ ἔσονται παραπλήσιοι, τῇ ἐρημίᾳ παραδοθέντες παντελεῖ, εἰς ἣν
καταστήσονται, τῆς πολεμικῆς σάλπιγγος ἐπ᾽ αὐτοὺς ἠχούσης μέγα, καὶ τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον
μέλλουσαν γνωριζούσης, ἣ μετὰ πολλῆς αὐτοῖς ἐπελεύσονται τῆς ὀξύτητος, δίκην ἀετοῦ ἀθρόον
ἐφισταμένου τοῖς θηρωμένοις· οὕτω γὰρ δὴ καὶ οἱ πολέμιοι ἐπελεύσονται, τούτους τε ἀφανίζον-
τες, καὶ τὸν οἶκον πυρπολοῦντες τὸν θεῖον· τοῦτο δὲ προστέθεικεν εἰς ἀπόδειξιν τοῦ μεγέθους
τῆς ὀργῆς, ὅτι μὴ δὲ τοῦ οἴκου φείδεται τοῦ οἰκείου, ἐκδιδοὺς αὐτὸν εἰς ἀφανισμὸν μετὰ τῶν λοιπῶν

libet et impietate scatens cum offensa mea patraverunt. " Conversi sunt in nihilum. „ Conversos illos, ob iram meam poenamque a me impositam, nihil esse ostendi. " Facti sunt quasi arcus minime intentus. „ Ita ut nihil differant ab arcu intentum nervum non habente; qui sane inutiles bellatori est, quamdiu hac conditione est. Sic erunt inertes adversus hostes atque imbecilli. Hoc itaque significant verba: eruditi sunt a me; nempe eos non confitentes bonorum a me acceptam possessionem, immo in peius conversos, debitum officium docui, perspicuam iniquitatis suae faciens illis demonstrationem. " Cadent principes eorum gladio propter imperitiam linguae suae. „ Hi ergo infirmabuntur: hostes autem tam validis erunt viribus, ut etiam illorum principes cum reliquis sint interfecturi; propterea quod inscite adversus me verba effutiebant.

CAP. VIII.

" Haec est subsannatio eorum in terra Aegypti in gutture eorum, ut terra invia, ut tuba, ut aquila super domum Domini. „ Haec sane patientur, dum parentum suorum imitantur sententiam, qui in Aegypto teruntii aestimabant accepta a Deo beneficia: nam locis inviis similes erunt, desertioni omnimodae traditi, in qua constituentur dum tuba bellica clamose super eos clangit, et imminentem hostium incursum nunciat, qui quidem quam citissime aderunt, more aquilae praedae suae subito involantis. Sic utique et hostes advenient, qui populum destruent, et Dei domum inflammabunt. Hoc autem addidit, ob irae ostendendam magnitudinem, quod nempe ne propriae quidem domui parcet, sed excidio eam praeter reliqua hostibus

τοῖς πολεμίοις· εἶτα καὶ ἀνθ' ὅτου ταῦτα γενήσεται δηλοῖ. " Ἀνθ' ὧν παρέβησαν τὴν δια-
θήκην μου, καὶ κατὰ τοῦ νόμου ἠσέβησαν. „ Ἐπεὶ καὶ ἄτοπον ἡγούμην τούτων παραβάντων τὴν
διαθήκην τὴν ἐμὴν, καὶ παντελῶς εἰς τὸν νόμον ἠσεβηκότων τὸν ἐμὸν, τοῦ οἴκου φείδεσθαι ὃν
v. 2. ἐρρύπουν τε καὶ ἐμόλυνον τῇ ἐπιβάσει τῇ οἰκείᾳ. " Πρὸς ἐμὲ κεκράξονται· ὁ θεὸς, ἐγνώ-
p. 66. καμέν σε. „ Τότε ὑπὸ τῶν πραγμάτων καὶ τῆς ἐπαγομένης αὐτοῖς τιμωρίας, ἄκοντες τὴν
v. 3. δύναμιν ὁμολογήσουσι τὴν ἐμήν. " Ὅτι Ἰσραὴλ ἀπεστρέψατο ἀγαθὰ, ἐχθρὸν κατεδίωξαν. „
Πείσονται μὲν τοι τοιαῦτα δικαίως οἱ περὶ τὴν δόσιν τῶν ἀγαθῶν τῶν παρ' ἐμοῦ γεγονότες
ἀγνώμονες· καί τοι γε ὁπότε παρεῖχον αὐτοῖς τὴν ἐμὴν βοήθειαν, μετὰ πολλῆς τῆς εὐμαρείας
κρατοῦντες τῶν ἐχθρῶν τῶν οἰκείων.

v. 4. " Ἑαυτοῖς ἐβασίλευσαν, καὶ οὐ δι' ἐμοῦ ἦρξαν, καὶ οὐκ ἐγνώρισάν μοι. „ Οὕτω δέ
με παντελῶς παρελογίσαντο, ὡς καὶ τὸν παρ' ἐμοῦ δοθέντα βασιλέα παραγραψάμενοι,
αὐτοὶ βασιλείαν κατεστήσαντο ἰδίαν, οὐδένα τὸν περὶ ἐμὲ ποιησάμενοι λόγον· τοῦτο γὰρ
λέγει τὸ οὐκ ἐγνωρίσαντο. " Τὸ ἀργύριον αὐτῶν καὶ τὸ χρυσίον αὐτῶν ἐποίησαν ἑαυτοῖς
εἴδωλα, ὅπως ἐξολοθρευθῶσιν. „ Καὶ τὴν μὲν παρ' ἐμοῦ βασιλείαν, τήν τε περὶ τὸν
νόμον παρεγράψαντο θεραπείαν, βασιλείαν δὲ ἰδίαν καταστησάμενοι· λέγει δὲ τὴν ἐπὶ τῶν
δέκα φυλῶν γεγονυῖαν, ἀρξαμένην ἀπὸ τοῦ Ἱεροβοάμ, ὃς καὶ τὰς δαμάλεις πρῶτος
αὐτοῖς κατεσκεύασεν· ἀκόλουθα τῇ περὶ τὴν ἐκλογὴν τῆς βασιλείας ἀτοπίᾳ διαπραττό-
p. 68. μενοι, εἴδωλα πολλά τε καὶ ποικίλα τὰ μὲν ἐκ χρυσοῦ κατεσκεύασαν, τὰ δὲ ἐξ ἀργύρου·
ἀφ' ὧν οὐδὲν ἕτερον ἢ τὸν ἀφανισμὸν κερδανοῦσι τὸν οἰκεῖον· καὶ ἐπειδὴ τὴν τῆς βασιλείας
αὐτοῖς ὠνείδισε καινουργίαν, ὅθεν δὴ κατὰ τῶν δαμάλεων ἐτολμήθη πρῶτον, ἀκολούθως
v. 5. ἐπάγει. " Ἀπόρριψον τὸν μόσχον σου Σαμάρεια· παρωξύνθη ὁ θυμός μου ἐπ' αὐτούς. „
Ἀπόστηθι δὴ τῆς περὶ τὰς δαμάλεις ἀσεβείας· οὐδὲ γὰρ ὡς ἔτυχεν ὤργισμαι ἐπὶ τῇ τῶν γεγο-
v. 6. νότων παρανομίᾳ. " Ἕως τίνος οὐ μὴ δύνωνται καθαρισθῆναι ἐν τῷ Ἰσραήλ; καὶ αὐτὸ

tradet. Deinde cur haec eventura sint declarans: " quia transgressi sunt, inquit, foedus meum, et contra legem meam sceleste egerunt. „ Etenim absurdum existimavi, postquam hi pactum meum violaverant, et omni impietate adversus legem meam praevaricati fuerant, templo parcere, quod isti gressu suo inquinaverant atque polluerant. " Ad me clamabunt: Deus, cognovimus te. „ Tunc rebus ipsis, et imposita a me his poena convicti, potentiam meam fatebuntur inviti. " Quia Israhel aversatus est bona, inimicum persecuti sunt. „ Merito haec patientur, qui conlatis a me beneficiis ingrati fuerunt. Atqui eo tempore, quo ego illis opem tuli, facile admodum hostes suos superarunt.

" Sibimet ipsis regnaverunt, non per me imperaverunt, et mihi minime notificaverunt. „ Tantopere insanierunt, ut datum a me regem exauctorantes, ipsi proprium sibi regem constituerint, nihil iam de iure meo solliciti: id enim denotat dictio: nequaquam notificaverunt. " Argentum suum, et aurum suum fecerunt sibi idola, ut dispereant. „ Et institutum a me regnum, et legitimam religionem aboleverunt, ut regnum sibi proprium constituerent. Dicit vero illud decem tribuum, cuius initium Hieroboamus, qui et iuvencas primus ipsis fabricavit: haeque consentanea regni novi absurditati idola multa ac varia ex auro argentoque sibi efformarunt; a quibus aliud nihil quam exterminium suum consequentur. Et quoniam illis regni novi institutionem exprobravit, unde iuvencarum facinus ortum erat, consequenter addit: " Abiice vitulum Samaria; concitatus est furor meus adversus eos. „ Recede a iuvencarum impio cultu; neque enim mediocriter patrato sceleri

τέκτων ἐποίησε, καὶ οὐ Θεός ἐστιν. ,, Ἀλλ' οὐδὲ ὁ μακρὸς χρόνος ἐξεπαίδευσέ σε τὸ δέον; οὐδὲ ἀπένιψε τὸν τοσαύτης ἀσεβείας τὸν ῥύπον; κεχήνας δὲ περὶ εἴδωλα ἐξ ἀνθρωπίνων γινόμενα χειρῶν, ἃ πότε ἂν εἰκότως νομισθεῖεν θεοὶ, τοιαύτην ἔχοντα τῆς ὑπάρξεως τὴν αἰτίαν; " Διότι πλανῶν ἦν ὁ μόσχος σου Σαμάρεια. ,, Καὶ οὐ δεδύνησαι συνιδεῖν ὅτι ἡ τῶν δαμάλεων κατασκευὴ πλάνης σοι τῆς ἀπὸ Θεοῦ γέγονεν αἰτία, ὥστε καὶ διὰ τοῦτο χρῆναι μισεῖν αὐτὰ δικαίως;

" Ὅτι ἀνεμόφθορα ἐστὶ, καὶ ἡ καταστροφὴ αὐτῶν ἐκδέξεται αὐτά· δράγμα οὐκ ἔχον v. 7.
ἰσχὺν τοῦ ποιῆσαι ἄλευρον· ἐὰν δὲ καὶ ποιήσῃ, ἀλλότριοι καταφάγονται αὐτό. ,, Διαλλάττει γὰρ
οὐδὲν τῶν γενημάτων ἐκείνων, ἃ ὑπὸ καύσωνος ἀνέμου ξηρανθέντα τε καὶ διαφθαρέντα, p. 60.
ἄχρηστα παντελῶς ἐστι πρὸς διατροφὴν ἀνθρώποις· φθορὰ μὲν γὰρ αὐτὰ διαδέχεται καὶ
ἀπώλεια· ἔστι δὲ ἀνωφελὲς ἀνθρώποις, ἄλευρον εἰς διατροφὴν ἐπιτήδειον οὐ δυνάμενον ποιεῖν·
εἰ δ' ἄρα τι καὶ γένοιτο, ὡς φαῦλον εἰς βρῶσιν προστίθεται ἀλόγων· τὸν αὐτὸν γὰρ δὴ τρόπον
καὶ ἡ περὶ τὰ εἴδωλα θεραπεία ἐπιβλαβὴς μέν ἐστι καὶ ὄνησιν παρέχουσα οὐδὲ μίαν· ὥστε εἴ
τι καὶ περίεστιν ὑμῖν ἑτέρωθεν, τῶν πολεμίων ἔσται καὶ τοῦτο κέρδος διὰ τὴν ἐνοῦσαν ὑμῖν
ἀσέβειαν. " Κατεπόθη Ἰσραήλ· νῦν ἐγένετο ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὡς σκεῦος ἄχρηστον· ὅτι αὐτοὶ v. 8.
ἀνέβησαν εἰς Ἀσσυρίους. ,, Παντελῆ γὰρ ἀφανισμὸν ὑπὲρ τούτων ὑπομενεῖτε, ληφθέντες ὑπὸ v. 9.
Ἀσσυρίων· ὥσπερ τι σκεῦος παντελῶς ἄχρηστον ἐν τοῖς ἀλλοφύλοις ἔσεσθε, οὐδενὸς ἀξιούμενοι
λόγου. " Ἀνέθαλε καθ' ἑαυτὸν ἐμοί. ,, Ἐπέδωκαν εἰς πλῆθος διὰ τῆς ἐμῆς κηδεμονίας,
καὶ οὐδένα ποιεῖσθαι μου λόγον ἐθέλοντες, τοσούτων ἀγαθῶν ὄντος αὐτοῖς αἰτίου, αὐθαδείᾳ
πάντα διεπράττοντο κατὰ τὸ δοκοῦν ἑαυτοῖς· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ καθ' ἑαυτόν. " Ἐφραὶμ δῶρα
ἠγάπησεν. ,, Καὶ οὐδὲ τοῖς παροῦσιν ἀρκούμενοι πρὸς πλεονεξίαν ἑώρων. " Διὰ τοῦτο παρα- v. 10.

irascor. " Quousque tandem emundari non poterunt in Israhele? Idolum hoc artifex fecit, et non est Deus. ,, Siccine, ne temporis quidem diuturnitas te docuit officium tuum? neque tantae impietatis maculam eluisti? sed idola manuum humanarum opus admiraris, quae sane quandonam dii credi poterunt, quum talem habeant existentiae suae causam? " Propterea fallax est vitulus tuus, o Samaria. ,, Nondum itaque potuisti cognoscere, iuvencarum fabricam tibi causam aberrandi a Deo extitisse, quam ob rem iusto eas odio prosequi debeas?

" Quia corrupit (semina) ventus, excipiet ea subversio. Culmus farinae efficiendae vim non habens: quam si forte fecerit, vorabunt eam alieni. ,, Haud differt (idololatria) a germinibus illis, quae aestuoso vento exsiccata et corrupta, nutriendis hominibus prorsus sunt inepta: etenim corruptio et exitium manet haec: sunt quippe inutilia, quia farinam alendo aptam ex se promere nequeunt; nam si forte hinc aliquid efficiatur, id iumentis pabuli causa proiicitur. Pari namque ratione, idolorum servitus noxia est, et nullam certe utilitatem suppeditat. Quod si quid aliunde vobis supersit, id quoque lucro hostibus cedet, propter haerentem vobis impietatem. " Devoratus est Israhel; nunc factus est in nationibus quasi vas inutile; quia ipsi ascenderunt ad Assyrios. ,, Supremum quippe exterminium hanc ob causam patiemini, mancipia Assyriis facti: vasis instar ad omnia inutilis inter alienigenas versabimini, et flocci fiemini. " Germinavit apud se ipsum mihi. ,, Cum in multitudinem providentia mea excrevissent, neque idcirco me pensi habere vellent, qui tantorum ipsis bonorum causa extiti, cuncta audacter agebant libito suo: id enim denotat dictio, apud se ipsum. " Ephraimus munera dilexit. ,, Ne his quidem quae sibi aderant contenti, plus habere satagebant. " Idcirco tradetur natio-

διαθήσεται ἐν τοῖς ἔθνεσιν. „ Εἰκότως ἄρα ὑπὸ τοῖς ἐχθροῖς γεγονότες αἰσθήσονται ὧν τε
p. 61. ἠσέβουν εἰς ἐμὲ, ὧν τε ἠδίκουν. “ Νῦν εἰσδέξομαι αὐτούς. „ Ἀναμενῶ γὰρ αὐτοὺς ἐν τῇ
τῶν Ἀσσυρίων χώρᾳ· εἰς ἐκείνην διὰ τῆς αἰχμαλωσίας ἕλκων αὐτοὺς, ὥστε τῶν ἀσεβημάτων
τῶν οἰκείων αἴσθησιν λαβεῖν τότε· πῶς καὶ τίνα τὸν τρόπον; “ Καὶ κοπάσουσι μικρὸν τοῦ χρίειν
βασιλέα καὶ ἄρχοντας. „ Παύσονται γὰρ τοῦ τὰς παρανόμους ταύτας βασιλείας τε καθιστά-
ναι καὶ ἀρχὰς, τῇ αἰχμαλωσίᾳ παιδευόμενοι τε, καὶ τῆς παρανομίας αἴσθησιν λαμβά-
νοντες τῆς οἰκείας.
v. 11. “ Ὅτι ἐπλήθυνεν Ἐφραὶμ θυσιαστήρια, εἰς ἁμαρτίας ἐγένοντο αὐτῷ. „ Καὶ γὰρ εἰκό-
τως ὑπομένουσι ταῦτα, ὑπὲρ ὧν τὴν ἀσεβῆ βασιλείαν κατεστήσατο ἐκείνην· ἐπειδὴ ταύτην
εὗρεν ὁδὸν τῆς πολυειδοῦς τῶν εἰδώλων εὑρέσθαι τὴν θεραπείαν, πολλά τε ἑαυτοῖς ἐγεῖραι καὶ ποι-
v. 12. κίλα θυσιαστήρια, ἐν οἷς δὴ μάλιστα πλημμελήσαντες δικαίως δώσουσι δίκας. “ Κατα-
γράψω αὐτῷ πλῆθος, καὶ τὰ νόμιμα αὐτοῦ. „ Τοῦτο γὰρ δὴ τῶν θυσιαστηρίων τὸ πλῆθος καὶ τῶν
νόμων τῶν καινῶν ὧν εὕραντο περὶ τὴν τῶν εἰδώλων θρησκείαν, ὥσπερ ἔγγραφον τινὰ κατηγο-
ρίαν ἀποθήσομαι κατ᾽ αὐτῶν δικαίαν· ἐπὶ τοῖς τοσούτοις παρανομήμασι τὴν ἀπόφασιν κατ᾽
αὐτῶν ἐξάγων. “ Εἰς ἀλλότρια ἐλογίσθη θυσιαστήρια τὰ ἠγαπημένα. „ Καὶ γὰρ δὴ καὶ τὰ
p. 62. θυσιαστήρια ἃ πολλὴν τὴν ἀγάπην ἐπεδείκνυντο περὶ τὴν σπουδὴν, ὑπὸ τὴν τῶν πολεμίων γενήσεται
v. 13. ἐξουσίαν. “ Διότι ἐὰν θύσωσι θυσίαν καὶ φάγωσι κρέα, κύριος οὐ προσδέξεται αὐτά. „
Εἰ γὰρ δὴ καὶ πειρῶντο θυσίαις ἐξιλάσκεσθαι τὸ θεῖον, ἀπογευόμενοι τῶν ἐν ταῖς θυσίαις κρεῶν
κατὰ τὸ εἰωθὸς, οὐδὲ τούτων ἔσται τις λόγος τῷ θεῷ, οὐδὲ τινὰ ὑπὲρ τούτων αὐτοῖς τῶν παρα-
νομημάτων χαριεῖται λύσιν. “ Νῦν μνησθήσεται τῶν ἀδικιῶν αὐτῶν, καὶ ἐκδικήσει τὰς ἁμαρ-
τίας αὐτῶν. „ Μεμνημένος γὰρ ὧν ἠσέβουν, ἵλεως μὲν αὐτοῖς οὐκ ἔσομαι, ἀναλόγους δὲ
τῶν παρανομημάτων αὐτοῖς ἐπάξω τὰς τιμωρίας. “ Αὐτοὶ ἀπέστρεψαν εἰς Αἴγυπτον, καὶ
ἐν Ἀσσυρίοις ἀκάθαρτα φάγονται. „ Ἐν δὲ τούτοις τοῖς δυσὶν αἰτιῶνται μὲν ἐξ Αἰγύπτου

nibus. „ Digne profecto sub iugo hostium positi agnoscent quae in me impie egerint, et quae inique patraverint. “ Nunc excipiam eos. „ Expectabo scilicet eos in regione Assyriorum, in quam captivos pertrahendos curabo, ut tum demum impietatum suarum sensum capiant. Sed quamobrem, et quomodo? “ Et aliquamdiu cessabunt ab ungendo regem ac principes. „ Desinent haec impia regna principatusque constituere, captivitate eruditi, et nequitiae suae sensu concepto.

“ Quia multiplicavit Ephraimus altaria, facta sunt ei in peccatum. „ Merito haec patiuntur, postquam impium illud regnum constituerunt, atque hanc viam excogitarunt multiformem sibi adinveniendi idolorum culturam; nec non multa aedificandi sibi diversaque altaria, apud quae potissimum delinquentes iustas poenas persolvent. “ Scribam ei multitudinem, et legitima eius. „ Hanc enim altarium multitudinem legumque novarum, quas invenerunt circa idolorum culturam, iustae adversus eos accusationis instar, scripto comprehensam, habebo: quibus verbis sententiam ob tanta crimina de illis fert. “ Velut aliena computata sunt altaria dilecta. „ Namque et altaria, quae multo digna amore studioque videbantur, sub hostium venient potestatem. “ Quia si immolaverint hostiam, et comederint carnes, Dominus non suscipiet eas. „ Nam etsi forte hostiis conentur placare Deum, gustatis sacrificiorum ritu solito carnibus, nulli hoc Deo curae erit, neque ullam peccatorum gratificabitur remissionem. “ Nunc recordabitur iniquitatis eorum, et ulciscetur peccata eorum. „ Memor eorum quae impie egerunt, non propitiabor illis, sed dignas peccatis ipsorum poenas imponam. “ Ipsi ad Aegyptum se converterunt,

βοήθειαν, ὠφέλειαν δὲ ἐντεῦθεν καρπώσονται οὐδὲ μίαν· αἰχμάλωτοί τε ἀπαγόμενοι εἰς
Ἀσσυρίους, καὶ τῶν ὡς ἐν αἰχμαλωσίᾳ πειρώμενοι κακίας. “ Καὶ ἐπελάθετο Ἰσραὴλ τοῦ v. 1.
ποιήσαντος αὐτὸν, καὶ ᾠκοδόμησε τεμένη· καὶ Ἰούδας ἐπλήθυνε πόλεις τετειχισμένας· καὶ
ἐξαποστελῶ πῦρ εἰς τὰς πόλεις αὐτοῦ, καὶ καταφάγεται τὰ θεμέλια αὐτῶν. ,, Τοῦ μὲν γὰρ
πεποιηκότος αὐτοὺς λόγον ἔχειν οὐκ ἐβούλοντο, τεμένη δὲ ἐπὶ τῇ τῶν εἰδώλων ᾠκοδόμουν
θεραπείᾳ· εἶτα ἐπὶ τούτοις τὰς πόλεις τείχεσιν ὀχυροῦν ἐπειρῶντο, ὡς ἂν τούτῳ τινὰ λύσιν
εὑρήσοντες τῶν κακῶν· ὀνήσει δὲ αὐτοὺς οὐδὲ ταῦτα οὐδέν· ἐπειδὴ τοιαύτην καὶ οὕτω φοβερὰν p. 83.
αὐτοῖς τὴν διὰ τῶν πολεμίων ἐπάξω τιμωρίαν, ὥστε πυρὸς δίκην ἅπαντας ἐπινεμομένην,
μόνον οὐκ ἐκ βάθρων ἁπάσας αὐτῶν ἀφανίσαι τὰς πόλεις.

ΚΕΦ. Θ'.

“ Μὴ χαῖρε Ἰσραὴλ, καὶ μὴ εὐφραίνου καθὼς οἱ λαοὶ, ὅτι ἐπόρνευσας ἀπὸ κυρίου τοῦ v. 1.
θεοῦ σου. ,, Οὐ τοίνυν παραπλησίως τοῖς λοιποῖς ἀνθρώποις ἁρμόττον ὑμῖν εὐφραίνεσθαι καὶ
χαίρειν· ἐπειδὴ οἱ μὲν οὐδὲ μίαν ἐδέξαντο διδασκαλίαν πρὸς εὐσέβειαν αὐτοὺς ἄγειν οἵαν
τε οὖσαν· ὑμεῖς δὲ μετὰ πολλὴν παίδευσιν τε καὶ ἐπίγνωσιν τοῦ θεοῦ, μοχθηρίᾳ γνώμης τῆς
παραγεγενημένης ὑμῖν γνώσεως ἀποστάντες, ἐπὶ τὴν τῶν εἰδώλων ἐτράπητε θεραπείαν. “ Ἠγά-
πησας δόματα ἐπὶ πᾶσαν ἅλωνα σίτου. ,, Καὶ δὴ καὶ ἀπαρχὰς ἐξ ἁπάντων προσῆγες
τοῖς δαίμοσιν, αὐτοῖς λογιζόμενος τῶν δοθέντων τὴν αἰτίαν. “ Καὶ ἅλων καὶ ληνὸς οὐκ ἔγνω v. 2.
αὐτούς. ,, Δώσετε τοίνυν δίκην ἀξίαν, τῶν καρπῶν τὴν ἀφαίρεσιν. “ Οὐ κατῴκησαν ἐν τῇ v. 3.
γῇ τοῦ κυρίου. ,, Οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τῆς γῆς τῆς δοθείσης ὑμῖν μενεῖτε· τὸ γὰρ οὐ κατῴκησαν, ἀντὶ
τοῦ οὐ κατοικήσουσι, τῇ ἐναλλαγῇ τῶν χρόνων συνήθως κεχρημένος, καθὰ καὶ παρὰ τῷ μα-
καρίῳ Δαβὶδ ἐν πολλοῖς ἡμῖν δέδεικται τοῦτο. Κατῴκησεν Ἐφραὶμ Αἴγυπτον, καὶ ἐν Ἀσσυ-

et apud Assyrios polluta comedunt. ,, Inter has aerumnas petent quidem ab Aegypto auxilium, at nullum inde emolumentum capient; sed captivi in Assyriam abacti, servitutis experientur mala. “ Et oblitus est Israhel factoris sui, et aedificavit delubra. Et Iudas multiplicavit urbes munitas: et mittam ignem in civitates eius, et devorabit fundamenta illarum. ,, Creatori suo nullum deferre obsequium voluerunt, sed delubra aedificaverunt ob idolorum culturam. Mox urbes insuper moenibus communire tentabant, quasi aliquod malis remedium ita inventuri. Sed neque haec eis proderunt hilum: tantam enim tamque terribilem, hostium manu, illis poenam infligam, quae ignis instar cunctos consumens, a fundamentis propemodum urbes ipsorum cunctas delebit.

CAP. IX.

“ Noli laetari Israhel, noli exultare sicut populi, quia fornicatus es a domino Deo tuo. ,, Nequaquam decet vos, aeque ac reliquos homines, laetari atque gestire: etenim illi nullam acceperunt doctrinam quae ad veram ipsos religionem ducere posset: vos autem post disciplinam multam, Deique notitiam, mente laeva a scientia vobis tradita recedentes, ad idolorum cultum deflexistis. “ Dilexisti munera super omnem aream tritici. ,, Utique etiam primitias frugum omnium daemonibus obtulisti, quibus datorum tibi bonorum causam imputabas. “ Et area ac torcular non novit eos. ,, Meritam referetis poenam, fructuum privationem. “ Non habitaverunt in terra Domini. ,, Ne in terra quidem vobis concessa manebitis. Namque habitaverunt dicit pro habitabunt, consueta temporum enallage utens, sicut apud beatum

p. 61. εἰσὶ ἀκάθαρτα φάγονται. „ Φυγάδες δὲ ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον γεγονότες, ἐκεῖθεν ἄκοντες τῇ τῶν Ἀσσυρίων αἰχμαλωσίᾳ παραδοθήσεσθε πάντες. “ Οὐκ ἔσπεισαν τῷ κυρίῳ οἶνον, καὶ οὐχ ἥδυναν αὐτῷ. „ Καὶ περὶ μὲν τὰς τῶν εἰδώλων προσφορὰς τοσαύτην ἐπεδείκνυντο τὴν σπουδὴν καὶ τὴν φιλοτιμίαν, ὥστε ἀπὸ πάσης ἅλωνος αὐτοῖς ἀπαρχὰς διδόναι· τῷ δὲ θεῷ τῷ πάντων αὐτοῖς αἰτίῳ τῶν ἀγαθῶν, οὐδὲ σπονδὰς οἴνου προσάγειν εἵλοντο πώποτε, οὐδέ τι ποιῆσαι τῶν ὅσα ἤδεαν ἠδύναντο τὸν θεὸν διὰ τὴν τῶν ποιούντων πρόθεσιν· ὡς γὰρ ὁ μακάριος λέγει Δαυὶδ *, ἡδυνθείη αὐτῷ ἡ διαλογή μου, ἀντὶ τοῦ ἡδεῖα αὐτῷ καὶ προσηνὴς φανείη· οὕτως ἐνταῦθα λέγει, οὐχ ἥδυναν αὐτῷ, ἀντὶ τοῦ οὐδὲν τῶν αὐτῷ κεχαρισμένων εἵλοντο πώποτε ποιῆσαι· εἶτα δεικνὺς ὅτι ὀνειδίζων αὐτοῖς τὴν γνώμην λέγει, οὐ μὴν τῷ θύειν τούτοις τερπόμενος.

* Ps. CIII. 34.

“ Αἱ θυσίαι αὐτῶν ὡς ἄρτος πένθους αὐτοῖς· πάντες οἱ ἐσθίοντες αὐτὸν μιανθήσονται. „ Τοσοῦτον δὲ ἀφέστηκε τοῦ δεῖσθαι θυσιῶν, ἢ ταύταις ἐρείζεσθαι τὴν οἰκείαν τιμὴν, ὥστε κἂν εἰ προσαγάγοιεν θυσίας, οὐ δέξεται ταύτας θεός· ἀλλ' ὥσπερ ἂν εἴ τις τοῖς πενθοῦσι προσαγάγοι τροφὴν, χαλεπὴν ἡγοῦνται τὴν δοκοῦντων ἅπασιν ἡδίων τὴν ὄψιν, τῇ τοῦ πένθους μνήμῃ νυττόμενοι, καὶ οὐδὲ προσίεσθαι τὴν προκειμένην ἀνεχόμενοι τροφήν· καὶ πᾶς δὲ ὅστις οὖν ἐν πένθει
p. 62. μεταλαμβάνειν ἀναγκαζόμενος τροφῆς, ὥσπερ τινὰ μιασμὸν ἢ λύμην ἡγούμενος τὴν τροφὴν, οὐ προσίεται ταύτην· οὕτω τὰς προσαγομένας αὐτῷ θυσίας, εἰ δή τι τοιοῦτο ποιεῖν ἐθέλοιεν, ὁρᾷ ὁ θεός· ἡδέως μὲν αὐτὰς παρὰ τῶν εὐγνωμόνως προσαγόντων δεχόμενος, χαλεπὴν δὲ τῆς προσκομιδῆς τῶν φαύλων καὶ τὴν ὄψιν εἶναι νομίζων, τῇ μνήμῃ τῆς ἀσεβείας, ᾗ συζῶντες, ἐν εἰρωνείᾳ τινὶ προσάγειν δοκοῦσι τὴν θυσίαν. “ Διότι οἱ ἄρτοι αὐτῶν, ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν, οὐκ εἰσελεύσονται εἰς τὸν οἶκον κυρίου. „ Πᾶσαν τοίνυν προσκομιδὴν ἣν ἂν ποιῶνται,

quoque Davidem id saepe usuvenire nos demonstravimus. “ Habitavit Ephraimus in Aegypto, et apud Assyrios polluta comedunt. „ Postquam exules in Aegypto fueritis, illinc omnes ad assyriacam captivitatem transferemini. “ Non libaverunt Domino vinum, nec ei placuerunt. „ Et ferendarum utique ad idola oblationum studium tantum ac liberalitatem prae se gerebant, ut ex omni area primitias illis darent: verumtamen bonorum omnium datori Deo, ne vini quidem libamina offerre umquam voluerunt, nec quicquam agere quod Deo iucundum esse potuisset, pro dantis certe proposito. Nam sicut ait beatus David: iucundum sit ei eloquium meum; id est dulce et acceptabile videatur; ita hoc loco, non placuerunt ei, dicitur pro, nihil ei gratum facere umquam voluerunt. Deinde ut demonstret, se illorum mentem increpare, non autem Deum rebus huiusmodi delectari, ait:

“ Sacrificia eorum quasi panis luctus ipsis erunt; omnes qui comedent eum contaminabuntur. „ Tantum abest, ut Deus sacrificiis indigeat, vel his contineatur honor eius, ut etiamsi aliquis ei hostias offerat, non sit has accepturus Deus. Sed quemadmodum si quis lugentibus alimenta afferat, hi nihilominus tristem existimant horum aspectum, qui omnibus iucundus est, quia luctus sui memoria compunguntur, neque attingere oblatos cibos volunt; rursusque quemadmodum quisquis in luctu versans, si cibum capere forte adigatur, habet hunc piaculi ac detrimenti loco, neque ori admovere patitur; ita Deus oblata sibi sacrificia (si quis ita agere voluerit) spectat sane libenter et recipit quae a benivolis dantur; sed molestum sibi iudicat oblationis, quae a malis fiunt, aspectum; atque ob impietatis, in qua illi versantur, memoriam, ironice illi quodammodo videntur hostiam offerre. “ Quia panes eorum, animabus ipsorum: non intrabunt in domum Do-

εἰς αὐτοὺς ἀποστραφήσεται, δεκτὴ Θεῷ κατ' οὐδένα γινομένη τρόπον· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ οὐκ
εἰσελεύσονται εἰς τὸν οἶκον κυρίου· ἀντὶ τοῦ οὐκ ἔσται δεκτὰ Θεῷ, οὐδὲ παρόντα αὐτὰ τῷ
κυρίῳ λογιεῖται, πόρρωθεν ἀποπεμπόμενος ὡς ἐξ ἀσεβοῦς προσαγόμενα γνώμης· ὡς γὰρ
ὁ Θεὸς πρὸς τὸν Κάϊν κακῶς προσκεκομικότα λέγει· * πρὸς σὲ ἡ ἀποστροφὴ αὐτοῦ, καὶ σὺ * Gen. IV. 7.
ἄρξεις αὐτοῦ· ἀντὶ τοῦ, σοὶ ἀπέστραπται τὰ προσκομισθέντα, καὶ αὐτὸς αὐτῶν ἔσο κύριος·
ἐγὼ δέδεγμαι καθάπαξ οὐδέν· οὕτως ἐνταῦθα λέγει· οἱ ἄρτοι αὐτῶν ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν, ἀντὶ
τοῦ τὰ προσκομιζόμενα παρ' αὐτῶν, αὐτοῖς ἔσται, οὐκ ὄντα Θεῷ δεκτά· ἄρτους δὲ ὠνό-
μασε τὰς προσφοράς, ἐκ μέρους ἁπάσας λέγων τὰς προσφοράς, ἐπειδὴ καὶ ἄρτους p. 66.
προσφέρειν εἰώθεσαν· ὡς καὶ ἀνωτέρω φησίν, ἠγάπησαν πέμματα μετὰ σταφίδων.
“ Τί ποιήσετε ἐν ἡμέρᾳ πανηγύρεως, καὶ ἐν ἡμέρᾳ ἑορτῆς τοῦ κυρίου; ,, Τοιοῦτοι δὲ v. 5.
περὶ Θεὸν γεγονότες, τίνα ἀποφυγὴν εὑρήσετε τῶν κακῶν κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ἐν ἧπερ
ἂν ἡ πανήγυρις τε καὶ ἑορτή τις ἐπιτελῆται τῷ Θεῷ ἐπὶ τῇ ἀναιρέσει τῇ ὑμετέρᾳ, ὡς ἂν
ἐχθρῶν αὐτοῦ καὶ πολεμίων κατασφαττομένων δικαίως; “ Διὰ τοῦτο ἰδοὺ πορεύσονται ἐκ v. 6.
ταλαιπωρίας Αἰγύπτου, καὶ ἐκδέξεται αὐτοὺς Μέμφις, καὶ θάψει αὐτοὺς Μαχμάς· τὸ ἀργύ-
ριον αὐτῶν ὄλεθρος κληρονομήσει αὐτό, ἄκανθαι ἐν τοῖς σκηνώμασιν αὐτῶν. ,, Ὑμεῖς
μὲν γὰρ μετὰ πολλὴν ταλαιπωρίαν ἣν ὑπομένετε εἰς τὴν Αἴγυπτον ὡς ἐπί τινα καταφεύ-
γοντες σωτηρίαν, ἐκπαθήσεσθε ὑπὸ τῶν Ἀσσυρίων εἰς τὴν παρ' ἐκείνοις ἀπαγόμενοι αἰχμα-
λωσίαν· διελεύσεσθε δὲ τὰς τῆς Αἰγύπτου πόλεις, ποικίλων ὑμᾶς διαδεχομένων κινδύνων·
τοῦτο γὰρ λέγει Μέμφις καὶ Μαχμάς, ἵνα εἴπῃ ὅτι διελεύσεσθε τὰς Αἰγύπτου πόλεις,
συντριβόμενοί τε καὶ ἀπολλύμενοι ὑπὸ τῶν Ἀσσυρίων· ἀπολεῖται δὲ καὶ τὰ προσόντα ὑμῖν
ἅπαντα· τάς τε πόλεις ὑμῶν καὶ τὰς χώρας τοσαύτη καταλήψεται ἐρημία, ὥστε ἀκάνθας p. 67.
αὐτόθι φύεσθαι μηδενὸς οἰκοῦντος. “ Ἥκουσιν αἱ ἡμέραι τῆς ἐκδικήσεώς σου, ἥκουσιν αἱ ἡμέραι v. 7.

mini. ,, Quaelibet ergo oblatio quam fecerint, ad ipsos revertetur; nam Deo certe nullatenus acceptabilis erit: sic enim valent verba: non intrabunt in domum Domini; id est Deo accepta non erunt, neque sibi praesentia reputabit, sed longe repellet, ceu cum malo mentis habitu oblata. Nam sicut Caino Deus prave offerenti dixit: ad te conversio eius, et tu dominaberis illius; id est ad te revertuntur oblata, tu horum esto dominus; ego enim nihil prorsus admisi: ita hoc etiam loco ait: panes eorum, animabus ipsorum; id est quae ipsi attulerint, sunto illis, quia Deo non sunt acceptabilia. Panum autem nomine nuncupavit oblationes, ex parte cunctas appellans oblationes; nam et reapse panes offerri consuetum erat; sicut et in superioribus dixit: offerebant placentas cum vinaceis.

“ Quid facietis in die sollemni, in die festivitatis Domini? ,, Tales cum erga Deum fueritis, quodnam effugium invenietis malorum die illa, qua sollemnem veluti conventum ac festum celebrabit Dominus ob vestrum peractum supplicium, qui tamquam eius adversarii et hostes iure meritoque perempti fuistis? “ Quapropter ecce abibunt de miseria Aegypti, et excipiet eos Memphis, et sepeliet eos Machmas. Argentum eorum possidebit interitus, spinae in tabernaculis ipsorum. ,, Enim vero vos post miseriam quam pertulistis in vestro ad Aegyptum, quasi ad salutis locum, perfugio, abstrahemini illinc ab Assyriis ad serviendam apud ipsos servitutem. Pertransibitis Aegypti urbes, varia permutantes pericula: nominat autem Memphim et Machmas, ut dicat transituros eos per Aegypti urbes, adflictos et perditos ab Assyriis. Peribunt autem simul vestra omnia; tantaque vestras urbes atque regiones occupabit solitudo, ut illic nemine habitante spinae succrescant.

τῆς ἀνταποδόσεώς σου. „ Ὑπομενεῖς δὲ ταῦτα τότε ἐγγίζοντος τοῦ καιροῦ καθ' ὃν ἐκδικηθῆναί σου χρὴ τὴν ἀσέβειαν, καὶ ἀποδοθῆναί σοι πρέποντα ὧν διαπεπραγμένος ἠσέβεις. " Καὶ καθήσεται Ἰσραὴλ ὥσπερ ὁ προφήτης ὁ παρεξεστηκώς, ἄνθρωπος ὁ πνευματοφόρος. „ Ἐν τοσούτοις δὴ γενήσῃ τοῖς κακοῖς, ὥστε μηδὲν ἀπεοικέναι ψευδοπροφήτου, εἰς ἔκστασιν πολλὴν ἐκ τῆς τοῦ πονηροῦ πνεύματος ἐνεργείας καταστάντος, καὶ οὐδὲ τῶν παρόντων αἴσθησιν ἔχοντος· οὕτως ἔξω τῶν σαυτοῦ φρενῶν ἐκ τοῦ μεγέθους γενήσῃ τῶν κακῶν· τίνος ἕνεκεν; " Ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἀδικιῶν σου ἐπληθύνθη μανία. „ Ἐπειδὴ πολλῇ μὲν ἀδικίᾳ συνέζης, πολλῇ δὲ τῇ περὶ τὰ εἴδωλα μανίᾳ σαυτὸν ἐκδεδώκεις παντελῶς.

v. 8. " Σκοπὸς Ἐφραὶμ μετὰ θεοῦ· προφήτης παγὶς σκολιὰ ἐπὶ πάσας τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ. „
Ἐχρῆν μὲν γάρ σε σκοπὸν εἶναι τοῦ καλοῦ ἑτέροις, καὶ μετὰ θεοῦ διδάσκειν τοὺς λοιποὺς τὸ δέον,
ἅτε παρ' αὐτοῦ μεμαθηκότα τοῦτο· γέγονας δὲ τὸ ἐναντίον ὁδὸς ἅπασιν τοῦ χείρονος· ὥστε
μηδὲν ἀπεοικέναι χαλεπῆς παγίδος κινδύνῳ περιβαλλούσης τοὺς ἐμπίπτοντας· οὕτως
p. 68. ἅπασι νόμος ἐγίνου τῆς ἀσεβείας. " Μανίαν ἐν οἴκῳ θεοῦ αὐτοῦ κατέπηξεν. „ Εἰδωλολα-
τρείας γὰρ πᾶσαν τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας ἐπλήρωσας· οἶκον γὰρ θεοῦ τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας
v. 9. καλεῖ, ὡς οἰκουμένην ὑπὸ θεοῦ. " Ἐφθάρησαν κατὰ τὰς ἡμέρας βουνοῦ. „ Καὶ μετέστητε
πάντες ἐκ τοῦ κρείττονος ἐπὶ τὸ χεῖρον, διαφθορὰν ἐννοιῶν ὑπομεμενηκότες, οὐδὲν ἀπεοι-
κυῖαν τῶν ποτὲ κατὰ τὴν ἔρημον ἀσεβησάντων, οἳ μόσχον ποιήσαντες ἔλεγον· οὗτοι οἱ θεοί σου
Ἰσραὴλ οἱ ἐξήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου· ἡμέρας γὰρ τοῦ βουνοῦ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον καλεῖ·
ἀκολούθως οὖν ἐκείνοις διεφθάρητε, ἀντὶ τοῦ τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ἐδέξασθε νόσον. " Μνησθή-
σεται τῶν ἀδικιῶν αὐτῶν, ἐκδικήσει ἁμαρτίας αὐτῶν. „ Ἀκολούθως τοίνυν μνήμην τῶν ἀσε-
βειῶν ὑμῶν ποιησάμενος, λήψεται δίκας παρ' ὑμῶν ἀναλόγους οἷς ἡμαρτήκατε εἰς αὐτόν.
v. 10. " Ὡς σταφυλὴν ἐν ἐρήμῳ εὗρον τὸν Ἰσραὴλ, καὶ ὡς σῦκον * ἐν συκῇ πρόϊμον εἶδον πα-

* cod. σκοπόν.

" Veniunt dies ultionis, veniunt dies retributionis. „ Haec autem tunc perferes, propinquante iam tempore, quo tuam oportet impietatem ulcisci, et iniqua opera tua remunerari. " Et sedebit Israhel tamquam propheta insaniens, tamquam homo spiritu agitatus. „ In tantum malorum devenies, ut nihil differas a falso propheta in gravem extasim mali spiritus operatione coniecto, ac ne illa quidem sentiente quae ante pedes sunt. Adeo deiectus mente eris, propter malorum gravitatem! Cur? " Multitudine iniquitatum tuarum multiplicata fuit insania. „ Quia nempe multa cum iniquitate vixisti, teque omnino idolorum insaniae addixisti.

" Scopus Ephraimus cum Deo: propheta laqueus tortuosus super omnes vias eius. „ Oporteret sane te esse ceteris exemplar et quasi scopum honesti, Deoque iuvante docere alios virtutem, quam tu ipse a Deo didiceras; sed contra factus es ad vitium via; ita ut nihil a tristi laqueo differas incurrentibus periculoso. Sic omnibus impietatis regula existis. " Insaniam in domo Dei sui defixit. „ Idololatriā universam terram promissionis implesti: nam Dei domum terram promissionis appellat, utpote a Deo habitatam. " Corrupti sunt sicut in diebus collis. „ Cuncti a virtute ad vitium conversi estis, mentis corruptionem experti haud dissimilem illis qui in deserto irreligiosi fuerunt, quique vitulo conflato dicebant: hi sunt dii tui, o Israhel, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Nam dies collis tempus illud appellat. Igitur haud secius illis corrupti estis, id est parem illis morbum contraxistis. " Recordabitur iniquitates eorum, ulciscetur peccata eorum. „ Consequenter itaque, revocata iniquitatum vestrarum memoria, sumet de vobis poenas, peccatis vestris congruas. " Quasi uvam in deserto inveni Israhelem, et quasi ficum in

τέρας αὐτῶν. „ Ἐγὼ μὲν οὖν τοσαύτην ἐπεδειξάμην περὶ τοὺς πατέρας αὐτῶν διάθεσιν, μεθ' ὅσης ἂν ἢ ἐν ἐρήμῳ σταφυλὴν ἴδοι τις παρὰ πᾶσαν εὑρὼν ἐλπίδα, ἢ σῦκον ἐπὶ τοῦ δένδρου πρὸ τοῦ εἰωθότος φανὲν χαίροι. " Αὐτοὶ δὲ εἰσῆλθον πρὸς Βεελφεγώρ, καὶ ἀπηλλοτριώθησαν εἰς αἰσχύνην, καὶ ἐγένοντο ὡς οἱ ἐβδελυγμένοι. „ Οἱ πρὸς τὴν τοῦ εἰδώλου προσκύνησιν νεύσαντες, τὴν ἀλλοτρίωσιν εἵλοντο τὴν ἀπ' ἐμοῦ, οὐδὲν ἕτερον ἢ αἰσχύνης ἑαυτοὺς πάσης p. 69. δεικνύντες ἀξίους, ὅτι ἀπὸ θεοῦ τοῦ τοσούτων αὐτοῖς ἀγαθῶν αἰτίου γεγονότος, ἐπὶ εἴδωλον μετέστησαν, οὗ μηδὲν εἰλήφεισαν ἀγαθόν· ὅθεν δὲ καὶ βδελυκτοὶ γεγόνασιν, ὑπὸ τοῖς ἐχθροῖς πεπτωκότες τοῖς οἰκείοις. Ταῦτα περὶ ἐκείνων εἰπὼν, ἐπάγει.

" Ἐφραὶμ ὡς ὄρνεον ἐξεπετάσθη. „ Βουλόμενος ἐκεῖνο σῆσαι, τὸ ἐφθάρησαν κατὰ τὰς v. 11. ἡμέρας τοῦ βουνοῦ· ἀκολούθως γὰρ δή, φησιν, καὶ οὗτοι τοῖς πατράσι τοῖς ἑαυτῶν μετὰ τοσαύτην κηδεμονίαν ἧς ἔτυχον παρ' ἐμοῦ, ὀρνέου δίκην ἀπέπτησαν τῆς γνώμης. " Αἱ δόξαι αὐτῶν ἐκ τοκετῶν καὶ ὠδίνων καὶ συλλήψεων. „ Εἶτα τοιαῦτα ἀσεβοῦντες, μακαριστοὺς ἑαυτοὺς νομίζουσιν εἶναι ἐπὶ τῇ πολυπληθίᾳ· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ ἐκ τοκετῶν καὶ ὠδίνων καὶ συλλήψεων· ἐπειδὴ ἐκ συλλήψεως καὶ ὠδῖνος καὶ τοκετοῦ πρόεισι τὸ τικτόμενον. " Διότι καὶ ἐὰν ἐκ- v. 12. θρέψωσι τὰ τέκνα αὐτῶν, ἀτεκνωθήσονται ἐξ ἀνθρώπων. „ Οὐ συλλογιζόμενοι ὅτι κἂν εἰς ἄκραν ἀφίκοιντο τὰ τικτόμενα τελείωσιν, οὐδὲν αὐτοῖς ἐκ τούτου γενήσεται πλέον· περιαχθήσονται γὰρ ταῖς τοῦ πολέμου σφαγαῖς εἰς ἀτεκνίαν. " Διότι καὶ οὐαὶ αὐτοῖς, διότι ἀφῆκα αὐτούς. „ Ἐμοῦ γὰρ τῆς κηδεμονίας αὐτοὺς χωρίσαντος τῆς ἐμῆς, ὄλεθρος αὐτοὺς μένει καὶ ἀπώλεια. " Σάρξ μου ἐξ αὐτῶν. „ Καί τοι γε τοσαύτη μοι τις ἦν ἡ σχέσις περὶ αὐτοὺς τὸ p. 70. πρότερον, ὥστε νομίζειν ἐξ αὐτῶν εἶναί με· τοιαύτην τε περὶ αὐτοὺς ἔχειν τὴν γνώμην, οἵαν εἰκὸς ἔχειν τοὺς ἔκ τινων ὑπειληφότας εἶναι. " Ἐφραὶμ ὃν τρόπον εἶδον εἰς θήραν παρέστησαν τὰ v. 13. τέκνα αὐτοῦ· καὶ Ἐφραὶμ τοῦ ἐξαγαγεῖν εἰς ἀποκέντησιν τὰ τέκνα αὐτοῦ. „ Ἀλλὰ τοιαύ-

ficulnea praecocem patres vestros vidi. „ Equidem tantum exprompsi erga patres vestros affectum, quantum quisque experitur si forte in deserto uvam videat praeter omnem spem oculis oblatam, vel ficum in arbore ante consuetum tempus extantem. " Ipsi autem intraverunt ad Beelphegor, et abalienati sunt in confusionem, et facti sunt abominabiles. „ Qui ad adorandum idolum declinaverunt, a me semet abalienarunt, nulla re alia quam confusione dignos se ostendentes, quoniam a Deo tantorum illis bonorum auctore ad idolum transfugerunt; a quo nihil boni acceperant. Quare et abominabiles facti, sub hostium suorum iugum missi sunt. Postquam haec de illis dixit, addit:

" Ephraimus quasi avis avolavit. „ Vult nimirum ostendere illud: corrupti sunt sicut in diebus collis. Isti enim aeque ac patres eorum post tantam meam providentiam, avis instar a sententia propria avolarunt. " Gloriae ipsorum a partubus, ab uteris, et a conceptibus. „ Deinde cum tanta peccaverint, beatos se existimant ob populi multitudinem: id enim denotatur per verba partubus, uteris, conceptibus; quandoquidem ex conceptu, uteri gestatione, partuque res nata existit. " Propterea, quantumvis filios suos enutrierint, absque liberis fient inter homines. „ Non considerant, quod etiamsi ad perfectum statum nati filii pervenerint, nihil inde lucrabuntur: etenim belli caedibus ad orbitatem redigentur. " Sed et vae eis, quoniam eos dereliqui! „ Me illos patrocinio meo spoliante, exitium ipsos manet atque perditio. " Caro mea ex eis. „ Attamen ego olim tanto eos affectu diligebam, ut me quasi consanguineum ipsorum existimarem: talique erga eos animo essem, quales eos esse oportet qui ab aliquo naturam suam acceperunt. " Ephraimus, quemadmodum vidi,

τὴν ἔχοντός μου περὶ αὐτοὺς πρότερον τὴν σχέσιν, ἐπειδὴ πρὸς τὸ χεῖρον ἐτράπησαν παν-
τελῶς, τἀναντία αὐτοῖς τῶν πρόσθεν συμβήσεται, καὶ ὥσπερ θήρα τῇ τῶν πολεμίων χερσὶ
v. 11. παραδοθήσονται· ἐφ' ὧν κεντούμενοί τε ἀναιρεθήσονται καὶ τιτρωσκόμενοι πάντες. “ Δὸς
αὐτοῖς κύριε· τί δώσεις αὐτοῖς; δὸς αὐτοῖς μήτραν ἀτεκνοῦσαν καὶ μασοὺς ξηρούς. „ Δικαίαν
γὰρ καὶ ἁρμόττουσαν ταύτην ὑπομενοῦσι τιμωρίαν, τὸ ἀτεκνίᾳ τε αὐτοὺς περιβληθῆναι, καὶ τὰ
τικτόμενα ἐκθρέψαι μὴ δύνασθαι· ὡς ἂν τοιούτους ὄντας παντελῆ ἀπώλειαν λάβοι.
v. 15. Εἶθ' ὡς ἂν τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ αὐτοῖς ἐπαχθησόμενα δικαίως εἰπών, ἐπάγει λοιπὸν τὰ
ἑξῆς. “ Πᾶσαι αἱ κακίαι αὐτῶν ἐν Γαλγάλοις· ὅτι ἐκεῖ αὐτοὺς ἐμίσησα διὰ τὰς κακίας τῶν
ἐπιτηδευμάτων. „ Αὐτόθι πᾶν εἶδος ἀσεβείας μετήεσαν, ὑπὲρ ὧν γὰρ καὶ ἐμίσουν τοιαῦτα
πράττοντας δικαίως. “ Ἐκ τοῦ οἴκου μου ἐκβαλῶ αὐτούς. „ Τῆς γῆς φησὶ τῆς ἐπαγγελίας
p. 71. αὐτοὺς ἐκβαλῶ· οἶκον ἑαυτοῦ καλῶν γῆν πᾶσαν, ὡς ἐν αὐτῇ διάγειν ἑλόμενος. “ Οὐκέτι
μὴ προσθῶ τοῦ ἀγαπῆσαι αὐτούς· πάντες οἱ ἄρχοντες αὐτῶν ἀπειθοῦντες. „ Μένω δὲ βέ-
βαιον ἔχων περὶ αὐτοὺς τὸ μῖσος, ἐπειδὴ πάντες μὲν νενεύκασιν εἰς ἀπείθειαν· ἡγοῦνται
v. 16. γὰρ μάλιστα τῶν κακῶν οἱ ἄρχειν ἐν αὐτοῖς δοκοῦντες. „ Ἐπόνεσεν Ἐφραΐμ, τὰς ῥίζας αὐτοῦ
ἐξηράνθη· καρπὸν οὐκέτι οὐ μὴ ἐνέγκῃ. „ Ἐκ μεταφορᾶς τῶν δένδρων εἶπεν ὅτι ἄρδην
ἀπολοῦνται, καθ' ὁμοιότητα ἐκείνων ἃ τῆς ῥίζης διαφθαρείσης ξηραίνεται παντελῶς, καρπὸν
οὐκέτι φέρειν οἷά τε ὄντα. “ Διότι ἐὰν καὶ τεκνώσωσιν, ἀποκτενῶ τὰ ἐπιθυμήματα τῆς
v. 17. κοιλίας αὐτῶν. „ Ἀφανιῶ γὰρ δὴ καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν ἅπαντας, φησίν. “ Ἀπώσεται αὐτοὺς
ὁ θεός, ὅτι οὐκ εἰσήκουσαν αὐτοῦ, καὶ ἔσονται πλανῆται ἐν τοῖς ἔθνεσιν. „ Ἀλλοτρίους γὰρ
πάντας αὐτοὺς τῆς οἰκείας ἐργάσεται κηδεμονίας, οὐ βουληθέντας ἀκοῦσαί τε αὐτοῦ καὶ πρὸς
μεταμέλειαν ἰδεῖν· ὑπὲρ ὧν δὴ ληφθέντες, αἰχμάλωτοι παρὰ τοῖς ἀλλοτρίοις ἔσονται, τῇδε
κἀκεῖσε περιάγειν τε καὶ πλανᾶσθαι ὑπὸ τῆς ἄγαν ἐνδείας ἠναγκασμένοι.

in praedam obtulit filios suos. Ephraimus, inquam, eduxit ad interfectionem filios suos. „ Nihilominus, etiamsi tam bene erga eos affectus antea fuerim; quia mox ad nequitiam omnimodam declinaverunt, contraria prioribus experientur, ac veluti praeda hostium manibus tradentur, a quibus omnes vulneribus confossi interibunt. “ Da eis, Domine. Quid eis dabis? Da eis vulvam sine liberis, et ubera arentia. „ Iustam convenientemque perferent huiusmodi poenam, nempe ut sterilitate multentur, nec liberos enutrire queant; donec, tales cum sint, generali interitu pereant.

Dein postquam iuste a Deo infligenda ipsis mala edixit, subiungit reliqua. “ Omnes nequitiae eorum in Galgalis, quia ibi exosos habui eos propter malitiam adinventionum. „ Ibi omne genus impietatis sectati sunt, ideoque eos ita se gerentes merito odi. “ De domo mea eiiciam eos. „ De terra, inquit, promissionis eos expellam; domum suam appellans universam regionem, quia ibi habitare decreverat. “ Haud ultra addam ut diligam eos: cuncti principes inobedientes. „ Iram adversus eos retinebo, quia cuncti ad inobedientiam deflexerunt: duces vero ad malitiam sunt, qui principatum inter eos tenere videntur. “ Doluit Ephraimus, radices eius exsiccatae sunt. „ Sumpta ab arboribus metaphora, dicit funditus illos perituros, quemadmodum illae corrupta radice prorsus exarescunt, neque ulterius fructum ferre valent. “ Quod et si genuerint, interficiam desiderabilia uteri eorum. „ Cunctos, inquit, ex eis natos perdam. “ Abiiciet eos Deus, quia non audierunt eum, et erunt vagi in nationibus. „ Alienos faciet omnes a cura sua, qui noluerunt ei auscultare, et ad paenitentiam respicere. Quamobrem bello capti, apud extraneos captivi erunt, et hac illac circumagi et errare propter extremam egestatem cogentur.

ΚΕΦ. Ι'.

“ Ἄμπελος εὐκληματοῦσα Ἰσραήλ. „ Διήλλαττεν οὐδὲν ὁ Ἰσραὴλ τοῦ πλήθους κλή- v. 1.
μασι πλείστοις τε καὶ μεγίστοις κομώσης ἀμπέλου. “ Ὁ καρπὸς εὐθηνῶν αὐτῆς. „ Καὶ ἐπε-
δίδοσαν καθ' ἑκάστην ἡμέραν εἰς πλῆθος, πολλῶν ὄντων τῶν ἐξ αὐτῶν τικτομένων διὰ τὴν p. 72.
περισσεύουσαν αὐτοῖς εὐπραγίαν. “ Κατὰ τὸ πλῆθος τῶν καρπῶν αὐτοῦ, ἐπλήθυνεν θυσια-
στήρια. „ Οἱ δὲ τὴν πολυπλήθειαν, ἐν ἧπερ διὰ τῆς εὐλογίας καθίσταντο τοῦ θεοῦ, ἠμείβοντο
ἀσεβείας ἐπιτάσει πολλῇ· ἀνάλογον γὰρ τῷ ἀριθμῷ τῷ οἰκείῳ, ἐπὶ τιμῇ τῶν εἰδώλων ἀνίστων
θυσιαστήρια. “ Κατὰ τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς αὐτοῦ, ᾠκοδόμησε στήλας. „ Καὶ πολλῶν ἀπο-
λαύοντες τῶν ἐκ τῆς γῆς ἀγαθῶν, στήλας ἀντ' ἐκείνων ἐπὶ θεραπείᾳ τῶν εἰδώλων ἀνίστων.
“ Ἐμέρισαν καρδίας αὐτῶν. „ Καὶ τοσαύτη τις ἦν αὐτῶν ἡ περὶ τὰ εἴδωλα μανία, v. 2.
ὥστε διαιρεῖσθαι τὴν διάνοιαν αὐτοῖς ἐν τῇ περὶ τὰ εἴδωλα σπουδῇ, τῶν μὲν ταῦτα τῶν δὲ
ἐκεῖνα θεραπεύειν ἐσπουδακότων. “ Νῦν ἀφανισθήσονται. „ Ὑπομενοῦσι δὲ δικαίαν ὑπὲρ
τούτων τὴν ἀπώλειαν. “ Αὐτὸς κατασκάψει τὰ θυσιαστήρια αὐτῶν. „ Ὁ γὰρ ἀμελούμενος
παρ' αὐτῶν θεὸς, αὐτὸς ἀνατροπὴν ἐργάσεται πάντων τούτων, ἃ μετ' ἀσεβείας ἐπὶ τῇ τῶν
εἰδώλων ἀνίστων θεραπείᾳ. “ Ταλαιπωρήσουσιν αἱ στῆλαι αὐτῶν. „ Ἀπωνήσουσι δὲ κἀκεῖναι
καθαιρεθεῖσαι.

“ Διότι νῦν ἐροῦσιν, οὐκ ἔστι βασιλεὺς ἡμῖν, ὅτι οὐκ ἐφοβήθημεν τὸν θεόν· ὁ δὲ βασι- v. 3.
λεὺς τί ποιήσει ἡμῖν; λαλῶν ῥήματα προφάσεις διαθήσεται διαθήκην. „ Νῦν γὰρ αἰσθή- v. 4.
σονται τῆς ἑαυτῶν ἀβουλίας, μεθ' ἧς εἵλοντο βασιλέα παρὰ τὸ δοκοῦν τοῦ θεοῦ· καὶ ὅτι ὑπὲρ p. 73.
ὧν οὐ φοβηθέντες τὸν θεὸν, βασιλείαν ἀνέδειξαν καινήν τινα καὶ παράνομον, ἀπεναντίας τῇ
τοῦ Δαυὶδ διαδοχῇ κατ' ἐπαγγελίαν βασιλευούσῃ θείαν, ἀφῄρηται μὲν αὐτῶν ἡ βασιλεία,

CAP. X.

“ Vitis frondosa Israhel. „ Ob populi sui multitudinem haud est dissimilis Israhel viti palmitibus plurimis maximisque comanti. “ Fructus eius abundans. „ Multido eorum quotidie augetur, multis inde nascentibus ob lautam felicitatem. “ Iuxta ubertatem fructuum suorum multiplicarunt altaria. „ Hi tamen exuberantiam populi, quam Dei benedictione erant adepti, remunerati sunt grandi impietatis incremento: parem enim numero suo, in idolorum honorem altarium copiam exstruxerunt. “ Quot erant terrae suae bona, totidem statuit simulacra. „ Multis terrae bonis fruentes, pro his simulacra honorandis idolis crexerunt. “ Corda sua diviserunt. „ Tantaque illorum erga idola extitit devotionis insania, ut mens ipsorum circa idolorum studium varia fuerit; aliis haec, aliis illa idola colentibus. “ Nunc interibunt. „ Iustam perferent ob haec punitionem. “ Ipse suffodiet altaria eorum. „ Etenim neglectus ab eis Deus omnia haec subvertenda curabit, quae impie ad idolorum cultum crexerant. “ Male eveniet titulis eorum. „ Ili quoque corruent in destructionem.

“ Propterea nunc dicent: non est rex nobis, quia non timuimus Deum. Rex autem quid faciet nobis? Loquens verba quasi praetextùs, foedus disponet. „ Nunc enim inconsiderantiam suam agnoscent, qua regem sibi delegerunt praeter Dei voluntatem: et quod omisso timore Dei, vanum quoddam et illegitimum regnum sibi constituerunt, adversus Davidis successionem iuxta Dei promissum regnantem: ideoque et hoc ipsorum regnum deletum est, omnesque captivitati traditi; nullumque

αἰχμαλωσίᾳ δὲ παραδίδονται πάντες· κέρδος γὰρ αὐτοῖς ἐκ τοῦ βασιλέως προσεγένετο
οὐδέν· τοὐναντίον μὲν οὖν ἀπατηλοῖς χρησάμενος ῥήμασι, διαθήκην μοχθηράν τινα μετ'
αὐτῶν ἐποιήσατο· ὥστε ἀποστῆναι μὲν τοῦ θεοῦ, προσκυνεῖν δὲ τὰς ὑπ' αὐτοῦ κατασκευασθεί-
σας δαμάλεις. “ Ἀνατελεῖ ὡς ἄγρωστις κρίμα ἐπὶ χέρσον ἀγροῦ. ,, Κρινεῖ γὰρ ὁ θεὸς
τὴν παράνομον αὐτῶν τόλμαν, τοιαύτην ἐπαγαγὼν αὐτοῖς ἀντὶ τούτου τὴν τιμωρίαν, ὡς
ἀνθῆσαί τε, καὶ μεγίστην τινὰ καὶ φοβερὰν φανῆναι τὴν κατ' αὐτῶν γενομένην κρίσιν τοῦ
θεοῦ· οὐχ ἧττον ἢ ἄγρωστις ἀθρόον φυεῖσα πολλὴν ἐν χέρσῳ ποιήσαιτο τὴν ἐπίδοσιν τῆς οἰ-
v. 5. κείας. “ Τῷ μόσχῳ τοῦ οἴκου Ὢν παροικήσουσιν οἱ κατοικοῦντες Σαμάρειαν. ,, Προσε-
δρεύσουσι μὲν γὰρ ἅπαντες ταῖς θεραπευομέναις ὑπ' αὐτῶν δαμάλεσι τῶν κακῶν ἐπεληλυθό-
των, ἐλπίδι τοῦ τινὸς τυχεῖν βοηθείας ἐκεῖθεν. “ Ὅτι ἐπένθησεν ὁ λαὸς αὐτοῦ ἐπ' αὐτόν. ,,
Ὄνησιν δὲ ἐντεῦθεν δέξεται οὐδεμίαν· τοὐναντίον μὲν οὖν καὶ αὐτὰς πενθήσουσι τὰς δαμά-
p. 71. λεις, τὴν καθαίρεσιν αὐτῶν ὁρῶντες φοβεράν τινα ταῖς τῶν πολεμίων γινομένην χερσίν.
“ Καὶ καθὼς παρεπίκραναν αὐτόν, ἐπιχαροῦνται ἐπὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ. ,, Πολλῇ μὲν γὰρ
οἱ πολέμιοι χρήσονται κατὰ τῶν εἰδώλων τῇ ἀτιμίᾳ· πολλῆς δὲ τινὸς πλησθήσονται τῆς ἡδονῆς
ὁρῶντες αὐτῶν ἀφῃρημένην τὴν δόξαν, ἣν τὸ πρότερον εἶχον ψευδῶς παρὰ τοῖς ἐσπουδα-
* Ps. XXXVII. 17. κόσιν αὐτὰ θεραπεύειν· ὡς ὁ μακάριος λέγει Δαυίδ· * μὴ ἐπιχαρείησάν μοι οἱ ἐχθροί μου·
ἀντὶ τοῦ μὴ ἡσθεῖεν, τὰ δοκοῦντα αὐτοῖς ἐκβάντα θεασάμενοι εἰς ἐμέ· οὕτως ἐνταῦθα λέγει
τὸ ἐπιχαροῦνται ἐπὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ, ἀντὶ τοῦ ἡσθήσονται ὁρῶντες αὐτὰ τῆς δόξης ἀφῃρη-
μένα τῆς οἰκείας. “ Ὅτι μετῳκίσθησαν ἀπ' αὐτοῦ. ,, Πᾶσαν γὰρ αὐτῶν ἀφῃρημένην ὁρῶσιν
τὴν δόξαν ἣν πρόσθεν εἶχον οὐ δικαίως.

v. 6. “ Καὶ αὐτὸν εἰς Ἀσσυρίους δήσαντες, ἀπήνεγκαν ξένια τῷ βασιλεῖ Ἰαρείμ. ,, Οἱ
γὰρ δὴ πρότερον αὐτὰ θεραπεύειν δοκοῦντες, ἐπικειμένους τοὺς Ἀσσυρίους ὁρῶντες, ἅτε ἐκ
χρυσοῦ κατεσκευασμένας τὰς δαμάλεις, συντρίψαντές τε καὶ συνδήσαντες, ὡς ἂν εἰ χρυσὸν

ipsis a rege suo emolumentum extitit. Nihilominus hic (rex) fraudulentis verbis utens, improbum foedus quoddam cum illis iniverat, nempe a Deo recedendi, et fabricatas a se iuvencas adorandi. “ Orietur sicut gramen iudicium in inculto agro. ,, Iudicabit Deus facinus illorum iniquum, poenam tantam ob id eis imponens, ut effloresceat quodammodo, gravissimumque et terribile visurum sit Dei contra hos iudicium: haud aliter quam repente natum in deserto solo gramen, multum statim incrementum capit. “ Apud vitulum domus On morabuntur, qui habitant Samariam. ,, Adsidebunt utique omnes cultis a se iuvencis, ingruentibus malis, opis alicuius illinc impetrandae spe. “ Quia luxit super eum populus eius. ,, Sed nullam inde referet utilitatem: immo potius et ipsas lugebunt iuvencas, dum illarum destructionem spectant, terribilem enimvero, hostium manibus perpetratam. “ Et quemadmodum illum irritaverant, gaudebunt super gloria eius. ,, Multam hostes idolis facient ignominiam: multaque veluti redundabunt voluptate, dum ereptam his gloriam conspicient, quam antea, fallacem licet, habebant abs suorum adorantium studio. Sicut beatus ait David: ne supergaudeant mihi inimici mei; ac si dicat: ne iucundentur, dum suos adversus me successus vident. Ita hoc loco, gaudebunt super gloria eius, ponitur pro, iucundabuntur videntes idola proprio honore spoliata. “ Quia migraverunt ab eo. ,, Cunctam enim suam ablatam gloriam vident, quam immerito antea tenebant.

“ Atque ipsum alligantes tulerunt munera regi Iarim. ,, Qui antea colere idola videbantur, nunc irruptionem Assyriorum videntes, fabricatas auro iuvencas conte-

καινὸν ἀποκομίζειν μέλλοντες ἀποίσουσιν ὥσπερ τι ξένιον τῷ βασιλεῖ τῶν αἰγυπτίων, βοή-
θειαν εὑρέσθαι τινὰ προσδοκῶντες ἐκεῖθεν· τοῦτο γὰρ αὐτοῖς πολλαχοῦ φαίνεται ὀνειδίζων
ὁ προφήτης, ὅτι τὴν παρὰ τῶν αἰγυπτίων βοήθειαν ἀνέμενον ματαίως. Τί δὲ γενήσεται; p. 73.
“ Ἐν δόματι Ἐφραὶμ δέξεται αἰσχύνην. ,, Ὑπὲρ γὰρ τῆς δόσεως καὶ τῆς τε ξενίου προσκο-
μιδῆς, αἰσχυνθήσεται ὁ Ἐφραὶμ, ὡς οὐδὲν ὠφελήσας, ἀλλὰ μάτην τῇ σπουδῇ χρησά-
μενος ταύτῃ. “ Ἐν τῇ βουλῇ αὐτοῦ αἰσχυνθήσεται Ἰσραήλ. ,, Ἀποτεύξεται τῆς προσδο-
κίας ὡς εἰκὸς τῆς οἰκείας. “ Ἀπέρριψε Σαμάρεια βασιλέα ἑαυτῆς ὡς φρύγανον ἐπὶ προσ- v. 7.
ώπου ὕδατος. ,, Τῆς μὲν γὰρ μηχανῆς ἐκείνης καὶ τῆς ἐπιχειρήσεως ἀποίσονται κέρδος οὐδέν·
κρατηθήσονται αἰχμάλωτοι πάντες, ληφθέντος αὐτῶν καὶ τοῦ βασιλέως, ὃς δίκην φρυ-
γάνων ἐν ὕδατι φερομένων ὑπὸ τῶν ἀσσυρίων ληφθεὶς, εἰς τὴν ἀλλοτρίαν ἀπαχθήσεται χώραν,
ἀγόμενος ἧπερ ἂν τοῖς λαβοῦσι δοκῇ. “ Καὶ ἐξαρθήσονται βωμοὶ Ὢν, ἁμαρτήματα τοῦ v. 8.
Ἰσραήλ. ,, Παύσεται ἡ περὶ τὰ εἴδωλα θεραπεία, δι' ὧν ἡμάρτανεν εἰς θεὸν ὁ Ἰσραήλ.
“ Ἄκανθαι καὶ τρίβολοι ἀναβήσονται ἐπὶ τὰ θυσιαστήρια αὐτῶν. ,, Ἐν τοσαύτῃ γενήσεται
ἐρημίᾳ, ὡς μηδενὸς ἐπιβαίνοντος, ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἐν τοῖς τῶν θυσιαστηρίων εἶναι
τόποις. “ Καὶ ἐροῦσι τοῖς ὄρεσι καλύψατε ἡμᾶς, καὶ τοῖς βουνοῖς πέσετε εἰς ἡμᾶς. ,, Ἐπι-
θυμήσουσιν ὑπὸ τούτοις γεγονότες σύντομον ὑπομεῖναι τὴν ἀπώλειαν, ἢ τὴν κατὰ μέρος ἀνέ- p. 10.
χεσθαι τιμωρίαν.

“ Ἀφ' οὗ οἱ βουνοὶ ἥμαρτον Ἰσραήλ. ,, Ἐντεῦθεν αὐτοῖς καὶ ἡ περὶ τὸ ἁμαρτάνειν v. 9.
γέγονε σπουδὴ, ἐκ τοῦ τὸν θεὸν ἀφέντας περὶ τοὺς βουνοὺς καὶ τὴν τῶν εἰδώλων ἔχειν θεραπείαν.
“ Ἐκεῖ ἔστησαν. ,, Ἀλλὰ γὰρ παύεται αὐτῶν ἡ παρανομία διὰ τῆς τιμωρίας. “ Οὐ μὴ
καταλάβῃ αὐτοὺς ἐν τῷ βουνῷ. ,, Ἀφῄρει γὰρ αὐτοὺς ἡ αἰχμαλωσία τῆς περὶ τοὺς βουνοὺς
σπουδῆς· ὡς μηκέτι μὲν ἐν τῇ τῶν βουνῶν εὑρίσκεσθαι θεραπείᾳ, ἀσχολεῖσθαι δὲ περὶ τὰ ἐκ
τῆς αἰχμαλωσίας κακά. “ Πόλεμος ἐπὶ τέκνα ἀδικίας ἦλθεν. ,, Ταῦτα γὰρ ἔσται ὑπὲρ

rent atque colligabunt, ut tamquam profanum aurum deferant munus regi Aegyptiorum, aliquid inde opis sperantes. Id enim videtur eis saepe exprobrare propheta, quod ab Aegyptiis auxilium frustra expectarent. Quid autem fiet? “ In domo Ephraimus capiet ignominiam. ,, Propter oblationem munusque illud confundetur Ephraimus, nullo emolumento potitus, sed eo officio temere functus. “ In consilio suo verecundabitur Israhel. ,, Expectatione sua merito frustrabitur. “ Abiecit Samaria regem suum sicut sarmentum super faciem aquae. ,, Machinationis illius ac facinoris nullum referent lucrum: tenebuntur captivi omnes, rege quoque ipsorum capto: qui tamquam sarmenta in aquis agitata, ab Assyriis comprehensus in alienam asportabitur terram, hac illac circumductus prout victoribus libitum fuerit. “ Et disperdentur arae On, peccatum Israhel. ,, Cessabit idolorum cultura, quorum causa peccavit Israhel contra Deum. “ Spinae ac triboli ascendent super altaria eorum. ,, In tanta erunt haec solitudine, ut nemine iam accedente, spinae ac tribuli in altarium locis futuri sint. “ Et dicent montibus: operite nos; et collibus: cadite super nos. ,, Optabunt sub his sepulti compendiarium perpeti exitium, potius quam particulatim puniri.

“ Ex quo colles sunt, peccavit Israhel. ,, Hinc eis extitit peccandi voluntas, quia nempe Deo relicto, in collibus superstitionem idolorum exercebant. “ Ibi steterunt. ,, Sed ecce scelus eorum desinit propter punitionem. “ Non comprehendet eos in colle. ,, Scilicet eos captivitas a frequentandis collibus prohibebit: atque in collium religionibus iam non invenientur, captivitatis aerumnis occupati. “ Bellum

v. 10. ὧν ἠδίκουν, καὶ ἠσέβουν ἐπενεχθέντος αὐτοῖς τοῦ πολέμου τῶν Ἀσσυρίων. “ Παιδεύσω αὐτοὺς
κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν μου. ,, Ἐπάξω τοίνυν αὐτοῖς κακὰ παιδεύειν αὐτοὺς ἀρκοῦντας δυνά-
μενα· δι᾽ ὧν παιδευθέντες αἰσθήσονται τῆς ἑαυτῶν κακίας. “ Καὶ συναχθήσονται ἐπ᾽ αὐτοὺς
λαοὶ ἐν τῷ παιδεύεσθαι αὐτοὺς ἐν ταῖς δυσὶν ἀδικίαις αὐτῶν. ,, Πολὺ γὰρ πολεμίων πλῆθος
ἐπ᾽ αὐτοὺς ἀθροίσω, παιδεύω αὐτοὺς ὑπὲρ ὧν ἐμοῦ τε ἠμέλουν, καὶ τοῖς εἰδώλοις προσεῖχον.
v. 11. “ Ἐφραὶμ δάμαλις δεδιδαγμένη ἀγαπᾷν νεῖκος. ,, Δίκην δαμάλεως ἀποσκιρτώσης
καὶ καταχρατεῖν τῶν δαμαζόντων ἐθελούσης, οὕτως ἀφιστάμενος τοῦ Θεοῦ καὶ οὐκ εἴκων
τῷ συζυγῷ τῆς δουλείας. “ Ἐγὼ δὲ ἐπελεύσομαι ἐπὶ τὸ κάλλος τοῦ τραχήλου αὐτῆς. ,,
p. 77. Πᾶσαν αὐτῆς ἀφελῶ τὴν εὐπρέπειαν, ἐφ᾽ ᾗ μέγα ἐφρόνει. “ Ἐπιβιβῶ τὸν Ἐφραίμ. ,,
Ὡσανεὶ δαμάλεως ἐριστικῆς ἐπιβήσομαι κατὰ τὴν δύναμιν τὴν ἐμήν. “ Παρασιωπήσομαι τὸν
Ἰούδαν. ,, Παραπέμψομαι Ἰούδαν ἐν κακοῖς ἐξεταζόμενον, οὐδὲ μίαν αὐτῷ νέμων βοήθειαν·
* Ps. XXVII. 1. οἷόν ἐστι παρὰ τῷ μακαρίῳ Δαυὶδ τὸ, μὴ παρασιωπήσῃς ἀπ᾽ ἐμοῦ· * ἀντὶ τοῦ μὴ παρα-
πέμψῃ τὰ κατ᾽ ἐμὲ, ἐν χαλεποῖς ἐξεταζόμενον πράγμασιν. “ Ἐνισχύσει αὐτῷ Ἰακώβ. ,,
Ἐπιδείξομαι τὴν ἰσχὺν τὴν ἐμὴν παντὶ τῷ Ἰσραήλ· οὐ γὰρ ἄδηλον ὅτι καὶ Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ
τὸ ἔθνος ἅπαν καλεῖται τῶν Ἰουδαίων, ἐκ τοῦ προπάτορος αὐτῶν ἀμφοτέραις ὀνομαζό-
μενον ταῖς προσηγορίαις· ὃς λεγόμενος πρότερον Ἰακὼβ, μετὰ τὴν ὀπτασίαν, Ἰσραὴλ ἐπε-
* Ps. LXXVII. 70. κλήθη· ὡς καὶ παρὰ τῷ μακαρίῳ Δαυὶδ *, ἐξελέξατο Δαυὶδ τὸν δοῦλον αὐτοῦ, καὶ ἀνέ-
λαβεν αὐτὸν ἐκ τῶν ποιμνίων τῶν προβάτων, ἐξόπισθεν τῶν λοχευομένων προσελάβετο
αὐτὸν, ποιμαίνειν Ἰακὼβ τὸν δοῦλον αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ· ἀμφοτέραις ταῖς
προσηγορίαις τὸ ἰουδαϊκὸν ἔθνος εἰρηκότι σαφῶς.

v. 12. “ Σπείρατε ἑαυτοῖς εἰς δικαιοσύνην, καὶ θερίσατε εἰς καρπὸν ζωῆς. ,, Πράττετε τοίνυν
p. 78. ἃ πάσης δικαιοσύνης ἐστὶν ἔργα· ἐκ γὰρ τῶν τοιούτων σπερμάτων ἔνεστι ζωῆς θερίσαι καρπόν.
“ Φωτίσατε ἑαυτοῖς φῶς γνώσεως. ,, Ἕως ἐστὶ καιρὸς, τῆς ἀληθείας μετέλθετε τὴν γνῶσιν,

filiis iniquitatis supervenit. ,, Haec illis evenient ob iniustitiam atque impietatem, bellum inferentibus Assyriis. “ Iuxta desiderium eorum, corripiam eos. ,, Adducam eis itaque mala, quae corripiendo sufficiant, a quibus eruditi propria peccata agnoscent. “ Et congregabuntur super eos populi, cum corripientur propter duas iniquitates suas. ,, Grandem hostium multitudinem adversus eos congeram: corripiam eos quia et me neglexerunt, et idolis adhaeserunt. “ Ephraimus vitula docta diligere contentionem. ,, Instar vitulae resilientis, et superare domitores volentis, sic iste a Deo recessit, nec ipsi servitutis socio cedens. “ Ego autem veniam super pulcritudinem colli eius. ,, Omnem ei formositatem detraham, qua superbiebat. “ Ascendam super Ephraimum. ,, Tamquam vitulae contentiosae insistam viribus meis. “ Reticebo Iudam. ,, Iudam omittam, id est calamitatibus exerceri sinam, nullo auxilio suppeditato. Sicut est apud beatum Davidem: ne taceas a me, id est ne me omittas, dum asperis versor in rebus. “ Roborabitur ei Iacob. ,, Ostendam vires meas universo Israheli: neque enim obscurum est, Iacob atque Israhelis nominibus totam Iudaeorum gentem nuncupari, ex sui progenitoris duplici appellatione ita nominatam: qui antea dictus Iacob; post visionem, Israhel est appellatus. Sicut etiam apud beatum Davidem: elegit Davidem servum suum, sustulitque eum de gregibus ovium; de post foetantes accepit eum; pascere Iacob servum suum, et Israhelem hereditatem suam: ambabus appellationibus iudaicam gentem sine dubio dicens.

“ Seminate vobis ad iustitiam, metite ad fructum vitae. ,, Facite ergo omnimodae iustitiae opera: ex his enim seminibus fructum vitae metere licet. “ Accen-

περὶ τὸν καιρὸν τῆς τιμωρίας, ἐν ὅσῳ δυνατὸν μεταμεληθέντας, κερδᾶναι τῶν κακῶν τὴν
πεῖραν. " Ἐκζητήσατε τὸν κύριον ἕως τοῦ ἐλθεῖν ὑμῖν γεννήματα δικαιοσύνης. ,, Φροντίδα
πᾶσαν ποιήσασθε τῶν τῷ Θεῷ δοκούντων, ὡς ἂν προσγένοιτο ὑμῖν καρπώσασθαι τὴν δι-
καιοσύνην. " Ἵνα τί παρεσιωπήσατε ἀσέβειαν, καὶ τὸν καρπὸν αὐτῆς ἐξετρυγήσατε, ἐφάγετε v. 13.
καρπὸν ψευδῆ; ,, Παύσασθε δὴ τοῦ τοιαῦτα ποιεῖν· ὁποῖα δὴ τὸ πρότερον ἐποιεῖτε, παρα-
πεμπόμενοί τε καὶ ἡσυχάζοντες ἐπὶ ἀσεβείᾳ γινομένῃ τοσαύτῃ, δέον ἀγανακτεῖν ἐπ'
αὐτῇ, ἧς τὸν καρπὸν ἐκομίσασθε ἀπάτης καὶ βλάβης μεστόν. " Ὅτι ἤλπισας ἐν τοῖς ἅρ-
μασί (1) σου, ἐν πλήθει δυνάμεών σου· καὶ ἐξαναστήσεται ἀπώλεια ἐν τῷ λαῷ σου, καὶ πάντα
τὰ τετειχισμένα σου ἀφανισθήσεται. ,, Σὺ μὲν γὰρ ᾤου τὴν δύναμιν ἀρκεῖν σοι τὴν οἰκείαν
εἰς τὸν κατὰ τῶν ἐναντίων πόλεμον· πρὸς τοὐναντίον δὲ πάντα ἐκβέβηκεν, ἀπωλείας κατε-
χούσης πάντα τὸν λαὸν, ὡς καὶ τὰς τετειχισμένας καθαιρεθῆναι πόλεις. " Καθὼς ἠφανίσθη v. 14.
ὁ ἄρχων Σαλμανὰ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Ἀρβεὴλ ἐν ἡμέραις πολέμου· μητέρα ἐπὶ τέκνοις ἠδά- p. 78.
φισαν· οὕτως ποιήσω ὑμῖν οἶκος Ἰσραὴλ, ἀπὸ προσώπου τῆς κακίας ὑμῶν. ,, Ὁποῖον γὰρ v. 15.
δὴ τότε ὑπέμειναν ἀφανισμὸν ἐκεῖνοι, βαρυτάτου μὲν αὐτοῖς ἀφανισμοῦ γεγονότος καὶ τοῦ
πολέμου, ἀναιρεθέντων δὲ σὺν τοῖς τέκνοις τῶν γεννησάντων, τοιοῦτον ὑπομένετε καὶ νῦν ὑμεῖς
οἱ τοῦ Ἰσραὴλ, ἀνάλογον τῆς κακίας ὑμῶν δεχόμενοι τιμωρίαν· ἔοικε δέ τι λέγειν μετὰ πολ-
λῆς ὠμότητος παρ' αὐτῶν γεγονὸς κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον· οὗ γνωρίμου τυγχάνοντος αὐτοῖς
ὡς εἰκὸς ἐποιήσατο μνήμην· ὅτι οἷα δὴ πεποιήκατε τότε δι' ὑπερβάλλουσαν κακίαν, τοιαῦτα
πείσεσθε νῦν ὑμεῖς δικαίως.

dite vobis scientiae lumen. ,, Dum tempus habetis, veritatis scientiam adquirite: ante punitionis tempus, quantum fieri poterit, poenitentia redimite malorum perpessionem. " Quaerite Dominum, donec vobis veniant fruges iustitiae. ,, Omni cura id satagite quod Deo placet, ut vobis iustitiam lucrari contingat. " Cur dissimulastis impietatem, et fructum eius vindemiastis, fallacem fructum comedistis? ,, Desinite facere qualia olim egistis, dissimulantes reticentesque in tanta quae fiebat impietate, cum contra ei irascendum fuisset, ex qua fructum errore ac nocumento plenum carpsistis. " Quia sperasti in curribus tuis, in exercituum tuorum multitudine; ecce orietur perditio populo tuo, et omnes munitiones tuae destruentur. ,, Tu quidem existimabas sufficere tibi vires tuas ad hostile bellum; sed omnia contra evenerunt, quia populum universum corripuit pernicies; in tantum ut cunctae etiam munitae civitates sint deletae. " Sicut vastatus fuit Salmana in domo Arbelis belli tempore, matre super filios allisa. Sic faciam vobis, domus Israhelis, a conspectu malitiae vestrae. ,, Quale tunc pertulerunt illi excidium, gravi facta ruina ac bello, interfectis una cum liberis genitoribus; tale nunc quoque nunc experiemini, o filii Israhelis, congruum malitiae vestrae luentes supplicium. Videtur autem dicere insignem aliquam saevitiam per illud tempus ab illis actam, de qua ipsis cognita, ut credendum est, facit mentionem: nempe dicens, qualem tunc perpetrastis summam nequitiam, talem nunc ultionem merito patiemini.

(1) Animadvertamus praeclaram lectionem *ἅρμασι curribus*, quam reapse requirit versiculi contextus et mos biblicus geminandi sententiam in hemistichiis. Confirmatur haec lectio *curribus* ab arabico interprete in polyglottis, nec non ab italica vetere, et a gr. alex. et barber. apud Sabaterium. Attamen ipse codex celeber vat. 1209, cum eius romana editione, et communi graeco textu, habent *ἁμαρτήμασι peccatis*. Veteres autem versiones, atque ipse hebraicus textus, plus minus ad graecam communem lectionem accedunt. Sed et aliam varietatem non reticebimus. Retro enim p. 44. v. ult. in textu biblico erat *σκοπόν*, prout vulgo in editionibus graecis; at Mopsuestenus in commentario demonstrabat se legisse *σῦκον ficum*, quam verissimam Mopsuesteni lectionem confirmant itala lat. vet. *ficum*, vulgata lat. *prima poma ficulneae*, et sic orientales variarum linguarum textus.

ΚΕΦ. ΙΑʹ.

v. 1. “ Ὄρθρου ἀπερρίφησαν. ,, Μετὰ πολλῆς πεσοῦνται τῆς ταχύτητος· “ ὡς ὄρθρος (1)
ἀπερρίφη βασιλεὺς Ἰσραήλ. ,, Δίκην ὄρθρου πρὸς ὀλίγον φανέντος, εἶτα παυσαμένου, ὁ
p. 20. βασιλεὺς αὐτῶν πεσεῖται. “ Διότι νήπιος Ἰσραήλ, καὶ ἐγὼ ἠγάπησα αὐτόν· καὶ ἐξ Αἰγύπτου
μετεκάλεσα αὐτούς, οὕτως ᾤχοντο ἀπὸ προσώπου μου· αὐτοὶ τοῖς Βααλὶμ ἔθυον, καὶ τοῖς
γλυπτοῖς ἐθυμίων. ,, Νήπιον καλεῖ τὸν Ἰσραὴλ ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν Αἴγυπτον καιροῦ, ὁπηνίκα
συνεστάναι τε καὶ τῆς ἐπιμελείας ἤρξατο τυγχάνειν τῆς θείας· ἐγὼ μὲν γάρ φησιν εὐθὺ καὶ κατὰ
πρώτας ἄρτι συνίστασθαι ἀρξαμένων πολλὴν ἐποιησάμην τὴν πρόνοιαν, ὥστε αὐτοὺς καὶ ἐκ-
σπάσαι τῆς Αἰγύπτου· οἱ δὲ ἀνάλογον τῇ περὶ αὐτοὺς ἀγάπῃ τε καὶ ἐπιμελείᾳ τὴν ἑαυτῶν ἐπε-
δείξαντο κακίαν, εὐθὺς ἀποστάντες ἐμοῦ, καὶ τραπέντες ἐπὶ τὸ χεῖρον, καὶ δὴ καὶ τοῖς εἰδώ-
v. 3. λοις ἅπασαν τὴν ἐμοὶ προσήκουσαν νέμαντες σπουδήν. “ Καὶ ἐγὼ συνεπόδισα τὸν Ἐφραίμ. ,,
Καί τοι γε διεσπαρμένους ὑπὸ τῶν κακῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον, ἐγὼ διὰ τῆς ἐπιμελείας τῆς ἐμῆς
εἰς ταὐτὸν συνήγαγον. “ Καὶ ἀνέλαβον αὐτὸν ἐπὶ τὸν βραχίονά μου. ,, Καὶ τῆς ἐπιμελείας
αὐτὸν κατὰ τὴν δύναμιν ἠξίωσα τὴν ἐμήν. “ Καὶ οὐκ ἔγνωσαν ὅτι ἴαμαι αὐτούς. ,, Οἱ δὲ
v. 4. ἐπιγνῶναί με τὸν τοσούτων αὐτοὺς ἀπαλλάξαντα κακῶν, οὐκ ἐβουλήθησαν. “ Ἐν διαφθορᾷ
ἀνθρώπων εἵλκυσα αὐτούς, ἐν δεσμοῖς ἀγαπήσεώς μου. ,, Οὐδ' ὅτι κατὰ τὸν νόμον ἀνθρώ-
πων διαφθείρεσθαι μέλλοντας ἐξήρπασα πάντας αὐτούς, ἀπορρήτως τῇ ἀγάπῃ συσφίγξας
τῇ ἐμῇ. “ Καὶ ἔσομαι ὡς ῥαπίζων ἄνθρωπον ἐπὶ τὴν σιαγόνα αὐτοῦ. ,, Οὕτω βαρείας αὐ-
τοῖς ἐποίσω τὰς πληγὰς καὶ τὰς τιμωρίας ἀντὶ τῆς ἀφροσύνης ταύτης, ὥσπερ ἂν βαρὺ κατὰ
προσώπου δέχεσθαι φερομένας πληγάς. “ Ἐπιβλέψομαι πρὸς αὐτόν, καὶ δυνήσομαι αὐτοῦ. ,,
p. 21. Τρέψω γὰρ ἐμαυτὸν ὅλον εἰς τιμωρίαν αὐτοῦ, ἵνα τούτῳ γ' οὖν γνοίη τὴν ἰσχὺν τὴν ἐμήν.

CAP. XI.

“ Mane abiecti sunt. ,, Valde velociter cadent. “ Ceu matutinum tempus abiectus fuit rex Israhelis. ,, Velut mane brevi apparens, et mox desinens, ita rex eorum cadet. “ Quia puer Israhel, et ego dilexi eum. Ut ex Aegypto vocavi eos, sic abierunt a facie mea: ipsi Baalim immolabant, et sculptilibus adolebant. ,, Puerum appellat Israhelem, a tempore quo fuit in Aegypto, cum in populum excrescere coepit, et cura divina frui. Ego, inquit, statim et tunc primum incipientis consistere multam gessi providentiam, ita ut etiam Aegypto extraxerim: illi autem aequalem amori meo ac patrocinio suam exprompserunt nequitiam, statim a me discedendo, et ad vitium declinando, totumque suum, quod mihi debebant, studium idolis impendendo. “ Et ego colligavi Ephraimum. ,, Dispersos sub aerumnis per Aegyptum, ego cura mea in unum congregavi. “ Suscepique eum in brachium meum. ,, Congrua meae potentiae tutela dignatus sum. “ Et non cognoverunt quod sanarem eos. ,, At ipsi me, qui tantis eos liberavi malis, agnoscere noluerunt. “ In corruptela hominum traxi eos vinculis caritatis meae. ,, Quum lege hominum perituri fuissent, eripui ipsos omnes, arcano modo amori meo copulans. “ Eroque velut exalapans hominem in maxilla eius. ,, Tam graves illis imponam plagas et castigationes propter hanc insaniam, quam molestum est recipere in faciem inflictas verberationes. “ Respiciam ad eum, eique valebo. ,, Totum me convertam ad castigationem eius, ut sic certe fortitudinem meam cognoscat.

(1) Deest in bibliis ὡς ὄρθρος. Attamen et interpunctio codicis, et commentarius, ad biblia referunt.

“ Κατῴκησεν Ἐφραὶμ Αἴγυπτον· καὶ Ἀσσοὺρ αὐτὸς βασιλεὺς αὐτοῦ. ,, Αὐτοὶ μὲν γὰρ v. 5.
φυγάδες ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον ἀπελεύσονται, οἰόμενοι τὴν Ἀσσυρίων κερδαίνειν τὴν ἔφοδον·
ὀνήσουσι δὲ οὐδέν· ἐπειδὴ καὶ τὸ ἐμοὶ δοκοῦν καταχρατήσουσι πάντως αὐτῶν ἐκεῖνοι. Ταῦτα
δὲ πείσονται διὰ τί; “ Ὅτι οὐκ ἠθέλησαν ἐπιστρέψαι. ,, Ἐπειδὴ ἀνένδοτοι μεμενήκασιν ἐν
τῇ ἑαυτῶν κακίᾳ, μεταβολὴν οὐδὲ μίαν ἐπιδείξασθαι βουληθέντες. “ Καὶ ἠσθένησεν ἐν v. 6.
ῥομφαίᾳ ἐν ταῖς πόλεσιν αὐτοῦ, καὶ κατέπαυσεν ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ. ,, Τοιγαροῦν οὐδὲν ἰσχύσουσι
μαχόμενοι πρὸς τοὺς πολεμίους, οὐδέ τινα παρέξουσι ταῖς ἑαυτῶν πόλεσι σωτηρίαν· ἐπειδὴ
πάντα τὰ ὅπλα, καὶ πᾶσα παρασκευὴ πολεμικὴ ἄτονος καὶ περιττὴ φανεῖται, ἀντιπράτ-
τοντος μὲν αὐτοῖς ἐμοῦ διὰ τὴν αὐτῶν κακίαν, ἐπάγοντος δὲ αὐτοῖς ἐπὶ τιμωρίᾳ τοὺς
Ἀσσυρίους. “ Καὶ φάγονται ἐκ τῶν διαβουλίων αὐτῶν. ,, Τῶν οἰκείων βουλευμάτων ἀπολαύ-
σουσι, τιμωρίαν ὑπομένοντες ἀξίαν. “ Καὶ ὁ λαὸς αὐτοῦ ἐπικρεμάμενος ἐκ τῆς κατοικίας v. 7.
αὐτοῦ. ,, Οὐ γὰρ μενοῦσιν ἐπὶ τῆς οἰκήσεως τῆς ἰδίας, οὐδὲ ἀσφαλὲς τὸ κατοικητήριον ἕξουσι
τὸ αὐτόθι· ἐπειδὴ πάντας αὐτοὺς ὥσπερ ἐκκρεμεῖς ὄντας, καὶ οὐδὲ μίαν ἔχοντας βάσιν,
ἀθρόον συναρπάσας ὁ Ἀσσύριος εἰς αἰχμαλωσίαν ἀπάξει. “ Καὶ ὁ Θεὸς ἐπὶ τὰ τίμια v. 12.
αὐτοῦ θυμωθήσεται, καὶ οὐ μὴ ὑψώσῃ αὐτόν. ,, Πᾶν γὰρ ὅτι ποτὲ παρ' αὐτῷ τίμιόν τε καὶ
σπουδῆς ἄξιον εἶναι δοκεῖ, τοῦτο ὁ Θεὸς ἀφανιεῖ τῷ θυμῷ τῷ οἰκείῳ· ὥστε πρὸς τὴν ἐσχάτην
ταπείνωσιν ἅπαντας ἀγαγεῖν.

“ Τί σε διαθῶ Ἐφραίμ; ὑπερασπιῶ σου Ἰσραήλ; ,, Ἀλλὰ γὰρ τί με προσήκει ἐπὶ v. 8.
τοσούτοις καὶ τηλικούτοις κακοῖς διαπράξασθαι περὶ σέ; βοηθῆσαι σοι ὡς ἐν μεγίστοις ἐξετα-
ζομένῳ κακοῖς. “ Τί σε διαθῶ Ἐφραίμ; ὡς Ἀδαμὰ θήσομαί σε καὶ ὡς Σεβωείμ. ,,
Ἀλλ' ἐκείνου γε οὐκ ὄντα σε ἄξιον τυχεῖν εὑρίσκω· τοὐναντίον μὲν οὖν ἐκ τῶν πεπραγ-
μένων δικαίαν ἐπαχθησομένην σοι τιμωρίαν εὑρίσκων, εἰ τὴν καταστροφὴν ὑπομείνειας
ἥνπερ Σόδομά τε καὶ Γόμορρα καὶ Ἀδαμὰ καὶ Σεβωεὶμ γενέσθαι τότε συνέβη. ,, Μεταστράφη v. 9.

“ Habitavit Ephraimus in Aegypto, Assyrius ipse rex eius fuit. ,, Ipsi quidem profugi ad Aegyptum ibunt, putantes se Assyriorum incursionem vitare, sed hilum non proficient: etenim me volente, omnino illis potientur Assyrii. Cur vero patientur haec? “ Quoniam noluerunt converti. ,, Quia firmiter in malitia sua perseverarunt, nullam prae se ferre mutationem volentes. “ Et debilitatus est gladio in civitatibus suis, et cessavit manibus suis. ,, Itaque pugnando cum hostibus nihil valebunt, neque ullam salutis partem civitatibus suis conferent: quia arma omnia omnisque apparatus bellicus, invalidus supervacuusque videbitur, me resistente ob eorum nequitiam, poenaeque causa adducente ipsis Assyrios. “ Et comedent de cogitationibus suis. ,, Consiliorum suorum fructum capient, digno adfecti supplicio. “ Et populus eius suspensus in incolatu suo. ,, Non enim manebunt in proprio incolatu, neque tutum sibi habitaculum habebunt: quoniam eos omnes tamquam pendulos nullamque basim habentes, subito corripiens Assyrius in captivitatem abiget. “ Et Deus super pretiosa eius irascetur, et non exaltabit eum. ,, Quicquid apud eum pretiosum est, et affectu dignum videtur, hoc Deus furore suo destruet, donec ad extremam miseriam cunctos redigat.

“ Quid tibi faciam, Ephraime? protegam te Israhel? ,, Quid a me tibi fieri oportet ob talia tantaque mala? Ferre ne opem in maximis malis constituto? “ Quid tibi faciam, Ephraime? Sicut Adamae tibi faciam, et sicut Seboimo. ,, Auxilio certe te dignum non iudico: contra vero dignum tibi impositum iri supplicium cognosco, si catastrophen illam patieris, quae Sodomae, Gomorrhae, et Adamae et Seboimo

ἡ καρδία μου, ἐν τούτῳ συνεταράχθη ἡ μεταμέλειά μου· οὐ μὴ ποιήσω κατὰ τὴν ὀργὴν τοῦ θυμοῦ
μου· οὐ μὴ ἐγκαταλίπω τοῦ ἐξαλειφθῆναι τὸν Ἐφραίμ. „ Ἀλλὰ γὰρ καὶ σφόδρα ταύτης ὑμᾶς
ὄντας ἀξίους εὑρίσκων τῆς τιμωρίας, μεταβέβλημαι τὴν διάνοιαν ἐφ' ὑμῖν, καὶ συντετα-
ραγμένος πρὸς τὴν ὄψιν τῆς ὑμετέρας συμφορᾶς, πρὸς μεταμέλειαν ἕλκομαι, ὥστε με ἀπο-
p. 83. στῆναι μὲν τοῦ θυμοῦ λοιπὸν, μὴ ἀνέχεσθαι δὲ καταλιπεῖν ὑμᾶς ἀφανισμῷ παντελεῖ παρα-
διδομένους. “ Διότι θεὸς ἐγώ εἰμι καὶ οὐκ ἄνθρωπος ἐν σοί; „ Θεὸς γάρ εἰμι ὁ πάντα τε
πεποιηκὼς, καὶ πάντων ὡς οἰκείων κηδόμενος ἔργων· κατ' οὐδὲν ὑπάρχων παραπλήσιος
τοῖς καθ' ὑμᾶς τε καὶ ἐν ὑμῖν στρεφομένοις. “ Ἅγιος καὶ οὐκ εἰσελεύσομαι εἰς πόλιν. „
Ἐγὼ γὰρ ἀπήλλαγμαί τε καὶ ὑπέρκειμαι πάντων τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων· οὐκ ἐν πό-
λεσι διάγων κατὰ νόμον ἀνθρώπων, οὐδὲ τὰς αὐτόθι διατριβὰς μεθ' ὑμῶν εἰθισμένος ποιεῖ-
σθαι· ὅθεν οὐδὲ κοινωνῶ τῆς γνώμης ὑμῖν καὶ τῇ κακίᾳ ᾗ συζῆν ἐσπουδάκατε· τοὐναντίον γὰρ
καὶ δικαίαν ὑπέχειν μέλλοντες τιμωρίαν, ἀπαλλάττειν δι' ὑπερβολὴν ἐλέους τοὺς πάσχοντας
προάγομαι ταύτης;

v. 10. “ Ὀπίσω κυρίου πορεύσονται. „ Ὡς ἐπὶ τῇ προκειμένῃ τοῦ θεοῦ φωνῇ τὴν ἐπαγγελίαν
ὁ προφήτης πεποίηται ταύτην, τοῦτο τε λέγων· ὅτι ἐπειδὴ δὴ λοιπὸν προσήκει τοῦ τούτῳ,
καὶ πάντα πράττειν κατὰ τὸ δοκοῦν τῷ θεῷ οὕτως ἡμέρῳ τε ὄντι καὶ φιλανθρώπῳ περὶ ὑμᾶς.
“ Ὡς λέων ἐρεύξεται, καὶ ἐκστήσονται τέκνα ὑδάτων. „ Εἰ γὰρ δὴ τοιούτους παράσχοιμεν
ἑαυτοὺς, δίκην λέοντος τινὸς φοβεροῦ τοῖς κτήνεσιν, ἐξοίσει τὴν οἰκείαν φωνὴν ἐπὶ πάντας
ἐκείνους, οἳ δίκην ὑδάτων ὑμῖν κατὰ τὸ πλῆθος τὸ οἰκεῖον ἐπεληλυθότας, εἰς ἔκστασιν πάν-
v. 11. p. 84. τας καταστήσει τῷ φόβῳ τῷ οἰκείῳ. “ Καὶ ἥξουσιν ὡς ὄρνεον ἐξ Αἰγύπτου, καὶ ὡς περιστερὰ
ἐκ γῆς ἀσσυρίων· καὶ ἀποκαταστήσω αὐτοὺς εἰς τοὺς οἴκους αὐτῶν, λέγει κύριος. „ Πανταχ-
όθεν γὰρ αὐτοὺς ἐπανάξειν, τῆς κατεχούσης ἀπαλλάξας αἰχμαλωσίας, καὶ τούς τε παρὰ

contigit. “ Conversum est cor meum, pariter conturbata est poenitudo mea: non agam secundum iram furoris mei, non sinam deleri Ephraimum. „ Sed enim quamquam vos apprime dignos poena huiusmodi esse comperio, meam de vobis sententiam muto; et conturbatus quodammodo a calamitate vestra, ad poenitentiam trahor, ut a furore deinceps desinam, neque vos sinam supremo exitio interire. “ Quoniam Deus ego sum, et non homo in medio tui. „ Deus quippe sum omnium creator, et rerum omnium tamquam mearum tutor: neque ullatenus vestri similis et illorum qui inter vos versantur. “ Sanctus, et non ingrediar civitatem. „ Ego alienus sum humanis cunctis rebus ac superior: non dego in urbibus humano more, neque illic incolatum vobiscum tenere soleo. Quamobrem neque voluntatum vestrarum sum particeps, neque malitiae in qua vivere satagitis. Nam contra potius, etiamsi debitum subituri eratis supplicium, per summam tamen misericordiam do operam ut id nequaquam patiamini.

“ Post Dominum ambulabunt. „ Praedictae veluti Dei locutioni hoc subtexit additamentum propheta, ita ferme dicens: oportere in posterum Deum sectari, atque omnino agere secundum Dei beneplacitum tam erga vos clementis atque benigni. “ Quasi leo rugiet, et formidabunt filii aquarum. „ Si tales nosmet exhibuerimus, ipse more leonis bestiis terribilis, vocem suam emittet contra illos omnes, qui ritu aquarum multitudine sua ingruunt, eosque attonitos omnes terrore suo faciet. “ Et venient quasi avis ex Aegypto, et quasi columba de terra Assyriorum: et collocabo eos in domibus suis, dicit Dominus. „ Undique enim se eos redacturum, a captivitatis pressura liberos, tum qui apud Assyrios erant captivi, tum

ἀσσυρίοις αἰχμαλώτους, τούς τε ἐν Αἰγύπτῳ τοὺς φυγάδας, δίκην ὀρνίθων ἀποκαταστήσειν
πάντας εἰς τὰ οἰκεῖα, ὁ θεὸς ὑπισχνεῖται. “ Ἐκύκλωσέ με ἐν ψεύδει Ἐφραίμ, καὶ ἐν v. 12.
ἀσεβείᾳ οἶκος Ἰσραὴλ καὶ Ἰούδα· νῦν ἔγνω αὐτοὺς ὁ θεός· καὶ λαὸς ἅγιος κληθήσεται θεοῦ. „
Πρότερον μὲν γὰρ ἐπειδὴ πρὸς τὸ ψεῦδος καὶ τὴν τῶν εἰδώλων ἀποκλίναντες θεραπείαν
ἐν ἀσεβείᾳ διῆγον ἅπαντες, οὐδένα τὸν περὶ ἐμὲ ποιούμενοι λόγον, ἀναγκαίως αὐτοὺς τοῖς
κακοῖς περιβέβληκα ἐκείνοις· μεταμελομένους δὲ καὶ πρὸς τὸ κρεῖττον ἰδόντας, οἰκειώσομαι
ἅπαντας· τοῦτο γὰρ λέγει τό, ἔγνω αὐτούς· καὶ ἐξ αὐτῶν ἐμοὶ φανήσονται τῶν πραγμάτων
ὄντες, ἅτε τοσούτων καὶ τηλικούτων ἀγαθῶν διὰ τῆς ἐμῆς ἀξιούμενοι βοηθείας· τὰ μὲν δὴ
παρ' ἐμοῦ τοιαῦτα παρέχειν ἕτοιμος ἐγώ· τί δέ;

ΚΕΦ. ΙΒ'.

“ Ὁ δὲ Ἐφραὶμ πονηρὸν πνεῦμα. „ Ἵνα εἴπῃ προαίρεσις μοχθηρά· πνεῦμα γὰρ πολ- v. 1.
λαχοῦ καλεῖ τὴν προαίρεσιν· ὡς τό, πνεύματι πορνείας ἐπλανήθησαν· * καὶ πνεῦμα εὐθὲς * Os. IV. 12.
ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου· * καὶ Χαλὲβ ὁ τοῦ Ἰεφονὴ, καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ, ὅτι ἐγενήθη p. 85. Ps. L. 12.
πνεῦμα ἕτερον ἐν αὐτῷ *. “ Ἐδίωξε καύσωνα ὅλην τὴν ἡμέραν. „ Διηνεκῶς γὰρ ἐπετέλει * Num. XIV. 24. XXVII. 18.
τοιαῦτα, ἃ καύσωνος δίκην λυμαινομένου τοῖς καρποῖς, ἐπάγειν αὐτοῖς ἦν αὐτάρκη τὴν
φθοράν. “ Κενὰ καὶ μάταια ἐπλήθυναν. „ Καὶ πλῆθος εἰδώλων κατεστήσατο ἀνωφελῶν
παντελῶς καὶ βλάβης μεγίστης αἰτίων. “ Καὶ διαθήκην μετὰ ἀσσυρίων διέθετο, καὶ ἔλαιον * * cod. ἔλεον
εἰς Αἴγυπτον ἐνεπορεύετο. „ Εἶτα κακοῖς ὑπὲρ τούτων περιπεπτωκώς, ποτὲ μὲν δι' ἀσσυ-
ρίων, ποτὲ δὲ δι' αἰγυπτίων ἤλπιζεν ἀγαθοῦ τινος τεύξεσθαι· καὶ πρὸς ἐκείνους μὲν φιλίας
συνθήκας ἐβούλετο ποιῆσαι, παρὰ δὲ τούτων συμμαχίαν ᾔτει· ὠφελεῖτο δὲ ἐξ ἁπάντων τούτων
οὐδέν. “ Καὶ κρίσις τῷ κυρίῳ πρὸς Ἰούδαν τοῦ ἐκδικῆσαι τὸν Ἰακώβ. „ Ὁ γὰρ θεὸς αὐτὸς v. 2.

qui in Aegyptum profugerant: avium instar cunctos ad propria revocaturum promittit Deus. “ Circumdedit me mendacio Ephraimus, et impietate domus Israhelis ac Iudae. Nunc novit eos Deus, et populus sanctus vocabitur Dei. „ Antea quidem, quoniam ad falsitatem atque idolorum obsequium impie omnes declinaverant, nullum mei respectum habentes, necessario eos malis illis irretivi: sed nunc resipiscentes, et melioris frugis studiosos, familiares mihi omnes faciam. Id enim valet locutio illa, novi eos. Et quidem in numero esse meorum, facta ipsa docebunt, quoniam tot tantaque bona me adiuvante adsequentur. Certe ad huiusmodi ipsis exhibenda beneficia paratus sum. Quid porro?

CAP. XII.

“ Ephraimus autem malus spiritus. „ Mala nimirum voluntas: nam spiritum saepe appellat voluntatem; veluti: spiritus fornicationis decepit eos. Et spiritum rectum innova in visceribus meis. Et Chaleb Iephoni filius, et Iesus Navi, quoniam spiritus alius fuit in illo. “ Persecutus est aestum tota die. „ Semper enim talia agebat, quae more aestus frugibus noxii, adferre ipsis perniciem poterant. “ Inania et vana multiplicaverunt. „ Magnum numerum idolorum constituerunt, inutilium prorsus, immo maximi detrimenti causam praebentium. “ Et foedus cum Assyriis inibat, et oleum in Aegypto mercabatur. „ Deinde in haec mala coniectus, modo ab Assyriis modo ab Aegyptiis sperabat boni aliquid consequi: et cum illis quidem amicitiae foedus iungere volebat, ab his autem belli societatem petebat: sed nihil ab his omnibus est consecutus. “ Et iudicium Domini cum Iuda, ut ul-

ἥκει διὰ τῶν πραγμάτων κριθησόμενος πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἐκδικῶν τὰ μὴ δεόντως αὐτοῖς
πεπραγμένα· τὸν Ἰακὼβ γὰρ κἀνταῦθα λέγει τὸ ἔθνος τῶν Ἰουδαίων, ὅπερ οὖν καὶ Ἰακὼβ
καὶ Ἰσραὴλ ἐκαλεῖτο κατὰ τὴν τοῦ προπάτορος αὐτῶν ὀνομασίαν, ὡς ἐν τοῖς ἀνωτέροις
ἐδείξαμεν· ὅθεν ἐπάγει. “ Κατὰ τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ ἀνταπο-
δώσει αὐτῷ. „ Ἵνα εἴπῃ ὅτι ἀνάλογον ὧν πταίουσιν αὐτοῖς ἐπάξει τιμωρίαν· εἶτα καὶ κατὰ
v. 3. παράθεσιν τοῦ προπάτορος τὴν τούτων ἐλέγχει κακίαν. “ Ἐν τῇ κοιλίᾳ ἐπτέρνισε τὸν ἀδελ-
p. 86. φὸν αὐτοῦ. „ Ὁ μὲν γὰρ καὶ πρὸ τῆς γεννήσεως ἐνεδείκνυτο τῷ σχήματι τὴν ἀπάτην, μεθ'
ἧς ἤμελλεν ἀντιποιηθήσεσθαι τῶν πρωτοτοκίων. “ Καὶ ἐν κόποις αὐτοῦ ἴσχυσε πρὸς θεόν. „
Καὶ πολλοὺς ὑπομείνας πόνους τε καὶ πλάνας, τῆς πρὸς θεὸν οὐκ ἠνέσχετο εὐνοίας ἐκστῆναι.
v. 4. “ Καὶ ἐνίσχυσε μετὰ ἀγγέλου, καὶ ἠδυνήθη. „ Καὶ δὴ καὶ τοῦ ἀδελφοῦ τὴν ἐπιβουλὴν ὑφορώ-
μενος, ὀπτασίας ἠξιώθη ἀγγέλου, πρὸς ὃν παλαίειν δοκῶν ὤφθη δυνατός· ἀλλὰ τὰ μὲν
ἐκείνου τοιαῦτα· τὰ δὲ τούτων τῶν ἀπογόνων τοῦ ἐκείνου ὁποῖα;

“ Ἔκλαυσαν καὶ ἐδεήθησάν μου. „ Ἐν δάκρυσιν ἅπαντες εἰσὶ καὶ δεήσεσιν, ἀπαλλαγὴν αἰτοῦντες τῶν κακῶν ἐν οἷς ὑπὲρ τῆς ἀσεβείας ἐξετάζονται τῆς οἰκείας· ποίας ταύτης; “ Ἐν τῷ οἴκῳ Ὢν εὗρόν με. „ Περὶ γὰρ τὴν τῶν εἰδώλων ἠσχολοῦντο θεραπείαν, ἐν ὀνομασίᾳ μὲν τιμῶντες ἐμῇ τὰ οὐδὲν αὐτῇ προσήκειν οἵους τε ὄντας· ὡς αὐτόθι δὲ παρόντα τιμῶντες ἐμὲ τὸν οὐ παρόντα· τὸ οὖν, ἐν τῷ οἴκῳ Ὢν εὗρόν με, ἀντὶ τοῦ ὡς ἐκεῖ με παρόντα εὑρίσκοντες· ὃν τιμᾶσθαι παρ' αὐτῶν ὡς θεὸν ἐχρῆν, ὅτι τῷ εἰδώλῳ προσῆγον τήν τε ὀνομασίαν καὶ τὴν τιμὴν τοῦ θεοῦ. “ Καὶ ἐκεῖ ἐλαλήθη πρὸς αὐτούς. „ Αὐτόθι δὲ τὴν ἀπό-
v. 5. φασιν ὑπὲρ ὧν ἠσέβουν ἐδέξαντο δικαίαν. “ Ὁ δὲ κύριος ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ ἔσται μνη-
p. 87. μόσυνον αὐτοῦ. „ Ἀλλὰ γὰρ περιπεσεῖται τοιούτοις ἀφ' ὧν ἐπιγνώσεται τὸν ὄντως θεὸν, με-
γίστην τε αὐτοῦ διαπαντὸς ἕξει τὴν μνήμην, ὃς πεποίηκε τε αὐτοὺς, καὶ εὐηργέτηκε πάντοτε,

ciscatur Iacob. „ Deus ipse venit, factis utique iudicium de illis peracturus, et quae praeter officium egerunt vindicaturus. Nam Iacob hoc quoque loco dicit universam Iudaeorum gentem, quae et Iacob et Israhel appellabatur, de sui progenitoris nomine, ut iam in superioribus diximus. Unde addit: iuxta vias eius, et iuxta adinventiones eius reddet ei. „ Pro eo ac dicat: se congruam peccatis eorum poenam impositurum. Deinde et progenitoris exemplo, horum redarguit improbitatem. “ In utero supplantavit fratrem suum. „ Profecto ille ante etiam nativitatem portendit eo corporis motu fraudem, qua affectaturus erat primogeniti iura. “ Et in laboribus suis valuit erga Deum. „ Multos perpessus labores ac fraudes, non sustinuit a Dei benivolentia recedere. “ Et viribus valuit cum angelo (luctari), et potens fuit. „ Fratris insidias suspicans, visione angeli dignatus fuit, cum quo luctari visus, potens apparuit. Ac res illius ita se habuerunt. Quid vero eius posteri?

“ Fleverunt, et me deprecati sunt. „ In luctu omnes versantur, precibusque nituntur aerumnas avertere, quibus ob suam impietatem premuntur. Quaenam est haec? “ In domo On invenerunt me. „ Idolorum cultui vacabant, nomine meo colentes illa quae huic appellationi ius nullum habebant. Illic, inquam, quasi praesentem me colebant, qui aberam. Ergo dictio, in domo On me invenerunt, ponitur pro: quasi ibi me praesentem invenissent, quem coli ab ipsis tamquam Deum oportebat, interim idolo exhibebant appellationem simul et honorem Dei. “ Et ibi facta sunt verba ad eos. „ Sententiam illic propter impie facta iustam audierunt. “ Et dominus Deus omnipotens erit memoriale eius. „ Sed enim in talia incidet, unde verum Deum cognoscere discet, eiusque maximam omni tempore memoriam reti-

καὶ δὴ καὶ νῦν ἀσεβήσαντας παιδεύσας ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβαλεῖ κατὰ τὴν δύναμιν τῆς
οἰκείας. " Καὶ σὺ ἐν Θεῷ σου ἐπίστρεψον· ἔλεον καὶ κρίμα φύλασσε· καὶ ἔγγιζε πρὸς τὸν Θεόν v. 6.
σου διαπαντός. „ Γνησίαν τοίνυν ἐπίδειξαι τὴν ἐπὶ Θεὸν μεταβολήν, καὶ ἐπιμελοῦ φι-
λανθρωπίας καὶ τῆς δικαίου· σπούδαζε δὲ ἀεὶ τῷ Θεῷ συνεῖναι· καὶ τῆς μὲν περὶ τοῦτον ἀντεχό-
μενος θρησκείας, ὅπερ ὠφέλειαν ταύτην συμβέβηκε δικαίως· τῆς δὲ περὶ τὰ εἴδωλα σπου-
δῆς ἀπεχόμενος παντελῶς. „ Χαναάν, ἐν χειρὶ αὐτοῦ ζυγὸς ἀδικίας· καταδυναστεύειν v. 7.
ἠγάπησε. „ Εἰς ἐπιστροφὴν αὐτοὺς δι' ἐκείνων ἐκκαλεσάμενος, ὀνειδίζει πάλιν αὐτοῖς τὴν
κακίαν ἐνταῦθα· ἀπεδείχθητε γάρ φησιν οὐδὲν ἐλαττούμενοι τῶν Χαναναίων, οὓς ἐκβαλὼν τῆς
χώρας ὁ Θεός, διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτοῖς ἀσέβειαν τε καὶ κακίαν, ὑμᾶς ἀντεισήγαγεν· ὅτι
πρὸς ἀδικίαν τε βλέποντες, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιμελείας τοὺς ἀσθενεστέρους κατὰ τὴν προσοῦ-
σαν ὑμῖν ἐκθλίβοντες δυναστείαν.

" Καὶ εἶπεν Ἐφραίμ, πλὴν πεπλούτηκα, εὕρηκα ἀναψυχὴν ἐμαυτῷ. „ Εἶτα ἐξ ἀδι- v. 8.
κίας συλλέγων χρήματα, ἥδεται ἐπὶ τῷ πλούτῳ, καὶ δὴ καὶ τὴν ἐξ αὐτῶν ἀπόλαυσιν ἡδεῖαν p. 88.
ἡγεῖται. " Πάντες οἱ πόνοι αὐτοῦ οὐχ εὑρεθήσονται αὐτῷ δι' ἀδικίας ἃς ἥμαρτεν. „ Δέον
ἀναλογίσασθαι ὅτι πάντα δὴ ταῦτα ἃ μετὰ παρανόμων συνήγαγε πόνων, ἀπολεῖται πάντα
ὑπὲρ τῆς ἀδικίας μεθ' ἧς αὐτὰ συνήγαγεν· ἐπειδὰν Θεὸς τῶν παρανομημάτων, ἐν οἷς ἐξε-
ταζόμενοι διετέλουν, δίκας αὐτοὺς εἰσπράττεσθαι βούληται. " Ἐγὼ δὲ κύριος ὁ Θεός σου v. 9.
ἀνήγαγόν σε ἐκ τῆς Αἰγύπτου. „ Ἔδει δέ σε πάσης ἀπέχεσθαι ἀδικίας τῆς κατὰ τῶν πενήτων,
ἀναλογιζόμενον ὅτι σε ἐν δουλείᾳ καθεστῶτα πικρᾷ, ἐξέβαλον τῆς Αἰγύπτου. " Ἔτι κατοι-
κιῶ σε ἐν σκηναῖς καθὼς ἐν ἡμέρᾳ ἑορτῆς. „ Καὶ δὴ καὶ οἴκησιν σοι παρέσχον, ἵνα εἴπῃ
τῆς γῆς τῆς ἐπαγγελίας τὴν ἀπόλαυσιν, ἑορτάζειν σοὶ παρέχων ἐν τῇ τῶν προσγεγονότων
ἀπολαύσει· τὸ γὰρ κατοικιῶ, ἀντὶ τοῦ κατῴκισα λέγει, τῇ ἐναλλαγῇ τοῦ χρόνου συνήθως

nebit, qui et ipsos creavit, et beneficiis continuis prosecutus est, et nunc etiam criminibus impiatos castigando nititur ad meliorem frugem convertere. " Et tu ad Deum convertere, misericordiam et iudicium custodi, et appropinqua Deo tuo semper. „ Genuinam itaque ostende ad Deum conversionem: caritas erga homines, et iustitia tibi curae sint: da operam ut semper cum Deo sis: cuius si cultum retinueris, merito fructum inde capies; ita tamen ut ab idolorum obsequio prorsus abstineas. " Chanaan, in manu eius statera iniquitatis; opprimere praepotenter dilexit. „ Postquam eos praedictis verbis ad conversionem invitaverat, rursus heic malitiam exprobrat. Nihilo meliores, inquit, apparuistis Chananaeis, quibus Deus regione ob ipsorum impietatem nequitiamque eiectis, vos illuc introduxit. Nihilominus vos ad iniustitiam incumbitis, multoque studio infirmiores opprimitis, quos vestrae potentiae viribus male mulcatis.

" Et dixit Ephraimus: verumtamen dives effectus sum, inveni solamen mihi. „ Atqui ex iniustitia congesta pecunia, gaudet divitiis suis, quarum dulcem usum existimat. " Nullus labor eius invenietur ipsi, propter iniquitates quas peccavit. „ Atqui reputare debuerat, omnia haec quae iniustis coacervavit laboribus, peritura omnino fore, propter iniquitatem qua ea collegerat: nempe cum Deus criminum, quorum illi sunt convicti, poenas sumere volet. " Et ego dominus Deus tuus eduxi te ex Aegypto. „ Sane oportebat abstinere te ab opprimendis iniuste pauperibus, reputantem quod in amara servitute cum degeres, Aegypto te abegi. " Adhuc habitare te faciam in tabernaculis, sicut in die sollemnitatis. „ Quin etiam habitaculum tibi obtuli, id est promissae terrae iucundum usum, festalem tibi laetitiam

* Ps. LIV. 17. χρησάμενος· συνήθως δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ψαλμῶν ἐδείξαμεν αὐτάρκως· οἷον ἐστὶ τὸ *, ἐγὼ
v. 18. δὲ πρὸς τὸν θεὸν ἐκέκραξα, καὶ ὁ κύριος εἰσήκουσέ μου· οἷς ἐπάγει· ἑσπέρας καὶ πρωῒ καὶ
μεσημβρίας διηγήσομαι, καὶ ἀπαγγελῶ, καὶ εἰσακούσεται τῆς φωνῆς μου· καί τοι γε τὸ εἰσή-
κουσε τῷ εἰσακούσεται οὐκ ἀκόλουθον· εἰ γὰρ γέγονε, τί δὴ γενέσθαι αἰτεῖ; ἀλλὰ καὶ τὸ πρότερον
p. 89. τὸ, καὶ ὁ κύριος εἰσήκουσέ μου, λέγει ἀντὶ τοῦ εἰσακούσεται· καὶ ὅλως καὶ πολὺ καὶ κεχυμένον
ἐν τοῖς ψαλμοῖς ἐκ τοῦ ἰδιώματος εὑρίσκεται τοῦ ἑβραϊκοῦ· ὅθεν δὴ καὶ παρὰ τοῖς προ-
* Is. LIII. 7. φήταις ὡς εἰκὸς τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτο εὕροι τις ἄν· ὡς ὅταν λέγῃ *, ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν
ἤχθη, ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ἀχθήσεται.

v. 10. « Καὶ ἐλάλησα πρὸς τοὺς προφήτας· καὶ ἐγὼ ὁράσεις ἐπλήθυνα, καὶ ἐν χερσὶ προ-
φητῶν ὡμοιώθην. » Ἐγὼ δὴ τότε καὶ προφήτας ἀνέδειξα, καὶ ὀπτασιῶν ἠξίωσα τοὺς τότε
πλείστων, πολυτρόπως τε ἐπιφαινόμενος τοῖς τότε δικαίοις, Μωϋσεῖ τε λέγω καὶ Ἰησοῦ τῷ
Ναυῆ καὶ τοῖς κατ' ἐκείνους· ἅπαντα δὲ ταῦτα πράττειν αἱρούμενος προθύμως, ὧν ἐχρῆν
v. 11. μεμνημένους, ἀρκεῖσθαι τοῖς δοθεῖσι, μὴ μετὰ ἀδικίας ἀφαιρουμένους τὰ ἕτερον. « Εἰ μὴ
Γαλαὰδ ἐστὶν, ἄρα ψευδεῖς ἦσαν ἐν Γαλγάλοις. » Ταῦτα δή φησιν· εἰ μὲν ἐκ Γαλαὰδ
ὑμῖν ὑπῆρξε καὶ Γαλγάλων, ἵνα εἴπῃ ἐκ τῶν εἰδώλων, εἶχεν ἄν τινα ἀπολογίαν ὑμῖν τὰ
νῦν πραττόμενα· εἰ δὲ μήτε ἐκ Γαλαὰδ ὑμῖν, μήτε ἐκ Γαλγάλων, τουτέστιν εἰ μὴ ἐκ
τῶν εἰδώλων ὑμῖν προσγέγονε, πῶς οὐ πρόδηλον ὅτι τῷ ψεύδει προσεστήκατε; νῦν τὴν ἀλή-
θειαν ἀφέντες, ἀποστάντες μὲν τοῦ εὐεργέτου, νεύσαντες δὲ πρὸς τοὺς ὠφεληκότας οὐδέν· εἶτα
p. 90. τούτοις μετὰ τῶν παρ' ὑμῖν ἀρχόντων τὰς θυσίας ἐπιτελοῦντες· ἀπὸ γὰρ Γαλαὰδ καὶ Γαλ-
γάλων τὰ εἴδωλα λέγει· ὡς καὶ ἀνωτέρω φησὶ, μὴ εἰσπορεύεσθε εἰς Γάλγαλα, ἵνα εἴπῃ
μὴ πρὸς τὰ εἴδωλα ἔρχεσθε, ἀπὸ τοῦ τόπου τὰ ἐν αὐτοῖς θρησκευόμενα λέγων· οὕτως καὶ

praebens in bonorum tuorum usufructu. Namque habitare faciam, posuit pro, habitare feci, solita temporum enallage utens: quem morem esse quoque psalmorum, satis iam demonstravimus. Veluti est illud: ego autem ad Deum clamavi, et Dominus exaudivit me. Quibus addit: vespere et mane ac meridie narrabo et annunciabo, et vocem meam exaudiet. Atqui prius, exaudivit, subsequenti, exaudiet, non est consentaneum. Nam si factum est, cur fieri postulat? Sed enim prius illud, et Dominus exaudivit me, dicit potius pro exaudiet me. In summa, saepe passimque hic hebraicus idiotismus occurrit. Quare et apud prophetas, ut par est, rem eandem observare cuilibet licebit; veluti: ut ovis ad occisionem ductus est; pro, ducetur.

« Et locutus sum ad prophetas, et ego visiones multiplicavi, et in manibus prophetarum assimilatus sum. » Ego et prophetas tunc protuli, et visionibus plurimis illius temporis homines dignatus sum, et multifariam iustis illis apparui, Moysi inquam, et Iesu filio Navi, et contemporaneis. Quae cum omnia libenter fecissem, oportebat sane horum memores, datis esse contentos, neque per iniustitiam aliena rapere. « Si Galaad non est, utique falsi fuerant in Galgalis. » Hoc dicit: siquidem ex Galaad et Galgalis vobis superesset, id est ex idolis, haberent fortasse defensionem aliquam vestra opera: sin vero neque ex Galaad neque ex Galgalis, id est si nihil ab idolis vobis accessit, quid ni sit exploratum vos rei falsae adhaesisse? Nunc veritatem deseruistis, a benefactore vestro recessistis, atque ad nihil profuturos (deos) accessistis, quibus sacrificia cum principibus vestris offertis. Nam Galaad et Galgalorum nominibus idola dicit. Sicut et retro ait: ne abeatis in Galgala, id est ne ad idola accedatis; a loco, cultos illic deos dicens. Heic pariter Galaad

ἐνταῦθα Γαλαὰδ μέμνηται καὶ Γαλγάλων, ἐν οἷς πολλή τις ἡ περὶ τὰ εἴδωλα θεραπεία
ἐγίνετο· ἀπὸ οὖν τῶν τόπων τὴν τῶν εἰδώλων σημαίνει θεραπείαν. τοῦτο λέγων, ὅτι τοσούτων
ὑμῖν ὑπαρξάντων παρ' ἐμοῦ, ἐκ δὲ τῶν δαιμόνων καὶ τῶν εἰδώλων οὐδενός, ἐξ ἀπάτης ἄρα
καὶ τῆς περὶ τὸ ψεῦδος ῥοπῆς, ἐμοῦ μὲν ἀφεστήκατε, περὶ δὲ τὰς ἐκείνων ἔχετε θυσίας.
" Καὶ τὰ θυσιαστήρια αὐτῶν ὡς χελῶναι ἐπὶ χέρσον ἀγροῦ. „ Ἔσται γὰρ ὑμῖν οὐδὲν ὄφελος
τῆς περὶ ἐκεῖνα, φησί, σπουδῆς, ἐπειδὴ ἅπαντα ταῦτα παντελῶς ἀφανίσει διὰ τῶν πολεμίων
ὁ θεός· ἐπειδὴ γὰρ ἡ χελώνη ἐν ὕδατι εἴωθε διαιτᾶσθαι, ἐν χέρσῳ δὲ ληφθεῖσα διαφθείρεται
πάντως, τῶν θυσιαστηρίων ἐβουλήθη τῷ ὑποδείγματι τὴν διαφθορὰν ὑποδεῖξαι.

Καὶ πάλιν τῇ τῶν προγόνων παραβολῇ δεικνὺς αὐτοὺς ἀσεβοῦντας. " Ἀνεχώρησεν v. 12.
Ἰακὼβ εἰς πεδίον Συρίας, καὶ ἐδούλευσεν Ἰσραὴλ ἐν γυναικί, καὶ ἐν γυναικὶ ἐφυλάξατο. „
Εἵλετο μὲν γὰρ ἐκεῖνος δι' ἀρετὴν καὶ τὴν τῶν πρωτοτοκίων εὐλογίαν, τῶν οἰκείων φυγὰς
γεγονὼς περὶ τὴν Συρίαν ἐλᾶσθαι, καὶ ὑπομεῖναι μὲν τὴν παρὰ τῷ Λαβὰν δουλείαν· μετὰ p. 61.
ταλαιπωρίας δὲ πολλῆς καὶ πρὸς γάμον ἐλθεῖν γυναικός, ἵνα μὴ χαναναίαν ἀγάγηται
παρὰ τὸ τῷ πατρὶ δοκοῦν· καὶ τοσαύτην ὑπέμεινεν ταλαιπωρίαν, φυλαττόμενος τὸ παρὰ
τὰ νόμιμα τῶν προγόνων, καὶ τὸ δοκοῦν τῷ θεῷ γυναῖκα ἀγάγεσθαι· ὅπερ οὐ πεποίηκεν
ὁ ἀδελφὸς ἐκείνου χαναναίας ἀγαγόμενος παρὰ τὸ θεῷ τε δοκοῦν καὶ τοῖς γονεῦσι. " Καὶ v. 13.
ἐν προφήτῃ ἀνήγαγε κύριος τὸν Ἰσραὴλ ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ ἐν προφήτῃ διεφυλάχθη. „
Ἐπειδὴ δὲ μετ' ἐκεῖνα πάντα κατελήλυθεν εἰς τὴν Αἴγυπτον, τοσαύτην τῶν ἐξ ἐκείνου κη-
δεμονίαν ἐποιήσατο, ὥστε τῇ τοῦ προφήτου Μωϋσέως ὑπουργίᾳ ἀναγαγεῖν τε ἅπαντας ἐκ τῆς
Αἰγύπτου, καὶ κατὰ τὴν ἔρημον αὐτοὺς διὰ τῆς ἐπιμελείας φυλάξαι τῆς οἰκείας, ἄχρι τοῦ καὶ εἰς τὴν
γῆν εἰσαγαγεῖν τῆς ἐπαγγελίας. " Ἐθύμωσέ με Ἐφραὶμ καὶ παρώργισεν. „ Τοιούτων δὲ v. 14.
γεγονότες προγόνων, καὶ τούτων δι' ἐκείνους παρ' ἐμοῦ τετυχηκότες ἀγαθῶν, εἰς ὀργὴν

memorat et Galgala, in quibus idolorum cultus frequentabatur: a locis, inquam, idolorum cultum denotat. Summa autem sermonis est, quod tantis a me acceptis beneficiis, nullis vero a daemonibus atque idolis, sequitur ut fraude illecti et falsitatis affectu, a me recesseritis, et illorum sacrificia frequentetis. " Et altaria eorum quasi testudines in solo campestri. „ Nullum capietis vestri erga illa studii emolumentum, quia haec omnia manu hostium destruet Deus. Nam quia testudo sub aquis habitare solita, in sicco deprehensa prorsus perit; hoc exemplo voluit altarium excidium designare.

Sed ecce denuo ex maiorum comparatione demonstrans nepotes peccare " fugit, inquit, Iacob in campum Syriae, et servivit Israhel ob uxorem, et in uxore fuit observans. „ Maluit ille propter virtutem et primogeniti benedictionem, domo profugus per Syriam vagari, et apud Labanum servitutem perferre: et cum gravi aerumna ad nuptias pervenire uxoris, ne chananaeam duceret praeter patris sui voluntatem: tantamque aerumnam exantlavit, ut instituta maiorum servaret, et Dei circa uxorem ducendam placitum: quod contra fecerat frater eius, chananaeis uxoribus ductis praeter Dei et parentum voluntatem. " Et per prophetam eduxit Dominus Israhelem de terra Aegypti: et per prophetam servatus est. „ Quoniam post illa omnia descenderat Israhel in Aegyptum, tantam posterorum eius tutelam Deus gessit, ut prophetae Moysis ministerio cunctos ex Aegypto reduxerit; quos etiam in deserto providentia sua conservavit, donec in promissam terram induceret. " Ad iracundiam me provocavit Ephraimus et exacerbavit. „ Tales cum fuerint progenitores, et illorum gratia tot hi a me bona sint consecuti, nihilominus iram mihi

με κατέστησαν πλάστην, ἀγνώμονες μὲν περὶ ἐμὲ γεγονότες τὸν τοσαῦτα αὐτοὺς εὖ πεποιηκότα· περὶ δὲ τὴν τῶν εἰδώλων τραπέντες θεραπείαν, ὧν οὐδὲν εἰλήφασι κέρδος. “ Καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐπ' αὐτὸν ἐκχυθήσεται. „ Τοιγαροῦν ἐπ' αὐτὸν ἡ ὑπὲρ τῶν παραπτωμάτων
p. 92. τραπήσεται τιμωρία. “ Καὶ τὸν ὀνειδισμὸν αὐτοῦ ἀνταποδώσει αὐτῷ κύριος κατὰ τὸν λόγον Ἐφραίμ. „ Τῆς διαβολῆς ἧς διὰ τῆς οἰκείας ἀσεβείας προσετρίψατο τῷ θεῷ, δίκας αὐτὸν εἰσπράξεται δικαίας, ἀνάλογον οἷς ἐφθέγξατο κατ' αὐτοῦ.

ΚΕΦ. ΙΓ΄.

v. 1. “ Δικαιώματα ἔλαβε καὶ αὐτὸς ἐν τῷ Ἰσραήλ· καὶ ἔθετο αὐτὰ τῷ Βαὰλ καὶ ἀπέθανε. „
Δεξάμενος γὰρ αὐτὸς ἐκ τοῦ νόμου Μωϋσέως τὰς διατάξεις ὧν πράττειν προσῆκον ἦν αὐτὸν, εἰς τὸν Βαὰλ παρέστησεν ἁπάσας, τὴν ἐμοὶ προσήκουσαν κατὰ νόμον θεραπείαν ἐπ'
v. 2. ἐκεῖνα μεταγαγών· ὑπὲρ ὧν δὴ θανάτου πρόξενος γέγονεν ἑαυτῷ. “ Καὶ νῦν προσέθεντο τοῦ ἁμαρτάνειν, καὶ ἐποίησαν ἑαυτοῖς χωνευτὰ ἐκ χρυσίου καὶ τοῦ ἀργυρίου αὐτῶν κατ' εἰκόνα εἰδώλων, ἔργα τεκτόνων συντετελεσμένα αὐτοῖς. „ Ἐπιμεμενήκασι δὲ τῇ ἀσεβείᾳ, τὰ μὲν ἐκ χρυσοῦ τὰ δὲ ἐξ ἀργύρου εἴδωλα κατασκευάσαντες ἀνθρωπίναις γεγονότα χερσίν· εἶτα τοσαύτην περὶ ταῦτα ἐπιδείκνυνται τὴν σπουδὴν, ὥστε τί; “ Αὐτοὶ λέγουσι θύσατε ἀνθρώπους· μόσχοι γὰρ ἐκλελοίπασιν. „ Ὥστε μετὰ πολλὰς θυσίας ἃς διὰ τῶν ἀλόγων προσήγαγον, οὐκ ἀρκεσθέντας τῷ πλήθει τῶν θυμάτων ἐκείνων, ἔτι καὶ εἰς ἀνθρώπους
* Ps CV. 37. μεταστῆσαι τῆς θυσίας τὴν ἐπιχείρησιν· ὥστε καὶ ὁ μακάριος λέγει Δαυίδ· * καὶ ἔθυσαν τοὺς υἱοὺς
v. 3. υἱοὺς αὐτῶν καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῶν τοῖς δαιμονίοις. “ Διὰ τοῦτο ἔσονται ὡς νεφέλη πρωϊνὴ,
p. 93. καὶ ὡς δρόσος ὀρθρινὴ πορευομένη, καὶ ὡς ἀράχνη ἀποφυσωμένη λαίλαπι ἀπὸ ἅλωνος, καὶ ὡς ἀτμὶς ἀπὸ ἀκρίδων. „ Ὥσπερ γὰρ νεφέλη τις ἢ δρόσος ἑωθινὴ διαλυθεῖσα παντελῶς ἀφανίζεται, ἀράχνη τε ἐν ἅλωνι καθεστῶσα ὑπὸ συστροφῆς ἀνέμου, καὶ μὴν καὶ ἀτμὶς

maximam commoverunt, ingratos mihi se praebentes tanto benefactori; atque ad idola potius conversi, a quibus nihil lucri perceperant. “ Et sanguis eius super eum effundetur. „ Quapropter in ipsum recidet delictorum poena. “ Et opprobrium eius restituet ei Dominus, iuxta Ephraimi sermonem. „ Calumniae, quam impietate sua Deo aspersit, iustas luet poenas congruasque verbis quae contra eum iactavit.

CAP. XIII.

“ Iustificationes accepit et ipse in Israhele; sed eas apposuit Baali, et mortuus est. „ Nam cum ipse ex lege Moysis religionis colendae ritus accepisset, ad Baalim cunctos transtulit, debitum mihi ex lege cultum in idola conferens; quo facto, mortem sibi indixit. “ Et nunc addiderunt ad peccandum, et fecerunt sibi conflatilia ex auro argentoque suo in forma idolorum, quae sunt ab artificibus confecta opera. „ Perseverarunt in impietate, idola aurea et argentea humanarum manuum artificio fabricantes. Mox huiusmodi erga idola studium quousque tandem intenderunt? “ Immolate, aiunt, homines, quia vituli defecerunt. „ Ita ut post tot sacrificia quae ex brutis animalibus obtulerant, non contenti victimarum illarum multitudine, homines quoque sacrificiorum materiam effecerint. Sic etiam beatus ait David; et immolaverunt filios suos ac filias suas daemonibus. “ Idcirco erunt quasi nubes matutina, et sicut ros antelucanus praeteriens, et quasi aranei tela turbine exsufflata de area, et sicut vapor a locustis. „ Sicut enim nebula aliqua aut ros matutinus dissolutione prorsus disparent; et aranei tela quae forte in area sit, venti

βραχεῖα πρὸς ὀλίγον φανεῖσα ἀπὸ πτήσεως ἀκρίδων, οὕτως ἀθρόον ἀφανισθήσεσθε πάν-
τες ὑπὸ τῆς ὀργῆς τῆς ἐμῆς.

“ Ἐγὼ δὲ κύριος ὁ θεός σου, στερεῶν οὐρανὸν καὶ κτίζων γῆν· οὗ αἱ χεῖρες ἔκτισαν v. 4.
πάσας τὰς στρατιὰς τοῦ οὐρανοῦ· καὶ οὐ παρέδειξα σοι τὰ πορεύεσθαί σε ὀπίσω αὐτῶν· καὶ ἐγὼ
ἀνήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου· καὶ θεὸν πλὴν ἐμοῦ οὐ γνώσῃ· καὶ σώζων οὐκ ἔστι πάρεξ ἐμοῦ. „
Μάλιστα δέ σοι τὴν τιμωρίαν ἐποίσω * τὴν προκειμένην δικαίως, ὅτι πρὸς τὰ εἴδωλα νένευ- * cod. ἐπείσω.
κας ἀποστὰς ἐμοῦ, ὃς ποιητὴς τῶν ἁπάντων ὤν, τῶν τε κατ' οὐρανὸν καὶ τῶν κατὰ γῆν, ὁπηνίκα
σε ἐξήγαγον τῆς Αἰγύπτου, τῷ πλήθει καὶ τῷ μεγέθει τῶν θαυμάτων ἐκείνων, τῆς τε κατε-
χούσης ἀπαλλάττων δουλείας, καὶ τὴν ἐμὴν εἰδέναι διδάσκων δύναμιν, παρηγγύησα σα-
φῶς ἑτέρῳ μηδὲ μηδενὶ μὴ τῶν κατὰ γῆν μὴ τῶν κατ' οὐρανὸν φωστήρων νέμειν τὴν θεοῦ προση-
γορίαν, ἐμὲ δὲ μόνον ὁμολογεῖν τε καὶ εἰδέναι θεόν, ὃς καὶ σώζειν καὶ ἀπαλλάττειν τῶν ἐπι-
κειμένων κακῶν δύναμαι μόνος, ἅτε τῶν ἁπάντων κύριος ὑπάρχων· ὡς ἂν μὴ λόγους p. 91.
εἶναι καὶ ῥήματα νομίζῃς τοὺς νόμους τοὺς ἐμούς, ἐκ δὲ τῆς ἀληθείας καὶ τῶν πραγμάτων
συγκειμένους δικαίως. “ Ἐγὼ ἐποίμαινόν σε ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐν γῇ ἀοικήτῳ κατὰ τὰς νομὰς v. 5.
F αὐτῶν. „ Ἐξαγαγὼν δέ σε τῆς Αἰγύπτου, καὶ κατὰ τὴν ἔρημον τῇ ἐμαυτοῦ κηδεμονίᾳ διήγαγον v. 6.
ἐν ἀοικήτῳ γῇ· καὶ ἐν ᾗ δὴ νομαὶ θηρίων τε ἦσαν καὶ ἑρπετῶν, οὐδενὸς ὑστερηθῆναι τῶν
ἀναγκαίων εἴασας. “ Καὶ ἐνεπλήσθησαν εἰς πλησμονήν, καὶ ὑψώθησαν αἱ καρδίαι αὐτῶν·
ἕνεκεν τούτου ἐπελάθοντό μου. „ Εἶτα εἰσεληλυθότες εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, καὶ τοσούτων
παρὰ πᾶσαν ἀνθρωπίνην ἐλπίδα ἀπολελαυκότες ἀγαθῶν, μεγάλοι τε παρὰ πᾶσι τοῖς
κατὰ τὴν οἰκουμένην δειχθέντες ἀνθρώποις, διὰ τῶν περὶ αὐτοὺς ἐξ ἐμοῦ γεγονότων, οὐκέτι
μνήμην εἶχον ἐμοῦ τοῦ δεδωκότος αὐτοῖς τῶν τοσούτων ἀγαθῶν τὴν ἀφθονίαν.

turbine abripitur, itemque levis vapor brevi apparens abs locustarum volatu; sic vos repente omnes ab ira mea destruemini.

“ Ego autem dominus Deus tuus, qui firmavi caelum, et terram condidi, cuius manus creaverunt omnem militiam caeli; quique hanc haud tibi ostendi ut ambulares post eam; ego inquam eduxi te Aegypto; tu vero nullum Deum praeter me habebis; neque qui te salvet, excepto me. „ Supradictam quidem potissimum poenam tibi merito inferam, quia declinasti ad idola, deserto me; qui cum sim creator omnium caelique et terrae, quo tempore te Aegypto eduxi, tanta cum miraculorum illorum multitudine ac magnitudine, servitutis pressura sublevans, et potentiae meae notitiam te docens, tunc inquam palam mandavi tibi, ut nulli rei terrestri nullique caelesti luminari appellationem Dei tribueres, meque solum confitereris ac scires esse Deum, qui et salvare et eripere ex instantibus malis, utpote omnium dominus, solus queo. Quamobrem cave ne veluti sermones quosdam ac verba existimes esse leges meas, sed potius rerum veritate recte concretas. “ Ego pavi te in deserto, in terra inhabitabili, iuxta pascua eorum. „ Postquam te Aegypto eduxi, in deserto quoque providentia mea te sum comitatus, in terra habitatoribus cassa; ubi quum nihil aliud esset praeter ferarum et serpentium pascua, nihil tibi necessarium deesse sivi. “ Et saturati abunde sunt, et elevata sunt corda eorum, ideoque mei sunt obliti. „ Post haec promissam terram ingressi, tantisque praeter quamlibet humanam spem, bonis fruentes, et magnum prae ceteris mundi incolis nomen adepti, propter mea circa ipsos opera, attamen mei memores non fuerunt, qui tantam iis bonorum copiam contuleram.

v. 7. “ Καὶ ἔσομαι αὐτοῖς ὡς πάνθηρ καὶ ὡς πάρδαλις κατὰ τὴν ὁδὸν Ἀσσυρίων. „ Τοιγαροῦν
δίκην πάνθηρος αὐτοὺς καὶ παρδάλεως, μετὰ πολλῆς τῆς ὀξύτητος συντρίβων τε καὶ ἀπολλὺς,
v. 8. ὑπὸ τὴν τῶν Ἀσσυρίων αἰχμαλωσίαν ἐλάσω πάντας. “ Ἀπαντήσομαι αὐτοῖς ὡς ἄρκτος
p. 95. ἀπορουμένη. „ Καὶ δίκην ἄρκου τῶν γεννημάτων στερηθείσης τῶν οἰκείων, καὶ ἐπὶ πολλῆς τῆς
ἐπ' ἐκείνοις ἀπορίας τοῖς ἀπαντῶσι λυμαινομένης, πλεῖστον ὅσον αὐτῶν ἐργάσομαι τὸν
φόνον. “ Καὶ διαρρήξω συγκλεισμὸν καρδίας αὐτῶν. „ Καὶ πάντας δὲ τοὺς διαλογισμοὺς
αὐτῶν οὓς παρ' ἑαυτοῖς συνέχοντες, μετὰ πολλῆς ἠσέβουν τῆς ἐπιμελείας, περιττοὺς ὄντας καὶ
ματαίους, διὰ τῆς ἐπαγομένης αὐτοῖς ἐλέγξω τιμωρίας. “ Καὶ φάγονται αὐτοὺς ἐκεῖ σκύμ-
νοι δρυμοῦ, καὶ θηρία ἀγροῦ διασπάσει αὐτούς. „ Οὕτω γὰρ αὐτοὺς τῇ τῆς σφαγῆς ποικιλίᾳ
καταναλώσουσιν οἱ πολέμιοι, ὡσανεὶ λέοντες τινὲς ἐκ δρυμοῦ, ἤ τινα ἕτερα παραπλήσια
v. 9. τούτοις θηρία, ἀθρόα τοῖς ὀδοῦσιν ἐπιπεσόντα διασπάσειεν ἅπαντας. “ Τῇ διαφθορᾷ σου
Ἰσραὴλ, τίς βοηθήσει σοι; „ Ἀλλὰ γὰρ ὑπὸ τοσούτων διαφθαρεὶς μόνος τε καὶ ἀπολλύμενος
κακῶν, τίνα ἂν εὕροις βοήθειαν;

v. 10. “ Ποῦ ὁ βασιλεύς σου οὗτος, καὶ διασωσάτω σε ἐν πάσαις ταῖς πόλεσί σου· καὶ κρινάτω
v. 11. σε, ὃν εἶπας δός μοι βασιλέα καὶ ἄρχοντα· καὶ ἔδωκά σοι βασιλέα ἐν ὀργῇ μου. „ Οὐδὲ
γὰρ ἐκ βασιλικῆς ἐπιμελείας ἢ στρατηγίας ἀποίσει τι κέρδος· ἔσται γὰρ καὶ οὗτος ἄτονος εἰς
βοήθειαν, ἀντιπράττοντος ἐμοῦ· καί τοι γε ἐμοὶ δοκοῦν ἡγεμόνα σοι τὸν Σαμουὴλ ἄνδρα
δίκαιον, καὶ μετὰ πάσης ἀρετῆς τήν τε ἱερωσύνην καὶ τὴν ἡγεμονίαν διέποντα τοῦ λαοῦ,
p. 96. παρῃτήσασθε παντελῶς, παραπλησίως τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι φήσαντες δεῖν ἔχειν βασιλέα.
ὃς ἀρκέσει πρὸς τοὺς ὑπὲρ ὑμῶν πολέμους τοῖς ἀλλοφύλοις· ἀλλὰ γὰρ ἥκει καιρὸς, ἐν ᾧ τῆς
ἀβουλίας αἰσθήσεσθε τῆς οἰκείας· οὐ γάρ τι ὄφελος παρέξουσιν ὑμῖν οἱ βασιλεύειν ἐν ὑμῖν
δοκοῦντες, ἅτε πασῶν τῶν ἐν ὑμῖν πόλεων ὑπὸ μίαν ἀπώλειαν πεσουμένων· οὐ τοίνυν ἐδί-

“ Eroque illis ut panthera, et sicut pardus in via Assyriorum. „ Propterea pantherae more pardique, velociter admodum eos conteram perdamque, cunctos videlicet in Assyriorum trahens captivitatem. “ Occurram eis quasi ursa destituta catulis. „ Ursae more, cui sui sublati sint catuli, et ob grave illorum desiderium quotquot occurrerint discerpentis, ego quoque magnam eorum occidionem faciam. “ Et disrumpam conclusionem cordis eorum. „ Et eorum omnes cogitationes, quas intra se continentes, studiose admodum peccabant, supervacuas ac vanas per inflictam poenam coarguam. “ Et devorabunt eos ibi catuli silvae, et bestiae agri discerpent eos. „ Sic eos variis caedibus consument hostes; veluti leones de saltu, aut aliae huiusmodi ferae, subito irruentes dentibus omnes lacerarent. “ Corruptioni tuae, Israhel, quis auxiliabitur? „ Tantis fractus perditusque malis, quodnam auxilium invenies?

“ Ubi hic rex tuus? Nunc salvet te in omnibus urbibus tuis. Iudex esto tuus, de quo dixisti: da mihi regem et principem: dedique tibi regem in ira mea. „ Neque enim ex regio aut militari regimine quicquam lucraberis: erit quippe et hoc invalidum ad defensionem, repugnante me. Nam cum mihi placuisset dare vobis praesidem Samuhelem, virum iustum et omni virtute praeditum, qui sacerdotium simul et principatum populi administraret, vos eum omnino deposuistis; aeque ac reliquas gentes, oportere vos habere regem dicentes, qui vobis usui esset ad bella contra alienigenas. Atqui tempus adest, quo inconsiderantiam vestram agnoscetis: nihil enim vobis proderunt hi qui regnare apud vos videntur, siquidem vestrae omnes urbes una eademque ruina corruent. Nemo igitur tibi iudex erit, quasi imme-

τις αὐτῶν κρινεῖ σοι, ὡς ματαίαν παρὰ τῶν πολεμίων ἐπανάστασιν ὑπομένοιτι, καί τινα παρέξει βοήθειαν ἐπὶ τούτοις· ἐπειδὴ τοῦτο πρὸς τοὺς οἰκείους τοῖς βασιλεῦσιν ἔθος ποιεῖν εἰς τὴν τῶν ἀδικουμένων βοήθειαν· πολέμιοι δὲ οἱ νῦν πλεῖστον ὅσον τῶν βασιλευόντων ἐν ὑμῖν ὄντες δυνατώτεροι· ὁπηνίκα δὲ ᾐτεῖτε ὡς ἐπ' ἀγαθῷ ληψόμενοι τοῦ βασιλέως τὴν ἀρχὴν, θυμούμενος ἐπὶ τῇ μοχθηρίᾳ τῆς γνώμης τῆς ὑμετέρας, ὅμως ἐπέτρεψα λαβεῖν τὸν βασιλέα, ὡς ἂν μὴ ἀντιπράττειν ὑμῖν τὰ κάλλιστα ὑπὲρ ἑαυτῶν διαπραττομένοις δοκοίην. “ Καὶ ἀνέσχον ἐν τῷ θυμῷ μου. „ Θυμούμενος δὲ καὶ νῦν ἐπί τε ἐκείνῃ καὶ τῇ καθεξῆς παρανομίαις ὑμῶν, ἀφεῖλον μὲν ὑμῶν τὴν ἐμὴν συμμαχίαν· εἴασα δὲ ὑμᾶς ἐξ αὐτῶν μαθεῖν τῶν πραγμάτων, πόσῳ δὲ ἄμεινον ὑμῖν ἦν ὑπὸ τοῖς παρ' ἐμοῦ προχειριζομένοις ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας σωτηρίας ἄγεσθαι πάντοτε, ἢ βασιλικῇ πιστεύειν αὐτοὺς δυναστείᾳ.

“ Συστροφὴ ἀδικίας Ἐφραὶμ ἐν κεκρυμμένη ἁμαρτία αὐτοῦ· ὠδῖνες ὡς τικτούσης ἥξου- v. 12. p. 97.
σιν αὐτῷ. „ Καὶ ἐπειδὴ διὰ πάντων ἐδείχθητε (ἀπὸ γὰρ τοῦ Ἐφραὶμ εἰωθότως ὡς ἀπὸ μέ- v. 13.
ρους λέγει τὸ πᾶν) πολλήν τινα τὴν συστροφὴν καὶ τὴν ἐπιμέλειαν ἔχοντες τοῦ ποικίλως ἀσεβεῖν
τε καὶ ἁμαρτάνειν εἰς ἐμὲ, ἐν μελέτῃ τε τῇ κατὰ διάνοιαν ἐστὶν ὑμῖν τὸ ἁμαρτάνειν (τοῦτο γὰρ
ἐγκεκρυμμένην ἁμαρτίαν λέγει, τὸ τὰ τῆς ψυχῆς βουλεύματα ἄδηλα τοῖς ἐκτὸς ὑπάρχειν)
ὑπὲρ δὴ τούτων φησὶ τοιαύταις περιπεσεῖσθε τιμωρίαις, ὥστε δίκην γυναικὸς ὠδινούσης ἐν
τῷ τίκτειν συνέχεσθαι ταῖς τῶν ἐπεληλυθότων ὑμῖν κακῶν ὀδύναις. „ Οὗτος ὁ υἱός σου ὁ
φρόνιμος; „ Ταῦτα τῆς συνέσεως ὑμῶν τὰ ἔργα, οἱ οὐκ ἠδυνήθητε διακρῖναι πόσον ἐστὶ
τὸ διάφορον ἐμοί τε ἀρέσκειν, καὶ ὑπὸ τὴν ἐπιμέλειαν εἶναι τὴν ἐμὴν, ἢ πρὸς τὰ εἴδωλα
νεύειν, καὶ τἀναντία τοῖς ἐμοὶ δοκοῦσι; “ Διότι νῦν οὐ μὴ ὑποστῇ ἐν συντριβῇ τέκνων αὐτοῦ. „
Τοιγαροῦν τοιαῦτα βουλευσάμενοι, ἐνεγκεῖν οὐ δυνήσεσθε τὴν ἀπώλειαν τὴν οἰκείαν. Εἶτα τῶν
κακῶν ὑποσχούμενος καθὼς εἴωθε τὴν λύσιν, ἐπάγει. “ Ἐκ χειρὸς ᾅδου ῥύσομαι αὐτοὺς, καὶ v. 14.

ritam ab inimicis adgressionem patiaris; neque ullum in hoc rerum statu auxilium praebebit: quamquam hoc potissime regum erga suos officium est, ut iniurias eorum ulciscantur: nunc vero hostes mirum quantum regibus vestris potentiores sunt. Sed tamen cum petistis, tamquam aliquid boni accepturi, regis dignitatem, indignans ego licet vestrae voluntatis improbitati, nihilominus ut regem haberetis indulsi, ne forte viderer vestrae optimae deliberationi contradicere: toleravi, inquam, in ira mea. Et nunc pariter iratus tum illi veteri tum posterioribus vestris iniquitatibus, meum vobis auxilium subduxi: sivique vos ex ipsis discere rebus, quanto melius fuerat ab illis, quos ego pro vestra salute elegeram, semper gubernari, quam regiae vos committere potestati.

“ Vortex iniquitatis Ephraimus, cum occulto peccato suo: dolores quasi parturientis venient ei. „ Et quia in omnibus demonstrastis (namque Ephraimi nomine, more suo, tamquam ex parte totum dicit) vehementem quendam impetum ac sedulitatem multifariam impie agendi peccandique adversus me, mentisque vestrae cogitatio in delicto tota defigitur (hoc enim dicit occultum peccatum, nempe quia animi deliberationes ignotae externis sunt) propterea, inquit, in tot tantasque incidetis poenas, ut quasi mulier in partu dolens, futuri sitis propter ingruentium malorum cruciatus. “ Hiccine filius tuus prudens? „ Haeccine sapientiae vestrae opera, qui discernere nescivistis, quantum intersit inter gratiam meam ac tutelam, et declinationem ad idola atque ad opera voluntati meae contraria? “ Quamobrem nunc non subsistet in contritione filiorum suorum. „ Propterea cum talia deliberaveritis, tolerare perditionem vestram non poteritis. Exin porro malorum,

ἐκ θανάτου λυτρώσομαι αὐτούς. „ Ἀλλὰ γὰρ καὶ μετὰ πάντα ταῦτα παιδεύσας αὐτοὺς τῇ
p. 98. τιμωρίᾳ, ἐξ αὐτοῦ μικροῦ τοῦ θανάτου πάντας ὑμᾶς ἐξελῶμαι παρὰ πᾶσαν ἀνθρωπίνην
ἐλπίδα. “ Ποῦ ἡ δίκη σου θάνατε; ποῦ τὸ κέντρον σου ᾅδη; „ Ὥστε σοι τότε λέγειν ἐξέσται
ταυτὶ τὰ ῥήματα, ὁρῶντι τὸν τῶν ποικίλον ἐκεῖνον θάνατον ἐπαγαγόντων σοι τὴν τιμωρίαν,
λέγει δὲ τῶν Ἀσσυρίων. “ Παράκλησις κέκρυπται ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου. „ Τεύξῃ γὰρ παρα-
κλήσεως ἐπὶ τοῖς τοσούτοις κακοῖς, ἣ νῦν μὲν ἄδηλος ἐστί σοι τέως, ὄψει δὲ αὐτὴν ἐξ αὐ-
τῶν τότε τῶν πραγμάτων.

v. 15. “ Διότι οὗτος ἀνὰ μέσον ἀδελφῶν διαστελεῖ. „ Τινὲς οὕτως ἐνόησαν ὅτι τῶν Ἰσραηλιτῶν
κατήγαγε μὲν εἰς αἰχμαλωσίαν τὰς δέκα φυλάς, τοὺς δὲ τῆς Ἰουδαίας ἀφῆκε· τοῦτο δὲ οὐ
κατὰ γνώμην γέγονε τοῦ Ἀσσυρίου, ὅς γε ἠβουλήθη τήν τε Ἱερουσαλὴμ καὶ τοὺς τῆς Ἰουδαίας
τὰ ὅμοια διαθεῖναι· ἐκωλύθη δὲ τῇ δυνάμει τῇ θείᾳ καὶ τῇ τοῦ ἀγγέλου πληγῇ· ὥστε οὐκ
αὐτὸς διέστειλεν, ἀλλ' ἠβουλήθη τὸ μέγεθος τῶν κακῶν εἰπεῖν ὁ προφήτης, ἐν οἷς ἐξετα-
σθήσονται ὑπὸ τοῦ Ἀσσυρίου ληφθέντες, εἰς ἀπόδειξιν ὧν αὐτοῖς ὁ θεὸς παρέξει, τιμωρεῖσθαι
μέλλων ὕστερον ἐκείνους· ἐπειδὴ τοίνυν αἰχμαλώτους αὐτοὺς λαβὼν ὁ Ἀσσύριος διέσπειρεν
αὐτοὺς τῇδε κἀκεῖσε ἐνοικίσας διαφόροις τόποις, ὡς ἂν μὴ δὲ ἀλλήλοις παρέχειν τινὰ
p. 99. δύναιντο συμμαχίαν, μὴ δὲ ἐκ συμφωνίας περὶ τῆς ἐκεῖθεν ἀπαλλαγῆς βουλεύοιντο ἔτι·
* Ps. CXLVI. 2. οὕτω δὲ λέγει καὶ ὁ μακάριος Δαυίδ· * τὰς διασπορὰς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπισυνάξει· ἵνα εἴπῃ
* Ps. CVI. 2. ὅτι διεσπαρμένους αὐτοὺς τῇδε κἀκεῖσε, ἐπανάξει παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα· καὶ ἑτέρωθι δέ· *
εἰπάτωσαν δὴ οἱ λελυτρωμένοι ὑπὸ κυρίου, οὓς ἐλυτρώσατο ἐκ χειρὸς ἐχθροῦ, καὶ ἐκ τῶν
χωρῶν συνήγαγεν αὐτοὺς ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν καὶ βοῤῥᾶ καὶ θαλάσσης. „ Δηλῶν ὅπως
ἦσαν πολλαχοῦ διεσπαρμένοι· τοῦτο δὴ λέγει κἀνταῦθα ὅτι οὗτος ὁ λαβὼν ὑμᾶς αἰχμα-
λώτους, καὶ εἰς ἀλλοτρίαν χώραν ἀπαγαγών, εἰς πολλοὺς ποικίλους διέσπειρε τόπους· ὡς ἂν

ut solet, promittens solutionem, pergit dicere: “ de manu inferni liberabo eos, de morte redimam eos. „ Iam vero post haec omnia, poena iam eruditos, ex ipsa propemodum morte vos omnes eruam, praeter omnem humanam spem. “ Ubi ultio tua, mors? ubi stimulus tuus, inferne? „ Tunc a te dici haec verba licebit, cum multiformem illum interitum cernes hominum, qui tibi poenam intulerunt, nempe Assyriorum. “ Consolatio abscondita est ab oculis suis. „ Habebis certe malorum tantorum solamen, quod nunc tibi adhuc ignotum est, sed ex ipsis demum rebus gestis innotescet.

“ Quia hic inter fratres dividet. „ Nonnulli existimarunt, Assyrium abduxisse in captivitatem decem tribus, sed Iudaeae incolas dimisisse. Atqui de hoc non cogitavit Assyrius, qui immo voluit Hierosolymis et Iudae incolis paria facere, sed divina potentia impeditus fuit et angeli clade. Non ergo ille divisit; sed propheta nihil aliud dicere vult quam malorum gravitatem, quibus exercebuntur capti ab Assyrio; vultque demonstrare cuiusmodi Deus dabit supplicia, quum suo tempore faciet illorum castigationem. Etenim reapse Assyrius captivos Israhelitas hac illac dispersit diversis locis, quominus ullum praestarent mutuum auxilium, neque collatis consiliis de reditu illinc cogitarent. Sic etiam beatus David ait: dispersiones Israhelis congregabit; nempe ut dicat: dispersos eos hac et illac, praeter omnem spem adunabit. Et alibi: dicant qui redempti sunt a Domino, quos redemit de manu inimici, et de regionibus congregavit eos, a solis ortu et occasu, ab aquilone et mari; ita significans fuisse illos multis locis dispersos. Ergo heic quoque dicit: hic qui vos captivavit, et in alienam regionem deportavit, multis variisque vos sparsit locis; ne

μὴ ἐπὶ ταυτὸν ἠθροισμένοι παράκλησιν ἔχειν τινὰ δοκοίητε· ἐπιτείνοιτο δὲ μᾶλλον ὑμῶν τὰ κακὰ κατὰ διαφόρους διῃρημένοις τόποις.

Ταῦτα εἰρηκὼς εἰς ἀπόδειξιν τῆς τε δυνάμεως καὶ τῆς ὠμότητος ἧπερ ἐχρήσατο κατ' αὐτῶν ὁ Ἀσσύριος, ἐπάγει. " Ἐπάξει κύριος ἄνεμον καύσωνα ἐκ τῆς ἐρήμου ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἀναξηρανεῖ τὰς φλέβας αὐτοῦ, καὶ ἐξερημώσει τὰς πηγὰς αὐτοῦ, καὶ πάντα αὐτοῦ τὰ σκεύη τὰ ἐπιθυμητά. " Ἐπάξει γὰρ αὐτῷ πολέμιον, λέγει δὲ τὸν τῶν Βαβυλωνίων βασιλέα ὃς ὥσπερ ἔκ τινος πόρρωθεν κειμένης χώρας, δίκην ἀνέμου καύσωνος ἀθρόον ἐπελθὼν, ὅλον αὐτὸν ἀφανιεῖ διόλου· τήν τε εὐπραγίαν αὐτοῦ, καὶ τὴν τῶν προσόντων ἀγαθῶν ἀφθονίαν, εἰς ἐρημίαν μεταστήσας· καὶ πάντα δὴ τὰ προσόντα αὐτῷ, καὶ πολλῆς ἠξιωμένα τῆς σπουδῆς ἀφανιεῖ καθάπαξ· πρὸς γὰρ τὸ, ποῦ ἡ δίκη σου θάνατε, ποῦ τὸ κέντρον σου ᾅδη, ἐπῆκται· διότι οὗτος ἀνὰ μέσον ἀδελφῶν διαστελεῖ· καὶ τὰ ἑξῆς· ὥστε εἶναι διὰ μέσου, τὸ παράκλησις κέκρυπται ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου, δηλοῦντος ὅτι γενήσεται τοῦτο ὃ νῦν αὐτοῖς ἄδηλόν ἐστι τέως. Εἶτα τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον αὐτῶν μεταβολὴν εἰρηκὼς, λέγει πάλιν τὴν νῦν καθέξουσαν αὐτοὺς τιμωρίαν.

ΚΕΦ. ΙΔ'.

" Ἀφανισθήσεται Σαμάρεια, ὅτι ἀντέστη πρὸς τὸν θεὸν αὐτῆς· ἐν ῥομφαίᾳ πεσοῦν- v. 1.
quae nobis se illaturum ostenderat; nobisque potius futuro tempore beneficia largiturum: hanc enim dicit benedictionem: quorum beneficiorum primum erit notitia, quod copia nobis sit sacrificia ac libationes ei ritu solito offerendi. Perspicuum est enim Deum dici benedicere, quum suis donis bene alicui facit. Deinde addit.

“ Clangite tuba in Sione, sanctificate ieiunium, praedicate cultum, congregate populum, sanctificate ecclesiam, eligite senes, congregate parvulos ubera sugentes: egrediatur sponsus de cubili suo, et sponsa de thalamo suo. „ Quoniam Deus tam clemente sententia est, hoc nobis faciendum superest: tubarum nimirum signis cunctos ad Sionem montem convocare: decernere ac predicare ieiunium in honorem Dei: universum populum congregare, ut in ecclesia adunati ad paenitentiam mentis se comparent: adstantibus aetate grandioribus, adstantibus item parvulis, usque ad ubera sugentes: nec non novis nuptis a coniugali gaudio ad paenitentiae studium conversis: uno verbo, omni aetatis gradu, et cuiusvis loci incola, accedente ad paenitentiam, reliquo omni praetermisso negotio. “ Inter vestibulum et altare plorabunt sacerdotes ministri Domini, et dicent: parce Domine populo tuo, et ne des hereditatem tuam in opprobrium, ne dominentur eis nationes; ne inter gentes dicatur: ubinam est Deus eorum? „ Cuncti ante altare consistentes, qui sacerdotii funguntur munere, et divinae liturgiae sunt addicti, cum fletu postulent a Deo propitiationem, ut tunc parcat populo suo, neque eum potestati nationum tradat, neque his irridendum permittat, quasi inaniter Dei familiaritate gloriemur.

v. 18. p. 121. ἐπάγει. « Καὶ ἐζήλωσε κύριος τὴν γῆν αὐτοῦ, καὶ ἐφείσατο τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. » Οὐχ ὡς ἤδη
γεγονὸς μηνύων, ἀλλὰ τὸ ἐσόμενον λέγων· ζηλώσει γὰρ καὶ φείσεται ὑμῶν, φησὶν, εἰ μετα-
μελομένους τε ἴδοι, καὶ τὰ προειρημένα ποιοῦντας· ἐνήλλακται δὲ ὁ χρόνος κατὰ τὸ ἑβραϊκὸν
ἰδίωμα, ἀντὶ τοῦ φείσεται τὸ ἐφείσατο εἰπόντος· ὅπερ οὖν καὶ ἀπὸ τῶν ψαλμῶν ἐν ἑτέροις
ἐδείξαμεν· πρόδηλον γὰρ ὅτι οὐ γεγονότα λέγει, ἐξ ὧν μετὰ τὴν μήνυσιν ταύτην αὐτοῖς
ἐπελήλυθε τὰ κακά.

v. 19. « Καὶ ἀπεκρίθη κύριος καὶ εἶπεν τῷ λαῷ αὐτοῦ· ἰδοὺ ἐγὼ ἐξαποστέλλω ὑμῖν τὸν σῖτον
v. 20. καὶ τὸν οἶνον καὶ τὸ ἔλαιον· καὶ ἐμπλησθήσεσθε αὐτῶν, καὶ οὐ δώσω ὑμᾶς οὐκέτι εἰς ὀνειδισμὸν
ἐν τοῖς ἔθνεσι· καὶ τὸν ἀπὸ βορρᾶ ἐκδιώξω ἀφ' ὑμῶν· καὶ ἐκδιώξω αὐτὸν εἰς γῆν ἄνυδρον·
καὶ ἀφανιῶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ εἰς τὴν θάλασσαν τὴν πρώτην· καὶ τὰ ὀπίσω αὐτοῦ εἰς τὴν θά-
λασσαν τὴν ἐσχάτην· καὶ ἀναβήσεται ἡ σαπρία αὐτοῦ, καὶ ἀναβήσεται ὁ βρόμος αὐτοῦ. »
Τὸ ἀπεκρίθη κύριος καὶ εἶπεν, ἀντὶ τοῦ ἀποκριθήσεται καὶ ἐρεῖ, ἐνηλλαγμένου κἀνταῦθα
τοῦ χρόνου· βούλεται γὰρ εἰπεῖν ὅτι τήν τε τῶν καρπῶν ἀφθονίαν ὑμῖν μεταμεληθεῖσιν ἀπο-
δώσει πάντως, τοὺς πολεμίους τε τροπώσεται τοὺς ὑμετέρους, ὅπερ οὖν καὶ πεποίηκε μετὰ τὴν
p. 122. ἐπάνοδον ὁ θεός· καθὰ καὶ ὁ μακάριος Δαυῒδ τὴν ἐπάνοδον τοῦ λαοῦ προλέγων, πρότερον
* Ps. LXIV. 2. et seq. μὲν εἶπεν· * σοὶ πρέπει ὕμνος ὁ θεὸς ἐν Σιὼν, καὶ σοὶ ἀποδοθήσεται εὐχὴ ἐν Ἱερουσαλήμ·
καὶ ἅγιος ὁ ναός σου, θαυμαστὸς ἐν δικαιοσύνῃ σου· δεικνὺς ὅτι τε ἐπανελεύσονται εἰς τὰ
οἰκεῖα, καὶ ὅτι τὴν συνήθη θεραπείαν ἐν τῷ ναῷ πάλιν ἀποδώσουσι τῷ θεῷ· μετὰ δὲ τοῦτο
ἐπάγει· ἐπεσκέψω τὴν γῆν, καὶ ἐμέθυσας αὐτήν, ἐπλήθυνας τοῦ πλουτῆσαι αὐτήν· καὶ τὰ
ἑξῆς· τὴν ἀφθονίαν λέγων τὴν τότε προσεσομένην αὐτοῖς· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον κἀνταῦθα
εἰπὼν τῆς εὐθηνίας τὴν ἀπόδοσιν, λέγει ὅτι οὐκ ἐάσω ὑμᾶς ὑπὸ τοῖς ἔθνεσιν εἶναι οὐκέτι· τὸ
γὰρ οὐ δώσω ὑμᾶς ἐν τοῖς ἔθνεσιν οὐκέτι εἰς ὀνειδισμὸν, τοῦτο λέγει· ἀλλὰ γὰρ καὶ δίκας λη-

His addit. " Et zelatus est Dominus terram suam, et pepercit populo suo. „ Haud hoc tamquam factum adfirmat, sed futurum dicit. Zelabitur enim, inquit, et parcet vobis, si paenitentes viderit, et supra dicta feceritis: est vero temporis enallage, cum idiotismo hebraico dicente propheta, pepercit, pro parcet; id quod imitatione psalmorum fieri, alibi ostendimus. Constat enim non de re acta dici, quandoquidem reapse mala iuxta praedictionem ipsis supervenerunt.

" Et respondit Dominus, dixitque populo suo: ecce ego mitto vobis frumentum et vinum et oleum, et replebimini eis: et non dabo vos ultra ad opprobrium in gentibus. Et eum qui ab aquilone est, procul faciam a vobis, et expellam eum in terram aquis carentem. Et disperdam faciem eius in mare primum, et posteriora eius in mare novissimum. Et ascendet putredo eius, et ascendet foetor eius. „ Verba respondit Dominus et dixit, ponuntur pro respondebit et dicet, permutato heic quoque tempore. Dicere quippe vult, fore ut paenitentibus vobis abundantiam frugum sine dubio concedat, vestrosque hostes in fugam coniiciat; quod revera post reditum Deus praestitit. Sicut etiam beatus David, populi reditum praedicens, primo quidem ait: te decet hymnus, Deus, in Sion, et tibi reddetur votum in Hierusalem; et sanctum templum tuum, mirabile in aequitate tua; demonstrans redituros in propria, solitumque Deo cultum in templo rursus reddituros. Et post haec, addit: visitasti terram, et inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam, et reliqua; ubertatem dicens quae tunc illis obveniet. Eodem modo heic etiam, postquam annonae copiam daturum se dixit, ait: non sinam vos gentibus diutius subesse. Nam verba: non dabo vos nationibus ulterius ad opprobrium, hoc significant,

ψομαι φησὶ παρὰ τῶν ἐπεληλυθότων ὑμῖν, ἐρημίᾳ τε αὐτοὺς καὶ ἀφανισμῷ παντελεῖ παραδιδούς· πρῶτον μὲν γὰρ διὰ Βαβυλωνίων τιμωρήσομαι Ἀσσυρίους· μετ᾽ ἐκεῖνο δὲ Βαβυλωνίους διὰ Περσῶν παντελῶς ἀπολέσω· τοσαύτην δὲ αὐτῶν ἐργάσομαι τὴν ἀπώλειαν, ὥστε δίκην τῶν ἀποθνησκόντων τε καὶ παντελῶς νενεκρωμένων, τήν τε σῆψιν αὐτῶν καὶ τὴν δυσωδίαν μηδένα διαλαθεῖν· τὴν γὰρ σαπρίαν καὶ τὸν βρόμον, τοῦτο λέγει, ὡς ἐπιτεθνηκότων ἤδη καὶ νεκρῶν κειμένων· τὸ δὲ ἀναβήσεται, ὅτι πᾶσιν ἐξάκουστος ἔσται φησί· τούτων δὲ πάντων αἴτιόν τι; “ὅτι ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα αὐτοῦ.„ Δείξει γὰρ τῶν οἰκείων ἔργων τὸ μέ- p. 123.
γεθος ὁ θεὸς ἐν τῇ περὶ αὐτοὺς τιμωρίᾳ· εἶτα ἀκολούθως ἐπάγει.

“Θάρσει γῆ, χαῖρε καὶ εὐφραίνου· ὅτι ἐμεγάλυνε κύριος τοῦ ποιῆσαι· θαρσεῖτε κτήνη v. 21.
τοῦ πεδίου, ὅτι βεβλάστηκε τὰ πεδία τῆς ἐρήμου· ὅτι ξύλον ἤνεγκε τὸν καρπὸν αὐτοῦ· ἄμπε- v. 22.
λος καὶ συκῆ ἔδωκαν τὴν ἰσχὺν αὐτῶν.„ Ἐν εὐφροσύναις μὲν οὖν ἔσται ἡ γῆ ἐπὶ τῷ μεγέθει τῶν παρὰ τοῦ θεοῦ γιγνομένων, ἀπειληφυῖα τῶν καρπῶν τῶν οἰκείων τὴν φοράν· οὐδὲν ἧττον καὶ τὰ τοῦ πεδίου κτήνη δαψιλῆ τῆς νομῆς ἔχοντα τὴν ἀπόλαυσιν· καὶ πρὸς ἅπασί γε
ὅτι καὶ ὁ ἐκ τῶν ξύλων καρπὸς δαψιλὴς παρέχεται τοῖς δεομένοις. “Καὶ τὰ τέκνα Σιὼν v. 23.
χαίρετε, καὶ εὐφραίνεσθε ἐπὶ τῷ κυρίῳ θεῷ ὑμῶν· ὅτι ἔδωκεν ὑμῖν βρώματα εἰς δικαιο-
σύνην· καὶ βρέξει ὑμῖν ὑετὸν πρώϊμον καὶ ὄψιμον καθὼς ἔμπροσθεν· καὶ πλησθήσονται αἱ v. 24.
ἅλωνες σίτου, καὶ ὑπερεκχυθήσονται αἱ ληνοὶ οἴνου καὶ ἐλαίου.„ Ἃ γὰρ ἐν τοῖς ἀνωτέροις εἶπεν ἀφῃρῆσθαι, ταῦτα νῦν ἀποδίδοσθαι λέγει· πάντες γάρ φησιν οἱ περὶ τὸ Σιὼν ὄρος συλλεγόμενοι τε, καὶ τὴν καθήκουσαν τῷ θεῷ πληροῦντες θεραπείαν, δίκαιοι εἶεν ἂν εὐφραί-
νεσθαι, τὴν ἀφθονίαν τε τῶν καρπῶν ἀπολαβόντες, ἣν δικαίως αὐτοῖς μεταμεληθεῖσιν ὑπὲρ p. 124.
ὧν ἥμαρτον παρέσχηκεν ὁ θεός, καὶ ὅτι τῶν ὑετῶν αὐτοῖς εὔκαιρον καὶ αὐτάρκη παρέξεται τὴν χρείαν· ὥστε καὶ τὰ ἐκ γῆς φυόμενα τῶν σπερμάτων, καὶ τοὺς ἐκ ξύλων καρποὺς, μετὰ πολ-
λῆς αὐτοῖς προσγίνεσθαι τῆς περιουσίας. “Καὶ ἀνταποδώσω ὑμῖν ἀντὶ τῶν ἐτῶν ὧν κατέφαγεν v. 25.

Immo etiam poenas de adgressoribus vestris sumam, eosque vastitati supremoque exitio tradam. Nam primo per Babylonios puniam Assyrios: postea Babylonios Persarum manu prorsus extinguam: tantumque illorum excidium faciam, ut ritu morientium et occidione occisorum, sanies eorum ac foetor neminem lateat: nam putredo et foetor hoc dicunt, tamquam nuper mortuorum et cadaverum proiectorum. Tum et verbum, ascendet, pro, audietur, dicit. Horum vero omnium quaenam causa est? “ quia magnificata sunt opera tua. „ Demonstrabit quippe Dominus operum suorum magnitudinem hostium punitione. Dehinc consentanee ait.

“ Confide, terra; gaude et laetare, quoniam magnificavit Deus, ut faceret. Confidite iumenta campi, quia germinarunt prata deserti: quia lignum edidit fructum suum, vitis et ficulnea protulerunt vigorem suum. „ Gaudio gestiet terra ob Dei operum magnitudinem, accepta ab eo frugum fecunditate: neque secius iumenta campi copiosam pascui habentia fruitionem; praeterque haec omnia, ligni quoque fructus copiosus praebebitur indigentibus eo. “ Et filii Sionis gaudete atque laetamini in domino Deo vestro, quia dedit vobis escas ad iustitiam, pluetque vobis imbrem matutinum ac serotinum, sicut antea. Et implebuntur areae frumento, et redundabunt torcularia vino et oleo. „ Quae antea dixit ereptum iri, ea nunc danda adfirmat. Cuncti enim qui circa Sionem montem sunt congregati, et convenientem Deo cultum exhibent, laetari merentur, frugum abundantia potiti, quam iuste ipsis deccatorum suorum paenitentibus Deus adtribuit; quibus etiam imbrium tempestivam sufficientemque usuram exhibebit; adeo ut germinantia tellure semina, et ligno-

ἡ ἀκρὶς καὶ ὁ βροῦχος καὶ ἡ ἐρυσίβη καὶ ἡ κάμπη, ἡ δύναμίς μου ἡ μεγάλη ἣν ἐξαπέ-
v. 26. στειλα εἰς ὑμᾶς· καὶ φάγεσθε ἐσθίοντες, καὶ ἐμπλησθήσεσθε, καὶ αἰνέσετε τὸ ὄνομα κυρίου τοῦ
θεοῦ ὑμῶν, ὃς ἐποίησε μεθ' ὑμῶν θαυμάσια· καὶ οὐ μὴ καταισχυνθῇ ὁ λαός μου εἰς τὸν
v. 27. αἰῶνα· καὶ ἐπιγνώσεσθε ὅτι ἐν μέσῳ τοῦ Ἰσραὴλ ἐγώ εἰμι· καὶ ἐγὼ κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν, καὶ
οὐκ ἔστιν ἔτι πλὴν ἐμοῦ· καὶ οὐ μὴ καταισχυνθῇ ὁ λαός μου ἔτι εἰς τὸν αἰῶνα. „ Ὁπόσα
τοίνυν ἐπεληλυθότες οἱ πολέμιοι τῶν προσηκόντων κατανάλωσαν διαφόρως τε καὶ ποικίλως·
εὔδηλον γὰρ ὅτι ἀκρίδα καὶ βροῦχον καὶ ἐρυσίβην καὶ κάμπην ταῦτα καλεῖ· ταῦτα ὑμῖν ἀπο-
καταστήσω, ὥστε ὑμᾶς πλουσίαν ἔχοντας τῶν δεδομένων τὴν ἀπόλαυσιν, ὀφειλομένους ἀποδι-
δόναι τῷ θεῷ τοὺς ὕμνους, ὑπὲρ ὧν δὴ μεγάλων καὶ θαυμαστῶν πεποίηκεν εἰς ὑμᾶς· ὡς
μηκέτι μὲν ὑμᾶς αἰσχύνεσθαι ἐφ' οἷς ἀβοήθητοι παρ' ἐμοῦ μεμενήκατε, τοσούτοις περιπε-
p. 125. πτωκότες κακοῖς· ἀκριβῆ δὲ δύνασθαι ὑμᾶς ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων λαβεῖν τὴν ἐπί-
γνωσιν, ὅτι ἐν ὑμῖν εἰμι· ἅτε καὶ δεσπότης ὑμῶν καὶ κηδεμὼν μόνος ὑπάρχων.

v. 28. « Καὶ ἔσται μετὰ ταῦτα ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα· καὶ προφη-
τεύσουσιν οἱ υἱοὶ, καὶ αἱ θυγατέρες ὑμῶν, καὶ οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν ἐνυπνίοις ἐνυπνιασθή-
v. 29. σονται· καὶ οἱ νεανίσκοι ὑμῶν ὁράσεις ὄψονται· καί γε ἐπὶ τοὺς δούλους μου καὶ ἐπὶ τὰς δούλας
v. 30. μου ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου, καὶ προφητεύσουσι· καὶ δώσω τέ-
v. 31. ρατα ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, αἷμα καὶ πῦρ καὶ ἀτμίδα καπνοῦ· ὁ ἥλιος μεταστρα-
φήσεται εἰς σκότος, καὶ ἡ σελήνη εἰς αἷμα, πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν κυρίου τὴν μεγάλην
v. 32. καὶ ἐπιφανῆ· καὶ ἔσται πᾶς ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα κυρίου, σωθήσεται· ὅτι ἐν τῷ ὄρει
Σιὼν καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ ἔσται ἀνασωζόμενος, καθότι εἶπε κύριος· καὶ εὐαγγελιζόμενοι
οὓς κύριος προσκέκληται. „ Παρέξω δὴ πᾶσι φησὶ πλουσίαν τὴν κηδεμονίαν τὴν ἐμήν· τοῦτο
γὰρ λέγει τὸ ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου· τὴν ἐπὶ τῆς παλαιᾶς διαθήκης πνεῦμα μὲν

rum fructus multa cum exuberantia illis obveniant. « Et reddam vobis annos quos comedit locusta, bruchus, et rubigo, et eruca: fortitudo mea magna quam misi ad vos. Et comedetis vescentes, et saturabimini, et laudabitis nomen Dei vestri, qui fecit mirabilia vobiscum: et non confundetur populus meus in sempiternum. Et cognoscetis quia in medio Israhelis ego sum: et ego dominus Deus vester, et non est alius praeter me. Et non confundetur ultra populus meus in sempiternum. „ Quanta igitur de necessariis supervenientes hostes varie ac multifariam consumpserint (patet enim locustae nominibus, ac bruchi, et rubiginis, et erucae, hostes denotari) totidem ego restituam, ut sic vos lautum habentes datarum rerum usum, debitos retribuatis Deo hymnos, propter grandia ac mirabilia quae vestri causa patravit. Iamque vos diutius non erubescetis, quasi absque auxilio a me destituti, in eiusmodi aerumnas incurreritis: plenamque poteritis ex rebus ipsis notitiam capere, me inter vos versari, qui reapse dominus vester et tutor solus sum.

« Et erit post haec: effundam de Spiritu meo super omnem carnem: et prophetabunt filii vestri et filiae vestrae: senes vestri somnia somniabunt, et iuvenes vestri visiones videbunt. Sed et super servos meos et ancillas meas in diebus illis effundam de Spiritu meo. Et dabo prodigia in caelo et super terram, sanguinem et ignem et vaporem fumi. Sol convertetur in tenebras et luna in sanguinem, ante quam veniat dies Domini magnus et illustris. Et erit: omnis qui invocaverit nomen Domini, salvabitur; quia in monte Sione et in Hierusalem salvus erit, sicut dixit Dominus: et evangelizati quos Dominus vocaverit. „ Praestabo cunctis, inquit, amplam tutelam meam: id enim denotant verba, effundam de Spiritu meo. Ceteroqui

ἅγιον μοναδικὸν ἐν ὑποστάσει κεχωρισμένως τῶν λοιπῶν, Θεοῦ τε ὂν καὶ ἐκ Θεοῦ οὐκ ἐπιστα-
μένων (1)· πνεῦμα ἅγιον καὶ πᾶν ὅτι δή ποτε τοιοῦτο, τὴν χάριν αὐτοῦ καὶ τὴν κηδεμονίαν καὶ
τὴν διάθεσιν καλοῦντες· ὡς καὶ ψυχὴν ὅτ' ἂν ἐπὶ Θεοῦ λέγῃ, τὰς νεομηνίας ὑμῶν καὶ τὰ p. 126.
σάββατα ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχή μου· τὴν διάθεσιν γὰρ λέγει καθ' ἣν ἐμίσει τὰς ἑορτάς· τοιοῦτόν
ἐστι, τὸ πνεῦμά σου τὸ ἀγαθὸν ὁδηγήσει με ἐν γῇ εὐθείᾳ· κηδόμενος γάρ μου, φησί, διὰ
πολλὴν ἀγαθότητα παρέξεις ταῦτα· τοιοῦτόν ἐστι, τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον μὴ ἀντανέλῃς ἀπ'
ἐμοῦ· ἵνα εἴπῃ τὴν περὶ ἐμὲ κηδεμονίαν μὴ ἀφέλῃς· καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἵνα μὴ μηκύνωμεν
εἰς οὐδὲν δέον τὴν γραφήν· τοιοῦτο δή τι κἀνταῦθα φησίν, ὅτι οὕτω πλουσίαν τότε τὴν κηδε-
μονίαν ὑμῖν παρέξω τὴν ἐμήν, ὥστε ἅπαντας ἀξιωθέντας ὀπτασιῶν δύνασθαί τι καὶ περὶ
τῶν ἐσομένων μηνύειν· ἐφ' ἅπασι δὲ ἐν οὐρανῷ τε καὶ ἐπὶ γῆς ἐργάσομαι θαυμαστά, φόνον
πολὺν τῶν ἐναντίων, τήν τε κατ' αὐτῶν τιμωρίαν, καὶ δὴ καὶ ἀτμίδα καπνοῦ τὴν θείαν
ὑπεμφαίνουσαν ὀργήν· μεταβληθήσονται δὲ καὶ ἥλιος εἰς σκότος καὶ ἡ σελήνη εἰς αἷμα
κατὰ τὴν τῶν ὁρώντων ὑπόνοιαν· ἣν διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἐπιγινομένων αὐτοῖς ὑπομένουσι
κακῶν· καὶ ταῦτα δὴ γενήσεται πρὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ἣν ἐπιφανῆ διὰ τῆς τῶν ἐναντίων
ἐργάσεται τιμωρίας· ἐν οἷς ἅπασι τεύξονται τῆς σωτηρίας οἱ τὴν ὀνομασίαν ἐπικαλούμενοι
τὴν θείαν· οἳ καὶ ἐπὶ τὸ ὄρος Σιὼν καὶ ἐπὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀναβήσονται σεσωσμένοι· ἐπειδὴ
ταῦτα ἐπηγγείλατο ὁ Θεός, καὶ εὐαγγελίσασθαι δέδωκεν ἐκείνοις, ὁπόσους εἰς τὴν ἐπάνοδον p. 127.
προσκέκληκε ταύτην· ἡ μὲν δὴ πρόχειρος τῆς λέξεως ἔννοια αὕτη.

sub vetere testamento nesciebant homines Spiritum sanctum in persona propria distinctum a ceteris, Dei Spiritum, et ex Deo: sed Spiritum Dei, et Spiritum sanctum, et aliam quamlibet huiusmodi appellationem, pro Dei gratia et providentia atque affectu accipiebant: sicut animam quum ea de Deo dicitur; veluti, neomenias vestras et sabbata vestra odit anima mea; videlicet (animam) pro affectu dicit, quo sollemnitates oderat. Tale est et illud: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: curam quippe mei gerens, inquit, cum bonitate multa mihi haec praebebis. Item illud: Spiritum sanctum tuum ne auferas a me: id est, ne tuam a me providentiam submoveas: et quotquot sunt locutiones huiusmodi; ne scriptum nostrum absque ulla utilitate producamus. Sic etiam hoc loco ait: tam amplam vobis exhibebo tutelam meam, ut omnes visionum facti compotes, significare aliquid de rebus futuris queant. Praeter haec omnia vero, in caelo et super terram mirabilia faciam, multam hostium occidionem ac punitionem: immo et fumi vaporem, qui divinam praefigurat iram. Vertentur autem sol in tenebras, et luna in sanguinem, iuxta spectantium phantasiam, quam ob malorum gravitatem experientur. Atque haec evenient ante diem illum, quem hostium punitione reddet illustrem. Inter quae omnia, consequentur tamen salutem hi qui divinum nomen invocaverint: qui et in montem Sionem ac Hierusalem ascendent incolumes: quandoquidem haec Deus promisit, et nunciari concessit illis, quotquot ad hunc reditum vocavit. Atque hic est obvius locutionis huius sensus.

(1) Audacius dicere hoc videtur Mopsuestenus de Spiritu sancto, quasi ignoto prorsus cunctis sub lege Moysis hominibus; quamquam se aliquatenus mox corrigit, citata Petri apostoli concione. Controversiam hanc theologicam mira eruditione more suo pertractat summus Petavius de Trinitate lib. II. 7. prolatis in medium patrum plurimis testimoniis, quibus addendus videtur etiam Iosephus in hypomnestico lib. II. cap. 66. et 67. Nos vero de hac re iterum dicturi sumus ad Aggaeum atque ad Zachariam, ubi liberiorem hanc sententiam suam Mopsuestenus repetet.

* Act. II. 16. Ὁ δέ γε μακάριος αὐτῇ Πέτρος ἐχρήσατο πρὸς Ἰουδαίους διαλεγόμενος * ἐπὶ τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος καθόδῳ, μάλα εἰκότως· ἐπειδὴ σκιὰν μὲν ἁπάντων τῶν μελλόντων εἶχεν ὁ νόμος· κηδεμονίας δὲ ὁ λαὸς ἠξιοῦτο διὰ τὴν τῶν φανησομένων προσδοκίαν ἐν τῇ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ παρουσίᾳ· καὶ ἦν τὰ μὲν ἐπ᾽ ἐκείνων μικρὰ πάντα καὶ ὡς ἐν σκιᾷ γινόμενα· ὥστε καὶ ὑπερβολικῶς εἰρῆσθαι μᾶλλον ἢ τὰ πράγματα εἶχεν· ἡ δὲ τῶν εἰρημένων ἀλήθεια τὴν ἔκβασιν ἐφαίνετο ἐπὶ τοῦ δεσπότου λαμβάνουσα Χριστοῦ, ὁπηνίκα πάντα ἦν μεγάλα καὶ φόβου μεστὰ, καινά τε ὄντως παράδοξα, καὶ πλεῖστον ὅσον ὑπερβαίνοντα τὰ ἐν νόμῳ γινόμενα· ὡς αἰνίγματος μὲν τὰ ἐπὶ τῆς παλαιᾶς διαθήκης τάξιν ἐπέχειν, ἀληθείας δὲ εἶναι τὸ ἐπὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ γινομένων τὸ μέγεθος· οὕτως ὁ μακάριος λέγει Δαυὶδ περὶ τοῦ λαοῦ, ὅτι οὐκ ἐγκατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ᾅδην, οὐδὲ ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν· ὅπερ οὐκ ἐπὶ τῶν πραγμάτων νοεῖσθαι δυνατὸν, μεταφορικῶς δὲ ἤτοι ὑπερβολικῶς λέγει, ὅτι ἐξήρεθη κινδύνου ἢ διαφθορᾶς· ἡ δὲ τοῦ πράγματος ἀλήθεια τῶν εἰρημένων ὑπὸ τοῦ
p. 128. δεσπότου δείκνυται Χριστοῦ, ὅτε οὔτε τὴν ψυχὴν αὐτοῦ καταλειφθῆναι γέγονε εἰς ᾅδην ἀποκαταστᾶσαν τῷ σώματι διὰ τῆς ἀναστάσεως· οὔτε τὸ σῶμα διαφθοράν τινα ὑπομεμένηκεν· ὡς μὴ μόνον ἐπὶ τοῦ οἰκείου μεῖναι σχήματος, ἐν ᾧ δὴ τετελεύτηκεν, ἀλλὰ γὰρ καὶ εἰς ἀθάνατον καὶ ἄφθαρτον μεταστῆναι φύσιν· ὡς εἶναι ἐκεῖνο μὲν αἴνιγμα, τοῦτο δὲ ἀλήθειαν· διόπερ ἐχρήσατο τῇ φωνῇ καὶ ὁ μακάριος Πέτρος, ὡς ἂν τότε μὲν κατά τινα αἰτίαν μεταφορικῶς εἰρημένῃ, νῦν δὲ ἀληθῆ τὴν ἔκβασιν ἐπ᾽ αὐτῶν λαβούσῃ τῶν πραγμάτων· ὥστε καὶ πολλῷ πλέον δεῖν τοῖς νῦν πιστεύειν, ἢ τότε ἐθαύμαζον ἐκεῖνο.

Πολλῶν δὲ τοιούτων ὄντων ἐπὶ τῆς θείας γραφῆς, παρόμοιον προδήλως ἐστὶ καὶ τὸ παρόν· ὁ μὲν γὰρ δεσπότης θεὸς κατὰ τὴν τότε συνήθειαν Ἰουδαίοις διαλεγόμενος διὰ τοῦ

At enim beatus Petrus eam adhibuit Iudaeos alloquens, de sancti Spiritus descensu, iure admodum: namque umbra futurarum omnium rerum lex fuit: tum et populus Dei providentia dignus habebatur, propter eventuum expectationem in Christi domini adventu. Erantque res quidem illorum omnes exiguae, et tamquam in umbra contingentes, adeo ut quod ad illos adtinet, hyperbolice potius dicta fuerint, quam re ipsa se haberent. Sed dictorum veritatem exitum suum habuisse compertum est in Christo, quo tempore grandia omnia, et terrore plena, vereque nova et inexpectata fuere, et mirum quantum superiora iis quae in lege facta sunt: adeo ut res veteris testamenti, aenigmatis locum teneant; veritatis autem, rerum sub Christo actarum magnitudo. Sic beatus David de populo dicit, quod derelicta non fuerit anima eius in inferno, neque caro eiusdem viderit corruptionem: quod in rerum natura cogitari non potest; sed metaphorice sive hyperbolice dicit ereptum fuisse periculo corruptionis. Attamen dictarum rerum veritas in Christo domino apparuit, cuius neque animae derelinqui contigit in inferno, revocatae nimirum in corpus propter resurrectionem: neque corpus corruptionem ullam expertum est: ita ut non solum propriam retinuerit figuram, in qua mortuum fuerat, sed etiam in immortalem incorruptibilemque naturam translatum sit: ita ut vetera illa sint aenigma, Christus autem veritas. Quamobrem ea locutione usus est etiam beatus Petrus, quasi olim quidem quamdam ob causam metaphorice dicta fuerit, nunc autem verum exitum in ipsis rebus nacta sit: ut multo magis oporteat praesentibus credere, quam olim ea res admirationi erat.

Cum vero multa huiusmodi in divina scriptura ferantur, consimile hoc quoque manifeste est. Nam dominus Deus secundum veterem consuetudinem Iudaeos pro-

προφήτου, τὴν οἰκείαν αὐτοῖς παρέχεσθαι δαψιλῶς ἔλεγε κηδεμονίαν, καὶ τὰ ἑξῆς δὲ καθ' ὃν ἡρμηνεύκαμεν τρόπον· ἐκβέβηκε δὲ ἅπαντα μετὰ τῆς ἀληθείας ἐπὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ· ὅτι καὶ ἥλιος ὄντως ἐσκοτίσθη, καὶ σελήνη δὲ σὺν ἐκείνῳ· καὶ μεγάλα μὲν ἐν οὐρανῷ, πολλὰ δὲ ἐν τῇ γῇ γέγονε τέρατα· αἷμά τε ἀνεφάνη τοῦ δεσπότου Χριστοῦ τὸ σωτήριον· καὶ πῦρ κατὰ τὴν ἰδέαν τοῦ φοιτήσαντος πνεύματος τὴν ἐνέργειαν μηνῦον, ὅπερ σὺν καὶ ἀτμὶς προηγεῖτο καπνοῦ, εἰς ἔλεγχον τῆς καταληψομένης τοὺς τὸν σταυρὸν τετολμηκότας τιμωρίας· τότε δὴ p. 129. καὶ μετέσχον ἅπαντες τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος χάριτος, ποικίλων τε καὶ πολλῶν χαρισμάτων ἀξιωθέντες· ὧν οἱ μὲν προηγόρευον τὸ μέλλον, οἱ δὲ πλεῖστα ἴσα κατειργάζοντο εἰς πίστωσίν τε τοῦ μεγέθους τῶν γινομένων, καὶ εἰς ἔλεγχον τῆς δόξης τῆς περὶ τὸν δεσπότην Χριστόν· ὡς τοῦτο δὴ τὸ πάλαι διὰ τοῦ προφήτου μεταφορικῶς ἢ ὑπερβολικῶς εἰρημένον, πραγμάτων τὴν δεῖξιν, μετὰ τοῦ καὶ ἐλαττοῦσθαι τῶν πραγμάτων τὸν λόγον· ἡ μὲν οὖν αἰτία, εἴτε ταύτης τῆς φωνῆς, εἴτε καὶ τῶν λοιπῶν, ὁπόσας ἐφ' ἑτέρων εἰρημένας παρὰ τοῖς προφήταις, εἰς τὴν κατὰ τὸν δεσπότην Χριστὸν ἐξέλαβον οἰκονομίαν οἱ μακάριοι ἀπόστολοι, τοιαύτη τις ἂν ὑποληφθείη * δικαίως· ὡς ἂν καὶ ἡ τῶν τότε πραγμάτων ἱστορία φαίνοιτο μὴ πεπλασ- * cod. λειφθ. μένη, καὶ τῶν νῦν τὸ μέγεθος ἐκ παραθέσεως ἐκείνων ἐλέγχοιτο μᾶλλον· δεικνύοιτό τε ἀκριβῶς διὰ πάντων, ὅτι ἔστι μέν τις ἐκείνων οἰκειότης πρὸς ταῦτα· λείπεται δὲ ὅμως τοσοῦτον τῶν παρόντων τὰ προειληφότα, ὅσον σκιὰν λείπεσθαι σώματος ἀνάγκη, κἂν εἰ προσήκειν αὐτῷ τι δοκοίη (1). Ὁ δέ γε προφήτης ἐπειδὴ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον p. 130. διὰ τῶν προρρηθέντων ἐμήνυσεν, τά τε προσεσόμενα αὐτοῖς κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἀγαθὰ ποικίλως, ἀκολουθότατα, ἑξῆς ἐπάγει.

phetae ore adloquens, suam abunde praestiturum curam adfirmabat, et reliqua quomodo antea explanavimus: evenerunt autem vere omnia in Christo domino, quia et sol obtenebratus fuit, et luna cum illo: et grandia in caelo, multaque etiam in terra extiterunt prodigia: et salutaris sanguis Christi domini visus est: et ignis figura, advenientis Spiritus operationem significans, cui etiam praecessit fumi vapor, ob illam portendendam poenam quae audaces crucifixores correptura erat. Tunc sane participaverunt omnes sancti Spiritus gratiam, variis ac multis charismatibus digni sunt habiti: quorum alii praedicebant futura, alii plurima patrabant prodigia ob rerum gestarum confirmandam magnitudinem, et gloriam Christi domini ostentandam. Quo fit ut hoc olim a propheta metaphorice aut hyperbolice dictum, nunc manifestam habeat rerum ostensionem, ita tamen ut verba a rebus superentur. Causa igitur, cur sive hanc locutionem, sive reliquas, quotquot de aliis subiectis apud prophetas dictae sunt, de Christi domini incarnati mysterio beati apostoli intellexerint, causa inquam haec merito existimari potest. Atque ita nec veterum rerum historiam constat esse confictam; et praesentium magnitudo comparatione illarum magis arguitur: atque ex his omnibus accurate demonstratur, quamdam intercedere illarum cum his necessitudinem; sic tamen ut praeterita tantum a praesentibus superentur, quantum umbra a corpore debet, quamquam illa huic aliquantum congruat. Age vero, propheta postquam a Babylone reditum praedictis verbis portendit, nec non varia eventura per illud tempus Israhelitis bona, consentanee admodum ita pergit dicere.

(1) Dicit haec cum didascalica dignitate Theodorus; quae tamen merito omnibus non placuerunt, nempe quod prophetias multae nonnisi secundum effectum, κατ' ἔκβασιν, ad res christianas spectaverint.

ΚΕΦ. Γ´.

v. 1. “Ὅτι ἰδοὺ ἐγὼ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις καὶ ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, ὡς ἂν ἐπιστρέψω τὴν
v. 2. αἰχμαλωσίαν Ἰούδα καὶ Ἱερουσαλήμ, συνάξω πάντα τὰ ἔθνη, καὶ κατάξω αὐτὰ εἰς τὴν
κοιλάδα Ἰωσαφάτ· καὶ διακριθήσομαι πρὸς αὐτοὺς ἐκεῖ ὑπὲρ τοῦ λαοῦ μου καὶ τῆς κληρονο-
v. 3. μίας μου Ἰσραήλ, οἳ διεσπάρησαν ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ τὴν γῆν μου καταδιείλοντο· καὶ ἐπὶ
τὸν λαόν μου ἔβαλον κλήρους· καὶ ἔδωκαν τὰ παιδάρια πόρναις, καὶ τὰ κοράσια ἐπώλουν
ἀντὶ οἴνου καὶ ἔπινον.” Λέγει δὲ τὰ μετὰ τὴν ἐπάνοδον ἐν τούτοις μηνύων, τήν τε περὶ τὸν
Γὼγ τὴν ἄνοδον, ἣν ποιήσονται μετὰ πολλοῦ πλήθους ὁρμήσαντες κατὰ τῆς Ἱερουσαλήμ, καὶ τὴν
ἀπώλειαν ἣν ὑπὲρ τοῦ τολμήματος ὑπομενοῦσι τούτου· ἐπειδ᾽ ἂν γάρ φησιν ἐπαναγάγω ὑμᾶς
ἐπὶ τὴν Ἱερουσαλήμ, συνελεύσεται μὲν πολλὰ πολλαχόθεν ἔθνη ἐφ᾽ ὑμᾶς· λέγει δὲ ὅτι
συνάξω πάντα τὰ ἔθνη, οὐχ ὅτι αὐτοὺς ἄγει, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ εἴασε αὐτοὺς τὴν πρόθεσιν εἰς
ἔργον ἐκβαλεῖν τὴν οἰκείαν· ἐτιμωρήσατο δὲ ἐπικεχειρηκότας τῇ κατὰ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἀνόδῳ·
καὶ πεποιήκασι μὲν οὐδὲν ὧν ἐβούλοντο εἰς τοὺς Ἰουδαίους, φοβερὰν δέ τινα καὶ παράδοξον
p. 131. ὑπομεμενήκασι τῇ τοῦ θεοῦ ῥοπῇ τὴν τιμωρίαν· διὰ τοῦτο αὐτὸς συναγαγεῖν πάντα τὰ ἔθνη
λέγει· τοῦτο βουλόμενος εἰπεῖν, ὅτι εἴασα αὐτοὺς τῇ μοχθηρᾷ ἑαυτῶν χρήσασθαι γνώμῃ, καὶ
ὁρμῆσαι κατὰ τῆς Ἱερουσαλήμ, ὡς ἂν αὐτόθι δίκας αὐτοὺς εἰσπραξάμενος, τῆς τε περὶ τὸν
* cod. ἑαυτοῦ. λαὸν κηδεμονίας καὶ τῆς ἐμαυτοῦ * δυνάμεως ἀπόδειξιν παράσχωμαι πᾶσιν. Εἰπὼν γ᾽ οὖν
συνάξω πάντα τὰ ἔθνη, ἐπήγαγεν· καὶ κατάξω αὐτὰ εἰς τὴν κοιλάδα Ἰωσαφάτ· τουτέστιν
ἐκεῖ αὐτοὺς ἄξω εἰς τὴν Ἱερουσαλήμ, καὶ αὐτόθι ὥσπερ τινὰ δίκην πρὸς αὐτοὺς ὑπὲρ τοῦ
λαοῦ τοῦ ἐμοῦ συγκροτήσας τιμωρήσομαι δικαίως, ὑπὲρ ὧν κατ᾽ αὐτῶν διεπράξαντο, ἀπαν-
ταχοῦ τε αὐτοὺς διασπεῖραι βουληθέντες, καὶ διελέσθαι μὲν τὴν γῆν ἐν ᾗπερ κατὰ γνώμην ᾤκουν

CAP. III.

“ Quia ecce ego in diebus illis et tempore illo, cum convertero captivitatem Iudae et Hierusalem, congregabo omnes gentes, et deducam eas in vallem Iosaphat: et disceptabo cum eis ibi super populo meo, et hereditate mea Israheic, qui dispersi sunt in nationibus, quae regionem meam diviserunt: et super populum meum miserunt sortes, et tradiderunt pueros meretricibus, et puellas vendebant pro vino ut biberent. „ Significat quae Israhelitis post reditum erant eventura, Gogique incursionem, quam cum ingenti multitudine adversus Hierusalem faciet, et cladem quam ob hanc audaciam erat experturus. Nam postquam, inquit, reduxero vos Hierusalem, multae undique conspirabunt contra vos gentes. Dicit autem, congregabo omnes gentes, non quod ipse sit eas adducturus, sed quod iis permissurus propositum proprium exsequi. Et quidem illos puniit qui Israhelitarum reditui infesti fuerunt: neque tamen illi voluntati suae obsequi valuerunt contra Iudaeos, sed terribilem potius et insperatam a Dei viribus poenam retulerunt. Propterea dicit se congregasse omnes gentes, nempe dicere volens, sivisse ut sua perversa uterentur sententia, et contra Hierusalem impetum facerent, ut sumpto illic de iis supplicio, et tutelae erga populum, et suae potentiae specimen exhiberet. Iam postquam dixit, congregabo omnes gentes, addidit: et deducam eas in vallem Iosaphat, id est eo loco, inquit, agam eos adversus Hierusalem, ibidemque ultionem quasi concinnans pro populo meo, pro dignitate puniam, ob ipsorum facinora, quod nempe illum quaqueversus spargere voluerint, regionemque partiri in qua

τὴν ἐμὴν ἐμοὶ προσήκουσαν· διελέσθαι δὲ κλήρῳ καὶ αὐτοὺς ἐκείνους· τετολμήκασι δὲ πρὸς ἅπασι καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν εἴτε παῖδας εἴτε καὶ κόρας ἀποδίδοσθαι· ὡς ἂν δὴ ἐκείνων εἰς πόρνας τε τὴν οἰκείαν ἀκολασίαν ἐκπληροῖεν, καὶ πολλὴν ἔχοιεν τῆς μέθης τὴν ἀφθονίαν· ταῦτα τῶν περὶ τὸν Γὼγ ἕνεκεν εἰρηκώς, ἐπάγει.

« Καὶ τί ἐμοὶ καὶ ὑμῖν Τύρος καὶ Σιδὼν καὶ πᾶσα Γαλιλαία ἀλλοφύλων; μὴ ἀνταπό- v. 4.
δομα ὑμεῖς ἀνταποδίδοτέ μοι, ἢ μνησικακεῖτε ὑμεῖς ἐπ' ἐμοί; ὀξέως καὶ ταχέως ἀντα-
ποδώσω τὸ ἀνταπόδομα ὑμῶν εἰς κεφαλὰς ὑμῶν· ἀνθ' ὧν τὸ ἀργύριόν ἐλάβετε, καὶ τὰ v. 5.
ἐπίλεκτα καὶ τὰ καλὰ εἰσηνέγκατε εἰς τοὺς ναοὺς ὑμῶν· καὶ τοὺς υἱοὺς Ἰούδα καὶ τοὺς υἱοὺς v. 6. p. 132.
Ἱερουσαλὴμ ἀπέδοσθε τοῖς υἱοῖς τῶν Ἑλλήνων, ὅπως ἐξώσητε αὐτοὺς ἐκ τῶν ὁρίων αὐτῶν·
ἰδοὺ ἐγὼ ἐξεγείρω αὐτοὺς ἐκ τοῦ τόπου, οὗ ἀπέδοσθε αὐτοὺς ἐκεῖ· καὶ ἀνταποδώσω τὸ ἀπό- v. 7.
δομα ὑμῶν εἰς τὰς κεφαλὰς ὑμῶν· καὶ ἀποδώσομαι τοὺς υἱοὺς ὑμῶν καὶ τὰς θυγατέρας
ὑμῶν εἰς χεῖρας υἱῶν Ἰούδα· καὶ ἀποδώσονται αὐτοὺς εἰς αἰχμαλωσίαν, εἰς ἔθνος μακρὰν v. 8.
ἀπέχον, ὅτι κύριος ἐλάλησεν. » Ἐπειδὴ γὰρ τοὺς περὶ τὸν Γὼγ ἐπιόντας ἑωρακότες τὴν Ἱερουσαλήμ, Τύριοί τε καὶ Σιδώνιοι πάντες τε οἱ περίοικοι τῶν ἀλλοφύλων, καιρὸν ἔχειν ᾠήθησαν τοῦ παντελῶς ἀπολέσαι τοὺς Ἰσραηλίτας, μνησικακοῦντες αὐτοῖς ὑπὲρ ὧν πεπολεμήκασί τε πολλάκις, καὶ κεκρατήκασιν αὐτῶν διὰ τῆς θείας ῥοπῆς, τοῦτο λέγει, ὑμεῖς δὲ τίνος ἕνεκεν μνησικακοῦντες, καὶ καιρὸν εὑρόντες τοῦ τὰ δοκοῦντα διαπράξασθαι, τοιαῦτα κατὰ τῶν ἐμοὶ προσηκόντων τετολμήκατε; ἴστε γὰρ ὅτι ὀξέως ὑμῖν ἐπάξω τὴν ὑπὲρ τῆς γνώμης ταύτης τιμωρίαν, ἀνθ' ὧν ἅπαντα τὰ προσόντα τούτοις λαβόντες, εἰς τοὺς ναοὺς εἰσηνέγκατε τοὺς ὑμετέρους· ἔτι δὲ καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτῶν διαπωλήσαντες, ἐλπίδι τοῦ πάντας αὐτοὺς
τῶν ὁρίων ἐκβαλεῖν τῶν οἰκείων· ὧν περ οὖν ὑμᾶς εἰσπράξομαι δίκας· ἀπαλλάξω γὰρ p. 133.
τούτους τῆς κατεχούσης αὐτοὺς ἀνάγκης· νῦν δὲ καὶ κρείττους ἐργάσομαι τῶν πολεμίων· ὥστε καὶ

meo iuri obnoxia habitabat, et ipsos simul incolas sortito dividere: per summum denique scelus illorum quoque pueros atque puellas in prostibulis ponere, ut suam explerent libidinem, multamque haberent pergraecandi copiam. His circa Gogum dictis, pergit porro.

" Verum quid mihi et tibi ac toti alienigenarum Galilaeae? Numquid ultionem vos retribuetis mihi? aut iram in corde retinetis adversus me? Cito velociterque reddam vicissitudinem vobis super capita vestra; pro eo quod argentum meum aurumque cepistis, et selecta quaeque ac pulcra in delubra vestra intulistis, et Iudae filios filiosque Hierusalem vendidistis filiis Graecorum, ut eiiceretis eos de finibus suis. Ecce ego suscitabo eos de loco, in quo vendidistis eos: et convertam retributionem vestram in capita vestra: et vendam filios vestras ac filias vestras in manus filiorum Iudae: vendentque eos in captivitatem genti longinquae; quoniam Dominus locutus est. ,, Quandoquidem Gogi exercituum adversus Hierusalem visa incursione, Tyrii Sidoniique et omnes finitimi alienigenae, idoneum tempus oblatum sibi existimaverant perdendi funditus Israhelitas, quibus clam irascebantur, propter bella secum gesta, et illorum Deo adiuvante victorias; idcirco ait: vos autem cur irae tenaces, et occasionem nacti voluntatem vestram explendi, cur inquam contra mei iuris populum audaciam sumitis? Certe velim sciatis, me cito vestrum hoc consilium puniturum; propterea quod illorum opes cunctas capientes, in templa vestra contulistis: insuper et ipsorum filios vendidistis, non sine spe populum universum finibus suis expellendi: cuius facinoris mihi poenas dabitis: namque illos ex angustiarum suarum pressura expediam, immo et hostium nunc victores efficiam:

ὑμῖν ἀποδοῦναι, ἀνθ' ὧν εἰς αὐτοὺς τετολμήκατε, λαβεῖν τούς τε υἱοὺς ὑμῶν καὶ τὰς θυγα-
τέρας αἰχμαλώτους· καὶ δὴ καὶ ἀποδόσθαι αὐτοὺς μακράν που, ὅθεν οὐδὲ δυνατὸν ὑμῖν
αὐτοὺς ἀνασώσασθαι ἔτι. Ταῦτα πρὸς τοὺς Τυρίους τε καὶ Σιδωνίους καὶ τοὺς περιοικοῦντας
ἅπαντας παρενθεὶς, ὡς ἂν κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐπικεχειρηκότας συμπρᾶξαι τοῖς ἀμφὶ
τὸν Γὼγ ἐπὶ τῇ κατὰ τῶν Ἰουδαίων ἀπωλείᾳ, ἔχεται τῆς οἰκείας ἀκολουθίας, καί φησι.
v. 9. “ Κηρύξατε ταῦτα ἐν τοῖς ἔθνεσιν· ἁγιάσατε πόλεμον· ἐξεγείρατε τοὺς μαχητάς·
v. 10. προσαγάγετε καὶ ἀναβαίνετε πάντες ἄνδρες πολεμισταί· συγκόψατε τὰ ἄροτρα ὑμῶν εἰς
ῥομφαίας, καὶ τὰ δρέπανα ὑμῶν εἰς σειρομάστας· ὁ ἀδύνατος λεγέτω ὅτι ἰσχύω ἐγώ· συν-
v. 11. αθροίζεσθε καὶ εἰσπορεύεσθε πάντα τὰ ἔθνη κυκλόθεν, καὶ συνάχθητε ἐκεῖ· ὁ πρᾶος ἔσται
πολεμιστής. „ Ὡς γὰρ εἶπεν ἀνωτέρω ὅτι συνάξω αὐτοὺς διὰ τὴν προῤῥηθεῖσαν αἰτίαν,
οὕτω κἀνταῦθα ὡς ἂν αὐτὸς αὐτοῖς ἐγκελευόμενος· ἅπαντες δή φησιν ὁπόσοι ταύτην ἔχετε
τὴν γνώμην κατὰ τῶν ἐμοὶ προσηκόντων, μετὰ πολλῆς μὲν συνάχθητε τῆς σπουδῆς· συγκρο-
p. 134. τήσατε δὲ πρὸς αὐτοὺς πόλεμον· καὶ δὴ καὶ τὰ τῆς γεωργίας ὄργανα εἰς ὅπλων μετάθετε
χρῆσιν, ὡς ἂν ἀρκοῦντα μὲν ἔχοιτε τὰ ὅπλα τῷ πλήθει τῶν ἐπιόντων· διὰ πλειόνων εὔ-
κολον ὑμῖν εἴη, καθὰ προῄρησθε, πάντων ἐργάσασθαι τῶν Ἰσραηλιτῶν τὴν ἀπώλειαν.
v. 12. Εἶτα τοῦ διεγεῖραι πρὸς τὸν πόλεμον αὐτοὺς τὴν αἰτίαν λέγων. “ Ἐξεγειρέσθω καὶ ἀναβαι-
νέτω πάντα τὰ ἔθνη εἰς τὴν κοιλάδα Ἰωσαφάτ, ὅτι ἐκεῖ καθιῶ τοῦ διακρῖναι πάντα τὰ
ἔθνη κυκλόθεν. „ Πᾶσι γὰρ ὑμῖν κατὰ ταυτὸν συνελθεῖν βουλομένοις κατὰ τῶν τὴν Ἱερουσαλὴμ
οἰκούντων, ἐπιτρέπω τοῦτο ποιεῖν· ὡς ἂν αὐτόθι δίκας ὑμᾶς εἰσπράξαιμι τοῦ τε τολμήμα-
τος καὶ τῆς ἐπιχειρήσεως ταύτης, ἅπαντας πανταχόθεν ποικίλοις ἀνελὼν θανάτοις. Τί οὖν;
v. 13. “ Ἐξαποστείλατε δρέπανα, ὅτι παρέστηκεν ὁ τρυγητός· εἰσπορεύεσθε, πατεῖτε, διότι
πλήρης ἡ ληνὸς, ὑπερχεῖται τὰ ὑπολήνια· ὅτι ἐπληθύνθη τὰ κακὰ αὐτῶν. „ Τοσοῦτος

ut sic vos remunerer pro vestris adversus eos facinoribus; filiique vestri ac filiae in servitutem rapiantur, ac procul divendantur, unde eos recuperare sit vobis impossibile. His veluti vaticicinio suo interpositis circa Tyrios ac Sidonios, cunctosque finitimos, qui per illud tempus Gogo ad Iudaeorum perniciem faverant, sermonis sui seriem prosequitur sic.

“ Praedicate haec in gentibus, sanctificate bellum, suscitate pugnatores, accedite et ascendite omnes bellatores: concidite aratra vestra in gladios, et falces vestras in lanceas: infirmus dicat, fortis ego sum: congregemini et venite omnes gentes de circuitu, et illuc coacervemini: qui mansuetus erat, fiat bellator. „ Sicut antea dixerat, se illos ob praedictam causam collecturum, ita nunc more imperantis idem eisdem dicit. Cuncti, inquit, qui hac mente estis adversus meos, multa cum festinatione congregemini, bellum contra hos conflate, et ipsa agriculturae instrumenta ad armorum usum accommodate, ut sufficientem multitudini militum armorum copiam habeatis. Sic aucto numero, facile vobis erit, prout vultis, Israhelitarum omnium excidium perpetrare. Deinde causam exponens, ob quam illos ad bellum suscitaverit “ consurgant, inquit, et ascendant omnes gentes in vallem Iosaphat, quia ibi sedebo ut iudicem omnes gentes in circuitu. „ Omnes vos, qui simul vultis adversus Hierusalem incolas proeliari, id ego ut agatis sinam; quia illic poenas de audacia et facinore isto sumam, omnes quaqueversus variis mortibus absumens. Quid ergo?

“ Mittite falces, quoniam adest vindemia: introite, calcate, quia plenum est torcular, redundant supposita solia. „ Tanta erit illorum occidio, tantaque strages

γὰρ ἔσται φόνος αὐτῶν καὶ τοσαύτη πτῶσις πάντων αὐτῶν κατ' ἀλλήλων ὁπλιζομένων, ὥστε
τοῖς τὴν Ἰουδαίαν οἰκοῦσιν ὑμῖν μὴ πολέμου δεῖν· ἀλλὰ γὰρ οἴεσθαι τρυγητόν τινα παρεῖναι,
ἐν ᾧπερ δρεπάνων χρεία ἐστὶ καὶ τῶν πατούντων τὴν ληνόν, ὡς ἂν ἐκθλιβόμενος οἶνος
ἐκρέῃ· τοιοῦτο γὰρ δή τι καὶ νῦν γίγνεται· ἐπειδὴ γὰρ ὁ πόλεμος τῇ δυνάμει κατορθοῦται p. 135.
ἐμῇ, καὶ πάντες ἔκκεινται ταῖς σφαγαῖς, ὑμᾶς χρὴ παρόντας ὁρᾶν τρυγητοῦ μὲν δίκην ὥσπερ
τινας βότρυας τεμνομένους τε, καὶ ἐπ' ἀλλήλοις πίπτοντας ταῖς σφαγαῖς· καθ' ὁμοιότητα δὲ
ληνοῦ πατουμένης ὑπερχεόμενον τὸ τῶν ἀναιρουμένων αἷμα· οὕτως αὐτῶν τὰ κακὰ πληθυν-
θήσεται, καὶ τοσοῦτος αὐτῶν ὁ φόνος γενήσεται, οὐχ ὑμῶν πολεμούντων, ἀλλ' ἐκείνων εἰς
ἀλλήλους τὰς οἰκείας τρεπόντων δεξιάς, κατὰ τὸ δοκοῦν ἐμοί. Εἶτα καὶ τὰ ἑξῆς ἀκολούθως λέγει.
" Ἦχοι ἐξήχησαν ἐν τῇ κοιλάδι τῆς δίκης, ὅτι ἐγγὺς ἡμέρα κυρίου ἐν τῇ κοιλάδι v. 14.
τῆς δίκης. ,, Φοβεροὶ γάρ ἦχοι τινὲς ἐκ τοῦ πλήθους τῶν ἀναιρουμένων ἐπὶ τῆς κοιλάδος
γενήσονται ταύτης, ἐν ᾗ δὴ τὰς δίκας αὐτοὺς εἰσπράξομαι τοῦ καθ' ὑμῶν τολμήματος·
κοιλάδα γὰρ δίκης τὴν τοῦ Ἰωσαφὰτ ἐκάλεσεν, ἀπὸ τῆς τιμωρίας τῆς αὐτόθι μελλούσης
ἐπάγεσθαι ἐκείνοις παρὰ τοῦ θεοῦ. " Ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη συσκοτάσουσι, καὶ οἱ ἀστέρες v. 15.
δύσουσι τὸ φέγγος αὐτῶν. ,, Ἀκολούθως εἶπεν, ὅτι τοῖς ἀναιρουμένοις οὐκ ἔσται φῶς· ὅπως
δὴ ταῦτα γενήσεται δηλῶν, ἐπάγει. " Ὁ δὲ κύριος ἀνακεκράξεται ἐκ Σιών· ἀνακεκράξεται, v. 16.
καὶ ἐκ Ἱερουσαλὴμ δώσει φωνὴν αὐτοῦ, καὶ σεισθήσεται ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ· ὁ δὲ κύριος φείσε-
ται τοῦ λαοῦ αὐτοῦ· καὶ ἐνισχύσει κύριος τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ· καὶ γνώσεσθε ὅτι ἐγὼ κύριος ὁ v. 17. p. 136.
θεὸς ὑμῶν, κατασκηνῶν ἐν Σιὼν ἐν ὄρει ἁγίῳ μου. ,, Αὐτὸς γάρ φησιν ὁ θεὸς ὁ ἐν Σιὼν
προσάγεσθαι τὴν νόμιμον θεραπείαν τάξας ἑαυτῷ, μεγάλην κατ' αὐτῶν ἀφήσει τὴν φωνήν·
ἀφ' ἧς δὴ μικροῦ καὶ οὐρανὸς δόξει συσσείεσθαι, καὶ γῆ ἐκ τοῦ παραδόξου τῶν γινομένων, καὶ
τῆς τοσαύτης σφαγῆς ὑπὸ παραδόξως ἐκτελουμένης, ἣν ποιήσεται θεός, τῶν οἰκείων φειδό-

hostium in mutuam caedem arma vertentium, ut vobis Iudaeae incolis pugnare non sit necessarium: vindemiam quandam instare putetis, cui recidendae falcibus opus est: item opus erit calcantibus torculare, ut expressum vinum effluat: nam et nunc simile quid fieri contingit. Quia enim bellum potentia mea feliciter geritur, et omnes caedibus contraduntur, vos quidem spectaculo adesse decet, spectantes tamquam in vindemia racemorum instar veluti caesos, et mutuis stragibus humi prostratos, et quasi de torculari calcato effluentem occisorum sanguinem. Sic eorum mala cumulabuntur; tantaque fiet ipsorum occidio, haud pugnantibus vobis, sed illis contra se mutuo dextras vertentibus. Deinde et reliqua consentaneo tenore prosequitur.

" Sonitus exauditi sunt in valle iudicii, quia prope est dies Domini in valle iudicii. ,, Nam sonitus quidam terribiles ex occisorum in hac valle multitudine fient, in qua poenas ab eis reposcam sui contra vos ausus. Etenim iudicii vallem dicit Iosaphati vallem, a poena quae illic a Deo hostibus imponenda erat. " Sol et luna simul obscurabuntur, et stellae retrahent splendorem suum. ,, Non incongrue dicit, occisis lumen defuturum. Quomodo autem haec fient declarans, ait: " Dominus autem de Sione clamabit; clamabit et ex Hierusalem dabit vocem suam: et caelum ac terra concutientur. Dominus autem parcet populo suo, et roborabit Dominus filios Israhelis. Et scietis quia ego dominus Deus vester, habitans in Sione in monte sancto meo. ,, Ipse, inquit, Dominus, qui sibi in Sione legitimum cultum exhiberi constituit, magnam adversus hostes vocem emittet, a qua caelum ac terra quassari propemodum videbuntur, ob eventuum mirabilitatem, tantamque stragem

μημος, καὶ ἰσχυροὺς αὐτοὺς κατὰ τῶν ἐναντίων ἀποδεικνύς· ὡς ἂν ἅπασι γένοιτο δῆλον, ὅτι ὄντως
ἐστὶ δὴ θεὸς τῶν ἁπάντων, καὶ κύριος ὁ ἐν τῷ ὄρει τῷ Σιὼν θεραπεύεσθαι εἰωθώς.
v. 18 « Καὶ ἔσται Ἱερουσαλὴμ ἁγία· καὶ ἀλλογενεῖς οὐ διελεύσονται δι' αὐτῆς οὐκέτι· καὶ ἔσται
ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἀποσταλάξει τὰ ὄρη γλυκασμόν, καὶ οἱ βουνοὶ ῥυήσονται γάλα· καὶ
πᾶσαι αἱ ἀφέσεις Ἰούδα ῥυήσονται ὕδατα· καὶ πηγὴ ἐξ οἴκου κυρίου ἐξελεύσεται, καὶ ποτιεῖ
τὸν χειμάῤῥουν τῶν σχοίνων. » Ἡ μὲν γὰρ Ἱερουσαλὴμ ἁγία ἐξ αὐτῶν φανήσεται τῶν πραγ-
μάτων, οὐδενὸς ἐπιβαίνειν αὐτῇ ἀλλοφύλου τολμῶντος ἔτι· ἅπασι δὲ Ἰουδαίοις ἐπὶ τῆς γῆς οἰ-
κοῦσι τῆς ἐπαγγελίας πολλή τις ἀφθονία τῶν ἀγαθῶν ἔσται, ὡς καὶ τὰ ὄρη καὶ τοὺς βουνοὺς
καρποὺς δὴ πολλοὺς τινὰς καὶ ποικίλους παρέχειν αὐτοῖς· τάς πηγάς τε συνήθως τῶν οἰκείων
p. 137. ὑδάτων παρέχειν τὸν πλοῦτον, αἱ εἰωθυῖαι ἐκ τοῦ ναοῦ τοῦ θείου χορηγεῖσθαι δωρεαί, καὶ πηγάζειν
ἄφθονον τῶν ἀγαθῶν τὸν πλοῦτον τοῖς αὐτόθι τε εἰσιοῦσι, καὶ τὰ καθήκοντα τῷ θεῷ πληροῦν
ἐσπουδακόσι· ταύτην γὰρ λέγει πηγὴν ἐξ οἴκου κυρίου ἐξελεύσεσθαι· τοσαύτη τις ἔσται ὥστε
v. 19. ἄχρι καὶ τῶν πόῤῥωθεν τὴν φιλοτιμίαν ἐκτείνειν. Εἶτα εἰπὼν ὅτι καὶ « Αἴγυπτος ἀφανισθήσεται,
καὶ ἡ Ἰδουμαία δὲ σὺν ἐκείνῃ, ὑπὲρ ὧν πεπράχασί τι καθ' ὑμῶν, καὶ πολλοὺς ὑμῶν ἀδί-
v. 20. κως ἀνεῖλον· » ἐπάγει. « Ἡ δὲ Ἰουδαία ἐν βεβαίῳ τῆς οἰκείας εὐπραγίας ἔσται οἰκουμένη
v. 21. ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ ὑπὸ τῶν οἰκείων. » Οἷς προστίθησι. « Καὶ ἐκζητήσω τὸ αἷμα αὐτῶν,
καὶ οὐ μὴ ἀθωώσω· καὶ κύριος κατασκηνώσει ἐν Σιών. » Ἵνα εἴπῃ, τούς τε ἐπιχειροῦντας
τι κατ' αὐτῶν ἐπὶ τιμωρίαις περιβαλῶ ταῖς ἐσχάταις· διαμενῶ τε ἐν αὐτοῖς δεικνὺς ἐμαυ-
τὸν τοῦ λοιποῦ διὰ τῆς ἀποῤῥήτου κηδεμονίας, ἣν πολλήν τινα παρέχων αὐτοῖς εἰς τὸν ἔπειτα
διατελέσω χρόνον.

tam inopinate editam, Dei opera, interim suis parcentis, fortesque in conspectu hostium ostendentis: ut omnibus manifestum fiat, ipsum vere Deum esse universalem, et dominum illum in Sione monte coli solitum.

" Et erit Hierusalem sancta, et alienigenae non transibunt per eam amplius. Et erit die illa, stillabunt montes dulcedinem, et colles fluent lacte, et omnes emissiones Iudae fluent aquis: et fons de domo Domini egredietur, et irrigabit torrentem funiculorum. ,, Sanctam esse Hierusalem ex rebus ipsis gestis constabit, nemine abhinc alienigena ad illam ascendere audente. Cunctis autem Iudaeis promissam terram incolentibus bonorum ubertas erit, quia et montes et colles multos ipsis ac varios fructus praebebunt: fontes item consuetam aquarum suarum copiam suppeditabunt; solita dicens ex Dei templo dona erogari, et indidem effluentes uberes bonorum divitias accedentibus illuc, et debita Deo officia complere satagentibus. Hic est enim qui a propheta dicitur de domo Domini fons egressurus. Hic inquam tantus erit, ut usque ad longinquos copiam suam extensurus sit. Mox postquam dixit: " et Aegyptus desolabitur, et Idumaea similiter ob sua contra vos facinora, et propter multos ex vobis contra fas interfectos ,, addit: " et Iudaeá in sua firma felicitate habitabitur a propriis incolis in Hierusalem. ,, Quibus superaddit: " et requiram sanguinem eorum, quem inultum esse non sinam. Et Dominus habitabit in Sione. ,, Quasi dicat: quotquot adversus Israhelitas aliquid adgressi fuerint, supremis adficiam suppliciis. Et permanebo cum istis, praesentiam meam arcana providentia demonstrans, quam copiosam in omne aevum abhinc eisdem praestabo.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΑΜΩΣ ΤΟΥ ΠΡΟΦΗΤΟΥ.

Πρόδηλον μὲν οὖν ὅτι καὶ μακάριος Ἀμὼς ὁ προφήτης, ὃν ἑρμηνεύειν Θεοῦ χάριτι πρόκειται νῦν ἡμῖν, περὶ τῶν τῷ λαῷ συμβησομένων διὰ πάσης μικροῦ τῆς προφητείας (p. 138.) λέγει, ἅ τε παρὰ τῶν Ἀσσυρίων πείσονται πρότερον αἱ δέκα φυλαὶ μόναι, καὶ ἃ περὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὴν Ἰούδα φυλὴν, εἴτ' οὖν τὰ λοιπὰ τὰ τῆς βασιλείας ἐκείνης, ὑπὸ τῶν Βαβυλωνίων γίνεσθαι ἤμελλεν· τούτου δὲ λόγος ἦν τοῖς προφήταις οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἐπειδὴ πᾶσαν τὴν περὶ τὸν λαὸν ἐπιμέλειαν ὑπὲρ τῆς τοῦ δεσπότου Χριστοῦ δείξεως ὁ Θεὸς ἐποιεῖτο, ἐπὶ κοινῇ τῇ πάντων ἀνθρώπων σωτηρίᾳ κατὰ τὸν οἰκεῖον γενησομένης καιρόν· τούτου γὰρ ἕνεκεν αὐτοὺς καὶ ἀφώρισε τῶν ἐθνῶν, καὶ περιτομῇ διέκρινε, καὶ οἰκείαν ἔχειν παρεσκεύασε χώραν, καὶ ἀφωρισμένως ἐν τῷ ὄρει τῷ Σιὼν διὰ τῆς νομικῆς διατάξεως, τὴν περὶ αὐτὸν προσέταξε ποιεῖσθαι θεραπείαν, ἵν' ἐκ τούτων κατὰ τὰς προφητικὰς μηνύσεις, καὶ τὴν ἄνωθεν ἐπὶ τούτοις περὶ τὸν λαὸν γεγενημένην διάταξιν, φανεὶς ὁ δεσπότης Χριστὸς, δῆλον ἅπασιν ἐργάσηται τοῖς ἀνθρώποις, ὅτι οὐχ ὕστερον ἐκαινοτόμησεν ὁ Θεὸς τὴν ἁπάντων ἀνθρώπων σωτηρίαν, ἀλλ' ἄνωθεν καὶ πρὸ μακρῶν τῶν χρόνων τοῦτο προωρισμένον κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον * ἔχων παρ' ἑαυτῷ, ἐξελέξατο μὲν τὸν Ἀβραάμ, συνέστησε δὲ τὸ ἐξ (* Rom. 1. 2.) ἐκείνου γένος, ἐπιμέλειαν δὲ αὐτοῦ καθ' ὃν εἰρήκαμεν πεποίηται τρόπον· ἵν' ἐξ αὐτῶν ὕστερον ὁ δεσπότης Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα ἐπὶ τῇ πάντων ἀνθρώπων φανεὶς σωτηρίᾳ, δῆλος (p. 139.) ὑπάρχῃ κατὰ τὸν ἄνωθεν ὁρισμὸν ἐπὶ τὴν οἰκονομίαν παρεληλυθώς.

Ὑπὲρ δὴ τούτων καὶ μετοικισθῆναι τὸν λαὸν διὰ τῆς αἰχμαλωσίας παρεσκεύασεν ὅλον, καὶ ἐπανήγαγεν ἐξ αὐτῶν ὡς ἐβούλετο, ὧν περ οὖν ἡγεῖτο ἡ Ἰούδα φυλὴ μόνη, ἡ πᾶσα τῆς

IN AMOSUM PROPHETAM COMMENTARIUS.

Perspicuum est, beatum quoque Amosum prophetam, ad quem interpretandum Deo favente nunc adgredimur, de futuris populi (hebraei) casibus per universam fere prophetiam loqui: ea scilicet innuere, quae primo ab Assyriis passurae erant decem tribus mala; tum etiam illa quae Hierosolymis, Iudaeque tribui, ceterisque regni eius partibus a Babyloniis eventura erant. De his autem rebus non sine causa prophetae verba faciebant, sed quia Deus curam eximiam populi gerebat, propterea quod Christus dominus ad communem omnium hominum peragendam salutem suo tempore adventurus erat. Idcirco Hebraeos Deus ab ethnicis separavit, et circumcisione distinxit, et propriam habere voluit regionem, seorsumque in Sion monte ex legitima forma religiosum sibi ab eis cultum exhiberi mandavit. Sic enim futurum erat, ut secundum propheticas promissiones atque olim ordinatam congruenter his vaticiniis populi administrationem, Christus dominus in orbem veniens cunctos mortales certiores faceret, haud nuper demum de salute hominum procuranda Deum cogitavisse; sed quum antiquitus longisque ante temporibus id apud se, teste beato Paulo, habuisset decretum, segregavisse sibi Abrahamum, ex eoque gentem conflasse; curamque huius sicuti iam dictum est, gessisse; ut ex hoc postea genere Christus dominus secundum carnem pro communi apparens salute, manifeste videretur secundum vetera decreta ad redemptionis opus venisse.

Propterea quoque populum universum in captivitatem abducendum curavit Deus, ex eaque revocandam partem populi quam ipse voluit, cuius deinde prin-

ἐπάνοδον δεξαμένη, ἐπειδήπερ ἐξ αὐτῆς ἔμελλεν ἀναφαίνεσθαι τὸ κατὰ σάρκα ὁ δεσπότης Χριστός· τῶν λοιπῶν γάρ τοι φυλῶν ἀφ' ἑκάστης ἑπόμενοι ταύτῃ, συνανῆλθον ὀλίγοι· ἵνα διὰ μὲν τῆς γεγενημένης αἰχμαλωσίας καὶ τῆς ἐπανόδου τοῦτον ἀποτελεσθείσης τὸν τρόπον, δῆλος γένηται ὁ περὶ τὸν λαὸν ἐπιμελείας ὁ σκοπὸς τοῦ θεοῦ, ὑπὲρ τοῦ φανησομένου γε ἐξ αὐτῶν ἐπὶ τῇ πάντων ἀνθρώπων σωτηρίᾳ, πάντα ποιοῦντος· ὥστε δὲ μὴ εἰς ἀπόγνωσιν παντελῆ καταστάντας ἐπιμιγῆναι τοῖς ἔθνεσι τὴν αἰχμαλωσίαν ὑπομεμενηκότας ἐκείνην, χώραν δὲ μηκέτι μήτε τὴν ἐπάνοδον ἔχειν, μήτε τὸν ἀπὸ τῶν λοιπῶν ἐθνῶν χωρισμὸν, ἄνωθεν διὰ τῶν προφητῶν καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν ἐσομένην ἐμήνυσε καὶ τὴν ἐπάνοδον ἐπ' ἐκείνῃ· ἵνα ταῖς ἐλπίσι κρατούμενοι ταύταις, καὶ μετὰ τὴν συμβᾶσαν αἰχμαλωσίαν τὴν ἐπάνοδον ἀναμένωσιν· ὅπερ οὖν καὶ γέγονε καθ' ὃν ἔφαμέν τε τρόπον, καὶ ὑπὲρ ἧς εἰρήκαμεν αἰτίας.
p. 110. Διὰ τοῦτο πάλαι μὲν καὶ προπάλαι τῷ μακαρίῳ Δαυίδ εἴρητο ταῦτα διὰ πολλῶν τῶν ψαλμῶν· ἐγγίζοντος δὲ τοῦ καιροῦ τῶν πραγμάτων, τοὺς προφήτας ἀνέδειξεν ἡ θεία χάρις, νῦν μὲν ἐφεστῶτα τῶν ἀσσυρίων μηνύοντας τὰ κακὰ, αὖθις δὲ ἐπ' ἐκείνοις τὰ παρὰ βαβυλωνίων ἐσόμενα δηλοῦντας· ἐφ' ἅπασι τε λέγοντας τὴν ἐπάνοδον, ἕτερά τε ὁπόσα τῶν κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον γεγονότων μηνύεσθαι προσῆκον ἦν· ἐπεὶ δὲ ἡ τῶν προτέρων ἔκβασις ἀκολούθως τῇ προρρήσει γιγνομένη, πίστις ἦν τῶν μετὰ ταῦτα προειρημένων τι, κατὰ τὴν πρόρρησιν ὡς εἰκὸς ἐσομένων.

Ἐντεῦθεν ἅπαντες τά τε παρὰ τῶν βαβυλωνίων γεγονότα φασίν· ἐπειδὴ κἂν εἰ διῃρημένας τὰς ἐφόδους ταύτας γεγενῆσθαι συνέβη, πρότερον μὲν ἀσσυρίων ἐπεληλυθότων, βαβυλωνίων δὲ ὕστερον, τῶν τε πραγμάτων καιρός τις γέγονεν ἐν μέσῳ, ἀλλὰ μία γε ἦν ἡ παντελὴς αἰχμαλωσία ἀρξαμένη μὲν ἀπὸ τῶν ἀσσυρίων περὶ τὰς δέκα φυλὰς, περαιωθεῖσα δὲ περὶ τὰς ὑπολοίπους, αἳ τῆς Ἰούδα βασιλείας ἐτύγχανον, ἐπὶ τῆς βαβυλωνίων

cipatum sola tenuit Iudae tribus, quae universa reditu digna fuit, quoniam ex ipsa orturus erat cum carne Christus dominus: nam de reliquis tribubus pauci e singulis redierunt. Sic enim tum e captivitate tum e reditu hac ratione curato patefaciendus erat divinae circa populum providentiae scopus, haec omnia satagentis propter inde venturum universalis salutis auctorem Christum. Ergo ne Iudaei captivitatem illam perpessi, spe omni deposita, confunderentur gentibus; sibique patriam, aut reditum ad illam, haud iam superesse crederent; neve suae ab ethnicis secretionis obliviscerentur; olim ore prophetarum tum futuram captivitatem significavit Deus, tum ex eadem postliminium: ut hac spe retenti, ubi accidisset captivitas, reditum expectarent, qui reapse eo quem diximus modo ac suprascriptam ob causam contigit. Quamobrem olim et iamdiu haec a beato Davide compluribus in psalmis dicta fuerant: propinquante autem gerendarum rerum tempore prophetas misit divinus favor, nunc quidem impendentia ab Assyriis praecinentes mala, mox autem babylonicam superventuram Iudaeis calamitatem significantes: post haec omnia tamen spondentes reditum; nihilque eorum, quae per id tempus scire commodum erat, reticentes. Porro rerum superiorum exitus prognosticis consentaneus, fidem faciebat fore ut postea quoque praedicta, sine dubio ad vaticinii normam evaderent.

Hinc fit ut prophetae cuncti et res assyriacas et subsecutas mox babylonicas loquantur: nam etsi hae diversae fuerunt incursiones, Assyriis primo, deinde Babyloniis expeditionem facientibus; hisque eventibus aliquantum temporis spatium interpositum fuit, nihilominus una fuit universalis captivitas, orsa ab Assyriis con-

πολιορκίας· τούτου μὲν οὖν ἕνεκεν οἵ τε λοιποὶ ταῦτα μηνύουσι, καὶ περὶ ταῦτα τὴν πᾶσαν εἶχον τοῦ λόγου σχολήν· πλὴν ὅσα βραχέα οὐ πολύ γε τούτων ἀπεσπασμένα προσετίθεσαν. p. 111.
τοῖς λεγομένοις· πεποίηκε δέ τι τοιοῦτο καὶ ὁ παρὼν προφήτης, τὴν μὲν προφητείαν ἅπασαν ἐν τοῖς περί τε τὸν Ἰσραὴλ καὶ τὸν Ἰούδαν ἐσομένοις παρά τε ἀσσυρίων καὶ βαβυλωνίων πεποιημένος προδήλως· ἐν βραχέσι δὲ κατὰ τὸ προοίμιον ἐπιμνησθεὶς καὶ τῶν ὅσα περὶ τῶν περιοίκοις πολλὴν τοῖς ἰσραηλίταις τὴν ἐπήρειαν, κατὰ τὸν αὐτὸν ἤμελλεν γίνεσθαι καιρόν· ὡς ἂν δῆλον ποιήσειεν, ὅτι οὐκ ἀφειδίᾳ τινὶ καὶ ἀμελείᾳ καὶ μεταβολῇ γνώμης τοῖς τε τῶν ἀσσυρίων καὶ τοῖς τῶν βαβυλωνίων ἐκδέδωκε συμφοραῖς τὸν λαὸν, ἐπανορθώσασθαι δὲ αὐτῶν τὰς ἀσεβείας βουλόμενος· ὅς γε καὶ τῶν περιοίκων τοὺς ἡμαρτηκότας εἰς αὐτοὺς κατὰ τὸν αὐτὸν ἐτιμωρήσατο χρόνον· οὐκ ἄν ποτε δίκας ὑπὲρ τούτων εἰσπραξάμενος ἐκείνους, εἰ μὴ πλεῖστον τινὰ τούτων ἐποιεῖτο τὸν λόγον· ἀλλ' ἐν μὲν τῇ τῶν ἠδικηκότων τιμωρίᾳ τὴν περὶ τούτους ἐδείκνυ κηδεμονίαν· τὰ δὲ περὶ τούτους αὐτοὺς κακὰ δῆλος γέγονεν ἐπάγων οὐκ ἀφειδίᾳ τε καὶ ὑπεροψίᾳ καὶ μίσει, ἀλλ' ἐπιμελείᾳ τε καὶ σωφρονισμῷ καὶ διορθώσει καὶ τῇ ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐπαναγωγῇ· ἡ μὲν οὖν ὑπόθεσις αὕτη τοῦ βιβλίου.

Οὕτω μὲν ἅπαντα τὰ περὶ τὸν λαὸν εἰρηκότος τοῦ προφήτου, ἐν ὀλίγοις δὲ μηνύοντος p. 112.
ἃ κατὰ τὸν καιρὸν καὶ μάλιστα παρὰ τῶν Βαβυλωνίων περὶ τοὺς ἀστυγείτονας ἤμελλε γίνεσθαι, ὑπὲρ ὧν εἰς αὐτοὺς πεπλημμελήκεσαν, δι' ἣν ἔφην αἰτίαν· ποιεῖται δὲ καὶ τὴν προφητείαν οὐκ ἐν Ἱερουσαλὴμ ἀλλ' ἐν τοῖς τῶν ἐθνῶν τόποις πλησίον τοῦ Ἰσραὴλ ἐν Βαιθὴλ τοῦ τοῦ ἱεροῦ, ἔνθα δὴ τοῖς εἰδώλοις ἐπετέλουν οἱ τοῦ Ἰσραὴλ τὰς θυσίας· ἐν μὲν γὰρ τῇ Ἱερουσαλὴμ προφητεύων, οὐκ ἂν ἐγένετο δῆλος, οὔτε τῷ Ἰσραὴλ οὔτε τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν, ἐφ' οἷς ἤμελλε λέγειν περὶ αὐτῶν· ἐπεὶ μὴ δὲ ἐπιβαίνειν τῆς Ἱερουσαλὴμ ἠνείχετο τίς ἐκεῖ-

tra decem tribus; absoluta vero contra reliquas, quae regnum Iudae constituebant, a Babyloniis urbis expugnatoribus. Idcirco ceteri etiam prophetae haec portendunt, atque in his omnis eorum sermo versatur; si paucas aliquot res excipias, neque a praedictis valde discrepantes, quas obiter appinxerunt. Sic facit etiam hic, quem in manibus habemus, propheta, qui suum omne vaticinium ad mala ab Assyriis Babyloniisque Israheli Iudaeaque inferenda manifeste convertit: ita tamen ut breviter circa prohoemium quaedam etiam damna commemoret, quae a finitimis populis sub idem tempus passuri erant Israhelitae. Sic autem Deus demonstrabat, haud se crudelitate aliqua vel incuria vel consilii volubilitate populum assyriaca ac babylonica calamitate implicuisse; sed quia hunc a sceleribus revocare studebat: quandoquidem etiam finitimos, qui huic populo iniurii fuerant, eodem tempore poenae subiecit: in quos haudquaquam animadvertisset, nisi populum suum plurimi faceret. Quare Deus in peccantium supplicio declarat suam erga electos curam, quibus plagas imponit haud saevitia vel contemptu vel odio exstimulatus, sed providentiae causa et erudiendi emendandique studio, atque ut ad frugem meliorem revocet. Hoc est igitur libri argumentum.

Atque ita omnia quae ad populum spectant dixit propheta, et breviter etiam significavit, quidnam adversi proximis urbi populis Babylonii apprime impositurí eadem occasione essent, propter illorum erga electos iniurias; cuius rei iam causam diximus. Edit autem vaticinium haud Hierosolymis sed in ethnicorum locis, circa fines Israhelis prope Baethelis fanum, ubi hostias idolis Israhelitae litabant. Nam si Hierosolymis vaticinatus esset, res neque Israheli innotuisset, neque populis reliquis, de quibus erat verba facturus; quorum nemo Hierosolyma ventitare solebat:

τῶν· ἐν γὰρ τοῖς προρρηθεῖσι τόποις τὴν προφητείαν ποιούμενος, ἀναγκαίως καὶ τῷ Ἰσραὴλ καταφανὴς ἦν καὶ τοῖς ἔθνεσιν οἵ γε πλησίον ἦσαν· καὶ πολλάκις ἐκ τῆς περὶ τὰ εἴδωλα θεραπείας ἐπεμίγνυντο ἀλλήλοις· ὡς ἂν ἅπαντες, περὶ ὧν τοὺς λόγους ἐποιεῖτο, εἰδεῖεν τε τὰ περὶ αὐτῶν λεγόμενα, καὶ πρὸ τῶν πραγμάτων δεξάμενοι τὴν προφητείαν, ἐγγύθεν τε ἰδόντες τὴν ἔκβασιν, μείζονα τὴν πίστιν ἔχοιεν τῆς ἐνεργούσης ἐν τοῖς προφήταις χάριτος θείας.

Τὸ μέν τοι γε παρά τινων λεγόμενον ὅτι Ὀζίαν τὸν βασιλέα οὐκ ἤλεγξαν οἱ προφῆται τοῖς τῆς ἱερωσύνης ἔργοις ἐπιχειροῦντα, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἐπαύθησαν ἅπαντες
p. 113. τῆς προφητείας, σφόδρα μοι μυθῶδες εἶναι φαίνεται μᾶλλον· ἥ τε γὰρ τοῦ Ὠσηὲ βίβλος οὕτως ἔχει· λόγος κυρίου ὃς ἐγενήθη πρὸς Ὠσηὲ τὸν τοῦ Βεηρὶ ἐν ἡμέραις Ὀζίου, καὶ τὰ ἑξῆς· παρὰ Ἡσαΐᾳ τε τῷ προφήτῃ οὕτως φησίν· ὅρασις ἣν εἶδεν Ἡσαΐας υἱὸς Ἀμώς, ἣν εἶδε κατὰ τῆς Ἰουδαίας καὶ κατὰ Ἱερουσαλὴμ ἐν βασιλείᾳ Ὀζίου, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ παρὰ τῷ παρόντι γὰρ προφήτῃ οὕτω φησίν· λόγοι Ἀμώς· οἳ ἐγένοντο ἐν Καριαθιαρὶμ ἐκ Θεκουέ, οὓς εἶδεν ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ ἐν ἡμέραις Ὀζίου βασιλέως Ἰούδα· πῶς οὖν οἷόν τε ἦν ἐν ταῖς ἡμέραις Ὀζίου πεπαῦσθαι τῆς προφητείας κατ' ἐκείνων λόγον, ὁπότε καὶ Ὡσηὲ καὶ Ἡσαΐας καὶ Ἀμὼς ἐν ταῖς ἐπιγραφαῖς τῶν οἰκείων βίβλων δηλοῦνται ἐν ἡμέραις Ὀζίου πεποιημένοι τὴν προφητείαν; πρὸς τῷ κἀκεῖνο δῆλον εἶναι ὅτι εἴτε κατὰ τὴν πνευματικὴν ἀποκάλυψιν ἐλέγξαι κελευόμενοι τὸν Ὀζίαν, ἀνεβάλλοντο ἄν ποτε οἱ προφῆται, ταῖς θείαις ἀποκαλύψεσι πειθόμενοι μᾶλλον, ἢ τὸν πλημμελοῦντα αἰδούμενοι βασιλέα· μὴ τετυχηκόσι τε πρὸς τοῦτο ἀποκαλύψεως, οὐδεὶς ἂν μέμψαιτο δικαίως, οὐκ ἐπικεχειρηκόσι πράγματι μὴ ἐξ ἀποκαλύψεως θείας αὐτοῖς δειχθέντι, οἵ γε διὰ πάντων εἰώθεσαν ταῖς πνευματικαῖς ἀποκαλύψεσιν ἑπόμενοι, κατ' ἐκείνας μὲν καὶ λέγειν τι καὶ μὴ λέγειν· παρ' ἐκείνας γὰρ μή τε

praedictis contra in locis vaticinans, necessario tum Israheli tum finitimis ethnicis innotescebat, qui saepe ob idolorum cultum invicem frequentabant. Sic cuncti, quorum causa sermones serebat, et ea quae de se dicebantur resciebant; cognitoque ante res gerendas vaticinio, moxque viso exitu, firmiorem fidem inspiranti prophetas divinae gratiae adhibituri erant.

Age vero quod aiunt nonnulli, Oziam regem a prophetis reprehensum non fuisse cum sacerdotii munera obire ausus est; atque ob eam causam propheticum spiritum cunctis esse subtractum; valde id mihi fabulosum videtur. Nam et Oseae liber sic habet: verbum Domini quod factum est ad Oseam Beeri filium in diebus Oziae, et reliqua. Tum apud Isaiam prophetam sic dicitur: visio oblata Isaiae Amosi filio, quam contra Iudam urbemque Hierosolymorum vidit, sub Ozia rege, et reliqua. Et praesenti in libro denique sic: sermones Amosi, qui facti sunt in Cariathiarim de Thecue, quos vidit super Hierosolymis in diebus Oziae Iudae regis. Qui igitur fieri potest, ut in Oziae diebus divinandi vis prophetis erepta fuerit, quemadmodum istorum interpretum opinio fert; siquidem et Oseas et Isaias et Amosus in suorum librorum titulis, se in diebus Oziae prophetavisse declarant? Tum vero exploratum est, si divina forte revelatione prophetae iussi fuissent Oziam castigare, nequaquam id fuisse recusaturos, divino potius lumini obtemperantes, quam peccatorem regem reverentes: sin autem de obiurgando rege haud divinitus fuerunt admoniti, nemo eos merito vituperet, qui rem non attigerint, quam eis divina revelatio non demonstraverit. Est enim prophetarum perpetuus mos spiritalibus revelationibus obsequendi, sive ex earum instinctu loquendum sit sive tacendum: ita ut praeter illas neque dicant quicquam neque reticeant, atque ab iis ne latum qui-

λέγειν μή τε σιγᾶν οὐκ ἄν ποτέ τι, οὔ τε μή τι εἰπεῖν ἑλόμενοι παρ' ἐκείνας· τοῦτο μὲν οὖν παρὰ πολλοῖς (1) οὐκ οἶδ' ὅπως φερόμενον, καὶ σφόδρα μοι δόξαν ἐναντίως ἔχειν ταῖς τῶν βίβλων γραφαῖς, σιωπῇ παραδραμεῖν οὐ καλῶς ἔχειν ἡγησάμην· τοῦ δὲ βιβλίου τῆς προφητείας παντὸς περί τε τὸν Ἰσραὴλ καὶ τὸν Ἰούδαν ἠσχολημένου, καὶ τὰ τούτοις τε κἀκείνοις συμβάντα, πρότερον μὲν ὑπὸ τῶν Ἀσσυρίων, ὑπὸ Βαβυλωνίων ὕστερον, ἐν ὀλίγοις δὲ καὶ τὸ προοίμιον μνήμην ἔχοντος τῶν εἰς τοὺς περιοίκους συμβησομένων κακῶν, τῶν μὲν περὶ τὸν λαὸν αἰτίαν εἶναι φαμέν, ἣν καὶ πρότερον εἰρήκαμεν, ὑπὲρ ἧς δὴ πᾶσαν ἔνειμεν αὐτῷ τὴν οἰκείαν κηδεμονίαν ὁ θεός, διὰ τὸν ἐξ αὐτῶν ἀναδείκνυσθαι μέλλοντα τὸ κατὰ σάρκα δεσπότην Χριστόν, ἐπὶ τῇ πάντων φανούμενον σωτηρίᾳ· προστεθεῖσθαι δὲ τῶν λοιπῶν τὰ περὶ τοὺς περιοίκους ἐσόμενα, εἰς ἔλεγχον τοῦ μὴ δὴ τὰ κατὰ τὸν λαὸν ἀφασίᾳ τὸν θεὸν πεποιηκέναι· ὅπου γε καὶ ὑπὲρ τῶν εἰς αὐτοὺς παρανομίας δίκας εἰσπράττεται ἑτέρους· ἀρκτέον δὲ τοῦ βιβλίου λοιπὸν ἔχοντος οὕτως.

ΚΕΦ. Α'.

“ Λόγοι Ἀμώς, οἳ ἐγένοντο ἐν Καριαθιαρὶμ ἐκ Θεκουέ, οὓς εἶδεν ἐπὶ Ἱερουσαλήμ, v. 1.
ἐν ἡμέραις Ὀζίου τοῦ βασιλέως Ἰούδα, καὶ ἐν ἡμέραις Ἱεροβοὰμ τοῦ Ἰωὰς βασιλέως
Ἰσραήλ, πρὸ δύο ἐτῶν τοῦ σεισμοῦ. „ Τοῦτο μὲν οὖν καθὰ κἀν τοῖς λοιποῖς εἰρήκαμεν p. 165.
προφήταις προγραφῆς τινὸς τάξιν ἐπέχει, δηλώσης τί ποτε βούλεται ἡ βίβλος, παρ' ὅτου τε καὶ περὶ τίνων εἴρηται καὶ πότε· θαυμαστὸν δὲ οὐδέν, εἰ λόγοι εἶπεν οὓς εἶδεν ἐπὶ Ἱερουσαλήμ· καί τοι γε μέλλων κἀκεῖνα λέγειν ὁπόσα περὶ τὸν Ἰσραήλ, τοῦτ' ἔστι τὰς δέκα γεγονε φυλάς, καὶ μὲν καὶ περὶ τοὺς περιοίκους οὐχ ἧττον· ἀλλ' ὡς ἂν κυριώτατον μὲν ἀπαί-

dem unguem discedere, soleant. Hanc igitur opinionem, quae nescio cur multorum mentes pervasit, quaeque mihi sacris litteris magnopere adversari videtur, silentio praeterire haud aequum existimavi. Iam universi huius vaticinii liber circa Israhelem et Iudam vertitur, nempe circa utriusque adversitates, quae primo ab Assyriis deinde a Babyloniis contigerunt. Breviter etiam mentionem initio complectitur malorum quae finitimos correptura erant. Et quidem cur hebraeo populo haec evenerint, causam diximus in praecedentibus, Deo curam suam illi impendente, propter eum, qui inde exorturus erat secundum carnem, Christum dominum, communis salutis parentem. Praeponuntur autem reliquis res finitimis populis eventurae, ut palam fiat nihil Deum contra suum populum fecisse saevitia commotum; quandoquidem de iis, qui hunc adflixerant, poenas repoposcit. Sed iam initium faciendum libri est, qui ita se habet.

CAP. I.

“ Sermones Amosi, qui facti sunt in Cariatharim de Thecue, quos vidit super Hierosolymis, in diebus Oziae Iudae regis, et in diebus Hieroboami Ioaso geniti, regis Israhelis, ante terrae motum biennio. „ Verba haec, sicuti in ceteris prophetis diximus, tituli cuiusdam vice funguntur, qui libri scopum et continentiam et auctorem aetatemque declarat. Neque est mirandum quod dixerit, sermones quos vidit super Hierosolymis, etsi casus quoque narraturus erat Israheli, id

(1) Hanc, quam reprehendit Theodorus opinionem, prae se ferunt Chrysostomus ad Isaiae cap. VI, Hieronymus epist. XVIII. 1, et Procopius item in commentario ad praedictum Isaiae locum. Sane obiurgatum a sacerdotibus Oziam dicit sacer textus, non a prophetis.

των ἡγούμενος ἦν τὰ κατὰ τὴν Ἱερουσαλήμ, εἶτ᾽ αὖ τὸν περὶ αὐτὸν λαόν· ἦν δὲ οὗτος ἡ τοῦ
Ἰούδα φυλή, καθὼς ἐν τοῖς πρόσθεν εἰρήκαμεν· τῶν λοιπῶν δὲ ἐξ ἀκολουθίας λεγομένων
τε καὶ γινομένων δι᾽ ἐκεῖνον· οὕτως ἀπὸ τοῦ κυριωτάτου τῆς προφητείας ἐδήλωσε τὴν αἰτίαν·
v. 2. ἀρχόμενος μέντοι τῆς προφητείας οὕτω φησίν. « Κύριος ἐκ Σιὼν ἐφθέγξατο, καὶ ἐξ
Ἱερουσαλὴμ ἔδωκε φωνὴν αὐτοῦ· καὶ ἐπένθησαν αἱ νομαὶ τῶν ποιμένων· καὶ ἐξηράνθη ἡ κο-
ρυφὴ τοῦ Καρμήλου. » Θαυμασιώτατα ἐντεῦθεν ἤρξατο τοῦ λόγου· ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἐν τῇ Ἱε-
ρουσαλήμ, ἀλλ᾽ ἐν ἐκείνοις ἐφθέγγετο τοῖς τόποις, οἳ τῶν τε ἐθνῶν καὶ τῆς βασιλείας τοῦ
Ἰσραὴλ ἐτύγχανον ὄντες, εἰκότως προστέθεικε τό, ἐκ Σιὼν ἐφθέγξατο, καὶ ἐξ Ἱερουσαλὴμ
ἔδωκε φωνὴν αὐτοῦ· ὡς ἂν μὴ τοῖς περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον θρησκευομένοις δαίμοσιν ἐπι-
p. 110. γράφειν μέλλοιεν οἱ ἀκούοντες τῶν λεγομένων τὴν αἰτίαν· εἰδεῖεν δὲ ἅπαντες ὅτι γνώμῃ θεοῦ
ταῦτα φθέγγεται, ὃς τῶν ἁπάντων ποιητής τε καὶ κύριος ὤν, ἐν τῷ Σιὼν ὄρει τὴν καθή-
κουσαν αὐτῷ θρησκείαν κατὰ τὴν νομικὴν διάταξιν πληροῦσθαι προσέταξε· τῷ τε προφήτῃ
νῦν εἰπεῖν ταῦτα διδούς, καὶ κατὰ καιρὸν τῶν μηνυομένων τὴν ἔκβασιν εἰς ἔργον ἐκφέρων· τὸ
δὲ ἐπένθησαν αἱ νομαὶ τῶν ποιμένων, καὶ ἐξηράνθη ἡ κορυφὴ τοῦ Καρμήλου, ἵνα εἴπῃ ὅτι
ἐκ τῆς ἀποφάσεως τῆς ἐκείνου πάντες τε οἱ περίοικοι σὺν τοῖς ἡγουμένοις μεταστήσονται εἰς
πένθος· καὶ μὴν καὶ τοῦ Ἰσραὴλ σὺν ἐκείνοις, οὓς κορυφὴν ὠνόμασεν τοῦ Καρμήλου, ὡς
περὶ ἐκεῖνον οἰκοῦντας τὸν τόπον, καὶ εἰς οὐδὲν δέον τῇ ὑπεροχῇ κεχρημένους· εἶτα μερίζων
τὸν λόγον ἀνὰ μέρος, περὶ ἑκάστου τῶν περιοίκων λέγει.
v. 3. « Καὶ εἶπε κύριος, ἐπὶ ταῖς τρισὶν ἀσεβείαις Δαμασκοῦ καὶ ἐπὶ ταῖς τέσσαρσιν (1) οὐκ
ἀποστραφήσομαι αὐτήν, ἀνθ᾽ ὧν ἔπριζον ἐν πρίοσι σιδηροῖς τὰς ἐν γαστρὶ ἐχούσας τῶν Γα-
v. 4. λααδιτῶν; καὶ ἀποστελῶ πῦρ εἰς τὸν οἶκον Ἀζαήλ, καὶ καταφάγεται θεμέλια υἱοῦ Ἀδερ·

est decem tribubus, nec non finitimis populis, eventuros: sic enim egit, quia potissimas omnium res urbis Hierosolymorum existimabat, nempe eius populi, qui ex Iudae tribu constabat, sicuti iam in superioribus diximus: quum interim ceterorum ratio in praedicti gratiam haberetur. Sic ergo a principali re, vaticinii sui causam ostendit, quod ita exorditur. « Dominus de Sion locutus est, ex Hierosolymis vocem suam emisit. Luxerunt pascua pastorum; exaruit Carmeli cacumen. » Mire admodum his verbis loqui coepit: nam quia non Hierosolymis, sed in illis loquebatur locis, quos ethnici regnumque Israhelis occupabant, statim prudenter addidit, de Sion locutus est, ex Hierosolymis vocem suam emisit: ne forte auditores rerum a se dicendarum cultis per ea loca daemonibus causam imputarent: immo potius universi agnoscerent, se Dei voluntate verba illa facere; qui quum omnium factor dominusque sit, congruam sibi religionem in Sione monte exhiberi legitimis ritibus iusserat: idemque prophetam ad haec dicenda nunc excitaverat, suoque tempore vaticinia in rem conlaturus erat. Iam verba luxerunt pascua pastorum, exaruit Carmeli cacumen, significant fore ut cum praedictis finitimi omnes non sine suis ducibus ad luctum vertantur: et quidem etiam Israhel cum illis, quos Carmeli cacumen appellavit, quia circa locum illum incolebant, ac praeter omne officium superbia exultabant. Deinde subdiviso particulatim sermone, de singulis finitimis pergit dicere.

« Dixitque Dominus: super tribus sceleribus Damasci et super quatuor non aversabor eam? quia serris ferreis praegnantes galaaditidas dissecuerunt. Ignem immit-

(1) Obscurus videbatur Hieronymo hic prophetae locus epist. LIII. 8. Sed en Mopsuestenus more suo perspicue atque indubitanter explanabit.

καὶ συντρίψω μοχλοὺς Δαμασκοῦ· καὶ ἐξολοθρεύσω κατοικοῦντας ἐκ πεδίου Ὤν· καὶ κατα- v. 5.
κόψω φυλὴν ἐξ ἀνδρῶν Χαῤῥάν· καὶ αἰχμαλωτευθήσεται λαὸς Συρίας ἐπίκλητος, λέγει
κύριος. „ Τὸ ἐπὶ τῶν τρισὶ καὶ τέσσαρσι λέγει ἀντὶ τοῦ τῶν ἄγαν πολλαῖς· ἐπειδὴ γὰρ ὁ μετὰ p. 117.
τὸν ἕνα καὶ δύο ἀριθμὸς πληθυντικὸς καλεῖται (1), τρισὶ μὲν λέγει τῶν πολλαῖς, τέσσαρσι
δὲ τὴν ἐπίτασιν τοῦ πλήθους· βούλεται δὲ εἰπεῖν ὅτι πολλὰς ἀσεβείας τῆς Δαμασκοῦ παριδεῖν·
ἐπιμένοντας δὲ καὶ ἐπὶ πλεῖστον ἐκτείνοντας τὴν ἀσέβειαν, μὴ ἀποστρέφεσθαι καὶ μισεῖν, οὐκέτι
δυνατόν· εἶτα καταλιπὼν τὰς λοιπὰς αὐτῶν παρανομίας, τὴν εἰς τοὺς ἰσραηλίτας παρ'
αὐτῶν γεγενημένην λέγει· ὡς ἂν δείξειεν ὅτι κἂν πολλὰ ἠσεβήκασιν, ἀλλ' ὑπὲρ τούτων
μάλιστα αὐτοὺς τιμωρήσεται, ὧν πολλὴν ποιεῖσθαι ἐσπούδακε τὴν κηδεμονίαν· τὸ αὖ τῶν
γαλααδιτῶν, ἐκ μέρους βούλεται τῶν ἰσραηλιτῶν εἰπεῖν· ἐπειδὴ τοῦ Ἰσραὴλ μέρος ἦν ἡ
Γαλαάδ· ἐπειδὴ τοίνυν, φησὶ, τοσαύτην ἐξέτειναν κατ' αὐτῶν τὴν παρανομίαν, ὡς καὶ τὰς
ἐγκύους αὐτῶν σιδηροῖς πρίοσι διατέμνειν· ἔοικε δὲ τοῦτο λέγειν εἰς ἀπόδειξιν τῆς ὠμότητος
αὐτῶν, δι' ἣν οὐδὲ τῶν ἐγκύων ἐφείδοντο, ἤτοι πρίοσιν ὄντως αὐτὰς ἢ ξίφεσιν ἀνατέμνοντες
πολέμου νόμῳ· ὅπερ αὖ εἶπεν ἐν πρίοσι σιδηροῖς, εἰς μείζονα ἔμφασιν τῶν γινομένων· ὑπὲρ
δὴ τούτων φησὶν αὐτοῖς ἐπάξω τοὺς ἀφανίζοντας, ὡς καὶ τὰ βασίλεια αὐτῶν καθαιρεθῆ- p. 118.
ναι· τοῦτο γὰρ λέγει θεμέλια υἱοῦ Ἀδέρ· πᾶσαν τε τῆς μητροπόλεως αὐτῶν τὴν ἰσχὺν ἀφαιρε-
θῆναι· ὅπερ δηλοῖ τὸ συντρίψω μοχλοὺς Δαμασκοῦ· καὶ δὴ καὶ πάντας τοὺς ἐξ αὐτῶν
ἀφανιῶ, ὥστε καὶ τοὺς ἐκ τῆς Χαῤῥὰν παροικοῦντας αὐτοῖς ἀφανίσαι, πολλὴν αὐτοῖς ἐκ τῆς
οἰκείας δυνάμεως ὑποπτευομένης παρέχειν βοήθειαν· καὶ συντόμως εἰπεῖν ἅπαντας τοὺς
τῆς βασιλείας ἐκείνης, οἷς ἐπίκλην ὄνομα Συρία, αἰχμαλωσίᾳ παντελεῖ παραδώσω.

tam in Azahelis domum, qui fundamenta filii Aderi consumet. Damasci vectes confringam, disperdam incolas agri, quorum etiam tribum succidam de viris Charran: captivus abducetur populus Syriae nuncupatus, ait Dominus. „ Dicit autem super tribus et quatuor, nempe pro multis. Nam quia numerus post unum et duo pluralis dicitur, verbo tribus multos denotat, verbo autem quatuor multitudinem exaggerat. Significat autem se multa Damasci scelera neglexisse: verumtamen cum eius cives in impietate perstarent eamque cumularent, iam fieri non posse quin eos a se repelleret atque odio prosequeretur. Exin ceteris eorum sceleribus omissis, illud commemorat quod adversus Israhelitas commiserant: nempe ut ostendat, etiamsi hostes multa peccaverint, tamen eos potissime se puniturum populi sui causa, de quo magnopere sollicitus erat. Igitur galaaditidas feminas dicens, partem pro toto appellat: pars enim Israhelis Galaad. Causa puniendi fuit, quod tantum adversus Israhelem scelus expromserant, ut ipsas populi huius praegnantes serris ferreis dissecuerint. Videtur autem hoc dicere ut hostium crudelitatem demonstret, qui ne gravidis quidem feminis pepercissent, sive eas reapse serris, sive gladiis more belli conciderint: ita ut locutio serris ferreis ad praegravandam facinoris emphasim adhibeatur. Quamobrem, inquit, immittam eis hostes, a quibus cuncti ceu igne absumentur; et quidem regia quoque ipsorum sedes delebitur; hoc enim innuit dictio fundamenta Ader: atque omne metropoleos eorum robur subtraham; id quod significat dictio vectes Damasci confringam. Ita demum eos omnes funditus destruam, ut finitimos quoque Charran incolas simul deleam, quorum scilicet vires Damasco videbantur validum praesidium exhibere. Ut breviter dicam, cunctos regni eius incolas, qui Syriae vocabulo indigitantur, servitio addicendos curabo.

(1) Notissimum est Graecos praeter singularem ac pluralivum, duali quoque uti numero.

v. 6. " Τάδε λέγει κύριος, ἐπὶ ταῖς τρισὶν ἀσεβείαις Γάζης καὶ ἐπὶ ταῖς τέσσαρσιν οὐκ ἀπο-
στραφήσομαι αὐτοὺς, ἕνεκεν τοῦ αἰχμαλωτεῦσαι αὐτοὺς αἰχμαλωσίαν Σολομὼν, τοῦ συγ-
κλεῖσαι εἰς τὴν Ἰδουμαίαν; ,, Τὸ αὐτὸ λέγει κἀνταῦθα, ὅτι πολλὰς ἀσεβείας ἐργασαμέ-
νων καὶ ἐπιμενόντων τῇ μοχθηρίᾳ τῆς γνώμης, οὐκ ἀνέξομαι ἔτι· μάλιστα δὲ αὐτοὺς τιμω-
ρήσομαι, ὑπὲρ ὧν τοῦ Σολομῶντος αἰχμαλώτους λαβόντος τοὺς τῆς Ἰδουμαίας, καὶ ὑπὸ
τὴν τῶν Ἰσραηλιτῶν πεποιηκότος ἐξουσίαν, ὡς καὶ πλεῖστον αὐτοὺς ἐπὶ τούτου διαμεῖναι τοῦ
σχήματος, ἐπελθόντες οὗτοι ἀφεῖλον τε τὴν αἰχμαλωσίαν ἐκείνην πολέμου νόμῳ, καὶ
συνηνάγκασαν ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν ἀπελθεῖν πάλιν· καὶ γὰρ κἀνταῦθα πλημμέλειαν αὐτῶν
p. 169. v. 7. λέγει τὴν περὶ τοὺς Ἰσραηλίτας εἰργάσαντο· τί οὖν; " Καὶ ἐξαποστελῶ πῦρ ἐπὶ τὰ τείχη
v. 8. Γάζης, καὶ καταφάγεται τὰ θεμέλια αὐτῆς, καὶ ἐξολοθρεύσω κατοικοῦντας ἐξ Ἀζώτου,
καὶ ἐξαρθήσεται φυλὴ ἐξ Ἀσκάλωνος, καὶ ἐπάξω τὴν χεῖρά μου ἐπὶ Ἀκκαρὼν, καὶ ἀπο-
λοῦνται οἱ κατάλοιποι τῶν ἀλλοφύλων, λέγει κύριος. ,, Τὴν αὐτὴν ἐπάξω καὶ τούτοις τιμω-
ρίαν φησί· πῦρ γὰρ κἀνταῦθα τὸν πόλεμον λέγει ὡς ἂν οὕτως αὐτοὺς ἐπινεμόμενον· ὃς περιε-
λεῖ μὲν τῆς Γάζης τὰ τείχη, ἐκ βάθρων δὲ ἅπασαν ἀνασπάσει τὴν πόλιν, ἀφανιεῖ τε τοὺς
κατοικοῦντας αὐτὴν μετὰ τῶν τήν τε Ἄζωτον καὶ τὴν Ἀσκάλωνα οἰκούντων· οὐκ ἀφέξομαι δὲ
οὐδὲ τῶν ἐν Ἀκκάροις· μνημονεύεται γὰρ τῆς Γάζης ὡς ἐξαρχούσης τῶν ἐν τοῖς ἀλλοφύλοις
σατραπειῶν· κατὰ κοινοῦ λέγει τὴν τιμωρίαν ἅπασιν ἐπελεύσεσθαι τοῖς ἀλλοφύλοις· ὅθεν ἐπάγει·
καὶ ἀπολοῦνται οἱ κατάλοιποι τῶν ἀλλοφύλων, λέγει κύριος· ,, ἵνα εἴπῃ ὅτι συντόμως
ἅπαντας ἀφανιεῖ τοὺς ἀλλοφύλους, ὥσπερ ἐν τοῖς ἀνωτέροις αἰχμαλωτευθήσεσθαι ἔφη πάν-
τα τὸν λαὸν τὸν ἐπίκλητον Συρίας.
v. 9. " Τάδε λέγει κύριος, ἐπὶ ταῖς τρισὶν ἀσεβείαις Τύρου καὶ ἐπὶ ταῖς τέσσαρσιν οὐκ ἀποστρα-
φήσομαι αὐτὴν, ἀνθ' ὧν συνέκλεισαν αἰχμαλωσίαν τοῦ Σολομὼν εἰς τὴν Ἰδουμαίαν, καὶ

" Haec ait Dominus: super tribus Gazae sceleribus et super quatuor, non aversabor eos, propterea quod ipsi mancipaverint captivitatem Salomonis, ut eam concluderent in Idumaeam? ,, Id ipsum heic quoque dicit; nempe quod illos sceleribus cumulandis deditos, atque in animi pravitate obfirmatos, iam diutius non feret: immo potissimum puniet, quia quum Salomon in captivitatem Idumaeos redegisset, atque Israhelis ditioni adiecisset, ita ut Idumaei diu in hac conditione permanserint; illi supervenientes, captivitatem illam iure belli dissolverint, hosque iterum in Idumaeam secedere iusserint. Nimirum hinc etiam propheta arguit hostium scelus adversus Israhelitas. Quid ergo? " Immittam in moenia Gazae flammam, quae illam a fundamentis consumet: delebo Azoti cives: Ascalonis populum destruam: Accaroni manus inferam: reliquiae alienigenarum peribunt, dicit Dominus. ,, Easdem his quoque poenas, inquit, imponam. Nam et hoc loco ignem pro bello dicit, quod scilicet hostes ceu flamma vorabit, Gazae moenibus exitium inferet, cunctamque urbem a fundamentis subruet, eiusque incolas perdet, cum Azoti Ascalonisque civibus. Neque ipsi Accaroni, inquit, parcam. Memorata scilicet Gaza, quae satrapiarum exterarum princeps erat, generaliter praedicit eventuram cunctis alienigenis cladem. Quamobrem subdit: " alienigenarum reliquiae peribunt, ait Dominus: ,, quo dicto breviter significat fore ut omnes exteri pereant; sicuti in superioribus populum universum, Syriae nomine nuncupatum, in servitutem redactum iri praedixit etc.

" Haec ait Dominus: super tribus Tyri sceleribus et super quatuor, non aversabor eam, propterea quod concluserunt captivitatem Salomonis in Idumaeam, et

οὐκ ἐμνήσθησαν διαθήκης ἀδελφῶν; καὶ ἐξαποστελῶ πῦρ ἐπὶ τὰ τείχη Τύρου, καὶ καταφάγε- v. 10.
ται τὰ θεμέλια αὐτῆς. ,, Καὶ γὰρ καὶ τούτων ἐπὶ πολὺ φησὶν ἀνασχόμενος, ἐπὶ πλεῖστον p. 100.
ἐκτεινόντων τὴν ἀσέβειαν οὐκ ἀνέξομαι τὴν οἰκείαν, καὶ μάλιστά γε πάντων ὅτι τὴν τοῦ Σολομῶντος αἰχμαλωσίαν εἰς τὴν Ἰδουμαίαν παρεσκεύασαν, κεκοινωνηκότες τῆς παρανομίας ταύτης τοῖς ἀλλοφύλοις· οὓς ἐχρῆν μάλιστα ἀποσχέσθαι τοῦ τοιοῦτόν τι διαπράξασθαι, εἰς μνήμην ἐληλυθότας τῶν συνθηκῶν, ἃς ὅ τε Σολομῶν καὶ ὁ αὐτῶν βασιλεὺς ὑπὲρ φιλίας ἐποιήσαντο πρὸς ἀλλήλους, ὧν οὐδένα ποιησάμενοι λόγον, τοιαῦτα πεπράχασι νῦν· ὑπὲρ ὧν δὴ κατὰ γνώμην ἐμὴν ἐπελθὼν ὁ πόλεμος, τά τείχη τε αὐτῶν περιελεῖ, καὶ πᾶσαν ἀφανιεῖ τὴν πόλιν.

" Τάδε λέγει κύριος, ἐπὶ ταῖς τρισὶν ἀσεβείαις τῆς Ἰδουμαίας καὶ ἐπὶ ταῖς τέσσαρσιν v. 11.
οὐκ ἀποστραφήσομαι αὐτὴν, ἕνεκεν τοῦ διῶξαι αὐτὸν ἐν ῥομφαίᾳ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ· καὶ ἐλυμήνατο μήτραν ἐπὶ τὴν γῆν· καὶ ἥρπασεν εἰς μαρτύριον φρίκην ἑαυτοῦ· καὶ τὸ ὅρμημα αὐτοῦ ἐφύλαξεν εἰς νῖκος (1); ,, Πλεῖστα ἴσα ἠσεβηκότας ἐνεγκὼν, ἐπὶ πλεῖστον ἀσεβούντων οὐκ ἀνέξομαι· καὶ μάλιστά γε ὑπὲρ ὧν πόλεμον κατὰ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἐκίνησαν, οὐδὲ τὴν συγγένειαν αἰσχυνθέντες τὴν πρὸς αὐτοὺς, καὶ ὅτι ἐξ ἀδελφῶν ἦσαν αὐτοί τε καὶ οὗτοι, οἱ μὲν ἐκ τοῦ Ἡσαῦ, οἱ δὲ ἐκ τοῦ Ἰακὼβ καταγόμενοι· τοῦτο γὰρ εἶπε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ· τὸ δὲ ἐλυμήνατο μήτραν ἐπὶ τῆς γῆς, λέγει ἀντὶ τοῦ κατέσφαξαν ἅπαντας καὶ εἰς γῆν κατ-
ήνεγκαν· ὅπερ ἦν εἰς τὴν τεκοῦσαν αὐτοὺς μήτραν πλημμελούντων· ἐπειδὴ γὰρ ἀδελφοὺς p. 101.
ὠνόμασεν ὡς ἐξ ἀδελφῶν τετεγμένους, λύμην μήτρας ὠνόμασε τὴν τῶν ἀδελφῶν ἀναίρεσιν, ὡς ἂν εἰς τὴν κοινὴν μητέρα τούτῳ λυμηναμένων τῷ τρόπῳ· πεποιήκασί τε φησὶν εἰς αὐτοὺς φρίκης μεστὰ, ἵνα μείζονα τὴν μαρτυρίαν τῆς ἑαυτῶν ὠμότητος παράσχωνται τοῖς ὁρῶσι·

non sunt recordati foederis fratrum? Et inmittam ignem in moenia Tyri, et devorabit fundamenta eius. ,, Quum haec diu, inquit, patienter tulerim, iam diutius prolongantes impietatem suam non feram; praesertim quia Salomonis captivos in Idumaeam transferendos curarunt, commune hoc scelus habentes cum alienigenis. Atqui captivis haec minime facere debuerunt, foederis memores, quod Salomon et illorum rex amicabiliter inter se contraxerant; cuius prorsus immemores, nunc ita se gesserunt: propter quod me volente hostis adveniens, moenia eorum subvertet, totamque urbem destruet.

" Haec dicit Dominus: super tribus Idumaeae sceleribus et super quatuor, non aversabor eam, propterea quod ipsi persecuti sint gladio fratrem suum? Et vulvam humi labefactavit, et rapuit in testimonium horrorem suum, et impetum servavit usque ad victoriam. ,, Quum plurima peccantes tulerim, iam ulterius delinquentes non feram: praesertim quia bellum adversus Israhelitas commoverunt, neque cognationem cum illis reveriti sunt, et quod ex fratribus utrique progeniti essent, ex Esau videlicet atque Iacob. Id enim denotat dictio fratrem suum. Iam verba: vulvam humi labefactavit, dicit pro: interemerunt omnes et humi prostraverunt: quod perinde erat atque in maternam vulvam peccare. Nam quia fratres nuncupavit, utpote ex fratribus natos, vulvae excidium appellavit fratrum occisionem, quasi isthoc modo in communem matrem peccassent. Patrarunt autem adversus illos horribilia, quò maius testimonium crudelitatis suae spectantibus perhiberent. Sed et impetu multo ac vehementi in eos irruerunt, odium suum ad finem

(1) Nobis placeret magis lectio complutensis *εἰς νεῖκος ad contentionem.*

καὶ δὴ καὶ ὁρμῇ πολλῇ τινὶ καὶ σφοδρᾷ κατ' αὐτῶν ἐχρήσαντο, ἄχρι τέλους τὴν αὐτὴν τοῦ
μίσους περὶ αὐτοὺς ἐπιδειξάμενοι γνώμην· τὸ γὰρ ἐφύλαξεν εἰς νῖκος, τοῦτο λέγει· ὑπὲρ δὲ
v. 12. τούτων τί; " Καὶ ἐξαποστελῶ πῦρ εἰς Θαιμὰν, καὶ καταφάγεται θεμέλια τειχέων αὐτῆς. ,,
Θαιμὰν τῶν Ἰδουμαίων ἦν ἡ περίβλεπτος πόλις· ἐπάξω τοίνυν αὐτοῖς φησὶ τὸν πόλεμον,
ὃς τὴν μεγίστην αὐτῶν καὶ βασιλικωτάτην πόλιν παντελῶς ἀφανιεῖ, ἐκ βάθρων αὐτὴν μετὰ
τῶν τειχῶν ἀνασπάσας.

v. 13. " Τάδε λέγει κύριος· ἐπὶ ταῖς τρισὶν ἀσεβείαις υἱῶν Ἀμμὼν καὶ ἐπὶ ταῖς τέσσαρσιν
οὐκ ἀποστραφήσομαι αὐτοὺς, ἀνθ' ὧν ἀνέσχιζον τὰς ἐν γαστρὶ ἐχούσας τῶν Γαλααδιτῶν,
v. 14. ὅπως ἂν πλατύνωσι τὰ ὅρια αὐτῶν; καὶ ἀνάψω πῦρ ἐπὶ τὰ τείχη Ῥαββά· καὶ κατα-
p. 152. φάγεται τὰ θεμέλια αὐτῆς μετὰ κραυγῆς ἐν ἡμέρᾳ πολέμου, καὶ σεισθήσεται ἐν ἡμέρᾳ συν-
v. 15. τελείας αὐτῆς, καὶ πορεύσεται Μελχὸμ ἐν αἰχμαλωσίᾳ, οἱ ἱερεῖς αὐτοῦ καὶ οἱ ἄρχοντες
αὐτῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, λέγει κύριος. ,, Τὰ ὅμοια δὴ καὶ περὶ τούτων εἰπὼν, ὑπὲρ τούτου μάλιστα ἀγανακτεῖν λέγει κατ' αὐτῶν, ὅτι τῶν Ἰσραηλιτῶν τὰς ἐγκύους ἀνέσχιζον, τὴν Δαμασκηνῶν ὁμότητα μιμούμενοι· ἐλπίδι τοῦ ἀπολλύειν μὲν ἅπαν τὸ ἔθνος διὰ τῆς εἰς τὰς ἐγκύους παρανομίας· κτᾶσθαι δὲ τὴν ἐκείνων χώραν, ὡς ἂν μείζονα τὴν οἴκησιν ἐργάσαιντο τὴν οἰκείαν· ἐπελεύσεται δὴ φησὶν ὑπὲρ τούτων ὁ πόλεμος, πάντα μὲν ἀφελὼν τὰ Ῥαββὰ τείχη, ἣ μητρόπολις αὐτῶν ὑπάρχει· ἐκ βάθρων δὲ ἀνασπῶν τὴν πόλιν, καὶ τοσοῦτον ἐξάπτων κατ' αὐτῶν τὸν πόλεμον, ὡς ἀφορήτους ἐπὶ τοῖς γινομένοις τὰς τῶν παθόντων ὀλολυγὰς ἀποτελεῖσθαι· αὐτὴ μὲν οὖν ἀπώλειαν ὑπομενεῖ παντελῆ· τὸ δὲ εἴδωλον αὐτῶν Μελχὸμ οὕτω προσαγορευόμενον ἀπαχθήσεται αἰχμάλωτον κἀκεῖνο σὺν ἅπασι τοῖς τε ἱερατεύουσι καὶ τοῖς ἄρχουσι τοῦ λαοῦ.

usque contra eos demonstrantes: nam servavit usque ad victoriam, hunc sensum habet. Propter haec autem quid? " Et immittam ignem in Thaeman, et vorabit fundamenta moenium eius. ,, Thaeman Idumaeorum erat urbs spectabilior. Adducam itaque illis bellum, quod maximam illorum et imperiosissimam urbem prorsus consumet, atque a fundamentis cum moenibus suis convellet.

" Haec dicit Dominus: super tribus sceleribus filiorum Ammonis et super quatuor non aversabor eos, propterea quod dissecuerint praegnantes Galaaditarum, ut dilatarent terminos suos? Et succendam ignem super moenia Rabbae, et devorabit fundamenta eius cum ululatu in die belli, et conquassabitur in die consummationis eius. Et ibit Melchom in captivitatem, sacerdotes eius principesque simul, dicit Dominus. ,, Paria de his quoque dicens, irasci tamen potissimum illis dicit, quia Israhelitarum praegnantes dissecuerant, Damascenorum saevitiem imitati; sperantes scilicet totam gentem perdere per hoc adversus foetas scelus: illorum insuper regionem possidere, ut latiorem incolatum haberent. Sed superveniet, inquit, ob haec hostis, qui Rabbae moenia destruet, quae erat illorum metropolis. Porro urbe a fundamentis pereunte, tantoque ardente bello, intolerabiles ob eam rem extollentur patientium ululatus. Urbs itaque supremum exitium experietur: ipsorum autem idolum, Melchom appellatum, abducetur pariter captivum cum sacerdotibus cunctis ac principibus populi.

ΚΕΦ. Β'.

“ Τάδε λέγει κύριος· ἐπὶ ταῖς τρισὶν ἀσεβείαις Μωὰβ καὶ ἐπὶ ταῖς τέσσαρσιν οὐκ ἀπο- v. 1.
στραφήσομαι αὐτὸν, ἀνθ' ὧν κατέκαυσαν ὀστᾶ βασιλέως Ἰδουμαίας εἰς κονίαν; „ Ὅτι
μὲν οὖν διὰ πάντων τῶν λοιπῶν παρανομίας λέγει τῶν ἐθνῶν, ἃς κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ ἐμηχα-
νήσαντο, δῆλον· οὐ μὴν οὐδὲ ἐνταῦθα τῶν προκειμένων ἐναλλάξας ἀκολουθίαν, ἐπ' ἐκ- p. 153.
δικίᾳ τοῦ βασιλέως Ἰδουμαίας ἐπάγει ταῦτα φησίν· ὅς γε καὶ Ἰδουμαίοις τὰ ὅμοια ἐν
τοῖς ἀνωτέροις ἠπειληκὼς ὤπται· ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ μὲν τῶν Ἰδουμαίων βασιλεὺς ἠβουλήθη
ποτὲ πρὸς εἰρήνην καὶ φιλίαν νεῦσαι τῶν Ἰσραηλιτῶν, ἀγανακτήσαντες δὲ ἐπὶ τούτοις οἱ
Μωαβῖται ἐπεστράτευσαν τε κατὰ τῆς Ἰδουμαίας ἀπεχθείᾳ τῶν Ἰσραηλιτῶν, καὶ νενικηκότες
ὥσπερ τινὰ θυσίαν ἐπινίκιον τοῖς εἰδώλοις τοῖς οἰκείοις τοῦ βασιλέως τῆς Ἰδουμαίας προσ-
ήγαγον τὴν σφαγὴν, ἔτι δὲ ὁλοκαυτώσαντες αὐτὸν ἐπὶ τῇ θυσίᾳ· τοῦτο οὖν λέγει τὸ κατ-
έκαυσαν ὀστᾶ βασιλέως Ἰδουμαίας εἰς κονίαν, τὴν προσαγωγὴν λέγων καὶ τὴν σφαγὴν ἐφ'
ἧπερ ὥσπερ ὁλοκαυτοῦντες αὐτὸν εἰς κονίαν αὐτοῦ τὰ ὀστᾶ μεταβεβλήκασιν· ὀργίζεσθαι μὲν
οὖν κατὰ τῶν Μωαβιτῶν λέγει, ὑπὲρ τῆς αἰτίας δι' ἣν ἀπεχθείᾳ τῇ πρὸς τοὺς Ἰσραηλίτας
τοσαύτην ἐπεδείξαντο κατὰ τοῦ βασιλέως τῆς Ἰδουμαίας τὴν ὀργήν· ὑπὲρ δὲ τούτων τί;
“ Ἐξαποστελῶ πῦρ ἐπὶ Μωὰβ, καὶ καταφάγεται θεμέλια τῶν πόλεων αὐτοῦ· καὶ ἐναπο- v. 2.
θανεῖται ἐν ἀδυναμίᾳ Μωὰβ μετὰ φωνῆς καὶ μετὰ κραυγῆς σάλπιγγος· καὶ ἐξολοθρεύσω κρι-
τὰς ἐξ αὐτοῦ, καὶ πάντας ἄρχοντας αὐτοῦ ἀποκτενῶ μετ' αὐτοῦ, λέγει κύριος. „ Ἐπελεύ- v. 3.
σεται γάρ φησιν ὁ πόλεμος, πάσας αὐτῶν ἀφανίζων τὰς πόλεις· ὡς εἰς ἐσχάτην κατεν- p. 154.
εχθέντας ἀσθένειαν, καὶ μὴ δὲ ἀρκοῦντας πρὸς τὸ μέγεθος τῶν ἐπαγομένων αὐτοῖς κακῶν,
μετὰ μεγίστης τινὸς φωνῆς τε καὶ κραυγῆς τῶν πολεμικῶν σαλπίγγων θάνατον ὑπομεῖναι· συν-

CAP. II.

“ Haec dicit Dominus: super tribus sceleribus Moab et super quatuor non aversabor eum, eo quod combusserit ossa regis Idumaeae usque ad cinerem? „ Quod in reliquis cunctis dicat nationum iniquitates, quas contra Israhelem molitae sunt, exploratum est. Et quidem hoc item loco haud mutato sermonis tenore, ob vindicandum Idumaeae regem haec se adiungere ait; quum tamen in superioribus paria interminatus Idumaeis videatur. Sed quia rex Idumaeae aliquando voluit pacem amicitiamque cum Israhelitis componere, indignati ob id Moabitae bello appetiverunt Idumaeam odio Israhelitarum: et cum victores extitissent, ceu victoriale quoddam sacrificium idolis suis regis Idumaeae obtulerunt mactationem, immo ipsum et holocaustum in ara fecerunt. Id enim valent verba: combusserunt ossa regis Idumeae usque ad cinerem, oblationem dicens et caedem, in qua ipsum holocausti ritu cremantes, ossa eius in cinerem redegerunt. Ait ergo Deus, indignari se Moabitis, quia odio Israhelitarum, tantam adversus Idumaeae regem iram exseruerunt. Quid inde porro? “ Immittam ignem in Moab, et devorabit fundamenta urbium eius. Et morietur in virium infirmitate Moab cum clamore et clangore tubae. Et disperdam iudices ab eo, eiusdemque principes omnes interficiam cum ipso, dicit Dominus. „ Adventabit enim, inquit, hostis cunctas eorum civitates vastaturus; adeo ut ad extremam redacti miseriam, neque ferendae magnitudini inflictorum malorum pares, cum clamore maximo inter bellicarum tubarum clangorem mortem oppetituri sint. Atque ut summatim dicam, tantum erit illorum exi-

τόμως τε εἰπεῖν, τοσοῦτος ὄλεθρος αὐτῶν ἔσται, ὡς μὴ κριτὴν αὐτῶν μηδὲ ἄρχοντα περιλειφθῆναι μηδένα, πάντων αὐτῶν ἀπολωλότων καθάπαξ.

Οὕτω δὲ τὰ τοῖς περιοίκοις συμβησόμενα ὑπὲρ τῆς εἰς τοὺς Ἰσραηλίτας παρανομίας εἰρηκὼς ὁ προφήτης, τρέπεται λοιπὸν ἐπὶ τὰ τῷ λαῷ συμβησόμενα, δεικνὺς ὅτι ἐκεῖνοί τε ὑπὲρ τῆς εἰς τούτους ἀδικίας ἤμελλον τιμωρεῖσθαι, ὡς ἂν εἰς θεὸν ὥσπερ προσήκειν αὐτοὺς συνέβαινε τοῦτο πλημμελοῦντες τὸν τρόπον· οὗτοί τε οὐ διαφεύξονται τὴν τιμωρίαν ἀγνώμονες περὶ θεὸν γεγονότες· μέμνηται μέν τοι προτέρων τῆς τοῦ Ἰούδα φυλῆς ὡς ἂν μάλιστα τιμωρίας ἀξίων, ὑπὲρ ὧν περὶ τὸν ναὸν τυγχάνοντες τὸ θεῖον, οὐδενὸς ἧττον ἠσέβουν· λέγει δὲ
v. 4. οὕτως. “ Τάδε λέγει κύριος· ἐπὶ ταῖς τρισὶν ἀσεβείαις υἱῶν Ἰούδα καὶ ἐπὶ ταῖς τέσσαρσιν οὐκ ἀποστραφήσομαι αὐτούς; „ Ἠσεβηκότας καὶ τούτους πολλάκις μισεῖν λέγων, ἐπειδήπερ ἐπιμεμενήκασι τῇ ἑαυτῶν ἀσεβείᾳ· εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν λέγων τῆς τιμωρίας “ ἕνεκεν τοῦ ἀπώ-
p. 133. σασθαι αὐτοὺς τὸν νόμον κυρίου, καὶ τὰ προστάγματα αὐτοῦ οὐκ ἐφυλάξαντο· καὶ ἐπλάνησεν ἑαυτοὺς τὰ μάταια αὐτῶν ἃ ἐποίησαν, οἷς ἐξηκολούθησαν οἱ πατέρες αὐτῶν ὀπίσω αὐτῶν. „ Καὶ γὰρ καὶ οὗτοι τῶν μὲν νόμων καὶ τῶν προσταγμάτων τῶν ἐμῶν οὐδένα λόγον ποιεῖσθαι ἠβούλοντο, τῇ δὲ τῶν εἰδώλων προσανεῖχον θεραπείᾳ, ἀκόλουθα τοῖς ἑαυτῶν ἐργαζόμενοι πα-
v. 5. τράσι. Τί οὖν; “ Ἐξαποστελῶ πῦρ ἐπὶ Ἰούδαν, καὶ καταφάγεται θεμέλια Ἱερουσαλήμ. „ Ἀφανιῶ, φησὶ, διὰ τῶν πολεμίων τούς τε τῆς βασιλείας ἅπαντας ἐκείνης, καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ σὺν αὐτοῖς. Εὔδηλον δὲ ὅτι περὶ τῶν Βαβυλωνίων ταῦτα φησίν· ἐκεῖνοι γὰρ τήν τε Ἱερουσαλὴμ κατήγαγον, καὶ τοὺς τῆς Ἰούδα φυλῆς ἔλαβον αἰχμαλώτους· καί τοι γε ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα τὰ εἰς τὸν Ἰσραὴλ, εἴτ᾽ οὖν τὰς δέκα φυλὰς, μηνύων κακὰ, τῶν Ἀσσυρίων ὡς εἰκὸς ἐπιμέμνηται, οἵπερ οὖν αὐτοὺς καὶ αἰχμαλώτους λαβόντες ἀπῆλθον· ὡς δῆλον εἶναι ὅτι μίαν τινὰ αἰχμαλωσίαν ἡγεῖται τὴν περὶ τὸν λαὸν ὑπό τε Ἀσσυρίων γεγενημένην καὶ

tium, ut neque iudex eorum aliquis neque princeps superfuturus sit, cunctis eodem tempore occidione deletis.

Sic autem narratis quae finitimis eventura erant ob ipsorum adversus Israhelitas iniquitatem, convertit se mox propheta ad res populo quoque suo eventuras; demonstrans quod sicut illi puniendi erant ob suam contra populum peculiariter Deo addictum iniquitatem; ita etiam populus poenam non effugiet ingrati sui erga Deum animi. Meminit vero in primis tribus Iudae, quam praecipue poena dignam censet, propterea quod circa Dei templum habitans, nihilo tamen minus irreligiosa erat. Sic autem fatur. “ Haec dicit Dominus: super tribus sceleribus filiorum Iudae et super quatuor non aversabor eos? „ Peccantes hos saepenumero odisse se dicit, quia in impietate sua perseverarunt. Mox etiam poenae causam dicit: “ propterea quod abiecerint legem Domini, et mandata eius non custodiverint. Et deceperunt eos vana (idola) sua quae fecerant, post quae abierant patres eorum. „ Namque et hi nullam mandatorum meorum rationem habere voluerunt, et idolorum cultui se addixerunt, consentanea patribus suis facientes. Quid ergo? “ Immittam ignem in Iudam, et Hierusalem fundamenta vorabit. „ Perdam, inquit, hostium manu cunctos regni illius cives, et Hierusalem cum ipsis. „ Exploratum est prophetam haec de Babyloniis dicere, qui Hierusalem demoliti sunt, et Iudae tribum captivam transtulerunt. Ceterum in sequentibus, de Israhelis id est decem tribuum malis loquens, Assyrios ut par est nominat, qui tribus illas abduxerunt captivas. Quamobrem apparet unam veluti existimari a propheta populi captivitatem ab Assyriis ac Babyloniis peractam: quamquam reapse alii fuere qui decem tribus ceperunt,

τῶν Βαβυλωνίων· εἰ καὶ ἕτεροι μὲν ἦσαν οἱ τὰς δέκα λαβόντες φυλὰς, οἱ Ἀσσύριοι, λέγω·
Βαβυλώνιοι δὲ οἱ τὴν τῆς Ἰούδα λαβόντες φυλῆς· καί τις καὶ χρόνος ἐν μέσῳ γέγονεν·
ἐπειδὴ τοῦ παντὸς λαοῦ τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦτον συνέβη πληρωθῆναι τὸν τρόπον· ἀρξαμένην
μὲν ἀπὸ τῶν δέκα, περαιωθεῖσαν δὲ εἰς τὴν τῆς Ἰούδα φυλῆς· διόπερ καὶ οἱ προφῆται τὰ
περὶ τὸν λαὸν ἐσόμενα ἐξαγγέλλοντες, ποτὲ μὲν ἐκείνων, ποτὲ δὲ μέμνηνται τούτων, ὡς p. 156.
ἀμφοτέρων εἰς τὸν λαὸν συντελούντων, πρὸς μίαν τε τινὰ τῆς κοινοῦ τῆς αἰχμαλωσίας ἀνα-
φερομένων, κἂν ἐν διῃρημένοις πως γέγονε τοῖς καιροῖς.
" Τάδε λέγει κύριος· ἐπὶ ταῖς τρισὶν ἀσεβείαις Ἰσραὴλ καὶ ἐπὶ ταῖς τέσσαρσιν οὐκ ἀπο- v. 6.
στραφήσομαι αὐτόν; „ Εἶτα εἰρηκὼς ὅτι ὑπὲρ ὧν ἐπιτεταμένως ἠσέβουν ἀποστρέφεται δικαίως,
λέγει καθεξῆς καὶ τὰ τούτων πλημμελήματα πλεῖστα γε ὄντα. " Ἀνθ' ὧν ἀπέδοντο δί-
καιον ἀργυρίῳ. „ Δίκαιον οὐ τὸν κατ' ἀρετὴν λέγει νῦν, ἀλλὰ τὸν ὥσπερ ἐπὶ τῆς κινουμένης
ἀμφισβητήσεως δίκαια προσῆν· ἵνα εἴπῃ ὅτι χρημάτων προεδίδοσαν τοὺς τοῖς δικαίοις
ὠχυρωμένους· καὶ ἐπιτείνων τὸ λεγόμενον " καὶ πένητα ἕνεκεν ὑποδημάτων τῶν πατούντων
ἐπὶ τὸν χοῦν τῆς γῆς. „ Ἄχρι γὰρ τοσούτου φησὶ τῆς αἰσχροκερδίας ἐξέτειναν τὴν ἑαυτῶν, ὥστε
τῶν πενήτων προδιδόναι τὸ δίκαιον ὑπὲρ εὐτελεστάτων λημμάτων· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ ὑπο-
δημάτων τῶν πατούντων ἐπὶ τὸν χοῦν τῆς γῆς· ὅπερ ἦν ἔλεγχος σαφὴς τοῦ μηδένα λόγον
ποιεῖσθαι τοῦ δικαίου, εἴ γε καὶ ἐπ' εὐτελέσι οὕτω λήμμασι διεπράττοντο εὐκόλως. " Καὶ v. 7.
ἐκονδύλιζον εἰς κεφαλὰς πτωχῶν. „ Τῶν αὐτῶν λέγει, ὅτι οὐ μόνον οὐκ ἐπήμυνον αὐτοῖς
δίκαια αἰτοῦσιν, ἀλλὰ καὶ προσέπληττον ἀδεῶς· ὅθεν ἐπάγει. " Καὶ ὁδὸν ταπεινῶν ἐξέ-
κλιναν. „ Καὶ τῶν πεπραγμένων αὐτοῖς φησὶν ὀρθῶς ἐχόντων, μετέφερον εἰς τοὐναντίον τὴν p. 157.
κρίσιν, ἀμελοῦντες αὐτῶν διὰ τὴν ταπεινότητα. " Καὶ υἱὸς καὶ πατὴρ αὐτοῦ εἰσεπορεύοντο v. 8.
πρὸς τὴν αὐτὴν παιδίσκην, ὅπως βεβηλώσωσι τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ αὐτῶν· καὶ τὰ ἱμάτια

Assyrii scilicet: Babylonii autem, qui Iudae tribum abstulerunt: et quidem tempus aliquod intercessit: sic tamen universi populi contigit compleri captivitatem, coeptam a decem tribubus, et in Iudae tribu absolutam. Quare et prophetae eventuras populo res denunciantes, modo illos modo hos memorant, quia ambo populum unum constituunt, atque ad unam communiter captivitatem traducti fuerunt; etiamsi haec distinctis temporibus contigit.

" Haec dicit Dominus: super tribus sceleribus Israhelis, et super quatuor non aversabor eum? Postquam dixit, se illos propter continuata peccata iuste aversari, narrat in sequentibus illorum iniquitates plurimas: " propterea quod vendiderint argento iustum. „ Iustum nunc non dicit hominem virtute ornatum, sed illum cui in litium controversia ius aequum reddendum erat. Ait igitur propter pecuniam proditos fuisse homines, quibus aequitas iuris favebat. Intendensque adhuc verba ait: " et pauperem propter calceamenta quae terrae pulverem calcant. „ Usque adeo, inquit, turpe lucrum suum ampliaverunt, ut pauperum ius propter vilissima munera venderent. Id enim valeant verba: propter calceamenta, quae terrae pulverem calcant, quod sane indicium manifestum erat, nullam aequi haberi rationem, si tam facile ob vilia munuscula ita se gerebant. " Et pugno verberabant capita pauperum. „ Loquitur de iisdem, aitque non solum defensos non fuisse ius petentes pauperes, sed licenter etiam verberatos. Unde addit: " et viam humilium declinabant. „ Quumque illorum acta recte se haberent, contrariam sententiam tulerunt, despicatui habentes ipsorum humilitatem. " Et filius ac pater eius ingrediebantur ad eandem puellam, ut contaminarent nomen Dei sui. Et vestimenta sua funiculis alligantes,

αὐτῶν δεσμεύοντες σχοινίοις παραπετάσματα ἐποίουν ἐχόμενα τοῦ θυσιαστηρίου· καὶ οἶνον ἐκ συκοφαντιῶν ἔπινον ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ αὐτῶν. „ Δι' ὑπερβολὴν ἀσελγείας οὐδένα λόγον οὐδὲ τῶν τῆς φύσεως ποιούμενοι νόμων, πατήρ τε καὶ υἱὸς ἀδεῶς συνεμίγνυντο ταῖς αὐταῖς· τοσαύτης βλασφημίας παραίτιοι γινόμενοι τῷ Θεῷ, ὃν ἐπικαλεῖσθαι ἐδόκουν· καὶ δὴ σκηνὰς ἐξ ἱματίων κατασκευάζοντες πλησίον τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ οὐδὲ τὴν ἐγγύτητα ἐντρεπόμενοι τῶν ἁγίων, τήν τε ἀκολασίαν ἐξεπλήρουν ταύτην· καὶ ἐκ τῆς τῶν πενήτων ἐπηρείας ἣς πολυτρόπως ἠδίκουν, ἑορτήν τινα μετὰ μέθης ἐν τῷ τοῦ Θεοῦ συνίστων οἴκῳ.

v. 9. “ Ἐγὼ δὲ ἐξῆρα τὸν Ἀμορραῖον ἐκ προσώπου αὐτῶν· οὗ ἦν καθὼς ὕψος κέδρου τὸ
ὕψος αὐτοῦ, καὶ ἰσχυρὸς ἦν ὡς δρῦς· καὶ ἐξῆρα τὸν καρπὸν αὐτοῦ ἐπάνωθεν, καὶ τὰς ῥίζας
v. 10. αὐτοῦ ὑποκάτωθεν· καὶ ἐγὼ ἀνήγαγον ὑμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου· καὶ περιήγαγον ὑμᾶς ἐν τῇ
ἐρήμῳ τεσσαράκοντα ἔτη, τοῦ κατακληρονομῆσαι τὴν γῆν Ἀμορραίων· καὶ ἔλαβον ἐκ τῶν υἱῶν
p. 158. ὑμῶν εἰς προφήτας, καὶ ἐκ τῶν νεανίσκων ὑμῶν εἰς ἁγιασμόν. „ Καὶ ταῦτα διεπράττεσθε,
v. 11. τῶν εὐεργεσιῶν οὐ μεμνημένοι τῶν ἐμῶν, οὐθ' ὅτι τὸν Ἀμορραῖον οὕτως μέγαν τε ὄντα καὶ
δυνατὸν παντελῶς ἠφάνισα, οὐδὲ λείψανον αὐτοῦ τι καταλιπὼν ἐπὶ τῆς γῆς· οὐδ' ὅτι δου-
λεύοντας ὑμᾶς ἐξήγαγον ἐξ Αἰγύπτου· οὐθ' ὅτι κατὰ τὴν ἔρημον τεσσαράκοντα ὑμᾶς ἔτη
διέθρεψα ποικίλως· ὥστε καὶ τὴν τῶν Ἀμορραίων γῆν τὴν οὐθὲν ὑμῖν προσήκουσαν εἰς κτῆσιν παρα-
σχεῖν· ἐφ' οἷς ἅπασι προφητικῆς τε χάριτος ἐνίοις ὑμῶν ἐπ' ὠφελείᾳ τοῦ κοινοῦ μεταδέ-
δωκα· καὶ δὴ καὶ τινὰς τῶν ἐν ὑμῖν ἐπιλεξάμενος, ὡς ἂν ἐπιμελεστέρῳ τε καὶ κρείττονι προσ-
ανέχοιεν βίῳ, κόσμον ἅπασι φέροντες τοῖς λοιποῖς. Καὶ ἐπειδὴ ταῦτα πρόδηλα πᾶσιν ἦν,
ὁμοίως εἰπὼν “ μὴ οὐκ ἔστι ταῦτα υἱοὶ Ἰσραήλ, λέγει κύριος; „ οὐ γὰρ δυνατὸν ὑμῖν
v. 12. φησὶν ἀρνεῖσθαι ταῦτα οὕτως ἔχοντα. Ἀκολούθως τοῖς ἀνωτέροις ἐπάγει. “ Καὶ ἐποτίζετε τοὺς
ἡγιασμένους οἶνον· καὶ τοῖς προφήταις ἐνετέλλεσθε λέγοντες, οὐ μὴ προφητεύσητε. „ Δι-

faciebant velamina iuxta altare: et vinum de calumniis bibebant in domo Dei sui. „ Propter immanem libidinem, naturae leges pensi non habebant, paterque ac filius proterve iisdem feminis miscebantur: tantae se blasphemiae apud Deum reos facientes, quem invocare videbantur. Quin etiam papiliones ex suis vestibus sibi apud altare tendebant, ne loci sancti quidem propinquitatem reverentes, ibique hanc libidinem explebant. Tum de pauperum damno, quos multiplici iniustitia vexabant, sollemnitatem sibi quodammodo non sine crapula intra Dei domum constituebant.

“ Et tamen ego sum qui exterminavi Amorrhaeum a facie eorum, cuius altitudo sicut cedri proceritas erat, et robur ut quercus: abstulique fructum eius desuper, et radices eius subter. Ego sum qui vos de regione Aegypti eduxi, et quadraginta annis in deserto circumduxi, ut Amorrhaeorum regionem possideretis. Assumpsique de filiis vestris in prophetas, et de iuvenibus vestris in sanctificationem. „ Vos inquam talia patrastis beneficiorum meorum immemores: nec quod ego Amorrhaeum talem tantumque ac potentem prorsus destruxerim, nullis eius relictis in terra vestigiis: nec quod vos servituti mancipatos de Aegypto eduxerim: nec annis quadraginta multifariam vos in deserto aluerim; donec Amorrhaeorum regionem nullo humano iure ad vos pertinentem potestati vestrae tradidi. Praeter haec omnia, nonnullos vestrum, publicae utilitatis causa, propheticae quoque gratiae feci participes: denique et ex vobis aliquos delegi, qui accuratiori meliorique vitae generi addicti, ornamento ceteris essent. Et quia haec omnibus perspicua erant, pariter addit: “ numquid non ita est, filii Israhelis, dicit Dominus? „ Profecto haec verissima, negari a vobis nequeunt. Tum superioribus consentanee addit. “ At vos

μένετε γὰρ προδήλως εἰς τὴν χάριν ἐξυβρίζοντες τὴν ἐμήν, τούς τε πρὸς ἀκριβέστερον ἀφωρισμένης βίον ἀναγκάζοντες οἴνου μετέχειν καὶ τῶν λοιπῶν ὁπόσων διὰ τὴν ἐπαγγελίαν ἀπέχεσθαι ἐσπούδαζον τῆς οἰκείας, καὶ τοὺς προφήτας προδήλως κωλύοντες τὸ ἔργον ἐκτελεῖν τὸ οἰκεῖον· ὑπὲρ δὴ τούτων τί;

" Διὰ τοῦτο ἰδοὺ ἐγὼ κυλίω ὑποκάτω ὑμῶν, ὃν τρόπον κυλίεται ἡ ἅμαξα ἡ γέμουσα v. 13. p. 139
καλάμης· καὶ ἀπολεῖται φυγὴ ἐκ δρομέως· καὶ ὁ κραταιὸς οὐ μὴ κρατήσῃ τῆς ἰσχύος αὐτοῦ· v. 14.
καὶ ὁ μαχητὴς οὐ μὴ σώσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ· καὶ ὁ τοξότης οὐ μὴ ὑποστῇ· καὶ ὁ ὀξὺς τοῖς v. 15.
ποσὶν αὐτοῦ οὐ μὴ διασωθῇ· καὶ ὁ ἱππεὺς οὐ μὴ σώσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ· καὶ ὁ κραταιὸς οὐ
μὴ εὕρῃ τὴν καρδίαν αὐτοῦ ἐν δυναστείαις. ,, Τοιαύτας ὑμῖν ἐπάξω τὰς τιμωρίας, ὥστε v. 16.
δίκην ἁμάξης ἄγαν πεφορτισμένης καὶ πολλὴν ἐκ τοῦ βάρους τῶν ἐπικειμένων ἐν τῷ ἕλκεσθαι τὸν τρισμὸν ἀποτελούσης, πιεζομένους ὑμᾶς τῷ βάρει τῶν κακῶν, ὀλολυγαῖς τε καὶ στεναγμοῖς μετὰ πολλῆς κεχρῆσθαι τῆς ἐπιτάσεως· ὡς μή τε τῷ πρὸς δρόμον ἠσκημένῳ δυνατὴν εἶναι τὴν ἀπὸ τῶν κακῶν φυγήν, μή τε τῷ ἰσχυρῷ τῆς περιούσης εἶναί τι δυνάμεως ὄφελος, μή τε τῷ περὶ μάχην καὶ πόλεμον παρεσκευασμένῳ δυνατὸν εἶναι ἐντεῦθεν εὑρέσθαι τινὰ σωτηρίαν· ἀνυπόστατον δὲ εἶναι τὸ πρᾶγμα καὶ τῷ περὶ τὴν τοξείαν ἐμπείρῳ· μὴ δύνασθαι ἢ μὴν δὲ ὀξύτητι ποδῶν κεχρημένον εὑρέσθαι τινὰ σωτηρίαν· ἀλλὰ μὴν ἢ ἐφ' ἵππων ἐλαύνειν εἰδότα· τούς τε ἐπὶ ἰσχύϊ μέγα φρονοῦντας, μὴ ἢ εὑρίσκειν ὅπως ἂν τῇ μενούσῃ χρήσαιντο δυνάμει. Ταῦτα εἰς ἀπόδειξιν τοῦ μεγέθους τῶν κακῶν εἰρηκώς, ἐπάγει.
" Ὁ γυμνὸς φεύξεται ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, λέγει κύριος. ,, Ἵνα εἴπῃ ὅτι ὁ πενέστατος p. 140
καὶ δι' ὑπερβολὴν ἀπορίας τε καὶ εὐτελείας, οὐδὲ ἐν λόγῳ τοῖς λοιποῖς ὑπάρχων, οὗτος μόνος εὕροιτο ἂν τότε σωτηρίαν, ἀμελούντων αὐτοῦ τῆς συλλήψεως, διὰ τὴν εὐτέλειαν, τῶν πολεμίων· εἶτα ἐπισυνάπτει τοῖς εἰρημένοις.

sanctificatis viris vinum propinastis: et prophetis mandastis dicentes: ne prophetetis. ,, Vos quidem in gratiam meam constanter iniurii fuistis, dum et homines vitae puriori deditos, participare vinum coëgistis, nec non reliqua omnia, a quibus secundum propositum suum abstinere volebant: denique etiam prophetas, quominus opere suo fungerentur, prohibuistis. Quid inde porro?

" Quapropter ecce ego volvo subter vos, quemadmodum volvitur plaustrum stipula plenum. Et peribit fuga a cursore: et fortis non possidebit vires suas: et pugnator non salvabit animam suam: et sagittarius non sustinebit: et velox pedibus suis non salvabitur: et eques non salvabit animam suam: et validus non inveniet cor suum in potentatibus. ,, Tales ego vobis poenas adducam, ut plaustri instar valde onusti, et propter grave onus impositum, dum trahitur, stridorem edentis, pressos vos malorum pondere, ululatibus ac gemitibus, multa cum vocis contentione, indulgere opus sit. Tum neque expedito ad cursum fugere mala licebit, neque forti suae vires proderunt, neque ad pugnam bellumque paratus salutem consequi potis erit: sed et sagittandi peritus impossibile negotium habebit: neque si quis pedum pernicitate valet, salutem consequetur: neque item equos agitare doctus: postremo ne ii quidem qui suis viribus valde confidunt, rationem invenient qua haerentem sibi virtutem exserant. His ob malorum magnitudinem demonstrandam dictis, pergit porro. " Ille qui nudus est die illa effugiet, dicit Dominus. ,, Pro eo ac dicat: pauperrimus quisque, et ob egestatem vilitatemque suam nullo in pretio apud alios habitus, hic solus salute potietur, negligentibus eum comprehendere vilitatis causa hostibus. Mox ante dictis sequentia connectit.

ΚΕΦ. Γ'.

v. 1 “ Ἀκούσατε τὸν λόγον τοῦτον ὃν ἐλάλησε κύριος ἐφ' ὑμᾶς, οἶκος Ἰσραὴλ, καὶ κατὰ
πάσης φυλῆς ἧς ἀνήγαγον ἐκ τῆς Αἰγύπτου λέγων· πλὴν ὑμᾶς ἔγνων ἐκ πασῶν φυλῶν τῆς
v. 2 γῆς· διὰ τοῦτο ἐκδικήσω ἐφ' ὑμᾶς πάσας τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν. „ Μὴ δὲ πάρεργα φησὶ
νομίσητε ταῦτα δὴ τὰ περὶ ὑμῶν ἀποπεφασμένα παρὰ τοῦ θεοῦ· ἐπειδὴ ὁ πάντας ὑμᾶς
τῆς ἐν Αἰγύπτῳ δουλείας ἀπαλλάξας, ἐξαίρετόν τε τότε παρὰ πάντας ἀνθρώπους περὶ
ὑμᾶς τὴν κηδεμονίαν ἐπιδειξάμενος, οὗτος δὴ καὶ νῦν ἀποφαίνεται ταῦτα περὶ ὑμῶν δι-
καίαν ἀπειλῶν τὴν τιμωρίαν, ὑπὲρ ὧν οὕτως ἀγνώμονες περὶ τὸν τοσοῦτον γεγόνατε εὐεργέ-
v. 3 την. “ Εἰ πορεύσονται δύο ἐπὶ τὸ αὐτὸ καθόλου, ἐὰν μὴ γνωρίσωσιν ἑαυτούς. „ Εἰς βε-
βαίωσιν τῶν εἰρημένων, καὶ ἀπόδειξιν τοῦ μὴ ὡς ἔτυχεν εἰρῆσθαι τὰ εἰρημένα, ἐπάγει ταυτὶ
τοιοῦτό τι λέγων· εἰ ἐγχωρεῖ, φησὶ, δύο κατὰ ταυτὸν μακρὰν ἀνύοντας ὁδὸν διὰ παντὸς ἀλ-
λήλους κρύψαι τῆς ὁδοῦ τὴν αἰτίαν, καὶ μὴ κοινώσασθαι ἑαυτοὺς περὶ ταύτης, καὶ δὴ καὶ κοινῇ
p. 111. γνώμῃ τὴν ὁδοιπορίαν ἀνύσαι, ἐνδέχεται καὶ τοὺς πολεμίους μὴ κατὰ γνώμην τοῦ θεοῦ ἐλθεῖν
v. 4 ἐφ' ὑμᾶς. “ Εἰ ἐρεύξεται λέων ἐκ τοῦ δρυμοῦ αὐτοῦ, θήραν οὐκ ἔχων· εἰ δώσει σκύμνος
φωνὴν αὐτοῦ καθόλου, ἐὰν μὴ ἁρπάσῃ τι. „ Εἰ ἐνδέχεται φησὶ λέοντα ἢ ἐκ τῆς μάνδρας
βοῆσαι τῆς οἰκείας, μὴ θήρας ἔχοντα προσδοκίαν· εἰ καὶ ἑωρακότα τι, μὴ ἁρπάσαι· καὶ
γὰρ καὶ σκύμνον πάλιν τὸν λέοντα λέγει· ὡς ὅτ' ἂν εἴπῃ· τί ἐστιν ἄνθρωπος, ἢ υἱὸς ἀν-
* Ps. VIII. 5. θρώπου *, εἰ τοίνυν ταῦτα φησὶν οἷόν τε γενέσθαι, ἐνδέχεται καὶ τὸν πολέμιον τὸν ὑμέτερον
v. 5 τῇ ἐφ' ὑμᾶς ὁρμῇ χρήσασθαι, μὴ πάντας ὑμᾶς ὥσπερ τινὰ συλλαμβάνοντα θήραν. “ Εἰ
πεσεῖται ὄρνεον ἐπὶ τὴν γῆν ἄνευ ἰξευτοῦ· εἰ χαλασθήσεται παγὶς ἐπὶ τῆς γῆς, ἄνευ τοῦ συλ-
λαβεῖν τι. „ Ὡς γὰρ τά τε ὄρνεα φησὶν ὑπὸ ἰξευταῖς λαμβάνεσθαι εἴωθεν· αἵ τε παγίδες

CAP. III.

“ Audite verbum hoc, quod locutus est Dominus super vos, o domus Israhelis, et adversus omnem tribum quam Aegypto eduxi, dicens: verumtamen vos cognovi de cunctis tribubus terrae: idcirco ulciscar super vos omnia peccata vestra. „ Neque perfunctorie haec aestimetis a Deo de vobis pronunciata: nam qui vos omnes de Aegypti servitute liberavit, singularem prae cunctis hominibus sollicitudinem vestri ostendens, idem nunc quoque ad vos loquitur iustam minitans poenam, eo quod ingrati benefactori tanto extiteritis. “ Si omnino ambulabunt duo pariter, quin inter se mutuo revelent? „ Ad dictorum confirmationem, demonstrandumque haud temere haec dicta fuisse, subnectit sequentia huiusmodi: si fieri potest, inquit, ut duo longam pariter emetientes viam, invicem celent profectionis causam, neque hanc inter se communicent, ut coniuncta sententia iter absolvant; si hoc inquam fiet, tum etiam hostes absque Dei voluntate vos adgredientur. “ Si rugiet in silva leo, nisi habuerit praedam; si dabit catulus eius vocem suam omnino, nisi aliquid rapuerit. „ Si fieri potest ut leo de spelunca sua clamet, nisi ferae capiendae immineat; vel si aliquid videat, non rapiat. Nam etiam vocabulo *catulus* leonem denuo dicit: veluti ubi dicitur: quid est homo, aut filius hominis? Si ergo, inquit, haec fieri possint, tunc continget etiam, ut hostis vester adversus vos impetum faciat, quin simul omnes vos tamquam praedam venaticam capiat. “ Si cadet avis in terram absque aucupe; si demittetur laqueus in terra, quin aliquid comprehendat. „ Sicut enim, inquit, aves ab aucupibus capi solent; et laquei tunc

[illegible] ἐκπίπτειν, ἐπειδ' ἄν τι καὶ συλλαμβάνειν μέλλωσιν, οὕτω καὶ ὑμᾶς· τὸ τοσοῦτο
μεῖναι τῶν κακῶν ἀνάγκη, τῶν πολεμίων κατὰ γνώμην θείαν ἐπιόντων τε καὶ συλλαμβανο-
μένων, καὶ δὴ καὶ εἰς αἰχμαλωσίαν ἀπαγόντων ὑμᾶς. « Εἰ φωνήσει σάλπιγξ ἐν πόλει, v. 6.
καὶ λαὸς οὐ πτοηθήσεται. » Εἰ ἐνδέχεται ἀθρόον σάλπιγγος ἐν πόλει βοησάσης, μὴ πᾶσι
πτόησιν ἐγγενέσθαι ἐπὶ τῇ τῶν γινομένων ἀδηλίᾳ, ἐνδέξεται καὶ ὑμᾶς ἀθορύβως καὶ ἀβλα-
βῶς τῆς πολεμικῆς ἀκοῦσαι σάλπιγγος. « Εἰ ἔσται κακία ἐν πόλει, ἣν κύριος οὐκ ἐποίησεν. » p. 102.
Ὡς δὲ ταῦτα ἀδύνατον μὴ καθ' ὃν ἔφη γενέσθαι τρόπον, οὕτως ἀδύνατον καὶ τὰ περὶ τὴν
πόλιν τὴν ὑμετέραν συμβῆναι κακά, μὴ θεοῦ ἐπαγαγόντος ὑμῖν.

« Διότι μὴ ποιήσῃ κύριος ὁ θεὸς πρᾶγμα, ἐὰν μὴ ἀποκαλύψῃ παιδείαν αὐτοῦ πρὸς v. 7.
τοὺς δούλους αὐτοῦ τοὺς προφήτας. » Οὐ τοίνυν οὐδὲ ἡμεῖς μάτην φθεγγόμεθα, ἀλλ' ὁπόσα
θεὸς δέδωκεν ἡμῖν εἰπεῖν· ὃς πρὸ τῶν πραγμάτων βούλεται δι' ἡμῶν μηνύεσθαι τὰ ἐσό-
μενα, καὶ ἅπερ εἰς παίδευσιν ἐπάγειν μέλλει τὴν ὑμετέραν· ὡς ἂν εἰδείητε τῶν ἐπαγομένων
ὑμῖν κακῶν τὴν αἰτίαν, παρ' ὅτου τε καὶ ὑπὲρ ὧν ἐπάγεσθαι μέλλει. « Λέων ἐρεύξεται, καὶ v. 8.
τίς οὐ φοβηθήσεται; κύριος ὁ θεὸς ἐλάλησε, καὶ τίς οὐ προφητεύσει; » Οὔτ' οὖν λέοντος
φθεγγομένου μέγα, δυνατὸν μὴ φόβῳ λαμβάνεσθαι τὰ κτήνη· θεοῦ τε ἀποφαινομένου, οὐκ
ἔστιν ἡμᾶς μὴ μετὰ δέους ὑπηρετεῖσθαι τοῖς αὐτοῦ [illegible]. « Ἀπαγγείλατε χώραις ἐν Ἀσσυ- v. 9.
ρίοις, καὶ ἐπὶ τὰς χώρας ἐν γῇ Αἰγύπτου· καὶ εἴπατε, συνάχθητε ἐπὶ τὰ ὄρη Σαμαρείας,
καὶ ἴδετε θαυμαστὰ πολλὰ ἐν μέσῳ αὐτῆς, καὶ καταδυναστείαν ἐν αὐτῇ· καὶ οὐκ ἔγνω ἃ
ἔσται ἐναντίον αὐτῆς, λέγει κύριος. » Ὡς γὰρ πιστωσάμενος τὸ κατὰ γνώμην θεοῦ μηνύειν v. 10.
αὐτοῖς τὰ ἐσόμενα, πάντες δή φησιν Ἀσσύριοί τε καὶ Αἰγύπτιοι ἥκετε ἐπὶ τὴν Σαμάρειαν
ὀψόμενοι ἡλίκῃ κατὰ τῶν ἀσθενεστέρων κέχρηται τῇ δυναστείᾳ· οὐκ ἀναλογιζόμενοι οἷα πεί- p. 103.
σονται ὑπὲρ τούτων, ὀργιζομένου κατ' αὐτῶν τοῦ θεοῦ· γνώσεσθε γὰρ ὅτι δικαίαν αὐτοῖς ὑπὲρ

excidere cum aliquid comprehensuri sunt; ita et vos tantum malorum perpeti necesse erit, hostibus divina voluntate irruentibus et comprehendentibus, immo et in captivitatem vos abducentibus. " Si clanget tuba in civitate, et populus non expavescet. ,, Si fieri potest ut tuba in civitate clangente, consternatio non accidat iis qui rei causam ignorant; tunc vos quoque poteritis intrepidi atque indemnes bellicam audire tubam. " Si erit aerumna in civitate, quam Dominus non effecerit. ,, Sicut ista impossibile est non ante dicto modo fieri, ita impossibile est et civitati vestrae quamlibet aerumnam accidere, nisi eam Deus vobis adduxerit.

" Quamobrem non faciet Deus quicquam, nisi revelaverit disciplinam suam servis suis prophetis. ,, Itaque ne nos quidem temere apud vos loquimur, sed quae Deus nobis commisit dicenda; qui ante rerum eventum, vult per nos significare futura, et quae ad correptionem vestram acturus est; ut noscatis inflictorum malorum causam, et quo auctore et quam ob rem eventura sint. " Leo rugiet, et quis non timebit? Dominus locutus est, et quis non prophetabit? Nec leone igitur magnam vocem edente, fieri potest ut bestiae non expavescant: neque Deo revelante, fieri potest quominus nos cum timore obsequamur voluntati eius. " Annuntiate regionibus apud Assyrios, et provinciis in terra Aegypti, et dicite: congregamini super montes Samariae, et videte mirabilia multa in medio illius, et oppressionem in ea: et ignorat quae imminent coram ipsa, ait Dominus. ,, Quasi iam fidem impetrasset, se voluntate Dei populo significare futura; omnes, inquit, Assyrii atque Aegyptii venite Samariam, et videte, quanta ibi sit infirmiorum oppressio; dum non reputat fore ut iustam sibi propter sua facinora Deus poenam

ὧν διαπράττονται τοιαύτην ἐπάγει τὴν τιμωρίαν· πεπολιορκηκότες γὰρ αὐτοὺς Ἀσσύριοι, τοὺς
καταπεφευγότας ἐξ αὐτῶν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον, ἐξείλκυσάν τε ἐκεῖθεν, καὶ ἐπ' αὐτῆς ἐτι-
* Os. IX. 6. μωρήσαντο τῆς Αἰγύπτου· ὡς καὶ παρὰ τῷ Ὠσηὲ φησὶν *, ὅτι πορεύσονται ἐκ ταλαιπωρίας
Αἰγύπτου, καὶ ἐκδέξεται αὐτοὺς Μέμφις, καὶ θάψει αὐτοὺς Μαχμάς· διὰ τοῦτο οὖν πρὸς
ἐκείνους φησὶν, ὡς ἂν μαθεῖν ὀφείλοντας τῆς τιμωρίας αὐτῶν τὴν αἰτίαν. " Οἱ θησαυρί-
ζοντες ἀδικίαν καὶ ταλαιπωρίαν ἐν ταῖς χώραις αὐτῶν. „ Πολλῇ γὰρ τινὶ καὶ ἀμετρήτῳ κέ-
χρηνται τῇ κατὰ τῶν πενήτων ἀδικίᾳ, διαφόρως αὐτοὺς περιβάλλοντες ταῖς ἐπηρείαις.
v. 11 " Διὰ τοῦτο τάδε λέγει κύριος ὁ θεός. Τύρος καὶ κυκλόθεν ἡ γῆ σου ἐρημωθήσεται,
καὶ κατάξει ἐκ σοῦ τὴν ἰσχύν σου, καὶ διαρπαγήσονται αἱ χῶραί σου. „ Ὑπὲρ δὴ τούτων φησὶν
ἐπάγει τὸν Ἀσσύριον ὑμῖν ὁ θεὸς, ὃς Τύρον τε καὶ πᾶσαν σου τὴν περικειμένην γῆν, ἵνα
εἴπῃ πάντας τοὺς περιοικοῦντας, ἐρήμους ἐργάσεται· ὡς μὴ δὲ μίαν ἐλπίδα μὴ δὲ σοὶ
p. 161. σωτηρίας ὑπολελεῖφθαι ὑπὸ τοσούτου πολιορκουμένῳ πολεμίου· ἀφανίσας γὰρ ἅπαντα τὰ τῶν
περιοίκων, ἅπασαν καὶ σοῦ δι' ἁρπαγῆς ποιήσεται τὴν χώραν· ὡς μηδὲν περιλειφθῆναι τῶν
v. 12. λόγου τινὸς ἀξίων εἶναι δοκούντων ἐν σοί. Εἶτα καὶ τῆς ἀπωλείας αὐτῶν ἧς ὑποστήσονται τὴν
βαρύτητα σημαίνων " τάδε λέγει κύριος, ὃν τρόπον ὅτ' ἂν ἐκσπάσῃ ὁ ποιμὴν ἐκ στόμα-
τος λέοντος δύο σκέλη ἢ λοβὸν ὠτίου, οὕτως ἐκσπασθήσονται οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ οἱ κατοι-
κοῦντες ἐν Σαμαρείᾳ κατέναντι φυλῆς Δαμασκοῦ. „ Τοσαύτη γὰρ ὑμῶν φησὶ γενήσεται ἡ
ἀπώλεια, ὥστε ἄγαν ὀλίγων περισωθέντων, μηδὲν ἀποικέναι τὸ πρᾶγμα προβάτου λη-
φθέντος τε ὑπὸ λέοντος καὶ καταναλωθέντος ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε μόγις βραχέα τινὰ μέρη
ἐξ αὐτοῦ δυνηθῆναι τὸν ποιμένα ἐκπεπτωκότα τοῦ στόματος τοῦ λέοντος λαβεῖν· καὶ ταῦτα
γε, ὧν ὑπερορᾷ ὡς ἀτάρκων τε καὶ πρὸς τροφὴν οὐκ ἐπιτηδείων· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ δύο
σκέλη ἢ λοβὸν ὠτίου· οὕτως ὀλίγοι τινὲς καὶ εὐτελεῖς ἐν τῷ πολέμῳ περιλειφθήσονται τούτῳ,
ἐκ τῶν τὴν Σαμάρειαν οἰκούντων κατέναντι τῶν Δαμασκηνῶν· οὓς ὁμοίως ἑαυτοῖς ἀπολυ-

talem imponat. Nam cum Assyrii eam obsederunt, illos etiam qui illinc ad Aegyptios profugerant, indidem retraxerunt, et apud ipsam Aegyptum puniverunt: sicut etiam apud Oseam dicitur, quod ex Aegypti calamitate procedent, et excipiet eos Memphis, et eos Machmas sepeliet. Propterea igitur ad eos loquitur, ut poenae suae causam cognoscant. " Qui thesaurizant iniquitatem et miseriam in regionibus suis. „ Multam enim et immodicam adversus pauperes iniquitatem exercuerunt, multimodis eos adficientes iniuriis.

" Propterea haec dicit Dominus: Tyrus, et in circuitu terra tua desolabitur, et detrahetur ex te fortitudo tua, et diripientur regiones tuae. „ Ea propter, inquit, adducet vobis Assyrium Deus, qui Tyrum, et universam tuam in circuitu terram, id est proximos omnes, in solitudinem rediget: in tantum, ut nulla spes tibi reliqua salutis sit, tali tantoque hoste obsidente; qui post omnia finitimorum absumpta, tuam quoque regionem praedando depopulabitur, ut nihil tibi aestimabile superfuturum sit. Deinde gravitatem quoque exitii quod patientur significat. " Haec dicit Dominus: quemadmodum si extrahat pastor de ore leonis duo crura aut extremum auriculae, sic eruentur filii Israhelis, qui habitant Samariae, ex adverso tribus Damasci. „ Tanta, inquit, vestra fiet ruina, ut paucis admodum salvatis, res nihil differre videatur, ac si ove a leone comprehensa et adeo consumpta, vix exiguae eius partes a pastore possint ore leonis excidentes colligi: quas quidem is contemnit, utpote excarnificatas et alimoniae non idoneas. Hoc enim denotatur per duo crura et extremum auriculae. Sic nimirum pauci oppido et humiles ex hoc

μθύους ὄψονται ὑπὸ τῶν πολεμίων· καὶ γὰρ καὶ τῆς Τύρου πρότερον καὶ νῦν τῆς Δαμασκοῦ μνήμην ἐποιήσατο, εἰς ἀπόδειξιν τοῦ μεγέθους τῶν κακῶν· ὅτι μηδὲ τῶν περιοίκων ἔστι τινὰ ἐν τῇ τῶν Ἀσσυρίων ἐφόδῳ διαφυγεῖν· καὶ γὰρ εἶχεν αὐτοῦ χώραν τὸ λεγόμενον ἁπάντων ἐκείνων p. 165.
ἐν προοιμίοις δεδηλωκότι τὴν ἀπώλειαν.

" Ἱερεῖς ἀκούσατε καὶ ἐπιμαρτύρασθε τῷ οἴκῳ Ἰακώβ, λέγει κύριος ὁ θεὸς ὁ παν- v. 13.
τοκράτωρ· διότι ἐν τῇ ἡμέρᾳ ὅτ' ἂν ἐκδικῶ ἀσεβείας τοῦ Ἰσραὴλ ἐπ' αὐτόν· καὶ ἐκδι- v. 14.
κήσω ἐπὶ τὰ θυσιαστήρια Βαιθήλ· καὶ κατασκαφήσεται τὰ κέρατα τοῦ θυσιαστηρίου καὶ πε-
σεῖται ἐπὶ τὴν γῆν· καὶ συντρίψω καὶ πατάξω τὸν οἶκον τὸν περίπτερον ἐπὶ τὸν οἶκον τὸν θε- v. 15.
ρινόν· καὶ ἀπολοῦνται οἱ οἶκοι οἱ ἐλεφάντινοι, καὶ ἀφανισθήσονται ἕτεροι πολλοί, λέγει κύριος. ,,
Ταῦτα δή φησιν ἀκουέτωσαν μάλιστα πάντων οἱ τὴν ἀσεβῆ τοῖς εἰδώλοις πληροῦντες ἱερατείαν· ὡς ἂν ἐντεῦθεν ἤδη μάθοιεν ὅτι ὁπότ' ἂν δίκας εἰσπράττηται τῆς ἀσεβείας τὸν λαὸν ὁ θεός, καὶ τὰ θυσιαστήρια πάντα κατασκαφήσεται εἰδώλων, ἔργον τοῦ πολέμου γενόμενα· τὸ γὰρ Βαιθὴλ ἀπὸ μέρους ἠβουλήθη τὰ εἴδωλα εἰπεῖν· τὸ δὲ κατασκαφήσεται τὰ κέρατα τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν· ἵνα ὅτι πᾶν τὸ μέγεθος αὐτῶν, καὶ πᾶσα ἡ περιφάνεια ἣν εἶχον ἐκ τῆς τῶν ἀσεβῶς θρησκευόντων αὐτοῖς ἐπιμελείας, ἀφανισθήσεται παντελῶς· καὶ γὰρ δὴ καὶ τοὺς οἴκους αὐτῶν καθελῶ, φησίν, ἐκ βάθρων· περίπτερον μὲν γὰρ λέγει τὸν χειμερινόν, ὡς περιβεβλημένον πανταχόθεν διὰ τὴν τοῦ κρύους προσβολήν· βούλεται p. 166.
δὲ εἰπεῖν ὅτι πάντας πανταχόθεν ἀφανιῶ τοὺς οἴκους· ὡς μὴ θερινῶν μὴ χειμερινῶν μέρος ἐν αὐτοῖς περιλειφθῆναι· καὶ τοὺς ἐπιδόξους δὲ ἐν αὐτοῖς τῶν οἴκων παντελῶς ἀφανιῶ, τοῦτο γὰρ λέγει τοὺς ἐλεφαντίνους, οἳ μετὰ πολλῶν ἑτέρων πεσοῦνται, ἅτε μιᾶς ἀποφάσεως κατὰ πάντων ἐκφερομένης ὑπὸ τοῦ θεοῦ.

bello supererunt, de illis nempe qui Samariam incolunt ex adverso Damascenorum; quos perinde ac se, ab hostibus mactari videbunt. Namque et Tyri antea et nunc Damasci meminit, ut magnitudinem malorum ostendat; et quod nemo ne de finitimis quidem in Assyriorum incursione evadet. Tunc enim evenit quod in prohoemio patefecerat, nempe omnium illorum exitium.

" Sacerdotes, audite et contestamini in domo Iacob, dicit dominus Deus omnipotens: quia in die qua ulciscar iniquitates Israhelis super eum, ulciscar et super altaria Baethelis, et suffodientur cornua altaris, et humi decident: et conteram atque percutiam domum pinnatam super domum aestivam: et peribunt domus eburneae, aliaeque multae dissipabuntur, dicit Dominus. ,, Haec, inquit, ii praecipue audiant qui impio idolorum sacerdotio funguntur: ut hinc iam discant, quod cum Deus a populo poenas impietatis exiget, tunc omnia etiam idolorum altaria suffodientur, belli ludibrium effecta. Nam verbo Baethel idola dicere voluit, a parte totum. Dicit autem suffossum iri cornua altaris et humi casura, quia tota illorum magnitudo, et tota pompa, quam a sacrilegorum adorantium cura habebant, funditus destruetur. Nam et illorum, inquit, domos a fundamentis convellam. Porro pinnatam dicit pro hiemalem, quia de domo loquitur undique circumsepta propter frigoris externam vim. Vult autem dicere, ubique se demoliturum domos, ita ut neque aestivae partes illarum remaneant neque hiemales. Immo etiam nobiliores apud eos aedes prorsus destruam; id enim innuit vocabulum eburneae; quae item multis cum aliis corruent, eo quod unum adversus cunctas decretum Dei latum sit.

ΚΕΦ. Δ'.

v. 1. « Ἀκούσατε τὸν λόγον τοῦτον δαμάλεις τῆς Βασανίτιδος, αἱ ἐπὶ τοῦ ὄρους Σαμαρείας,
αἱ καταδυναστεύουσαι πτωχοὺς, καὶ καταπατοῦσαι πένητας, καὶ λέγουσαι τοῖς κυρίοις ἑαυτῶν,
ἐπίδοτε ἡμῖν ὅπως πίωμεν. » Ἐντεῦθεν τρέπει πρὸς τὰς γυναῖκας τὸν λόγον, αἳ πρὸς
ἄπρακτον καὶ ὑπερήφανον νεύουσαι βίον, τούς τε πένητας ἠδίκουν ἐκ τῆς προσούσης δυναστείας·
τούτῳ συγκεχρημέναι, καὶ δὴ καὶ κατάρχουσαι τῶν ἀνδρῶν τῶν οἰκείων, εἰς ὑπουργίαν ἀπρεπῶν
ἐχρῶντο πραγμάτων· οἷόν τι καὶ παρὰ τῆς Ἰεζάβελ ἐφαίνετο γεγονὸς, ὅτε ὁ μὲν Ἀχαὰβ
τὴν ἀντίῤῥησιν ᾐδέσθη τῶν Ναβουθαὶ δικαίαν οὖσαν· ἡ δὲ μιαρᾷ καὶ ἀναιδεῖ καὶ φονικῷ τρόπῳ
χρωμένη, οὐδὲ ἀνελεῖν ὤκνησε τὸν Ναβουθαὶ, ὡς ἂν ἀφέλοιτο αὐτοῦ τὸν ἀμπελῶνα, ὃν εἰκότι
λόγῳ διδόναι οὐκ ἠνέσχετο· καλεῖ δὲ αὐτὰς δαμάλεις μὲν τῆς Βασανίτιδος, ὡς ἂν ἀγρίων
p. 167. μάλιστα καὶ ἀνημέρων οὐσῶν τῶν ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ τρεφομένων δαμάλεων· εἰρηκὼς δὲ τὴν
εἰς τοὺς πένητας αὐτῶν ἀδικίαν, ἐπήγαγε τὸ, αἱ λέγουσαι τοῖς κυρίοις ἑαυτῶν, ἐπίδοτε
ἡμῖν ὅπως πίωμεν· ἵνα εἴπῃ ὅτι οὐδὲ τοῖς ἑαυτῶν ἀνδράσιν, οὓς ἐχρῆν ὡς ἡγουμένους αἰ-
δεῖσθαι διὰ τὴν τῆς φύσεως τάξιν, ὀκνοῦσαι πρὸς τὴν ἀσέλγειαν τὴν ἑαυτῶν ἀποκεχρῆσθαι·
μόνον δὲ οὐκ ἐπιτάττουσαι αὐτοῖς ἅπαντα ποιεῖν ὁπόσα περ ἂν πρὸς τὴν αὐτῶν ἀσέλγειαν
v. 2. συνεργῇ· τί οὖν; « Ὀμνύει κύριος κατὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ, διότι ἡμέραι ἔρχονται ἐφ' ὑμᾶς,
v. 3. καὶ λήψονται ὑμᾶς ἐν ὅπλοις· καὶ τοὺς μεθ' ὑμῶν εἰς λέβητας ὑποκαιομένους ἐμβαλοῦσι· καὶ
ἐξενεχθήσεσθε γυμνοὶ, γυνὴ καὶ ὁ ἀνὴρ ἀπέναντι ἀλλήλων· καὶ ἀποῤῥιφήσεσθε εἰς τὸ ὄρος
Ἀρμανὰ, λέγει κύριος. » Ἀπεφήνατο φησὶν ὁ θεὸς ἃ μὴ δὲ μεταβολὴν δυνατὸν δέξα-
σθαι· τοῦτο γὰρ τὸ ὀμνύει δηλοῖ· ὅτι παρέσται καιρὸς ἐν ᾧ τούτων δώσετε δίκας· ἐπιστήσονται
γὰρ ὑμῖν πολέμιοι, οἱ λαβόντες ὑμᾶς αἰχμαλώτους, ἀνηκέστοις ἐμβαλοῦσι κακοῖς, ὥστε κατὰ
ταυτὸν πάντων τῶν προσόντων ὑμῖν ἀγαθῶν γυμνωθέντας, ὁμοῦ τάς τε τοιαῦτα ἐργαζομέ-

CAP. IV.

« Audite verbum hoc, vaccae Basanitidis, quae estis in monte Samariae, quae opprimitis pauperes, et conculcatis egenos, quae dicitis dominis vestris: date nobis ut bibamus. » Abhinc ad mulieres convertit sermonem, quae inerti ac superbo vitae generi intentae, pauperibus iniurias faciebant praepotentia sua. Tali more utentes, et viris suis etiam dominantes, his abutebantur ad indigna patranda auxiliaribus: quod factum a Iezabele apparuit, cum Achaabus contradictionem reveritus est, utpote iustam, Nabuthis; illa autem scelesto et impudente cruentoque modo utens, ne occidere quidem dubitavit Nabuthem, ut eius vineam usurparet, quam ille aequa de causa concedere recusaverat. Vocat autem ipsas vaccas Basanitidis, quia feroces admodum saevaeque nutriebantur illo in loco vaccae. Iam postquam dixit de iniquitate erga pauperes, addit: quae dicunt dominis suis, date nobis ut bibamus. Nempe ut significet, illas ne viris quidem suis, quos ut rectores revereri naturae lege oportebat, verecundari ad luxuriam suam abuti: illis propemodum imperantes omnia facere quae ipsarum libidini favebant. « Iurat Dominus per sanctos suos, quoniam dies veniunt super vos, et tollent vos in armis, et eos qui vobiscum sunt in ollas succensas iniicient: et eiiciemini nudi, mulier atque vir, coram invicem: et proiiciemini in montem Armanam, dicit Dominus. » Decrevit Dominus rem quae mutari non potest: hoc enim denotat verbum iurat; tempus adfore quo de his poenas dabitis: supervenient enim vobis hostes, qui vos captivatos in-

ιας γυναῖκας, καὶ τοὺς ὑπηρετουμένους αὐταῖς πρὸς τὰ τοιαῦτα ἄνδρας, αἰχμαλώτους
ἐπὶ τὴν τῶν Ἀσσυρίων ἀπαχθῆναι χώραν· Ἀρμανὰ γὰρ τὸ Ἀρμενίων ὄρος καλεῖ, ὅπερ p. 108.
ὑπὸ τὴν Ἀσσυρίων ὂν ἐτύγχανε τότε βασιλείαν.

“ Εἰσήλθετε εἰς Βαιθὴλ, καὶ ἠνομήσατε· καὶ εἰς Γάλγαλα, καὶ ἐπληθύνατε τοῦ ἀσε- v. 4.
βῆσαι· καὶ ἠνέγκατε πρωῒ θυσίας ὑμῶν, καὶ εἰς τὴν τριημερίαν τὰ ἐπιδέκατα ὑμῶν· καὶ
ἀνέγνωσαν ἔξω νόμον, καὶ ἐπεκαλέσαντο ὁμολογίαν. „ Ἐνταῦθα καὶ περὶ τὰ εἴδωλα v. 5.
αὐτοῖς σπουδὴν ὀνειδίζει· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ εἰς Βαιθὴλ καὶ εἰς Γάλγαλα εἰσήλθετε· ἐκ τούτου
εἰωθυίας τῆς περὶ τὰ εἴδωλα θεραπείας δηλῶν· καὶ μετὰ πολλῆς μὲν ἠσεβεῖτε τῆς προθυ-
μίας· προσήγετε δὲ σπουδῇ καὶ τὰς θυσίας· τὸ δὲ εἰς τὴν τριημερίαν, ἢ διὰ τριῶν ἡμερῶν
εἰπεῖν βούλεται, εἰς δήλωσιν τοῦ συνεχῶς τὴν προσαγωγὴν τῶν θυσιῶν ποιεῖσθαι· ἢ τρόπον
τινὰ καθ' ὃν τὰς θυσίας ἐπετέλουν τότε τοῖς εἰδώλοις· αὐτόθι δὲ καὶ τὰς δεκάτας προσε-
φέρετε, καὶ νόμον τινὰ ἀνεγινώσκετε τὸν ὑμῖν δοκοῦντα· τὰς συνθήκας ἐπ' αὐτοῦ πρὸς τὰ
εἴδωλα ποιούμενοι· καὶ συντόμως εἰπεῖν ἅπαντα δὴ ἃ προσῆκον ἦν ὑμᾶς κατὰ τὸν νόμον τὸν
θεῖον ἐπὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἀποπληροῦν τῷ θεῷ, ταῦτα ἐν τοῖς προῤῥηθεῖσι τόποις καὶ περὶ
τὰ εἴδωλα κατὰ μίμησιν τῶν ἐμοὶ διατεταγμένων ποιοῦντες· οἷς καλῶς ἐπάγει. “ Ἀπαγγεί-
λατε ὅτι ταῦτα ἠγάπησαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, λέγει κύριος ὁ θεός. „ Γενέσθω δὴ πᾶσι κατα-
φανὴς αὐτῶν ἡ περὶ τὰ τοιαῦτα σπουδὴ, ὡς ἂν καὶ ὑπὲρ οὗ δίδοασι δίκας, γένοιτο δῆλον· p. 109.
τί γάρ; “ Καὶ ἐγὼ δώσω ὑμῖν γομφιασμὸν ὀδόντων ἐν πάσαις ταῖς πόλεσιν ὑμῶν, καὶ ἔν- v. 6.
δειαν ἄρτων ἐν πᾶσι τοῖς τόποις ὑμῶν, καὶ οὐκ ἐπεστρέψατε πρός με, λέγει κύριος. „ Καὶ
γὰρ καὶ συντριβὴν ὑμῶν ἐργάσομαι πλείστην, καὶ τῇ τῶν ἀναγκαίων ἐνδείᾳ περιβαλῶ· καὶ
οὐδὲ ἐπὶ τούτῳ σωφρονισθέντες νεύσετε πρός με· γομφιασμὸν γὰρ ὀδόντων τὴν ἄγαν συντρι-
βὴν λέγει· ὡς καὶ παρὰ τῷ μακαρίῳ Δαυὶδ τὸ *, ὁ θεὸς τοὺς ὀδόντας αὐτῶν συνέτριψε * Ps. LVII. 7.

tolerandis irretient malis: quia nempe cunctis simul spoliati bonis, cum pravi moris mulieribus, et cum subservientibus ad peccandum viris, captivi ad Assyriorum regionem ducemini. Armanam vero dicit montem Armeniorum, qui tunc in ditione Assyriorum erat.

“ Introistis in Baethel, et impie egistis. In Galgala, et multiplicastis praevaricationem. Adtulistis mane victimas vestras, in triduum decimas vestras. Et legerunt deforis legem, et invocaverunt confessionem. „ Hoc loco sedulitatem erga idola illis exprobrat: id enim valent verba, in Baethel atque Galgala introistis; ita idolorum cultum de more significans: et quidem alacriter admodum praevaricantes, sacrificia sedulo adtulistis. Iam in triduum dicit, vel tres dies intelligens ob ostendendam frequentiam qua sacrificia offerebant: vel peculiarem aliquem modum, quo sacrificia apud idola peragebant. Illuc autem decimas quoque intulistis, et legem quandam pro libito vestro legistis; et foedera super hac apud idola fecistis: atque ut summatim dicam, omnia illa quae vos decebat secundum divinam legem Hierosolymis praestare Deo, haec in praedictis locis erga idola, ex institutionum mearum norma fecistis. Quibus praeclare subiungit. “ Annunciate, quoniam haec dilexerunt filii Israhelis, dicit Dominus. „ Omnibus exploratum sit istorum erga idola studium, ut simul constet quamobrem poenas luerint. Quid vero? “ Et ego dabo vobis stuporem dentium in cunctis urbibus vestris, et indigentiam panum in omnibus locis vestris; et non revertemini ad me, dicit Dominus. „ Equidem multam faciam vestri contritionem, et plurima necessariarum rerum egestate premam; neque tamen idcirco emendati ad me declinabitis. Nam dentium stuporem dicit, pro

ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, τὰς μύλας τῶν λεόντων συνέθλασεν ὁ κύριος· βουλόμενος τὴν ὑπερ-
βάλλουσαν εἰπεῖν συντριβὴν, ὡς ἄχρι τῶν ὀδόντων ἐσομένην καὶ τῶν γομφίων.
v. 7. " Καὶ ἐγὼ ἀνέσχον ἐξ ὑμῶν τὸν ὑετὸν πρὸ τριῶν μηνῶν τοῦ θερισμοῦ· καὶ βρέξω ἐπὶ
πόλιν μίαν, ἐπὶ δὲ πόλιν μίαν οὐ βρέξω· μερὶς μία βραχήσεται· καὶ μερὶς ἐφ' ἣν οὐ
v. 8. βρέξω, ξηρανθήσεται· καὶ συναθροισθήσονται * δύο καὶ τρεῖς πόλεις εἰς πόλιν μίαν τοῦ πιεῖν
* cod. συναθροισθήσονται. ὕδωρ, καὶ οὐ μὴ ἐμπλησθῶσι· καὶ οὐκ ἐπεστρέψατε πρός με, λέγει κύριος. „ Ἀφεῖλον
δὲ ὑμῶν καὶ τὸν ὑετὸν, ὥστε ἀκαρπίᾳ περιπεσεῖν μεγίστῃ· τὸ γὰρ πρὸ τριῶν μηνῶν τοῦ θερι-
σμοῦ, τοῦτο λέγει· ἐπειδὴ ἡ ἐκ τότε ἄχρι τέλους γινομένη ἀβροχία, παντελῆ μὲν τῶν καρ-
πῶν ἐργάζεται τὸν ἀφανισμὸν, οὔτε ἐκτρέφεσθαι, οὔτε πιαίνεσθαι οἵων τε ὄντων· κωλύει δὲ
p. 170. καὶ τὴν ἐπιτηδείαν τοῖς κτήνεσι νομὴν ἀναδίδοσθαι ἐκ τῆς γῆς· τὰ δὲ ἑξῆς ἀπὸ τοῦ εἰωθότος
λέγει· ἐπειδὴ ἐν ταῖς ἄγαν ἀβροχίαις συμβαίνει τινὰ πολλάκις γίνεσθαι συστροφὴν μικρὰν
τοῦ ἀέρος· καί τινα ὑετὸν εὐτελῆ κατά τινας διῃρημένους γίνεσθαι τόπους· ὧν οὐδὲν ὄφελος
πρὸς τὴν σύστασίν ἐστι τῶν καρπῶν· οὐ δοθήσεται τοίνυν ὑμῖν αὐτάρκης πρὸς τὴν χρείαν τῶν
ὑετῶν ἡ χορηγία, ἀλλὰ βραχύ τι κατὰ μέρος γενήσεται· ὡς τὸ μὲν δοκεῖν βεβρέχθαι, τὴν δὲ
καθάπαξ εἶναι ξηράν· τοῖς καρποῖς δὲ ὄφελος ἐκ τῆς βραχείας καταγωγῆς προσγίνεσθαι μηδέν·
μάλιστα δὲ ἔδειξε τὴν ἀβροχίαν τῷ εἰπεῖν, ὅτι καὶ πόλεις ἐπὶ τὸ αὐτὸ δύο τε καὶ τρεῖς πολ-
λάκις γινόμεναι ἀπελεύσονται εἰς τόπον ἐν ᾧπερ μάθωσι εὑρίσκεσθαι πως ὕδωρ, οὐ τὴν
χρείαν ἅπασαν οὐδ' οὕτω κομιζόμενοι, βραχείας δὲ τινὸς ψυχαγωγίας ἀπολαύοντες ἐκεῖ-
v. 9. θεν· ἀλλ' οὐδὲ ἐκ τούτων ἔσεσθε ἑαυτῶν φησὶ βελτίους. " Ἐπάταξα ὑμᾶς ἐν πυρώσει καὶ ἐν
ἰκτέρῳ, καὶ ἐπληθύνατε τοῦ ἀσεβεῖν. „ Νόσοις ὑμᾶς περιέβαλον ποικίλαις, ὑμεῖς δὲ ἐπε-
τείνετε τὴν ἀσέβειαν. " Οὓς ἐπληθύνατε κήπους ὑμῶν καὶ ἀμπελῶνας ὑμῶν καὶ συκῶνας
ὑμῶν καὶ ἐλαιῶνας ὑμῶν κατέφαγεν ἡ κάμπη· καὶ οὐδ' οὕτως ἐπεστρέψατε πρός με, λέγει

gravi contritione; sicut etiam apud beatum Davidem: Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leonum confregit Dominus. Vult scilicet summam contritionem dicere, et quasi ad dentium stuporem deventuram.

" Et ego prohibui a vobis imbrem, cum adhuc tres menses superessent ad messem. Et pluam super unam civitatem, et super alteram civitatem non pluam. Et convenient duae civitates in civitatem unam ut bibant aquam, et non satiabuntur. Et vos ad me non estis reversi, dicit Dominus. „ Subtraxi autem vobis imbrem, quamobrem in maximam sterilitatem incidistis: nam locutio, tribus ante messem mensibus, hoc significat: etenim eo toto intervallo continuata siccitas, universalem frugum facit perniciem, quae neque ali neque pinguescere queunt: prohibet denique, quominus idonea armentis pascua suppetant. Reliqua autem pro more contingente dicit: quia in nimiis siccitatibus, aëris quoque saepe contingit aliquem fieri turbinem, et exiguam pluviam sparsis decidere locis, cuius tamen nulla est erga frugum incrementum utilitas. Non dabitur ergo vobis usui sufficiens pluviarum copia, sed vix tenuis particula erit, ut alius quidem locus humectari videatur, alius omnino sit aridus; nihil fruges iuvante hac exigua ministratione. Evidenter vero defectum imbrium depinxit, dum ait civitates simul duas vel tres turmatim abituras in locum, ubi aquam inveniri didicerint: neque quantum sibi usui foret illinc reportaturas, breve illic solamen expertas. Neque vos idcirco meliores fiemini. " Percussi vos ardore et aurugine, et impietatem vestram multiplicastis. „ Variis vos mortibus implicui, vos vero impietatem auxistis. " Quos multiplicastis hortos vestros, et vineas vestras, et ficeta vestra, et oliveta vestra, devoravit eruca; et ne sic

κύριος. „ Πάντας ὑμῶν ἠφάνισα τῇ κάμπῃ τοὺς καρπούς· μεμενήκατε δὲ οἱ αὐτοὶ καὶ οὕτως.
" Ἐξαπέστειλα εἰς ὑμᾶς θάνατον ἐν ὁδῷ Αἰγύπτου, καὶ ἀπέκτεινα ἐν ῥομφαίᾳ τοὺς νεανί- v. 10.
σκους ὑμῶν μετὰ αἰχμαλωσίας ἵππων σου· καὶ ἀνήγαγον ἐν πυρὶ τὰς παρεμβολὰς ὑμῶν ἐν p. 171.
τῇ ὀργῇ μου, καὶ οὐδ' οὕτως ἐπεστρέψατε πρός με, λέγει κύριος. „ Καὶ καταπεφευγότας δὲ
ὑμᾶς ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον ἐλπίδι σωτηρίας, αὐτόθι περιβαλῶ θανάτοις τε καὶ σφαγαῖς· ἔτι
καὶ τοὺς περιλιμπανομένους ἐξ ὑμῶν μετὰ πάντων δὴ τῶν προσόντων αὐτοῖς εἰς αἰχμαλω-
σίαν ἀπάγων· ἅπαν τε ὑμῶν τὸ πλῆθος ὥσπερ τινὶ πυρὶ καταναλίσκων τῇ διὰ τῶν πο-
λεμίων ὑμῖν ἐπαγομένῃ τιμωρίᾳ· μετανοήσετε δὲ οὐδὲ τότε.

" Κατέστρεψα ὑμᾶς καθὼς κατέστρεψεν ὁ θεὸς Σόδομα καὶ Γόμορρα· καὶ ἐγένεσθε ὡς v. 11.
δαλὸς ἐξεσπασμένος ἐκ πυρός· καὶ οὐδ' οὕτως ἐπεστρέψατε πρός με, λέγει κύριος. „
Τὸ τελευταῖον παντελῆ τὴν ἐρημίαν ὑμῖν ἐπήγαγον παραπλησίως Σοδόμοις τε καὶ Γομόρ-
ῥοις· ὥστε ὑμᾶς δίκην δαλοῦ καταπεφλεγμένου πεπυρῶσθαι τε καὶ περιβεβλῆσθαι τοῖς ἐπα-
χθεῖσι κακοῖς· ἀλλ' οὐδὲ ἐκ τούτων σωφρονισμόν τινα δεδύνησθε δέξασθαι· τοσαῦτα εἰρηκώς,
ὧν ἐπαχθέντων αὐτοῖς οὐ γεγόνασι βελτίους, ἐπάγει. " Διὰ τοῦτο οὕτως ποιήσω σοι Ἰσραήλ· v. 12.
πλὴν ὅτι οὕτως ποιήσω σοι, ἑτοιμάζου τοῦ ἐπικαλεῖσθαι τὸν θεόν σου Ἰσραήλ· διότι ἰδοὺ ἐγὼ v. 13.
στερεῶν βροντὴν καὶ κτίζων πνεῦμα, καὶ ἀπαγγέλλων εἰς ἀνθρώπους τὸν χριστὸν αὐτοῦ· ποιῶν
ὄρθρον καὶ ὁμίχλην, καὶ ἐπιβαίνων ἐπὶ τὰ ὕψη τῆς γῆς· κύριος ὁ θεός, ὁ παντοκράτωρ p. 172.
ὄνομα αὐτῷ. „ Ἀλλ' εἰ καὶ τοιοῦτοι γεγόνατε περὶ ἐμέ, ἀλλ' ἐγώ γε μετὰ τὴν πεῖραν τῶν
κακῶν ἐκείνων, ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταστῆσαι βεβούλευμαι τὰ καθ' ὑμᾶς, εἴ περ οὖν τότε
σωφρονέστεροι ἐκ τῶν τοσούτων γεγονότες κακῶν νεῦσαι πρὸς ἐμὲ βουληθείητε· ὁ γὰρ τὸ ἀέ-
ριον πνεῦμα μαλακόν τι ὂν καὶ διαλελυμένον χαῦνόν τε καὶ ἀραιὸν παντελῶς ἐπὶ τοσοῦτον
συστρέψαι δυνάμενος, ὥστε καὶ τὸν ἐκεῖθεν ἀποτελούμενον κτύπον τῆς βροντῆς ἀνύποιστον

quidem reversi estis ad me, dicit Dominus. „ Fructus ego omnes vestros eruca absumpsit: vos tamen iidem qui antea mansistis. " Immisi vobis mortem in via Aegypti, occidique gladio iuvenes vestros, cum equorum vestrorum captivitate: et traduxi ignem per castra vestra in ira mea; et ne sic quidem reversi estis ad me, dicit Dominus. „ Profugos vos ad Aegyptum spe salutis, illic mortibus caedibusque implicabo: insuperque reliquos omnes ex vobis cum omni re sua familiari in captivitatem abducendos curabo: vestram omnem multitudinem igne veluti consumens, per hostilem persecutionem. Et ne tunc quidem resipiscetis.

" Subverti vos, sicut subvertit Deus Sodoma et Gomorrha, et facti estis sicut torris erutus de igne; et ne sic quidem conversi estis ad me, dicit Dominus. „ Postremo generalem vobis vastitatem intuli aeque ac Sodomis et Gomorrhis; fecique vos, torris instar ardentis, molestis implicari et exuri calamitatibus; sed neque ab his emendationem aliquam potuistis accipere. His dictis, quod nempe ob eos casus, non sint facti meliores, addit. " Quapropter sic faciam tibi, Israhel: postquam sic fecero tibi, praepara te ut invoces Deum tuum, Israhel. Quia ecce ego firmans tonitruum, et creans spiritum, et annuntians hominibus christum eorum: faciens mane et nebulam, et gradiens super eccelsa terrae, dominus Deus, nomen ei omnipotens. „ Sed quamquam tales erga me fuistis, ego tamen postquam illa mala experti fueritis, res vestras in meliorem statum convertere cogito. Si ergo modestiores ab his malis effecti, respicere ad me volueritis; sicut aërius spiritus quum sit mollis et resolutus, levis rarusque omnino, nihilominus adeo in turbinem consolvi potest, ut editus illinc tonitrui fragor terrae incolis fiat intolerabilis;

ἐπὶ τοῖς κατὰ γῆν, ὁ αὐτὸς δὲ καὶ τὴν καθ' ὑμᾶς μεταβολὴν ἐργάσομαι πλείστην, ἐκ τῶν ἀνελπίστων ὑμῖν σωτηρίαν ἐκφαίνων μεγίστην· μηνύω τέ σοι Κῦρον τὸν Περσῶν βασιλέα, ὃς παρ' ἐμοῦ προχειρισθήσεται ἐπὶ τοῦτο, ὡς ἂν πλείστων ὅσων κρατήσας, λύσειέν τε ὑμῖν τὰ κατέχοντα κακὰ, καὶ ἐπανελθεῖν κελεύσειεν εἰς τὰ οἰκεῖα· ὁ γὰρ τὸν ὄρθρον ἐργαζόμενος ἐκ σκότους, καὶ ὁμίχλην συνίστασθαι τε ἐῶν, καὶ ὑπὸ ταῖς ἀνατολαῖς διαλύων τοῦ ἡλίου, ἐν ὕψει τε καὶ ὑπεράνω πάντοτε τυγχάνων τῆς γῆς, ὁ αὐτὸς διαλύσω μὲν ὑμῖν ὥσπερ τι σκότος τὰς συμφοράς· ἐκφανῶ δὲ ἡμέρας δίκην τὴν ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἡδονήν· πᾶσαν τε ἀντιπεράτησαν ὑμῖν βαρύτητα ἀφελὼν, ἐπιδείξω διὰ τῆς περὶ ὑμᾶς κηδεμονίας σαφῶς
p. 173. ἐμαυτὸν ὑπερκείμενον τῶν ἁπάντων· ἅτε κύριός τε καὶ ποιητὴς τῶν ἁπάντων ὑπάρχων· δι' ὅλων δὲ ἐκ τῶν καθόλου παρ' αὐτοῦ γινομένων ἐπιστώσατο τὰ παρόντα. Οὐ θαυμαστὸν δὲ εἰ χριστὸν κέκληκε τὸν Κῦρον, οὐ τοὺς κεχρισμένους μόνον, πάντας δὲ τοὺς ἐξειλεγμένους ὅπως ποτὲ ταύτῃ καλεῖν εἰωθὼς τῇ φωνῇ· ὡς τὸ, μὴ ἅπτεσθε τῶν χριστῶν μου, καὶ ἐν τοῖς προφή-
* Ps. CIV. 5. ταις μου μὴ πονηρεύεσθε· * χριστοὺς γὰρ ἐνταῦθα οὐ κεχρισμένους καλεῖ τοὺς περὶ τὸν Ἀβραὰμ, ὡς δὲ ἐξειλεγμένους μόνον.

ΚΕΦ. Ε΄.

v. 1. " Ἀκούσατε τὸν λόγον τοῦτον, ὃν ἐγὼ λαμβάνω ἐφ' ὑμᾶς θρῆνον· οἶκος Ἰσραὴλ ἔπε-
v. 2. σεν· οὐκέτι μὴ προσθῇ τοῦ ἀναστῆναι· παρθένος τοῦ Ἰσραὴλ ἔσφαλεν ἐπὶ τῆς γῆς αὐτῆς· οὐκ
ἔστιν ὁ ἀνιστῶν αὐτήν. „ Μηνύσας διὰ τῶν προειρημένων τὴν λύσιν τῶν κακῶν, ἀπειλεῖ πάλιν καθὼς εἴωθε τὴν τιμωρίαν· διὰ ταύτης μὲν φοβῶν τε καὶ σωφρονίζων, δι' ἐκείνης δὲ πρὸς μετάνοιαν ἐκκαλούμενος· θρήνου δὴ, φησὶν, ἄξια τὰ καθ' ὑμᾶς· πεπτώκατε γὰρ διὰ τὰς οἰκείας παρανομίας πτῶμα μέγιστον, ἀφ' οὗ μὴ δὲ λύσιν ἔνεστιν ἐλπίσαι κατά γε τὸ μέ-

ita etiam ego maximam in vobis conversionem rerum faciam, ex insperato maximam vobis salutem ostentans. Denuntio itaque tibi Cyrum Persarum regem, qui a me idcirco eligetur, ut maximo imperio potitus, finem malis vestris imponat, et reditum in propria imperet. Nam qui mane facio de tenebris, et nebulam conflari sino, quam ortu solis dissipo, sublimisque omnino supra terram resideo, idem ego vestras aerumnas quasi tenebras quasdam dissolvam, et quasi diem, prosperitatis voluptatem faciam illucescere: et quamlibet vobis molestam gravitatem dispellens, hac mea providentia palam me cunctis superiorem ostendam: sum etenim dominus factorque omnium. Sic igitur per universalia illa a se facta, praesentium fecit fidem. Non est autem mirandum, quod christum appellaverit Cyrum; quandoquidem non unctos tantummodo, sed electos quoslibet hoc indigitare vocabulo scriptura solet. Velut illud: nolite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari. Christos enim hoc loco non unctos dicit, sed ipsum Abrahamum, qui electus tantummodo fuerat.

CAP. V.

" Audite verbum istud, quem ego scilicet assumo super vos, planctum: domus Israhelis cecidit, non adiiciet amplius ut resurgat: virgo Israhelis proiecta est in terram suam, non est qui erigat eam. „ Significata in praecedentibus malorum solutione, minatur iterum more suo punitionem; hac quidem terrens et ad modestiam componens, illa autem ad paenitentiam invitans. Fletu, inquit, dignae res vestrae sunt: lapsu gravissimo propter vestras praevaricationes corruistis, unde suble-

γεθος τῶν συμβάντων. “ Διότι τάδε λέγει κύριος, ἐκ πόλεως ἐξ ἧς ἐξεπορεύοντο χί- v. 3.
λιοι, ὑπολειφθήσονται ἑκατόν· καὶ ἐξ ἧς ἐξεπορεύοντο ἑκατὸν, ὑπολειφθήσονται ἐν αὐτῇ
δέκα τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ. ,, Τοσαύτη γὰρ ὑμῶν γενήσεται ὑπὸ τῶν πολεμίων ἡ σφαγὴ, ὥστε
μόλις μὲν ἑκατὸν ἀπὸ χιλίων· μόλις δὲ δέκα ἐξ ἑκατὸν καθ' ἑκάστην εὑρίσκεσθαι πόλιν. p. 171.
“ Διότι τάδε λέγει κύριος πρὸς τὸν οἶκον Ἰσραήλ· ἐκζητήσατέ με, καὶ ζήσεσθε· καὶ μὴ v. 4.
ἐκζητεῖτε Βαιθὴλ, καὶ εἰς Γάλγαλα μὴ εἰσπορεύεσθε, καὶ ἐπὶ τὸ φρέαρ τοῦ ὅρκου μὴ ἀνα- v. 5.
βαίνετε· ὅτι Γάλγαλα αἰχμαλωτευομένη αἰχμαλωτευθήσεται, καὶ Βαιθὴλ ἔσται ὡς οὐχ
ὑπάρχουσα. ,, Συμβουλεύω τοίνυν ὑμῖν ἰδεῖν μὲν πρὸς ἐμὲ, ἀποστῆναι δὲ Βαιθήλ τε καὶ
Γαλγάλων καὶ τοῦ φρέατος τοῦ ὅρκου, ἐν οἷσπερ συντρέχετε νῦν, εἴδωλά τε καὶ δαίμονας
θεραπεύοντες ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις, εὖ εἰδότες ὡς ἐρημία καὶ ταῦτα λήψεται πάντα μεθ'
ὑμῶν. “ Ἐκζητήσατε τὸν κύριον, καὶ ζήσεσθε· ὅπως μὴ ἀναλάμψῃ ὡς πῦρ ὁ οἶκος τοῦ v. 6.
Ἰωσὴφ, καὶ καταφάγῃ αὐτὸν, καὶ οὐκ ἔσται ὁ σβέσων τὸν οἶκον Ἰσραήλ. ,, Ἀφέμενοι δὲ πάν-
των, θεῷ προσανέχετε, ὥστε μὴ τὴν τιμωρίαν τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ δίκην πυρὸς ἅπαντας
ὑμᾶς καταφλέξαι· οὐ γὰρ οἷόν τε ταῦτα ὑμῖν ἐπιπέμποντος τοῦ θεοῦ, εὑρεθῆναι τὸν ἀμύ-
ναι δυνάμενον.

“ Ὁ ποιῶν εἰς ὕψος κρίμα, καὶ δικαιοσύνην εἰς γῆν ἔθηκεν. ,, Οὐδὲ γὰρ ἀπιστεῖν v. 7.
ὑμᾶς προσήκει τινὶ τῶν ἀπειλουμένων ἢ ὑποσχομένων ὑμῖν παρὰ τοῦ θεοῦ· ἐπειδὴ οὗτός ἐστιν
ὁ κρίμα καὶ δικαιοσύνην εἰς ὕψος τε ποιῶν καὶ εἰς γῆν τιθείς· ἵνα εἴπῃ ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ
ἀδικουμένοις ὑμῖν ὑπὸ τῶν πολεμίων κρῖναι δυνάμενος· καὶ τιμωρήσασθαι μὲν τοὺς τοσαῦτα
ὑμῖν ἐπάγοντας κακὰ, δεῖξαι δὲ τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν κρίσιν, ἣν ὑπὲρ ὑμῶν τῶν ἐπὶ γῆς p. 172.
ὄντων ποιεῖται, μεγάλην τε οὖσαν καὶ ὑψηλὴν καὶ παντὸς γέμουσαν θαύματος. Καὶ εἰς πί-
στωσιν τῶν αὐτοῦ, ἐπάγει πάλιν. “ Ὁ ποιῶν πάντα καὶ μετασκευάζων. ,, Καὶ γὰρ καὶ ποιεῖν v. 8.

vatum iri nulla spes, quum tanta sit tristium casuum magnitudo. " Propterea haec dicit Dominus: ex qua urbe egrediebantur mille, relinquentur in ea centum: et ex qua egrediebantur centum, relinquentur in ea decem domui Israhelis. ,, Tanta enim vestri ab hostibus strages fiet, ut vix centum de mille, vix decem de centum in unaquaque urbe comperiendi sint. " Propterea haec dicit Dominus domui Israhelis: quaerite me, et vivetis: et nolite quaerere Bethel, et in Galgala nolite intrare, et ad puteum iuramenti ne ascendatis: quia Galgala captivata captivabuntur: et Bethel erit quasi non existens. ,, Consulo igitur vobis ut ad me spectetis, abstineatis a Bethel et Galgalis et a puteo iuramenti, ad quae nunc concurritis, idola et daemones illis locis adoraturi: scitote enim, haec omnia vobiscum in solitudinem redactum iri. " Quaerite Dominum, et vivetis: ne Iosephi domus succendatur ut ignis, qui devoret eam; et non erit qui extinguat domum (ardentem) Israhelis. ,, Omissis illis, Deo adhaerete, ne punitio a Deo, quasi ignis, vos omnes comburat: neque, si Deus mala haec vobis immiserit, invenire defensorem vobis licebit.

" Qui facit in excelso iudicium, et iustitiam in terra posuit. ,, Haud decet vos quibuslibet Dei ad vos minis vel promissionibus fidem negare: ipse enim est qui iudicium atque iustitiam tum in excelso exercet, tum etiam in terra collocavit. Nimirum dicit: hic est, qui vobis patientibus iniuriam ab hostibus ius reddere potest: et illos quidem punire qui tanta inferunt mala; demonstrare autem iustitiam atque iudicium, quod pro vobis regionis huius incolis exseret, magnum atque excelsum et omni mirabilitate plenum. Confirmansque dicta, ait: " qui facit omnia, et transformat. ,, Revera enim et omnia facere ex nihilo, et facta transmutare, ut

ἅπαντα οὐκ ὄντα, καὶ γεγονότα μεταβάλλειν εἰς ὅ τι βούλεται, δύναται ῥᾳδίως. “ Καὶ
ἐκτρέπων εἰς τὸ πρωῒ σκιὰν θανάτου, καὶ ἡμέραν εἰς νύκτα συσκοτάζων. „ Οὗτος κινδύ-
νους θάνατον ἐπάγοντας εἰς εὐφροσύνην λαμπρὰν τινὰ καὶ ἡδεῖαν μεταβάλλειν αὐτάρκης·
τοὺς ἐν λαμπρότητι τινὶ εἶναι δοκοῦντας, σκότῳ διὰ τῶν συμφορῶν περιβάλλειν δύναται
ῥᾳδίως· βούλεται γὰρ κἀνταῦθα ἐκ τῶν καθόλου συστῆσαι, ὅτι αὐτάρκης καὶ τὰ κατ᾽ αὐτοὺς
ὡς βούλεται μεταβαλεῖν· καὶ ποτὲ μὲν ἐκ συμφορῶν εἰς εὐημερίαν μετάγειν· ποτὲ δὲ ἐξ
εὐημερίας εἰς συμφορὰς καθιστᾶν. “ Ὁ προσκαλούμενος τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης, καὶ ἐκ-
χέων αὐτὸ ἐπὶ πρόσωπον τῆς γῆς, κύριος ὁ θεὸς, ὁ παντοκράτωρ ὄνομα αὐτῷ. „ Οὗτος
ὁ καὶ τὸ τῆς θαλάττης ὕδωρ αἴρων τε διὰ τῶν νεφελῶν καὶ κατὰ πάσης ἐκχέων τῆς γῆς, αὐτάρ-
κης καὶ νῦν τὴν τῶν Ἀσσυρίων στρατιὰν, θαλάττης μέγεθος μιμουμένην, ἐφ᾽ ὑμᾶς διὰ τῆς
v. 9. ὀργῆς ἐκχέαι τῆς οἰκείας, ὃς τῶν ἁπάντων κύριος ὢν αὐτάρκης τὰ δοκοῦντα ποιεῖν. “ Ὁ διαι-
ρῶν συντριμμὸν ἐπ᾽ ἰσχὺν, καὶ ταλαιπωρίαν ἐπὶ ὀχύρωμα ἐπάγων. „ Οὗτος καὶ θλίψιν
p. 176. τὴν ἐνοχλοῦσαν διαλύων, ἰσχυροὺς ἀπεργάζεται καὶ τοὺς ἐκ τῶν κακῶν ἠσθενηκότας· ταλαι-
πωρίας τε τοὺς ἄγαν δοκοῦντας μεγάλα δύνασθαι ἀθρόον πληροῖ· ὃς βουληθεὶς καὶ τὰ
καθ᾽ ὑμᾶς μετέβαλε τὸ ἐκ τοῦ κρείττονος ἐπὶ τὸ χεῖρον· καὶ πάλιν ἐκ τοῦ χείρονος ἐπὶ
τὸ κρεῖττον βουληθεὶς μεταβαλεῖ ῥᾳδίως.

v. 10. “ Ἐμίσησαν ἐν πύλαις ἐλέγχοντα, καὶ λόγον ὅσιον ἐβδελύξαντο. „ Ἄρχεται λοιπὸν
ἐντεῦθεν τὰς παρανομίας αὐτῶν ἐξηγεῖσθαι· τοὺς μὲν οὖν προφήτας ἐν διορθώσει τὰς παρα-
νομίας αὐτῶν ἐλέγχειν προστεταγμένους ἐμίσουν· ἐβδελύττοντο δὲ καὶ ὁπόσα περ ἔλεγον αὐ-
τοῖς, συμβουλεύοντες χωρίζεσθαι μὲν τῶν κακῶν, αἱρεῖσθαι δὲ τὰ κρείττω· τὸ δὲ ἐν πύλαις
οὕτω φησίν· ἔθος ἦν τὸ παλαιὸν καὶ τὰς τῶν ἀναγκαιοτάτων πραγμάτων βουλὰς τοὺς
κατὰ πόλιν ἐν ταῖς πύλαις ποιεῖσθαι· καὶ τοῖς ἐχθροῖς πρεσβευομένοις περί τινος, πρὸς αὐτοὺς
p. 177. ἐν ἐκείνοις ἀποκρίνεσθαι τοῖς τόποις· καὶ δὴ καὶ τὰς μείζους τῶν κρίσεων αὐτόθι ποιεῖσθαι,

volucrit, expedite potest. “ Qui convertit in mane tenebras mortis, et diem nocte obtenebrat. „ Ipse potest mortalia pericula in splendidum iucundumque gaudium convertere; et eos qui in splendore versari videntur, aerumnarum tenebris facile obruere. Vult enim hoc loco ex generalibus concludere, posse Deum res quoque illorum pro suo libito commutare; et modo ex aerumnis in prosperitatem, modo contra ex prosperitate in aerumnam transferre. “ Qui vocat aquam maris, et effundit super faciem terrae, dominus Deus, nomen ei omnipotens. „ Ipse, qui maris aquam nubibus attollit, et per universam terram effundit, valet nunc etiam Assyriorum exercitum, amplitudinem maris imitantem, contra vos ira sua effundere, cum sit dominus universalis, et quicquid sibi libuerit peragere valens. “ Qui dividit contritionem super fortitudinem, et miseriam super munitionem adducit. „ Ipse pressuram molestam sublevans, validos reddit etiam illos, qui calamitatibus sunt debilitati: vicissimque subita miseria complet qui magnis viribus pollere videntur. Is cum voluit, res vestras a meliore statu transtulit ad deteriorem: rursusque siquando voluerit, in meliorem facile revocabit.

“ Odio habuerunt in portis arguentem, et sermonem sanctum abominati sunt. „ Abhinc rursus incipit iniquitates illorum exponere. Prophetas quidem, peccata ipsorum coarguere atque emendare a Deo iussos, oderant: et abominabantur quaecumque hi apud eos concionabantur, hortando ad vitiorum fugam, et virtutis amorem. Dictio autem in portis, sic intelligenda. Mos priscus fuit, gravissimae cuiusque rei consultationes a civibus in portis urbis fieri: et hostium etiam de re aliqua legatio-

ὡς ἂν ἅπασι τοῖς κατὰ τὴν πόλιν εἰσιοῦσί τε καὶ ἐξιοῦσι δι' αὐτῆς καταφανῆ γίγνοιτο τὰ πραττ-
όμενα· διὰ τοῦτο ὁ μακάριος λέγει Δαυίδ, οὐ καταισχυνθήσονται ὅταν λαλῶσι τοῖς
ἐχθροῖς αὐτῶν ἐν πύλαις· * ἐπειδὴ αὐτόθι τὰς ἀποκρίσεις τὰς πρὸς τοὺς ἔξωθεν ἐποιοῦντο· * Ps. CXXVI. 5.
καὶ ἠδολέσχουν κατ' ἐμοῦ οἱ καθήμενοι ἐν πύλῃ· * ὡς αὐτόθι τὰς πλείστας εἰωθότων αὐτῶν * Ps. LXVIII. 13.
ποιεῖσθαι συνόδους· κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ἐνταῦθα τοὺς ἐν πύλαις ἐλέγχοντας λέγει· ὡς ἂν
τῶν προφητῶν αὐτόθι τὰ κατὰ γνώμην θείαν κηρύττειν αὐτοῖς ἐσπουδακότων· ἔνθα δὴ καὶ
πᾶσιν ἐγίνετο καταφανῆ τὰ λεγόμενα, οὐ τοῖς οἰκείοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔξωθεν, ὅπως
ποτὲ εἰς τὴν πόλιν ἀφικνουμένοις· εἶτα καὶ καθεξῆς τὰς παρανομίας λέγων ἐκείνας, ἃς καὶ
πρόσθεν εἰρήκει. “ Διὰ τοῦτο ἀνθ' ὧν κατεκονδυλίζετε πτωχὸν, καὶ δῶρα ἐκλεκτὰ ἐδέ- v. 11.
ξασθε παρ' αὐτοῦ, οἴκους ξεστοὺς ᾠκοδομήσατε, καὶ οὐ μὴ οἰκήσητε ἐν αὐτοῖς· ἀμπελῶνας
ἐπιθυμητοὺς ἐφυτεύσατε, καὶ οὐ μὴ πίητε τὸν οἶνον αὐτῶν. ,, Ἐπειδὴ ἐπετρίβετε μὲν τοῖς
πτωχοῖς τὰ κακὰ, τὰ κάλλιστα δὲ τῶν παρ' αὐτοῖς δι' ἁρπαγῆς ποιούμενοι, οἴκους τε εὐ-
πρεπεῖς ἐκ τῆς ἀδίκου κατεσκευάσατε συλλογῆς, καὶ δὴ καὶ ἀγροὺς μετὰ πολλῆς ἐξειργάσασθε
τῆς ἐπιμελείας· εὖ ἴστε ὡς οὐκ ἀπολαύσετε τῶν οὕτως ἐξ ἀδικίας περιγεγονότων ὑμῖν· οὔτε γὰρ
ἐπὶ τῶν οἴκων μενεῖτε ἐκείνων· οὔτε μὴν τοὺς τῶν τοιούτων ἀγρῶν ὑποδέξεσθε καρπούς.

“ Ὅτι ἔγνων πολλὰς ἀσεβείας ὑμῶν, καὶ ἰσχυραὶ αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν, καταπατοῦντες v. 12.
τὸ δίκαιον, λαμβάνοντες ἀλλάγματα, καὶ πένητας ἐν πύλαις ἐκκλίνοντες. ,, Οὐδὲ γάρ
με λέληθεν τὸ πλῆθος καὶ τὸ μέγεθος τῶν τε ἀσεβειῶν καὶ τῶν ἁμαρτιῶν τῶν ὑμετέρων·
οὐδ' ὅτι τὸ δίκαιον ἀντηλλάττεσθε χρημάτων· ἃ παρὰ τῶν ἀδικούντων κομιζόμενοι, τὰς p. 178.
τῶν πενήτων κρίσεις εἰς τοὐναντίον ἐτρέπετε τῆς ἀληθείας· κἀνταῦθα δὲ τὸ ἐν πύλαις προσ-
έθηκεν, κατὰ τὸ πρόσθεν εἰρημένον ἡμῖν. “ Διὰ τοῦτο ὁ συνιὼν ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ σιωπή- v. 13.
σεται ὅτι καιρὸς πονηρός ἐστι. ,, Ἐπελθούσης τοίνυν τῆς ἀπειλουμένης τιμωρίας ὑμῖν,

nibus, iisdem in locis respondere. Immo etiam maiora iudicia ibidem exercebant, ut cunctis urbem ingredientibus vel egredientibus tractata negotia innotescerent. Propterea beatus dicit David: non confundentur, cum loquentur inimicis suis in portis: quia ibi responsiones exteris dabant. Item: et garriebant adversus me qui sedebant in porta; utpote qui plerumque illic coetus suos habere solebant. Pari nunc modo arguentes in portis dicit: quasi ibi curarent prophetae voluntates Dei praedicare, ubi cunctis quae dicebantur manifesta fiebant, neque civibus tantum verum etiam exteris si quando ad urbem venirent. Deinde in sequentibus de iniquitatibus illis loquitur, quas et antea dixerat. “ Idcirco, pro eo quod pugno pauperem percutiebatis, et dona electa accepistis ab eo, domos laevigato lapide aedificastis, in eis non habitabitis: vineas desiderabiles plantastis, et vinum earum non bibetis. ,, Quoniam mala pauperibus inflixistis, et eorum quaeque optima diripuistis, aedesque speciosas ex iniusta compilatione aedificastis, nec non agros multa sedulitate excoluistis; probe scitote vos his cum iniustitia adquisitis non fruituros: nam nec in illis domibus permanebitis, neque ex huiusmodi agris fruges percipietis.

“ Quia cognovi multa scelera vestra, et gravia peccata vestra: iustitiam vos conculcantes, accipientes pacta pretia, pauperes in portis deprimentes. ,, Haud me latet multitudo ac magnitudo scelerum et peccatorum vestrorum, neque quod munera cum iustitia commutastis, quibus acceptis, pauperum iudicia contra veritatem praevaricati estis. Atque hic etiam portarum mentionem intulit, iuxta quod antea diximus. “ Ideo qui intelligit, tempore illo tacebit, quia tempus malum est. ,, Ergo cum poena minaciter vobis praedicta advenerit, ii qui intelligere prout par

ἅπαντες οἱ τὸ δέον συνιέναι οἷοί τε ὄντες, ὥσπερ ἐκπεπληγμένοι ὑπὸ τοῦ μεγέθους τῶν κα-
κῶν, ἀξιοῦσιν ἡσυχίαν παρεῖναι, τὸν καιρὸν ὑπειληφότες καθ' ὃν ἔσεσθαι πόῤῥωθεν μεμή-
v. 14. νυται ταῦτα. " Ἐκζητήσατε τὸ καλὸν καὶ μὴ τὸ πονηρὸν, ὅπως ζήσητε· καὶ ἔσται μεθ' ὑμῶν
v. 15. οὕτως κύριος ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὃν τρόπον εἴπατε μεμισήκαμεν τὰ πονηρὰ, καὶ ἠγα-
πήκαμεν τὰ καλὰ, καὶ ἀποκαταστήσατε ἐν πύλαις κρίμα, ὅπως ἐλεήσῃ κύριος ὁ θεὸς ὁ
παντοκράτωρ τοὺς καταλοίπους τοῦ Ἰωσήφ. „ Ἀλλὰ γὰρ ἐν ὅσῳ τούτου καιρὸς, συμβουλεύω
πᾶσιν ἀποστῆναι μὲν τοῦ χείρονος, ἑλέσθαι δὲ τὸ κρεῖττον· οὕτω γὰρ ὑμῖν προσέσται τῶν ἀγα-
θῶν ἡ ἀπόλαυσις, τοῦ θεοῦ τὴν οἰκείαν παρέχοντος κηδεμονίαν, ὑπὲρ ὧν ἑλόμενοι τὰ καλὰ,
ἀπεστράφητε τὰ χείρω· καὶ εἴ γε τὴν παλαιὰν ἀλλάξαντες γνώμην, ἐν ταῖς πύλαις κατὰ τὸ εἰωθὸς
τὰς κρίσεις ἐθέλετε ποιεῖσθαι δικαίας, τεύξεσθε τῆς θείας φιλανθρωπίας περισωζούσης ὑμῶν
p. 179. τοὺς πλείστους· Ἰωσὴφ δὲ ἐνταῦθα τὰς δέκα λέγει φυλὰς, ἀπὸ τῆς ἡγουμένης ἐν αὐτοῖς, τῆς
τοῦ Ἐφραὶμ λέγω, ὃς ἦν υἱὸς τοῦ Ἰωσήφ.

v. 16. " Διὰ τοῦτο τάδε λέγει κύριος ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ· ἐν πάσαις πλατείαις κοπετὸς,
καὶ ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς ῥηθήσεται θρῆνος, οὐαὶ, οὐαί. „ Ἐπειδὴ δὲ οὐ τούτων ὑμῖν λόγος,
θρήνων καὶ κοπετῶν ἔσται μεστά τε κατὰ πόλιν καὶ κατὰ χώραν, ἀπὸ τοῦ πλήθους τῆς γινομέ-
v. 17. νης ὑπὸ τῶν πολεμίων σφαγῆς. " Κληθήσεται γεωργὸς εἰς πένθος καὶ εἰς κοπετὸν καὶ εἰς
εἰδότας θρῆνον· καὶ ἐν πάσαις ὁδοῖς κοπετός· διότι διελεύσομαι διὰ μέσου σου, λέγει κύ-
ριος. „ Καὶ γεωργοὶ δὲ τῶν κατὰ γῆν ἀφέμενοι ἔργων, περὶ κοπετοὺς καὶ πένθη καὶ θρήνων
ἀσχοληθήσονται ποικιλίαν, τήν τε σφαγὴν τῶν πολεμίων καὶ τῆς γῆς τὴν ἀκαρπίαν κατὰ ταυτὸν
θρηνοῦντες· ταῦτα δὲ πείσονται θεοῦ διὰ τῶν πολεμίων εἰς μέσους αὐτοὺς εἰσιόντος, καὶ τοῖς
v. 18. τοσούτοις καὶ τηλικούτοις περιβάλλοντος κακοῖς. " Οὐαὶ οἱ ἐπιθυμοῦντες τὴν ἡμέραν κυρίου·
καὶ ἵνα τί ὑμῖν αὕτη ἡ ἡμέρα τοῦ κυρίου; καὶ αὕτη ἐστὶ σκότος καὶ οὐ φῶς. „ Ἐπειδὴ γὰρ
πολλοὶ πρὸς τὸ χεῖρον παντελῶς ἐκτετραμμένοι, ὡσανεὶ ψευδομένων ἐφ' οἷς ἠμύνον τῶν

est sciunt, malorum veluti magnitudine attoniti, malent silentium tueri, tempus hoc esse putantes quo illa longe ante praedicta eventura erant. " Quaerite bonum et non malum, ut vivatis: et sic erit vobiscum dominus Deus omnipotens. Sicut dixistis, odite malum et diligite bonum, et restituite in portis iudicium: ut misereatur dominus Deus omnipotens reliquiarum Iosephi. „ Verumtamen quamdiu tempus superest, consulo vobis omnibus ut a vitio recedatis, et virtutem amplectamini. Sic enim vobis continget prosperitate frui, Deo suam praestante tutelam, propterea quod honesto studentes, a deteriore via resilistis. Et si vetere mutata sententia in portis more solito iusta volueritis exercere iudicia, consequemini divinam clementiam, quae plurimos vestrûm salvabit. Iosephum autem heic dicit decem tribus, a praecipua inter illas, Ephraimi dico, qui filius Iosephi fuit.

" Propterea dicit dominus Deus omnipotens: in omnibus plateis planctus, et in omnibus viis dicetur lamentatio, vae! vae! „ Sed quia praedictas monitiones pensi non habuistis, lamentationum ac planctuum plena erit urbs et regio, propter editae ab hostibus stragis magnitudinem. " Vocabitur agricola ad luctum et planctum, et ad illos qui lamentari sciunt: et in cunctis viis planctus; quia transibo per medium tui, dicit Dominus. „ Agricolae etiam omisso agresti opere, planctibus variis et luctibus et lamentationibus occupabuntur, editam simul lugentes ab hostibus stragem, et terrae infructuositatem. Haec autem patientur, Deo per medios illos cum exercitu hostili transeunte, et talibus tantisque malis obruente. " Vae desiderantibus viam Domini! Cur vobis haec dies Domini? Ipsa quidem haud lux est

προφητῶν, ἐτόλμων λέγειν, ὅτι ἐλθέτω δὴ τὰ κακὰ ἃ φατὲ καὶ μηνύετε, εἰ δή τις ἀλή-
θεια πρόσεστι τοῖς λόγοις ὑμῶν· τοῦτο λέγει, ἐλεεινότατοι φησὶν ἐστὲ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἐπι- p. 160.
ζητοῦντες, ἣν οὐ πιστεύοντες ἐλεύσεσθαι, ὄψεσθε τῇ πείρᾳ, ζοφερὸν ὑμῖν τῷ πλήθει τῶν
κακῶν ἐπάγουσαν σκότος· εἶτα καὶ ὑποδείγματι τὸ εἰρημένον πιστούμενος.

“ Ὃν τρόπον ἐὰν ἐκφύγῃ ἄνθρωπος ἐκ προσώπου τοῦ λέοντος, καὶ ἐμπέσῃ αὐτῷ v. 19.
ἡ ἄρκτος· καὶ εἰσπηδήσῃ εἰς τὸν οἶκον, καὶ ἀπερείσῃ τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἐπὶ τὸν τοῖχον, καὶ δάκῃ
αὐτὸν ὄφις· οὐχὶ σκότος ἡ ἡμέρα τοῦ κυρίου, καὶ ὁ φῶς; καὶ γνόφος οὐκ ἔχων φέγγος αὐτῆς; ,, v. 20.
Δι' ὑποδείγματος γὰρ ἠβουλήθη τῆς ἡμέρας τὴν χαλεπότητα ἐπιδεῖξαι· ὡς γὰρ εἴ τις, φησὶ,
καθ' ὁδὸν μὲν ἀκούσας λέοντος ἔφοδον, ἐπὶ τὴν πόλιν καταδράμοι· ἐμπεσὼν δὲ ἄρκτῳ κατὰ
τὴν πόλιν τοὺς ἐμπίπτοντας λυμαινομένῃ, ἐπὶ τὴν οἰκίαν εἰσπηδήσας τὴν οἰκείαν, λύσιν εὑ-
ρέσθαι τινὰ τῶν κακῶν ἐλπίζῃ· εἶτα πως ἐπί τινι χρείᾳ τῷ τοίχῳ προσαγαγὼν τὴν χεῖρα
τῆς οἰκίας, ἀθρόον ὑπὸ ὄφεως δηχθείη, οὐκ ἀνάγκη τῷ τοιούτῳ μετὰ τοσαύτην πεῖραν κα-
κῶν καὶ θόρυβον τοσοῦτον, ἀφύκτῳ περιπεπτωκότι τῇ πληγῇ τοῦ ὄφεως, σκότος εἶναι τὴν ἑτέ-
ροις φαινομένην ἡμέραν; οὐδὲ διορᾶν μέντοι τῶν παρόντων ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν ὁρῶντι τῶν
οἰκείων; οὕτω δὴ καὶ ὑμεῖς φησὶν ἀκούσαντες μὲν πανταχόθεν τῶν πολεμίων τὴν ἔφοδον ἐπὶ p. 161.
τὴν πόλιν εἰσελεύσεσθε· ἐκ δὲ τοῦ κατ' αὐτὴν θορύβου διαταραχθέντες, ὃν ἀνάγκη τῶν πολε-
μίων ἐφεστώτων γίνεσθαι ἐν αὐτῇ, εἰς τοὺς οἴκους εἰσελεύσεσθε τοὺς οἰκείους, περιέσται δὲ
οὐδὲν οὐδὲ ἐκ τούτου πλέον ὑμῖν, ἐκ τῶν μυχῶν τῆς οἰκίας ἐπὶ τὴν αἰχμαλωσίαν ἐξελκόντων
ὑμᾶς τῶν πολεμίων· πῶς δὴ τοῖς ταῦτα πάσχουσιν, οὐ σκότος εἶναι τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἀνάγκη;
εἶτα εἰς τὴν τῆς μοχθηρίας αὐτῶν ἀπόδειξιν ἐπάγει. “ Μεμίσηκα, ἀπῶσμαι τὰς ἑορτὰς ὑμῶν, v. 21.
καὶ οὐ μὴ ὀσφρανθῶ ἐν ταῖς πανηγύρεσιν ὑμῶν. ,, Διὰ δὲ τὴν τοῦ τρόπου μοχθηρίαν ὑμῶν, καὶ

sed tenebrae. ,, Quoniam multi improbitati prorsus dediti, quasi falsa prophetae vaticinarentur, dicere audebant: veniant sane quae vos dicitis ac portenditis mala, si certe verbis vestris veritatis aliquid inest; ait nunc propheta: miserabiles apprime estis, qui diem illam expetitis, quam venturam non credentes, experimento videbitis quantas vobis per malorum multitudinem adducet tenebras. Deinde similitudine etiam dictum suum confirmans;

“ Quemadmodum, inquit, si fugiat homo a facie leonis, et occurrat ei ursa: et festinet ingredi domum, et dum innititur manibus suis super parietem, mordeat eum coluber; numquid non tenebrae dies Domini, et non lux? et caligo et non splendor in ea? ,, Hac similitudine voluit diei illius terribilitatem ostendere. Veluti, inquit, si quis in via audiens leonis incursum, urbem versus diffugiat: tumque in ursam, quae circa urbem occurrentes laniabat, incidens, in domum suam spe mali vitandi properet; moxque ibi necessitate aliqua parieti manum suam impingens, repente a colubro mordeatur; nonne huic, post tantam malorum experientiam tantumque periculum, inevitabili demum colubri morsu icto, diem illam, quae ceteris lux apparet, tenebras videri necesse est? ita ut nihil coram oblatum propter malorum angustias cernat, mortem vero propemodum oculis suis praesentem spectet? Sic omnino vos, inquit, audita hostium quaqueversus incursione, ad urbem vosmet recipietis: ibi vero tumultu turbati, quem fieri imminentibus hostibus necesse est, domos vestras introibitis, sed ne id quidem plus vobis proderit: ex angulis enim aedium extractos abducent vos hostes in captivitatem; iam vero talia patientibus, quid ni tenebras diem illam videri necesse erit? Posthinc ob illorum improbitatem demonstrandam, addit. “ Odi, repuli festivitates vestras, et non

τὰς ἑορτὰς ἃς ἐπιτελεῖν ἐπὶ τιμῇ δοκεῖτε τῇ ἐμῇ διὰ μίσους ἔχω, καὶ οὐ προσίεμαι ταύτας.
v. 21. “ Διότι ἐὰν ἐνέγκητέ μοι ὁλοκαυτώματα καὶ θυσίας ὑμῶν, οὐ προσδέξομαι· καὶ σωτηρίου
ἐπιφανείας ὑμῶν οὐκ ἐπιβλέψομαι. „ Κἂν θυσίας οὖν ἢ ὁλοκαυτώματα προσφέρητε, τὴν
ἐκ τῆς ἐπιφανείας τῆς ἐμῆς σωτηρίας ἐλπίζοντες διὰ τούτων λαβεῖν, οὔτε δέξομαι, ἀλλ' οὐδὲ
v. 23. προσέξω τοῖς γινομένοις ὅλως· τί οὖν; “ Μετάστησον ἀπ' ἐμοῦ ἦχον ᾠδῶν σου, καὶ ψαλμὸν
ὀργάνων σου οὐκ ἀκούσομαι. „ Παῦσαι δὴ καὶ τὰς ἐκ τῶν ψαλμῶν ᾠδὰς ἐπ' ἐμοὶ ποιούμενος,
ἐπεὶ μηδὲ τούτου μοι λόγος.

v. 24. “ Καὶ κυλισθήσεται ὡς ὕδωρ κρίμα, καὶ ἡ δικαιοσύνη ὡς χειμάρρους ἄβατος. „ Πρὸς
p. 182. γὰρ τὸν βίον φησὶν ὁρῶν τὸν ὑμέτερον, καὶ κατ' ἐκεῖνον τὴν κρίσιν τὴν καθ' ὑμᾶς ποιούμενος,
ὁρῶ δικαιοτάτην ὑμῖν ἐπαχθησομένην τὴν τιμωρίαν, ἣν καὶ ἐπάξω πᾶσιν ὑμῖν, χειμάρρου
v. 25. δίκην ἀδιεξόδευτον διὰ τὸ μέγεθος παντελῶς. “ Μὴ σφάγια καὶ θυσίας προσηνέγκατε
τεσσαράκοντα ἔτη ἐν τῇ ἐρήμῳ, οἶκος Ἰσραήλ; „ Ὅτι γὰρ μηδείς μοι θυσιῶν λόγος,
ἐκεῖθεν μάλιστα εἰδέναι προσῆκον ἦν ὑμᾶς, ἀφ' ὧν ἐπὶ τεσσαράκοντα τοῖς ἔτεσι κατὰ τὴν
ἔρημον, τοιοῦτο μὲν παρὰ τῶν πατέρων ἤτησα τῶν ὑμετέρων οὐδέν· αὐτὸς δὲ ἐπιμέλειαν αὐτῶν
v. 26. τὴν προσήκουσαν ποιούμενος διετέλουν. “ Καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολόχ, καὶ τὸ ἄστρον
v. 27. τοῦ θεοῦ ὑμῶν Ῥεμφάν, τοὺς τύπους οὓς ἐποιήσατε ἑαυτοῖς· καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Δα-
μασκοῦ, λέγει κύριος ὁ θεός, ὁ παντοκράτωρ ὄνομα αὐτῷ. „ Ἀλλὰ γὰρ συλλογίζεσθαι τὸ
δέον οὐ βουλόμενοι, θυσίαις με ἐκμειλίττεσθαι προσδοκᾶτε, ἄνδρες ἐμοῦ μὲν οὐδένα ποιού-
μενοι λόγον, τοῖς εἰδώλοις δὲ προσανέχειν ἐσπουδακότες· Μολὸχ γὰρ εἴδωλον λέγει παρ' αὐ-
τοῖς θρησκευόμενον· σκηνὴν δὲ τοῦ Μολόχ, ἵνα εἴπῃ ὅτι περιέπετε τοῦ εἰδώλου τὸν ναόν, καὶ
περὶ τοῦτον ἔχετε· καὶ δὴ καὶ περὶ ἄστρου θεραπείαν ἀσχολεῖσθε, θεοῦ προσηγορίαν αὐτῷ
p. 183. περιτεθεικότες· φασὶ δὲ τὸν ἑωσφόρον οὕτω κατὰ τὴν Ἑβραίων καλεῖσθαι γλῶτταν· καὶ δὴ καὶ

odorabor in coetibus vestris. „ Propter morum vestrorum improbitatem, sollemnitates etiam quas ad mei honorem celebrare creditis, odio habeo, neque eas excipio. “ Quod si mihi obtuleritis holocausta et sacrificia vestra, non suscipiam, et salutare conspectus vestri non respiciam. „ Etiamsi igitur sacrificia vel holocausta obtuleritis, salutem ex respectu meo sperantes ob haec impetrare, non admittam, neque quicquid feceritis pensi habebo. Quid ergo? “ Transfer a me sonitum carminum tuorum: psalmum organorum tuorum non audiam. „ Desine psalmorum carmina mihi componere, quoniam ne haec quidem mihi cordi sunt.

“ Et volvetur quasi aqua iudicium, et iustitia quasi torrens invius. „ Dum vestram considero vitam, et secundum hanc iudicium meum de vobis instituo, iustissimam video a me vobis impositum iri punitionem, quam reapse vobis omnibus adducam, quasi torrentem amplitudine sua prorsus intransibilem. Num hostias et sacrificia obtulistis mihi in deserto quadraginta annis, o domus Israhelis? „ Quod nulli curae mihi victimae sint, inde vos potissimum poteratis cognoscere, quod quadraginta annis in deserto, nihil huiusmodi a patribus vestris exegi: et tamen ego perpetuam illorum curam gessi. “ Et admisistis tabernaculum Molochi, et sidus Dei vestri Rhemphan, simulacra quae vobis formastis. Et transferam vos ultra Damascum, dicit dominus Deus, cui nomen omnipotens. „ Vos tamen de honestate cogitare nolentes, sacrificiis delinire me speratis, qui ceteroqui nullam mei rationem habetis, sed idolis studiose adhaeretis. Molochum vero dicit adoratum ab eis idolum: tabernaculum vero Molochi, id est idoli templum, frequentatis, eique curam impenditis: immo et sideris cultui vacatis, cui Dei appellationem attribuistis.

περὶ τὰ εἰκονίσματα ἃ τῶν ἑαυτῶν κατεσκευάσατε χερσί, περὶ ταῦτα τὴν πᾶσαν ἄγετε σχο-
λήν· εἶτα εἰδώλοις προσανέχοντες, καὶ μηδένα τῆς ἐμῆς θεραπείας ποιούμενοι λόγον, ἐκμει-
λίξεσθαί με προσδοκᾶτε ταῖς θυσίαις, ὧν οὐδὲν ὑμῖν γενήσεται ὄφελος· ἀπαχθήσεσθε γὰρ
αἰχμάλωτοι εἰς τόπους πολύ γε τῶν περὶ ὑμᾶς ἀφεστῶτας τόπων· τὸ γὰρ Δαμασκοῦ τοῦτο
λέγει· ἵνα ἀπὸ μέρους τοὺς ἄγαν ἀπῳκισμένους εἴπῃ τόπους· ὁ γοῦν μακάριος Στέφανος
ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἁγίων ἀποστόλων, πρὸς Ἰουδαίους τῇ μαρτυρίᾳ ταύτῃ χρησάμενος, μετοι-
κιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Βαβυλῶνος ἔφη *, τοὺς ἐνταῦθα μηνυομένους τόπους σαφέστερον εἰ- * Act. VII. 43.
ρηκώς (1). Καὶ ἐπειδὴ περὶ ταῦτα τὴν σχολὴν εἶχον ἀφεστῶτες θεοῦ, ἐπάγει.

ΚΕΦ. ς'.

" Οὐαὶ τοῖς ἐξουθενοῦσι Σιών, καὶ τοῖς πεποιθόσιν ἐπὶ τὸ ὄρος Σαμαρείας. „ Ἀλλὰ v. 1.
γὰρ ἐλεεινότατοι πάντων ἐστὲ οἱ τὸ μὲν Σιὼν ὄρος καὶ τὸν ἐν αὐτῷ θρησκευόμενον παρηγρά-
ψασθε θεόν· τῇ Σαμαρείᾳ δὲ καὶ τοῖς αὐτόθι ἱδρυμένοις προσέχετε εἰδώλοις. " Ἀπετρύγη-
σαν ἀρχὰς ἐθνῶν, καὶ εἰσῆλθον ἑαυτοῖς, οἶκος τοῦ Ἰσραήλ. „ Οὐκ ἀναλογισάμενοι ἡλίκα
παρέχειν ὑμῖν, ὃς ἐπὶ τοῦ Σιὼν ὄρους ἅπασαν αὐτῷ προσάγεσθαι τὴν θρησκείαν προστάξας ὁ p. 104.
θεός· οὐδ᾽ ὅτι πλεῖστα ὅσα ἔθνη τε καὶ τοὺς τούτων ἄρχοντας περικόψας τε καὶ ἀφανίζων παν-
τελῶς, τὴν ἐν τοῖς ἐκείνων τόποις εἴσοδόν τε καὶ οἴκησιν παρέχειν ὑμῖν· καὶ δεικνὺς τῆς θείας
δωρεᾶς τὸ μέγεθος ὁπόσον ἐστὶ " διάβητε πάντες καὶ ἴδετε εἰς Χαλάνην, καὶ διέλθετε ἐκεῖ- v. 2.
θεν εἰς Αἰθὰμ τὴν μεγάλην, καὶ κατάβητε ἐκεῖθεν εἰς γῆν τῶν ἀλλοφύλων, τὰς κρατίστας ἐκ
πασῶν τῶν βασιλειῶν τούτων, εἰ πλείονά ἐστι τὰ ὅρια αὐτῶν τῶν ὑμετέρων ὁρίων. „ Περιέλ-

Hebraicae linguae periti aiunt hunc esse luciferum. Quin adeo apud simulacra etiam, quae vestris manibus fabricastis, tempus omne consumitis. Iamvero qui idolis adhaeretis, et nullam religionis meae sollicitudinem geritis, placare me tamen sacrificiis speratis, quae nihil certe vobis proderunt: abducemini enim in loca a vestris sedibus longe distantia; id enim vocabulo Damasci innuit; nempe a parte, quaelibet loca longinqua. Beatus ergo Stephanus in sanctorum apostolorum actibus, testimonio hoc in sermone ad Iudaeos utens, transferam vos ultra Babylonem, ait; loca heic designata apertius nominans. Et quia a Deo apostatae circa idola tempus terebant, addit.

CAP. VI.

" Vae contemnentibus Sionem, et confidentibus in monte Samariae! „ Sed enim vos infelicissimi, qui Sionem montem et excultum in ipso Deum deseruistis; Samariae vero constitutisque illic idolis adtenditis! " Vindemiarunt primitias gentium, et ingressi sunt sibi ipsis, domus Israhel. „ Non reputantes quanta vobis contulit ille qui in Sione monte omnem sibi exhiberi cultum iussit Deus: nec quod plurimas gentes earumque principes caedens et omnino destruens, ingressum in ea loca vobis incolatumque concessit. " Transite in Chalanem, et videte: et ite inde in Emath magnam: et descendite illinc in terram alienigenarum, et ad optima quaeque regni horum: si latiores termini eorum terminis vestris sunt. „ Peragrate

(1) Ita Stephanum cum Amoso breviter ingenueque conciliat Theodorus. Placet autem heic Grotius: « Lucas rem magis spectans quam verba, *ultra Babylonem* ait; recte, nam Assyria et Armenia, in quam » transportati fuerunt Israhelitae, ultra Damascum et Babylonem sunt. » Neque displicet Vatablus qui interpretatur hebraicum מהלאה לדמשק *in regionem a vestra remotissimam*. Conf. etiam Simon. lex.

θετε γάρ φησι τήν τε ἀλλοφύλων καὶ πάντων δὴ τῶν περιοίκων τὴν χώραν· καὶ δὴ καὶ τὰς μεγίστας τῶν ἐν αὐτοῖς πόλεων ἰδόντες, δοκιμάσατε τῆς τε χώρας τῆς ὑμετέρας τὸ μέγεθος καὶ τὸ πλάτος, καὶ δὴ καὶ τῶν ἐκείνων· ὡς ἂν ἐκ παραθέσεως γνοίητε ὅσην ὑμῖν παρὰ πάντας ἐκείνους εἰς οἴκησιν δέδωκε γῆν, ὡς ἂν μετὰ πολλῆς ἐπ' αὐτῆς διάγοιτε τῆς εὐρυχωρίας· εἶτα πάλιν ὀνειδίζει τὰς ἀτόπους πράξεις αὐτοῖς.

v. 3. « Οἱ ἐρχόμενοι εἰς ἡμέραν κακήν, οἱ ἐγγίζοντες καὶ ἐφαπτόμενοι σαββάτων ψευ-
v. 4. δῶν· οἱ καθεύδοντες ἐπὶ κλινῶν ἐλεφαντίνων, καὶ κατασπαταλῶντες ἐπὶ ταῖς στρωμναῖς αὐ-
τῶν· οἱ ἐσθίοντες ἐρίφους ἐκ ποιμνίων, καὶ μοσχάρια ἐκ μέσου βουκολίων γαλαθηνά· οἱ
v. 5. p. 185. ἐπικροτοῦντες πρὸς τὴν φωνὴν τῶν ὀργάνων, ὡς ἑστῶτα ἐλογίσαντο καὶ οὐχ ὡς φεύγοντα· οἱ
v. 6. πίνοντες τὸν διυλισμένον οἶνον, καὶ τὰ πρῶτα μύρα χριόμενοι· καὶ οὐκ ἔπασχον ἐπὶ τῇ
συντριβῇ τοῦ Ἰωσήφ. » Ἀλλὰ γὰρ ὑμεῖς εἰς πεῖραν ἐλεύσεσθε τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ἣ μέγιστον
ὑμῖν ἐσμὸν ἐπάγει κακῶν· οἱ τὰ μὲν σάββατα μετιέναι προσποιεῖσθε, οὐκ εὐσεβείας ἕνε-
κεν, ἀλλ' ὥστε εἰς παρανομίαν καταχρήσασθαι τῇ ἀργίᾳ· πολλὴν δὲ ἄχρι τῶν κλινῶν καὶ τῆς
ἐν αὐταῖς στρωμνῆς τόν τε πλοῦτον ἐπιδεικνύμενοι καὶ τὴν ἀσέλγειαν, ἐκ τῆς τῶν πενήτων
ἁρπαγῆς, ἐρίφους τε καὶ βόας καὶ παντοῖα κατεσφάττετε ζῶα· ὀργάνων τε ᾠδαῖς καὶ κρό-
τοις κεχρημένοι χειρῶν· οἶνόν τε προσφέρεσθε διυλισμένον ὡς ἂν πλείονος ὑμῖν ἐμφορεῖσθαι
δυνατὸν ὑπάρχῃ· καὶ δὴ καὶ μύροις καταχρίεσθε ἐκλεκτοῖς· καὶ ταῦτα δὴ μετιέτε, διαμένειν
ὑμῖν τὴν ἀπόλαυσιν αὐτῶν προσδοκῶντες, καὶ οὐδέποτε ὑμᾶς ἀποστήσεσθαι· οὐκ ἀναλογι-
ζόμενοι τε οἵαν τινὰ ὑπὲρ τούτων ὑπομενεῖτε τὴν τιμωρίαν· συντριβὴν γὰρ τοῦ Ἰωσὴφ κἀν-
ταῦθα πάλιν ἀπὸ μέρους τοὺς πάντας λέγει· ἵνα εἴπῃ ὅτι εἰς ἔννοιαν οὐ λαμβάνετε τὴν
v. 7. p. 186. νῦν συντριβὴν ἣν ὑπὲρ τούτων ὑπομένετε. « Διὰ τοῦτο νῦν αἰχμάλωτοι ἔσονται ἀπ' ἀρ-
v. 8. χῆς δυναστῶν· καὶ ἐξαρθήσεται χρεμετισμὸς ἵππων ἐξ Ἐφραίμ· ὅτι ὤμοσε κύριος καθ'

enim, inquit, alienigenarum et finitimorum omnium regionem: et postquam maximas ipsorum urbes lustraveritis, aestimate vestrae regionis magnitudinem ac latitudinem prae illis: ut comparando noscatis, quantam vobis prae illis omnibus ad habitandum terram concesserit, ut in ea spatiose admodum vitam degeretis. Postea rursus improbos illorum actus vituperat.

" Venientes in diem malam, propinquantes et attingentes falsa sabbata: dormientes in lectis eburneis, et lascivientes in stratis suis: comedentes haedos de gregibus, et lactentes vitulos de medio armentorum: plaudentes ad vocem organorum, quasi stabiles res existimarunt et non fugaces: bibentes vinum defaecatum, et unguentis primis peruncti: et nihil patiebantur super Iosephi contritione. ,, Verumtamen vos diem illam experiemini, quae maximum vobis malorum examen adducet: qui sabbata observare simulatis, non religionis gratia, sed ut ad peccandum otio abutamini: multum insuper in lectis etiam statisque luxum lasciviamque ex pauperum rapina ostentantes, haedorum quoque ac boum, et cuiusvis generis animalium macellum instruitis: et inter organorum cantica et manuum plausus vinum apponitis defaecatum, quô bibere largius possitis: denique unguentis quoque selectis ungimini. Haec autem faciebatis, sperantes constantem illorum usum, et numquam vobis defuturum: nec reputare voluistis qualis et quanta vobis poena foret sustinenda. Nam Iosephi contritionem heic quoque dicit partem pro Israhele toto: id est in mentem vobis non venit contritionis, quam nunc ea propter patimini. " Ideo nunc captivi erunt sub principatu dynastarum: et auferetur hinnitus equorum ex Ephraimo. Quia iuravit Dominus per semet ipsum dicens: dominus Deus

ἑαυτοῦ λέγων· κύριος ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων, διότι βδελύσσομαι ἐγὼ πᾶσαν τὴν ὕβριν Ἰακώβ, καὶ τὰς χώρας αὐτοῦ μεμίσηκα, καὶ ἐξαρῶ πόλιν σὺν πᾶσι τοῖς κατοικοῦσιν αὐτήν. „ Ἐπειδὴ γὰρ οὐδένα λόγον τῶν ἀπειλουμένων ποιεῖσθε, αὐτῇ τῇ πείρᾳ γνώσεσθε τῶν μηνυομένων τὴν ἀλήθειαν· ἀπαχθήσεσθε γὰρ ἅπαντες αἰχμάλωτοι ὑπὸ ἀρχόντων δύναμιν περιβεβλημένων πολλήν· ὥστε καὶ τὴν παρασκευὴν ὑμῶν τὴν πολεμικὴν σὺν τοῖς ἵπποις ἀφανισθῆναι παντελῶς· ἐπειδὴ γὰρ πᾶσαν ὑμῶν τὴν παρανομίαν βδελύττεται θεός, ἣν ἐφ' ὕβρει αὐτοῦ πληροῦν οὐκ ὀκνεῖτε, ὥστε καὶ τὰς πόλεις ὑμῶν καὶ τὰς χώρας τῆς ἀσεβείας πεπληρῶσθαι ταύτης, εἰκότως ἁπάσας ὑμῶν σὺν ταῖς χώραις τὰς πόλεις μετὰ τῶν οἰκούντων ἀφανιεῖ· εἶτα εἰς ἀπόδειξιν τοῦ μεγέθους τῆς ἐρημώσεως λέγει.

« Καὶ ἔσται ἐὰν ἀπολειφθῶσι δέκα ἄνδρες ἐν οἰκίᾳ μιᾷ, ἀποθανοῦνται· καὶ ὑπολει- v. 9.
φθήσονται οἱ κατάλοιποι, καὶ λήψονται οἱ οἰκεῖοι αὐτῶν· καὶ παραβιῶνται τοῦ ἐξενεγκεῖν τὰ
ὀστᾶ αὐτῶν ἐκ τοῦ οἴκου· καὶ ἐρεῖ τοῖς προεστηκόσι τοῦ οἴκου, εἰ ἔτι ὑπάρχει παρὰ σοί· καὶ ἐρεῖ, v. 10.
οὐκέτι· καὶ ἐρεῖ, σίγα, ἕνεκεν τοῦ μὴ ὀνομάσαι τὸ ὄνομα κυρίου. „ Ἔστι μὲν ἐκ τῆς ἑρμη- p. 187.
νείας ἀσάφεια πολλὴ συμπεπλεγμένη τοῖς ῥητοῖς· καὶ παρέοικε τι τοῖς ἐν τῇ κτίσει, ἔνθα
περὶ τῶν συνθηκῶν λέγει, ἃς Λάβαν τε καὶ Ἰακὼβ ἐποιήσαντο πρὸς ἀλλήλους *, ἐπὶ τοῖς τῶν * Gen. XXX. 31.
προβάτων τικτόμενα, τὰ μὲν τοῦτον τὰ δ' ἐκεῖνον ἔχειν· ἐπεὶ κἀκεῖνο ἀσαφὲς μέν ἐστιν ἐν τῇ λέξει· ὁ δὲ νοῦς ἐπὶ τῆς ἑρμηνείας δέχεται τὴν σαφήνειαν· ἀνάγκη δὲ καὶ τούτου τὸν νοῦν ἐκθεῖναι, ἀσαφῶς δηλούμενον ἐν τῇ λέξει· βούλεται γὰρ εἰς ἀπόδειξιν τῆς καταληψομένης αὐτοὺς ἐρημίας ὡς ἄγαν οὔσης μεγίστης τοῦτο εἰπεῖν· ὅτι πολλάκις, φησίν, ἐξ οἰκίας μεγίστης πολυανθρώπου μόγις ὑπολειφθήσονται δέκα, τῶν λοιπῶν ἀναιρεθέντων ἐν τῷ πολέμῳ ποικίλως· οἷόν τι καὶ ἐν τοῖς ἀνωτέροις φησίν· ὅτι ἐκ μὲν τῶν ἑκατὸν, δέκα μενοῦσιν· ἑκατὸν δὲ, ἐκ τῶν χιλίων· εἶτα φησὶν ἀποθανόντων τὰ σώματα καὶ ἔνδον κειμένων ἐξενεγ-

virtutum, abominor ego contumeliam Iacobi, et regiones eiusdem odi, destruamque urbem cum omnibus incolentibus ipsam. „ Quia minas flocci facitis, experimento ipso agnoscetis praedictionum veritatem: abigemini enim captivi omnes sub principibus magna potestate praeditis: quare omnis vester apparatus bellicus cum equis prorsus disperibit. Nam quia vestram omnem nequitiam abominatur Deus, quam in eius contumeliam consummare non dubitatis, ita ut urbes aeque ac regiones sceleribus his redundent, merito urbes vestras omnes ac regiones cum incolis vastabit. Deinde ob ostendendam solitudinis magnitudinem ait. « Et erit, si remanserint decem viri in una domo, morientur: et remanebunt reliqui: et sument domestici eorum: et conabuntur efferre domo ossa eorum: et dicet iis qui praesunt domui, num adhuc apud te est? Et dicet: nequaquam. Et dicet: tace, ut non nomines nomen Domini. „ Profecto his dictis inest obscuritas multa ad explanandum: videturque locus similis illi in genesi ubi de conventione sermo est Labani et Iacobi inter se, circa ovium partus, utros horum hic vel ille haberet: nam certe et illud laborat in verbis obscuritate, nec nisi interpretando, sensus eius deducitur ad claritatem. Oportet autem et praesentis dicti sensum exponere, obscura dictione nobis recitatum. Nimirum haec ait propheta, significare volens maximam fore vastitatem. Nam saepe, inquit, in ampla ac numerosa familia vix decem remanebunt homines, ceteris belli multifariam interfectis: quomodo et in superioribus dixit, de centum decem superfuturos; et de mille, centum. Tum mortuis inquit ceteris, ii qui superfuerint, sedulam dabunt operam ut omnia extinctorum corpora quae intus iacent, efferant ac sepulturae tradant. Hoc autem ait, quia mul-

κἂν τι καὶ παραδοῦναι ταφῇ· τοῦτο δὲ λέγει ὡς καὶ τοῦ πολέμου πολυτρόπως ποιοῦντος τὰς σφαγάς, καὶ τῶν ἀναιρουμένων ποικίλως ἐν διαφόροις μέρεσι τῆς οἰκίας κειμένων· ὡς ἐν τοιαύτῃ τῇ καταστάσει καί τινων τῶν τῆς οἰκίας μερῶν κατασπωμένων τε καὶ πιπτόντων τοῖς
p. 188. σώμασι· διὸ καὶ τὸ παραβιάσονται εἶπεν· δεικνὺς ὅτι παραβεβιασμένον καὶ οὐκ εὔκολον ἐπιχειροῦσι πρᾶγμα, τὰ σώματα ἅπαντα βουλόμενοι ταφῇ παραδοῦναι· εἶτα φησίν· ἀπειπόντες πρὸς τὸ τῶν ἐξενεχθέντων πλῆθος νεκρῶν, λόγους δή τινας ποιήσονται πρὸς ἀλλήλους διαμφισβητοῦντες· εἴ τι ἄρα πάντα ἐξενήνεγκται τὰ σώματα, εἴ τι καὶ ἔτι εἴη κείμενα ἄταφα· προεστηκότας γὰρ τῆς οἰκίας αὐτοὺς τοὺς ὑπολειφθέντας ἐξ ἁπάντων λέγει τοὺς δέκα· οἷον εἰπεῖν ὡς ἂν πρὸς ἀλλήλους ἐρωτῶντάς τι ταῦτα· ἐπειδὰν γὰρ αὐτοῖς ἐγγένηταί πως πάντα τε ἐκβαλεῖν καὶ ταφῇ παραδοῦναι τὰ σώματα, γνώσονται μὲν οὐκέτι ὄντας νεκρούς· ὁρῶντες γὰρ τὴν κατέχουσαν τὸν οἶκον ἡσυχίαν ἔκ τε τοῦ πλήθους τῶν ἀπολωλότων καὶ τῆς τῶν οἰκούντων ἐρημίας, ἄγαν ὑπολειφθέντων ὀλίγων ἐξ οἰκίας τε τοσαύτης καὶ πλήθους τῶν οἰκούντων αὐτήν· σιωπῇ δέ τινι κατασχεθέντες ἐπὶ τοσούτοις καὶ τηλικούτοις γεγονόσι κακοῖς· καὶ μόνον οὐκ ἀφωνίᾳ ληφθέντες διὰ τὴν τῶν ἐπεληλυθότων κακῶν ὑπερβολήν, ἀναλογιοῦνται τότε δὴ τῶν γεγονότων τοσούτων καὶ τηλικούτων κακῶν τὴν αἰτίαν· καὶ ὅτι ὑπὲρ ὧν δι' ἀμελείας εἶχον τὴν τοῦ θείου θεραπείαν, ἀποστάμενοί τε τὴν ὀνομασίαν τοῦ πάντων κυρίου,
p. 189. προσανεῖχον εἰδώλοις, ταῦτα δὴ αὐτοῖς ἐπήλυθε τὰ κακά, αἰχμαλωσία τε, καὶ οἴκων κατάπτωσις, καὶ πλῆθος ἀναιρεθέντων, καὶ οἰκούντων ἐρημία· ἐπάγει γ' οὖν ὥσπερ εἰς βεβαίωσιν τῶν εἰρημένων.

v. 11. “ Διότι ἰδοὺ κύριος ἐντέλλεται, καὶ πατάξει τὸν οἶκον τὸν μέγαν θλάσμασι, καὶ τὸν οἶκον τὸν μικρὸν ῥήγμασιν. ,, Ὡς γὰρ τὴν αἰτίαν λέγων, δι' ἣν τοσοῦτος ἔσται πόνος τοῦ τὰ σώματα τῶν ἀποθανόντων ἐξενεχθέντα παραδοθῆναι ταφῇ, προσέταξε φησὶν ὁ θεός, καὶ διὰ τοῦτο πάντα οἶκον μέγαν τε μικρόν, τὸν μὲν μερικαῖς παραδώσει βλάβαις· τοῦτο γὰρ

timodis in bello strages fiunt, et varie occisi in diversis aedium partibus iacent: acciditque interdum, ut hoc rerum statu partes quoque aedium nonnullae convellantur et in corpora decidant. Ideo etiam, conantur, dixit; ut significet laboriosum nec facile habere negotium eos qui cadavera omnia mandare sepulturae voluerint. Deinde ait: lassitudine confecti ob elatorum cadaverum multitudinem, verba quaedam facient, mutuo altercantes, num omnia exportata sint corpora, an adhuc aliqua insepulta iaceant. Et quidem domui praesidentes denotat illos qui ex universo numero, decem remanserant. Quasi ergo mutuis sermonibus ita loquentes introducit. Postquam vero cuncta efferre et sepelire cadavera potuerint, tum demum nullum iam remanere de extinctis cognoscent, dum altum aedium silentium videbunt, ob occisorum multitudinem et inquilinorum solitudinem, paucis admodum relictis in tam magna domo tantoque habitantium numero. Quare taciturni in talibus tantisque malis fient; ac prope amissa voce, propter aerumnae summam gravitatem, mente tum revolvent, quaenam tam dirorum malorum causa extiterit: quod nempe, divino cultu neglecto, contemptoque universalis Domini nomine, idolis se addixerint, idcirco haec sibi evenisse mala, captivitatem, aedium ruinam, interfectorum multitudinem, habitantium solitudinem. Addit ergo quasi ad dictorum confirmationem.

“ Ideo ecce Dominus mandat, et percutiet domum magnam ruinis, et domum parvam scissionibus. ,, Quasi causam dicens, cur tantus futurus sit labor mortuorum corpora efferendi ac sepulturae tradendi, propterea Deus, inquit, domos omnes seu magnas seu parvas, partim aliquo detrimento adficiet; id enim de-

λέγει ῥήγμασι· τὸν δὲ τοῖς καθόλου· τὸ γὰρ θλάσμασι τοῦτο δηλοῖ. οὐ γὰρ τοῦτο λέγει, ὅτι
τὸν μὲν μέγαν θλάσμασι, τὸν δὲ μικρὸν ῥήγμασι πατάξει· ἀλλ' ὅτι οὔτε μέγας οἶκος
διαφεύξεται τὴν τιμωρίαν, οὔτε βραχύς· διαφόρως δὲ οἱ μὲν, ἐκ μέρους δέξονται τὴν βλά-
βην· οἱ δὲ, καὶ κατενεχθήσονται παντελῶς· οἷα δὴ γίνεσθαι πέφυκεν ἐν πολέμῳ καὶ πολιορκίᾳ
πολλῇ. Καὶ τὸ τῶν εἰρημένων ἀναντίρρητον δεικνὺς ἐπάγει. " Εἰ διώξονται ἐν πέτραις ἵπποι. ,, v. 12.
Ἀλλ' οὔτε ἵππους τις κατὰ πετρῶν ἐλάσειεν ἄν, ἀλλ' ἔνθα συνεργεῖν τὸν τόπον συμβαίνει τῷ
δρόμῳ ἵππων· οὔτ' ἂν ὑμῖν ἐπεγίνετο ταῦτα, εἰ μὴ τὴν αἰτίαν αὐτοὶ παρέχετε τοῦ τοιαῦτα
παθεῖν. " Εἰ παρασιωπήσονται ἐν θηλείαις. ,, Οὐ μὲν οὐδὲ ἐν μέσῳ θηλειῶν ἵπποι γε- p. 190.
γονότες, ἡσυχίαν ἀγάγοιεν, παρουσῶν τῶν δέξασθαι τὴν ἐξ αὐτῶν ὁρμὴν οἵων τε οὐσῶν· ὥστε
οὐδὲ τοὺς πολεμίους ἡσυχίαν ἀγαγεῖν ἐφ' ὑμῖν δυνατὸν, τὴν ἀφορμὴν διὰ τῆς παρανομίας
δεδωκότων ὑμῶν τοῦ τοιαῦτα γενέσθαι παρ' αὐτῶν εἰς ὑμᾶς. " Ὅτι ἐξεστρέψατε εἰς θυμὸν
κρίμα, καὶ καρπὸν δικαιοσύνης εἰς πικρίαν. ,, Νῦν γὰρ, φησὶν, ἀφ' ὧν διεπράξασθε, πεί-
σεσθε τοιαῦτα, εἰς ὀργὴν συγκινήσαντες τὸν θεὸν, ὥστε κρῖναί τε τὰ καθ' ὑμᾶς· καὶ ἐπειδὴ
δικαίαν οἶδεν ὑφέξοντας τὴν τιμωρίαν, τὴν τοσαύτην ἐπαγαγεῖν ὑμῖν τῶν κακῶν τὴν πικρίαν·
λέγει δὲ πάλιν καὶ τὰ παρ' αὐτῶν οὐ δεόντως γινόμενα, ὑπὲρ ὧν δὴ τὰ προρρηθέντα ἐπε-
λεύσεται αὐτοῖς κακά. " Οἱ εὐφραινόμενοι ἐπ' οὐδενὶ λόγῳ ἀγαθῷ· οἱ λέγοντες, οὐκ v. 13.
ἐν τῇ ἰσχύϊ ἡμῶν ἔχομεν κέρατα; ,, Ταῖς μὲν γὰρ τῶν προφητῶν συμβουλαῖς προσέχειν
οὐκ ἐθέλετε ὑπομιμνησκόντων ὑμᾶς ἁμαρτάνοντας, καὶ ἐπαναγόντων ἐπὶ τὸ δέον· τῇ δὲ
οἰκείᾳ δυνάμει λογισάμενοι τὸ πάντοτε πάντων κεκρατηκέναι τῶν ἐχθρῶν, ἐν οὐδενὶ τῶν ἀπει-
λουμένων τίθεσθε τὴν βαρύτητα, ὡς ἂν ἀρκοῦντες καὶ νῦν ἀντιστῆναι τοῖς πολεμίοις· τί οὖν;
" Διότι ἰδοὺ ἐγὼ ἐπεγείρω ἐφ' ὑμᾶς, οἶκος Ἰσραὴλ, φησὶ κύριος ὁ θεὸς, στρατιῶν v. 14.
ἔθνος· καὶ ἐκθλίψουσιν ὑμᾶς τοῦ μὴ εἰσελθεῖν εἰς Αἱμὰθ, καὶ ἕως τοῦ χειμάρρου τῶν δυσμῶν. ,, p. 191.

notatur verbo scissionibus; partim universali, nam verbum ruinis hoc dicit. Neque tamen divise dicit, domum magnam ruinis, parvam scissionibus percutiet; sed, neque magnam domum neque exiguam absque poena fore: ceterum diverse, alias quidem domos detrimentum passuras, alias omnino fore prosternendas, prout in bello diuturnaque obsidione usuvenit. Et dictorum certitudinem ostendens, subdit. " Si persequentur in petris equi. ,, Nemo certe equos per petras aget, sed illuc potius ubi locus favere equorum cursui potest. Sic ne vobis quidem haec contigissent, nisi causa patiendi ea per vos extitisset. " Si reticebunt ad feminas. ,, Neque profecto in medio feminarum equi quiescent, praesentibus illis quae illorum impetum admittere possunt. Sic neque hostes ad vos adgrediendum inertes erunt, vestris peccatis occasionem praebentibus ut ita contra vos se gerant. " Quia convertistis in furorem iudicium, et fructum iustitiae in amaritudinem. ,, Nunc en, inquit, vestris digna factis haec patiemini, Deo ad iram commoto ut iudicio de vobis decernat: et quia vos poenam meritos scit, hanc malorum vobis inferet amaritudinem. Mox denuo inhoneste ab iis acta recitat, quorum causa praedicta mala evenient. " Qui nullo bono verbo laetamini: qui dicitis, nonne ex nostra fortitudine cornua habemus? ,, Prophetarum consiliis non vultis auscultare, qui vos peccantes commonefaciunt, atque ad honestum revocant: sed vestris viribus semper tribuentes de hostibus cunctis victoriam, nihili aestimatis minarum gravitatem, quasi nunc quoque obsistere hostibus valeatis. Quid ergo?

" Idcirco en ego suscito adversus vos, domus Israhelis, gentium exercitum, qui vos conterent, quominus ingrediamini in Aemath, et usque ad occidentis tor-

Ὑπὲρ δὴ ταύτης ὑμῶν φησὶ τῆς γνώμης, ὁ πάντων τῶν ἁπανταχοῦ δυνατῶν κύριος, ἐπεγερεῖ τοὺς πολεμίους ὑμῖν, μεγίστην ἐπάξοντας τῶν κακῶν τὴν πεῖραν, ὡς ἀπὸ Αἰμὰθ (λέγει δὲ τόπον ὅριον προκείμενον τῶν αὐτοῖς προσηκόντων) ἄχρι πέρατος τῶν ὁρίων ὑμῶν ἅπαντας περιχεῖν τὸ κακόν· λέγει γοῦν ἐν ταῖς βασιλείαις περὶ Ἱεροβοὰμ τοῦ Ἰωὰς, ἐφ' ὅνπερ καὶ ὁ προφήτης γέγονεν ὄντως αὐτός. Ἀπεκατέστησε τὸ ὅριον Ἰσραὴλ ἀπὸ εἰσόδου Αἰ-
* IV. Reg. XIV. 25. μὰθ ἕως τῆς θαλάσσης τῆς πρὸς ἑσπέραν *. Ὡς δῆλον εἶναι ὅτι πέρατα τῶν ἰσραηλιτικῶν ὁρίων ἦν τὰ ταῖς ὀνομασίαις δηλούμενα ταύταις· βούλεται γὰρ εἰπεῖν ὅτι ἐκεῖθεν ἀρξάμενον τὸ κακὸν πάντας ὑμᾶς ἐπελεύσεται, ὡς μηδενὸς δυνηθέντος τῶν πολεμίων τὰς χεῖρας διαφυγεῖν, ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων αἴσθησιν ὑμᾶς λαβεῖν, ὅτι οὔτε πρότερον τι κατὰ τῶν πολεμίων δίχα τῆς θείας ἰσχύσατε ῥοπῆς· καὶ νῦν ἐν τοσαύτῃ πείρᾳ καθέστητε κακῶν, ἐπειδὴ τῆς αὐτοῦ βοηθείας ἔξω γεγόνατε· τούτοις ἀποκάλυψιν προστίθησιν ἣν εἶδεν ὁ προφήτης εἰς βεβαίωσιν τῶν εἰρημένων.

ΚΕΦ. Ζ'.

v. 1. p. 182. « Οὕτως ἔδειξέ μοι κύριος· καὶ ἰδοὺ ἐπιγονὴ ἀκρίδων ἐρχομένη ἑωθινὴ, καὶ ἰδοὺ βροῦ-
v. 2. χος εἷς, Γὼγ ὁ βασιλεύς· καὶ ἔσται, ἐὰν συντελέσῃ τοῦ φαγεῖν τὸν χόρτον τῆς γῆς· καὶ εἶπον,
v. 3. κύριε κύριε, ἵλεως γενοῦ· τίς ἀναστήσει τὸν Ἰακὼβ, ὅτι ὀλιγοστός ἐστι; μετανόησον κύριε ἐπὶ
τούτῳ· καὶ τοῦτο οὐ μὴ γένοιτο, λέγει κύριος. „ Τεθεᾶσθαι γὰρ ἀκρίδων τε καὶ βρούχων
λέγει πλῆθος, ὧν τὸ μὲν ἦν ἀσσύριον, τὸ δὲ τὸ βαβυλώνιον ἐδήλου, ὡς ἂν ἐπελευσο-
μένων τε καὶ ἀφανιούντων ἅπαντα, ἀκρίδος τε καὶ βρούχου δίκην· ἀλλ' ὡς εἶδον, φησὶ, τὸ
πλῆθος αὔταρκες ὂν ἅπαντα ἀφανίσαι τὸν ἐκ τῆς γῆς ἀναδιδόμενον καρπὸν, προσπεσών,
φησὶν, ᾔτησα συγγνώμην δοθῆναι τοῖς πταίσμασι τοῖς ἡμετέροις, ὁρῶν μὲν τὴν ἀπολο-

rentem. „ Ob has ergo cogitationes vestras, omnium quotquot ubique sunt potentium dominus, hostes vobis suscitabit, qui maximam vobis malorum vim adducent, ita ut ab Aemath (dicit autem locum terminalem finitimis illorum obiectum) usque ad finium vestrorum extremitatem, universalis futura sit calamitas. Ergo loquitur sub regnis Hieroboami Ioaso geniti, cuius reapse aetate hic ipse propheta vixit. « Constituit (Hieroboamus Ioasi filius) fines Israhelis ab introitu Aemath, atque ad mare occidentale: ita ut constet fines israheliticos fuisse, qui his nominibus denotantur. Dicere autem vult, mala illinc initio ducto, vos quoque omnes correptura, quia nemo hostium manus evadere poterit. Atque hinc ex rebus ipsis cognoscetis, ne praeterito quidem tempore quicquam vos, absque Dei potentia, adversus hostes valuisse. Ecce enim nunc, subtracto illius auxilio, in tanta malorum pressura versamini. Hic subnectit propheta revelationem quam vidit, ad dictorum suorum confirmationem.

CAP. VII.

« Haec ostendit mihi dominus Deus. Et ecce foetus locustarum, et ecce bruchus unus, Gog rex. Et erit, si compleverit vorare foenum terrae. Et dixi: Domine, Domine, propitius esto. Quis suscitabit Iacobum? quoniam modicus est. Poeniteat te, Domine, super hoc. „ Vidisse se ait locustarum bruchorumque multitudinem: et illac quidem Assyrios, hi vero Babylonios denotabant: quia venturi erant, et omnia quasi locustae et bruchi consumpturi. Sed cum vidi, inquit, multitudinem talem omni terrae fructui vastando parem; procidens, inquit, veniam postulavi pec-

μένων τὸ πλῆθος, ὁρῶν δὲ τὴν περιλειφθέντων τὴν ὀλιγότητα· ἀνέλπιστον δὲ λοιπὸν ἡγού-
μενος καὶ τὴν μεμενηκότων τὴν σωτηρίαν, εἰ μὴ θεὸς ἵλεως τοῖς ἁμαρτήμασι γεγονὼς τοῖς
ἡμετέροις, ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβάλοι τὰ πράγματα· οὐκ ἐδέξατο δέ, φησι, τὴν δέησιν
ταύτην ὁ θεός, ἐπειδὴ μείζονα ἱλασμοῦ τῶν ἁμαρτηθέντων αὐτοῖς ἡγεῖτο τὸ πλῆθος· οὐ χρὴ
δὲ θαυμάζειν εἰ εἶπε Γὼγ ὁ βασιλεύς, ἐπειδὴ καὶ ἀσσυρίοις πρότερον, καὶ βαβυλωνίοις
μετ' ἐκεῖνο, πολλοὶ καὶ τῶν σκυθικῶν ἐθνῶν συνέπραττον εἰς τὸν πόλεμον· ὧν περ αὐτὸς
ἐβασίλευεν ὁ Γώγ, ὑπὲρ ἐμνημόνευσεν οὐχ ὡς ἄρχοντος τοῦ πολέμου τότε, ἀλλ' ὡς τοῖς ἄρ-
χουσι συμμαχοῦντος· οὐ γὰρ ἄδηλον ὅτι καὶ ὁ ἀσσύριος πρότερον ἐθνῶν πολλῶν ἐκράτει, p. 183.
καὶ μετ' ἐκεῖνον ὁ βαβυλώνιος· οὓς ἅπαντας μετὰ τῶν σατραπῶν τῶν οἰκείων, εἴτ' οὖν βασι-
λειῶν, οὐκ ἀπεικὸς ἦν καὶ παρεῖναι καὶ συμπράττειν αὐτοὺς τῷ πολέμῳ. Εἶτα πάλιν ἑτέραν
ἀποκάλυψιν λέγει.

« Οὕτως ἔδειξέ μοι κύριος ὁ θεός· καὶ ἰδοὺ ἐκάλεσεν τὴν δίκην ἐν πυρὶ κύριος, καὶ v. 4.
κατέφαγε τὴν ἄβυσσον τὴν πολλήν, καὶ κατέφαγε τὴν μερίδα· καὶ εἶπον, κύριε κόπασον δή, τίς v. 5.
ἀναστήσει τὸν Ἰακὼβ ὅτι ὀλιγοστός ἐστι; μετανόησον κύριε ἐπὶ τούτῳ· καὶ τοῦτο οὐ μὴ γένη- v. 6.
ται, λέγει κύριος ὁ θεός. » Ἐθεασάμην γάρ φησι πάλιν τὸν θεόν, καλοῦντα τὴν δίκην
καθ' ἣν ἅπασι δικάζειν εἴωθε τοῖς ἀνθρωπίνοις, μετ' ἀκριβείας τε καὶ ἐξετάσεως πολλῆς
τὰ κατ' αὐτοὺς οἰκονομεῖν εἰωθώς· ἐκάλεσε δὲ ἐν πυρί, ἐπειδὴ τοιαύτης τιμωρίας ἡγεῖτο
τὰ πεπραγμένα· ἀφ' οὗ δή, φησι, τὸ τῶν Ἰσραηλιτῶν πλῆθος ἀβύσσῳ παρεικὸς κατα-
ναλισκόμενον ἰδών, πάλιν ἐβόησα γενέσθαι τινὰ μείωσιν αἰτῶν τοῦ κακοῦ· ἀπεφήνατο δὲ
ἔσεσθαι τοῦτο θεός. Ἀλλὰ καὶ τρίτην ἀποκάλυψιν λέγει. « Οὕτως ἔδειξέ μοι κύριος· καὶ v. 7.
ἰδοὺ ἀνὴρ ἑστηκὼς ἐπὶ τείχους ἀδαμαντίνου· καὶ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ἀδάμας· καὶ εἶπε κύριος v. 8.
πρός με· ἰδοὺ ἐγὼ ἐντάσσω ἀδάμαντα ἐν μέσῳ λαοῦ μου Ἰσραήλ· οὐκέτι μὴ προσθῶ τοῦ

catis nostris dari, cernens perditarum rerum numerositatem, et superstitum paucitatem. Immo vero de reliquiarum quoque desperavi salute, nisi Deus peccatis nostris propitiatus, rem in melius commutaret. Verumtamen non admisit precem hanc Deus, quia maiorem peccatorum nostrorum numerum existimavit, quam ut misericordiam vellet impertiri. Iam nemo miretur quod Gogum regem memoret: etenim et antea Assyriis, et Babyloniis postea, multi de scythicis quoque populis auxiliares belli erant: quorum rex erat Gogus; cuius facit mentionem non tamquam belli ducis, sed tamquam regnatoribus suppetias ferentis. Scimus autem Assyrium prius, et deinde Babylonium, multis imperavisse populis: quos omnes cum satrapis suis seu regiis praefecturis, non est incredibile bello socios interfuisse. Aliam rursus recitat abhinc revelationem.

" Sic ostendit mihi dominus Deus. Et ecce vocavit iudicium in igne Dominus: et devoravit abyssum multam: et devoravit partem. Et dixi: Domine desine modo. Quis suscitabit Iacob, quia modicus est? Poeniteat te, Domine, super hoc! At hoc non fiet, dicit dominus Deus. ,, Vidi, inquit, rursus Deum vocantem iudicium, quo res hominum iudicare solet: namque horum omnia severe et multa cum inquisitione scrutandi mos ei est. Porro in igne vocavit, quia tali poena digna facta existimavit. Quo igne Israhelitarum multitudinem (quam abysso comparat) cum absumi viderem, rursus exclamavi, deminutionem aliquam mali postulans. Nihilominus Deus non annuit. Sed iam tertiam quoque narrat revelationem. " Sic ostendit mihi Dominus: ecce vir stans super murum adamantinum, et in manu eius adamas. Et dicit Dominus ad me: quid tu vides, Amos? Et dixi: adamantem.

v. 9. παρελθεῖν αὐτόν· καὶ ἀφανισθήσονται οἱ βωμοὶ τοῦ γέλωτος· καὶ αἱ τελεταὶ Ἰσραὴλ ἐρημω-
p. 194. θήσονται· καὶ ἀναστήσομαι ἐπὶ τὸν οἶκον Ἱεροβοὰμ ἐν ῥομφαίᾳ. „ Ἔδειξε γάρ μοι τινά,
φησίν, ἐπ᾽ ἀδαμαντίνου τείχους ἑστῶτα, ἔχοντα ἐπὶ τῆς χειρὸς ἀδάμαντα· ἦν δὲ ταῦτα σημεῖα
τοῦ στεῤῥὰν καὶ ἄλυτον ἐξενεχθῆναι κατὰ τῶν Ἰσραηλιτῶν παρὰ τοῦ θεοῦ τὴν ἀπόφασιν, ἅτε τοῦ
ἀδάμαντος τῇ στεῤῥότητι τὰ λοιπὰ νικῶντος· μετὰ πάσης τοίνυν φησὶ τῆς στεῤῥότητος ἐπάξω
τῷ λαῷ τὰ κακά, οὐκέτι παραδέχεσθαι αὐτοῦ τὰς παρανομίας ἀνεχόμενος· ἀφανισθήσονται
δὲ οἱ βωμοὶ πάντες, ἐν οἷς ἐπὶ τῇ τῶν εἰδώλων θεραπείᾳ τὴν ἡδονὴν ἐκαρποῦντο· καὶ πάντα
δή φησι συντόμως ἐρημίᾳ παραδοθήσεται ὁπόσα νῦν παρ᾽ αὐτῶν ἐπὶ θρησκείᾳ τῶν δαι-
μόνων πληροῦται· καὶ δὴ καὶ πᾶσαν τοῦ βασιλεύοντος ὑμῶν νῦν Ἱεροβοὰμ ἀφανιῶ τῷ
πολέμῳ τὴν δύναμιν· ἔοικε δὲ οἶκον Ἱεροβοὰμ ἐνταῦθα τὴν βασιλείαν ἅπασαν λέγειν, ἐκ
τοῦ κρατοῦντος ἅπαν σημήνας τὸ ἔθνος· δήλου γε ὄντος ὡς ἐν τοῖς μετὰ τὸν Ἱεροβοὰμ
* cod. ἥττων. χρόνοις ἡ τῶν * ἀσσυρίων ἔφοδος γέγονε κατὰ τοῦ Ἰσραήλ.

v. 10. Τοιαῦτα δὴ τοῦ προφήτου μεμηνυκότος ἐπελεύσεσθαι τῷ ἔθνει τοῦ Ἰσραήλ, ὑπὲρ ὧν
ἠσέβουν τε καὶ παρενόμουν ποικίλων, Ἀμεσίας ὁ ἐν Βαιθὴλ ἱερατεύων καὶ τῆς τοσαύτης
ἀσεβείας ἡγούμενος παντὶ τῷ λαῷ, συνιδὼν ὡς ἐπὶ πλεῖον ταῦτα παρὰ τοῦ προφήτου λε-
p. 195. γόμενα, ἀμελεστέρους εἰς τὴν περὶ τὴν τοῦ εἰδώλου θεραπείαν παρασκευάσει τοὺς πλείστους, ἅτε
τῷ φόβῳ προκατειλημμένους τῶν μηνυομένων παρὰ τοῦ προφήτου, πειρᾶται μὲν αὐτὸν τὸν
βασιλέα Ἱεροβοὰμ ἐπὶ τὸν προφήτην παροξῦναι, ὡς πλεῖστα ὅσα κατά τε αὐτοῦ καὶ πάσης
αὐτοῦ λέγοντα τῆς βασιλείας· καὶ ὅτι μὴ δὲ τὴν ἀκοὴν οἷόν τε ὑπενεγκεῖν τὸ μέγεθος τῶν
v. 11. ἀπειλουμένων ἔσεσθαι παρ᾽ αὐτοῦ· μηνύει γὰρ θάνατον μὲν τοῦ βασιλέως, αἰχμαλωσίαν δὲ
παντὸς τοῦ λαοῦ. ἦν δὲ τὸ περὶ τοῦ βασιλέως προδήλως ψεῦδος, ἐπεὶ μὴ δὲ εἴρητό πού τι
τοιοῦτο τῷ προφήτῃ· συνέπλεξεν δὲ ὅμως αὐτὸ τῇ περὶ τὸν λαὸν ἀποφάσει, ὡς ἂν τοῦτο

Et dixit Dominus ad me: ecce ego impono adamantem in medio populi mei Israhelis; nequaquam ultra addam ut pertranseam eum. Et destruentur arae risûs, et initiationes Israhelis desolabuntur: et consurgam adversus domum Hieroboami cum gladio. „ Demonstravit mihi quendam, inquit, super adamantino muro stantem, qui manu item adamantem tenebat. Porro haec erant indicia firmae atque insolubilis a Deo latae adversus Israhelitas sententiae, nimirum uti adamas duritie sua omnia superat. Cum omni igitur, inquit, firmitate adducam populo mala, nec diutius dissimulare peccata eius patiar. Destruentur autem arae omnes, apud quas idola colendo voluptatis fructum capiebant. Et omnia ut breviter dicam vastitati tradentur, quotquot nunc ab ipsis ob daemonum culturam fiunt. Quin et universam regnantis nunc Hieroboami potentiam bello pessumdabo. Videtur autem heic domum Hieroboami dicere pro toto regno; ex principe gentem totam significans. Porro exploratum est, Hieroboami temporibus evenisse Assyriorum expeditionem contra Israhelem.

Cum haec propheta genti Israhelis eventura praedixisset, propter varias perpetratas impietates atque nequitias, Amesias qui apud Bethel sacerdos erat, et tanti sceleris populo universo dux; animadvertens quod si ea ulterius propheta dicere pergeret, segniores in idolorum cultu plurimos faceret, quippe qui vaticiniorum prophetae iam tenebantur metu, conatus est regem Hieroboamum in prophetam concitare, quasi plurima adversus ipsum totumque regnum dicentem: quarum minarum ne auditu quidem tolerari immanitatem posse: praedicere enim regis mortem, et universi populi captivitatem. Manifestum id tamen mendacium erat, ad regem

μᾶλλον παροξύνειν τὸν βασιλέα· ὡς δὲ οὐκ εἶχε τὸν βασιλέα πειθόμενον ὁ Ἀμεσίας, δεί-
σαντί τι κατὰ τοῦ προφήτου ποιῆσαι κακὸν, ἀφ' ὧν ἐγνώκει παρά τε Ἡλίου καὶ Ἐλισσαίου
προφητευόντων τε ἤδη καὶ γεγονότων· καὶ μάλιστα ἐπειδὴ γνώμῃ τοῦ Ἐλισσαίου, Ἰοῦ τὸν
προπάτορα τὸν ἑαυτοῦ ἐπ' ἐκδικίᾳ τῆς Ἰεζάβελ τε καὶ Ἀχαὰβ παρανομίας παρεληλυθότα
εἰς τὴν βασιλείαν ἠπίστατο, ἣ καὶ εἰς αὐτὸν ἐλήλυθεν ἀπὸ τῶν πρὸς ἐκεῖνον γεγενημένων
ἐπαγγελιῶν παρὰ τοῦ θεοῦ· αὐτὸς λοιπὸν τῇ οἰκείᾳ αὐθαδείᾳ πρὸς τὸν Ἀμὼς ὁ Ἀμεσίας
φησίν. " Ὁ ὁρῶν βάδιζε, ἐκχώρησον σὺ εἰς γῆν Ἰούδα, καὶ ἐκεῖ καταβίου, καὶ ἐκεῖ προ- v. 12.
φητεύσεις· εἰς δὲ Βαιθὴλ οὐκέτι προσθήσεις τοῦ προφητεῦσαι· ὅτι ἁγίασμα βασιλέως ἐστὶ καὶ v. 13.
οἶκος ἐστὶ βασιλείας. " Εἰρωνικῶς ἔφη τὸ ὁ ὁρῶν· ἐπειδὴ γὰρ οὕτως ἐκάλουν τοὺς προ- p. 106.
φήτας, ὡς ἐξαιρέτους τινὰς ὄψεις κατ' ἐνέργειαν θείαν δι' ἀποκαλύψεως ὁρῶντας· καθὰ
καὶ ἐν ταῖς βασιλείαις φησὶν, ὅτι τὸν προφήτην ἐκάλει ὁ λαὸς ἔμπροσθεν ὁ βλέπων· * εἰρω- *I. Reg. IX. 9.
νικῶς εἶπε τὸ ὁρῶν ἀντὶ τοῦ ὁ ταῦτα ἐπαγγελλόμενος· ἄπιθι δὴ ἐντεῦθεν εἰς τὴν Ἰούδα γῆν,
ἐν ᾗ δὴ χώρᾳ ἕξει σοι ταῦτα λεγόμενα· τῶν δὲ ἐνταῦθα τόπων ἀπόσχου, ἐπειδὴ ἀφώρισται
πάντα τὰ ἐνθάδε τῇ τοῦ Ἰσραὴλ βασιλείᾳ· καὶ οὐ θεμιτόν σοι ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς ὄντι
ἐνταῦθα παρεῖναι τε καὶ λέγειν τὰ δοκοῦντα, διαταράττειν τε τὴν βασιλείαν τὴν παρ' ἡμῖν.
Πρὸς ἃ δὴ ὁ προφήτης κατὰ θείαν ἀποκάλυψιν ἀπεκρίνατο ταῦτα. " Οὔτε προφήτης v. 14.
ἤμην, οὔτε προφήτου υἱός. " Οὔτε γὰρ ὡς τέχνην τινὰ μεμάθηκα ταύτην, οὔθ' ὡς κληρο-
νομίαν ἐδεξάμην τοῦτο παρὰ τοῦ πατρός· ἐπειδὴ χάριτός ἐστι τὸ ἔργον θείας, καὶ προσγί-
νεται οἷς ἂν αὐτὸ προσεῖναι βούληται θεός. " Ἤμην δὲ αἰπόλος ἐγὼ καὶ συκάμινα κνίζων. "
Ἵνα εἴπῃ περὶ νομήν τε αἰγῶν ἀσχολούμενος, καὶ δὴ καὶ κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον τὴν γῆν γεωρ-
γῶν· συκάμινα μὲν γὰρ ἀντὶ τῶν σῦκα λέγει· καθὼς καὶ ὁ μακάριος Δαυίδ φησιν· * ἀπέ- *Ps. LXXVII. 47.
κτεινεν ἐν χαλάζῃ τὴν ἄμπελον αὐτῶν, καὶ τὰς συκαμίνους αὐτῶν ἐν τῇ πάχνῃ· εὔδηλον γὰρ p. 107.

quod adtinet; nihil enim eiusmodi propheta dixerat: verum Amesias id callide dictis de populo implicuit, ut regem magis exasperaret. Cum rem tamen regi non persuaderet, timenti prophetam laedere, propter ea quae evenisse noverat sub prophetis nuperis Elia atque Elissaeo; praecipueque quia voluntate Elissaei Ieum avum suum ob ulciscendum Iezabelis et Achaabi scelus, ad regnum adsumptum sciebat, quod usque ad se, iuxta factas illi a Deo promissiones, devenerat; post haec, inquam, propria instinctus audacia ita ipse Amesias cum Amoso expostulavit. " O videns, perge, recede in regionem tuam, et ibi vive, et ibi prophetabis. Et in Bethel non adiicies ultra ut prophetes: quia sanctificatio regis est, et domus est regni. " Ironice dixit, o videns. Quia enim sic vocabant prophetas, utpote peculiares quasdam visiones, Deo per revelationem operante, videntes; sicut etiam in regum libris dicitur, a populo appellari prophetam, qui antea dicebatur videns; ironice, inquam, dicit, o videns, pro, o qui haec nuncias, abi hinc in terram Iudae, qua certe in regione constabunt tibi quae dicis: modo ab his locis absistas, ubi omnia ad israhelitici regni ius pertinent: neque tibi fas est homini de tribu Iudae heic diversari, et pro libito loqui, nostrumque regnum conturbare.

Ad quae propheta pro facta sibi divina revelatione respondit: " neque propheta eram, neque prophetae filius. " Haud ego quasi artem quandam eam rem didici, nec veluti hereditatem a patre accepi: nam divinae gratiae hoc negotium est, et iis quos Deus voluerit contingit. " Eram autem caprarius ego, et sycamina vellicans. " Id est pascendis capris occupatus, nec non terram pro facultate colens. Sycamina pro ficubus dicit: sicut etiam beatus David: occidit grandine vitem eorum,

ὅτι μετὰ τῶν ἀμπέλων οὐ συκάμινα ἀλλὰ συκᾶς ἀπολωλέναι ἐδήλου· τὸ δὲ κνίζων ἀντὶ τοῦ
περισκάλλων λέγει καὶ γεωργῶν· ἠβουλήθη δὲ ἐκ μέρους τῶν συκαμίνων εἰπεῖν, ὅτι τῷ νέ-
v. 15. μειν αἶγας καὶ πρόβατα καὶ γεωργεῖν προσανεῖχον ἀεί. Ἀλλά με τῶν προβάτων, φησίν,
ἀποσπάσας ὁ θεὸς (ὡς δῆλον εἶναι ὅτι τὸ αἰπόλος εἶπεν, ὡς ἂν κατὰ ταυτὸν καὶ αἶγας καὶ
πρόβατα νέμων) προφητεύειν ἐκέλευσε καὶ μηνύειν ἅπασι τὰ περὶ τὸν λαὸν ἐσόμενα παρ᾽
αὐτοῦ· ἅπερ οὐκ ἐμὸν ἦν εἰδέναι, ἀλλὰ τοῦ διδάσκοντος μόνου θεοῦ, εἰς γε ἀπόδειξιν τῆς τῶν
v. 16. εἰρημένων ἀληθείας. Ἄκουε δὴ τὰ περὶ σαυτοῦ· αὐτὸς μὲν γάρ μοι κελεύεις ἀποστῆναι τῆς
προφητείας ἐνταῦθα· ὡς ἂν μὴ δήμους ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν τῶν τοιούτων συλλέγοιμι διδα-
v. 17. σκαλιῶν. Ἴσθι δὲ πάντα γενησόμενα τὰ ῥηθέντα παρ᾽ ἐμοῦ· ἐπελεύσονται γὰρ οἱ πολέμιοι,
οἳ πρὸς πολλοῖς ἑτέροις οἷς ποιήσουσι κακοῖς, καὶ τῇ σῇ γυναικὶ χρήσονται μέσῃ τῇ πόλει
ἀτίμως ἐξυβρίζοντες εἰς αὐτήν· οἱ ἐκ σοῦ τε σφαγήσονται πάντες σὺν πολλοῖς ἑτέροις· ἡ
προσοῦσα τέ σοι γῆ ἐν μέτρῳ παραδοθήσεται ἑτέροις τοῖς μέλλουσι τὰ ἐνθάδε κατέχειν.
“ Καὶ σὺ ἐν γῇ ἀκαθάρτῳ τελευτήσεις. ,, Τελευτήσεις δὲ αὐτὸς παρ᾽ ἀλλοφύλοις ἀνθρώποις
p. 108. καὶ παρανόμοις (τοῦτο γὰρ λέγει ἀκαθάρτῳ) εἰς οὓς μετὰ τῶν λοιπῶν αἰχμάλωτος ἀπαχθήσῃ
πάντων· ταῦτα εἰρηκώς, τὴν ἐπὶ τούτοις αὐτῷ δειχθεῖσαν ἀποκάλυψιν ἐπάγει.

ΚΕΦ. Η΄.

v. 1. “ Ἔδειξε γάρ μοι, φησί, κύριος· καὶ ἰδοὺ ἄγγος ἰξευτοῦ· καὶ εἶπε κύριος πρός με,
v. 2. τί σὺ βλέπεις Ἀμώς; καὶ εἶπον, ἄγγος ἰξευτοῦ. ,, Ἐδήλου δὲ ἡ ὄψις ὅτι δίκην ὀρνέου
ἰξευτοῦ ληφθέντος τέχνῃ, ἅπας ὁ Ἰσραὴλ ὑπὸ τῶν πολεμίων συλληφθεὶς αἰχμάλωτος
ἀπαχθήσεται, οὐδενὸς αὐτὸν τῶν κατεχόντων ἀφαιρεῖσθαι οἵου τε ὄντος· ὥσπερ οὐδὲ τὸ
ληφθὲν ὑπὸ τοῦ ἰξευτοῦ ὀρνίθιον ἀποστῆναι δυνατὸν λοιπόν, ἐπειδὴ παντὸς ἰξευτοῦ δυνατώτερον

et sycaminos eorum pruina. ,, Patet autem, cum vitibus non sycamina sed ficus periisse, ab eo dici. Vocabulum item vellicans, pro sarriens dicit et operâ excolens. Voluit autem particulari hac sycaminorum mentione dicere se pascendis capris et ovibus et agriculturae deditum semper fuisse. Verumtamen Deus me ab ovibus, inquit, abstractum (unde constat, eum pariter capras ovesque pavisse) prophetare iussit, et omnibus significare, quae populo imminebant a Deo: quae quidem non mearum erat virium ut scirem, sed solius docentis Dei, ob demonstrandam oraculorum veritatem. Nunc audi, quae ad te attinent: tu quidem mihi mandas ut a prophetando his in locis abstineam, ne plebem ad has audiendas doctrinas congregem. Sed scias velim, cuncta a me dicta exitum habitura. Venient hostes, qui praeter multa alia quae patrabunt mala, tua quoque abutentur uxore in media urbe, inhoneste eam violantes: nati tui occidentur omnes cum aliis multis: et ager tuus funiculo divisus tradetur aliis qui loca ista possessuri sunt. “ Tuque in terra immunda morieris. ,, Tu ipse morieris apud extraneos homines et scelestos (id enim valent verba, in terra immunda) ad quos cum reliquis omnibus captivus ducèris. His dictis, revelationem quoque his de rebus acceptam subiungit.

CAP. VIII.

“ Ostendit enim mihi Dominus: et ecce vas aucupis. Et dixit Dominus mihi: quid tu vides, Amos? Et dixi: vas aucupis. ,, Iam vero significabat visio, fore ut instar avis aucupii arte captae, universus Israhel comprehensus atque captivus abduceretur, quin aliquis eum de manu tenentium possit eripere: quod si captus a

ἡ τῶν ἐπιόντων δυναστεία καθέξει τε αὐτοὺς καὶ εἰς τὴν αἰχμαλωσίαν ἀπάξει· ἐπάγει γ' οὖν.
" Καὶ εἶπεν κύριος πρός με· ἥκει τὸ πέρας ἐπὶ τὸν λαόν μου Ἰσραήλ· οὐκέτι μὴ προσθῶ v. 2
τοῦ παρελθεῖν αὐτόν· καὶ ὀλολύξει τὰ φατνώματα τοῦ ναοῦ. „ Τὴν γὰρ τῶν δειχθέντων εἶπε δύναμιν· ἥκει τοίνυν φησὶν ὁ καιρὸς καθ' ὃν τῇ τιμωρίᾳ παραδοθήσονται πάντες· καὶ παύσεται δὲ μετ' ἐκείνων καὶ ἡ ἀσέβεια, καὶ ἡ τῆς ἀσεβείας καὶ ἡ τῆς παρανομίας ἐπιμέλεια πάσης· οὐ γὰρ ἔτι ἀνέξομαι παραβλέπειν αὐτῶν τὰ κακά, καὶ ἀνεκδίκητα τοιαῦτα ὄντα ἐᾶν· ἅψεται μέν τοι καὶ τοῦ ναοῦ τὸ κακόν, ἐπειδὴ σὺν τῇ πάντων ἀπωλείᾳ πυρὶ παραδοθήσεται καὶ ἐκεῖνος· δῆλον δέ ἐστιν, ὃ πολλάκις ἔφην, ὅτι ἐν τῇ μηνύσει τῶν κακῶν, κἂν
τὰ περὶ τὸν Ἰσραὴλ λέγῃ, ἀλλ' ἐπισυνάπτει καὶ τὰ τῆς Ἰούδα φυλῆς ἐπὶ τῶν Βαβυλωνίων p. 186.
ἐσόμενα, ὅτε δὴ καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἁλῶναι καὶ τὸν ναὸν ἐμπρησθῆναι συνέβη. " Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, λέγει κύριος, πολὺς ὁ πεπτωκώς· ἐν παντὶ τόπῳ ἐπιρρίψω σιωπήν. „ Τότε δή φησι πολὺς μὲν ἁπανταχοῦ γενήσεται θάνατος, καὶ ἀναρίθμητοι τῶν πιπτόντων ἔσονται αἱ σφαγαί, τῶν μὲν ἀνῃρημένων, τῶν δὲ αἰχμαλώτων ληφθέντων· σιωπὴ δὲ ὑπὸ τῆς ἄγαν ἐρημίας καθέξει τὰ πάντα· εἶτα πάλιν ὑπόμνησιν τῆς παρανομίας ὧν ἐπετήδευον ποιεῖται.

" Ἀκούσατε δὴ ταῦτα οἱ ἐκθλίβοντες εἰς τὸ πρωῒ πένητα, καὶ καταδυναστεύοντες v. 4
πτωχὸν ἀπὸ τῆς γῆς· οἱ λέγοντες, πότε διελεύσεται ὁ μήν, καὶ ἐμπολήσομεν; καὶ πότε ἥξει v. 5
τὰ σάββατα, καὶ ἀνοίξομεν θησαυρούς, τοῦ ποιῆσαι μικρὸν τὸ μέτρον, καὶ μεγαλῦναι στάθ-
μιον, καὶ ποιῆσαι ζυγὸν ἄδικον, τοῦ κτᾶσθαι ἐν ἀργυρίῳ πτωχούς, καὶ ταπεινὸν ἀνθ' ὑπο- v. 6
δημάτων, καὶ ἀπὸ πάσης πράσεως ἐμπορευόμεθα; „ Ταῦτα δή, φησί, μάλιστα πάντων εἰρῆσθαι πρὸς ὑμᾶς νομίσατε, οἳ διὰ παντὸς μὲν τοῖς ἀδίκοις κεχρημένοι δυναστείαις εἰς τὴν τῶν πενήτων ἀδικίαν, ἀναμένοντες δὲ ἑκάστου μηνὸς τὴν συμπλήρωσιν ἐπὶ τῷ τὰς παρα-

visco passer aufugere iam non poterit, ita quum visco validior sit adgredientium potentia, comprehendet Israhelitas et in servitium deportabit. " Et dixit Dominus mihi: venit finis super populum meum Israhelem: non adiiciam ultra ut pertranseam eum: et ululabunt lacunaria templi. „ Demonstratarum sibi rerum vim dicit. Venit ergo, ait, tempus quo de omnibus poenae sumentur, et eorum cessabit libertas atque potentia: simulque desinet ipsorum impietas, et omne irreligiositatis ac peccati studium: non enim iam patiar dissimulare illorum nequitiam, neque haec inulta sinam. Templum quoque attinget calamitas, quia et ipsum in communi exitio igne inflammabitur. Porro apparet, quod iam saepe dixi, in praedictione malorum, etiamsi de Israhele sit sermo, attamen a propheta connecti etiam ea quae tribui Iudae a Babyloniis imminebant, quo tempore et Hierusalem capi et incendi templum contigit. " Illa die, dicit Dominus, multi cadentes. In omni loco proiiciam silentium. „ Tunc, ait, ubique erit mors, et innumerae cadentium erunt caedes, partim occisorum partim in captivitatem abductorum. Silentium denique propter summam solitudinem omnia occupabit. Deinde rursus iniquitatum, quas frequentabant, facit mentionem.

" Audite haec qui conteritis mane pauperes, et opprimitis in terra egenum: qui dicitis: quandonam transibit mensis, et negotiabimur? Quandonam venient sabbata, aperiemusque thesauros, ut faciamus mensuram parvam, et augeamus pondus, faciamusque stateram iniustam, ut possideamus pecunia pauperes, et egenum pro calceamentis, et omni venditionis genere negotiemur? „ Haec vobis maxime dicta existimate, qui iniustis semper oppressionibus pauperes atteritis, expectantes cuiusque mensis finem ob exigendos iniquos usurarum vestrarum quaestus: qui

νόμοις τῶν οἰκείων δανεισμάτων ἐργασίας συλλέξαι· ἀναμένετε δὲ καὶ τὰ σάββατα, οὐχ
p. 300. ἵνα τῷ θεῷ ἑορτάσητε ἐν αὐτοῖς, ἀλλ' ἵνα τὴν ἐμπορείαν δαψιλεστέραν ποιήσησθε, ἀποχρη-
σάμενοι τῷ καιρῷ τῆς ἑορτῆς, θησαυρούς τε ἑαυτοῖς ἀδίκους συλλέξητε, μέτρα τε καὶ σταθμία
μικρὰ καὶ μεγάλα ποιοῦντες, ὡς ἂν ἑκατέροις πρὸς τὴν ἑαυτῶν κεχρημένοι καπηλείαν,
συλλέξητε ἀργύριον ἐκ τῆς τῶν πενήτων ἀδικίας, λημμάτων μὲν οὐδὲ τῶν εὐτελεστάτων
ἀπεχόμενοι· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ ἀνθ' ὑποδημάτων· ἀπὸ παντὸς δὲ συναλλάγματος σκο-
v. 7. ποῦντες τί ὑμῖν προσγενήσεται κέρδος· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ, ἀπὸ πάσης πράσεως ἐμπορευ-
σόμεθα. Κατὰ δὴ ταύτης ὑμῶν τῆς ὑπερηφανίας (ὑπερηφανίαν γὰρ ὀνομάζει τὴν εἰς τοὺς πέ-
νητας ἀδικίαν, ἣν εἰργάζοντο μὴ συλλογιζόμενοι τὴν θεοῦ τὴν δίκην) ἀπόφασιν ἐξήνεγκε
βεβαίαν ὁ θεὸς καὶ ἀμετάπτωτον· τὸ γὰρ ὀμνύει κύριος, τοῦτο δηλοῖ, ὡς οὐ παραδώσει λήθη
v. 8. παντελῶς τὰ παρ' αὐτῶν γινόμενα· μόνον δὲ οὐχὶ πᾶσαν συγκινήσας τὴν γῆν, τοσούτοις τῇ
τῶν πολεμίων ἐφόδῳ περιβαλεῖ τοῖς κακοῖς, ὥστε πένθει κατέχεσθαι πάντας, ἐπὶ τῷ με-
γέθει τῆς ἐπελθούσης αὐτοῖς συμφορᾶς· δίκην γὰρ τοῦ κατ' Αἴγυπτον ποταμοῦ πλημμυροῦντος
τε καὶ πάλιν ὑποχωροῦντος, ἐπελεύσεται τε ὑμῖν ὁ πόλεμος ἅπαντας ὑμᾶς ἀπολλύς·
v. 9. καὶ δὴ καὶ λαβὼν αἰχμαλώτους ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἀπάξει χώραν. Τότε δὴ, φησὶν, ὁ μὲν ἥλιος
p. 301. ἐν τῷ μεσαιτάτῳ τῆς ἡμέρας ἀφανὴς εἶναι δόξει τοῖς ἐν ἀνάγκαις καθεστῶσι· σκότος δὲ
v. 10. ἅπαντας τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς δόξει κατέχειν, διὰ τὸ μέγεθος τῶν κακῶν. Καὶ τὰς μὲν παρα-
νόμους ἑορτὰς ἀφέντες, τῷ πένθει προσέξετε· ἀντὶ δὲ τῶν παλαιῶν ᾀσμάτων θρήνῳ χρή-
σεσθε πολλῷ· ἀντὶ δὲ τῆς μαλακῆς ἐσθῆτος, σάκκον περιθήσεσθε ἐπὶ τῷ πένθει τῶν παρόν-
των κακῶν· τοῦ δὲ παλαιοῦ κόσμου τῆς κεφαλῆς ἀμελήσαντες, τὴν ἀφαίρεσιν τῶν τριχῶν, ὡς
ἐν τούτοις ὑμῖν ἁρμόζειν οἰήσεσθε τοῖς κακοῖς· ἅπαντες τε συντόμως εἰπεῖν ὡς ἐπὶ πένθει
μονογενοῦς υἱοῦ ἠγαπημένου διατελέσετε ὑπὸ τῆς κατεχούσης ὀδύνης, τῶν περιεχόντων ἑαυτοὺς
v. 11. κακῶν θρηνοῦντες τὸ μέγεθος· καὶ τὰ ἑξῆς δὲ ἐπὶ τούτοις ἐσόμενα, ὡς βαρύτερα δηλῶν

item expectatis sabbata, non ut Deo per haec feriemini, sed ut utiliorem mercaturam faciatis, abutentes festali tempore; atque ut iniustos thesauros vobis coacervetis, et mensuras atque stateras parvas magnasque faciatis, ut utrisque in nundinis vestris utamini: quò pecuniam ex pauperum oppressione corradatis, ne a vilissimis quidem muneribus abstinentes; id enim denotat dictio, pro calceamentis: atque ex qualibet mercatura aliquid lucrari curantes. Id quippe valent verba: omni venditionis genere negotiemur. Iam adversus hanc vestram superbiam (superbiam enim nominat iniustitiam contra pauperes, quam perpetrabant, de Dei vindicta non cogitantes) firmum tulit Deus decretum atque immutabile. Nam dictio, iurat Dominus, hoc significat, quod omnino oblivioni non tradet facta illorum: immo toto veluti terrarum orbe commoto, tantis eos per hostium incursionem obruet malis, ut omnes in luctu futuri sint, magnitudine pressi calamitatis. More enim aegyptiaci fluminis inundantis et mox recedentis, invadet vos hostis generaliter vastans, comprehendensque captivos ad suam regionem asportabit. Tunc vero, inquit, sol meridie obscuratus videbitur iis qui in angustiis versantur; tenebrisque omnes se teneri putabunt propter malorum magnitudinem. Tunc omissis vitiosis sollemnitatibus, luctui vacabitis: et pro antiquis canticis, largo fletui indulgebitis: pro molli veste, sacco induemini praesentium malorum indice: et vetere capitis ornatu omisso, calvitiem malis vestris congruam esse putabitis. Cuncti, ut summatim dicam, tamquam in luctu dilecti unigeniti propter excruciantem dolorem degetis, incumbentium vobis malorum magnitudinem complorantes. Tum et alia praeter haec eventura, gra-

ὁ προφήτης· παρέσονται γάρ φησιν ἡμέραι, ἐν αἷς οὐκ ἐνδείᾳ τροφῆς τε καὶ ποτοῦ περιπεσεῖσθε μόνον, ἀλλὰ γὰρ τὴν βαρυτάτην ἔνδειαν ὑπομενεῖτε, οὐδὲ μιᾶς φωνῆς ἀξιούμενοι θείας, τῶν διὰ προφητῶν εἰωθυίας γίνεσθαι ἐπὶ ψυχαγωγίᾳ τῶν ἐν δεινοῖς καθεστώτων· λέγει
δὲ τὸ καὶ παρὰ τῷ μακαρίῳ ῥηθὲν Ὠσηὲ τῷ προφήτῃ· * ὅτι καθήσονται οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ * Os. III. 4.
οὐκ ὄντος βασιλέως, οὐδὲ ὄντος ἄρχοντος, οὐδὲ οὔσης θυσίας, οὐδὲ ὄντος θυσιαστηρίου, οὐδὲ
ἱερατείας, οὐδὲ δήλων, ἐν οἷς σημαίνει τὸ μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν τὴν ἐν Βαβυλῶνι γενομένην p. 202.
ἅπαντα αὐτῶν ἀφαιρεθῆναι ταῦτα· τὸ αὐτὸ δὴ καὶ νῦν ὁ προφήτης δηλοῖ, ὅτι παραδοθήσεσθε τοῖς κακοῖς· τότε τοὺς προφήτας ἐπιζητεῖτε ὧν νῦν ἀμελεῖτε· καὶ ἐπιθυμοῦντες
μαθεῖν εἴ τινα μεταβολὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον δέξεται τὰ καθ' ὑμᾶς. “ Σαλευθήσεται γάρ, v. 12.
φησι, τὰ ὕδατα ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ βοῤῥᾶ ἕως ἀνατολῶν περιδραμοῦνται ζητοῦντες τὸν λόγον κυρίου, καὶ οὐ μὴ εὕρωσιν αὐτόν. „ Ἵνα εἴπῃ ὅτι πᾶν τὸ πλῆθος ἐκεῖνο τοῦ Ἰσραὴλ τὸ ἄπειρον ποικίλως διαταραχθήσεται ἁπανταχοῦ, ζητοῦν πού τις προφήτης φανεῖται κατὰ γνώμην θεοῦ μηνύων αὐτοῖς τὰ ἐσόμενα· οὕπερ αὐτοὶ οὐ τεύξονται τότε.
Εἶτα φησὶν ἀφανισθήσεται παντελῶς πᾶν ὅ τι κάλλιστον ὑμῖν φαίνεται νῦν καὶ σπουδῆς v. 13.
ἄξιον· ἀπολοῦνται μὲν γὰρ αἱ μετὰ πολλῆς ἐπιμελείας νῦν παρθενευόμεναι παρ' ὑμῖν· ἀπολοῦνται δὲ καὶ οἱ ἐπὶ νεότητι μάλιστα θαυμαζόμενοι· πείσεσθε δὲ ταῦτα ὑπὲρ τίνος; “ Οἱ v. 14.
ὀμνύοντες κατὰ τοῦ ἱλασμοῦ Σαμαρείας, καὶ λέγοντες ζῇ ὁ θεός Δὰν, καὶ ζῇ ὁ θεός σου Βηρσαβεέ· καὶ πεσοῦνται, καὶ οὐ μὴ ἀναστῶσιν ἔτι. „ Ὑπὲρ ὧν ἀφέντες θεὸν τὸν τοῦ παντὸς κύριον, τὰ ἐν Σαμαρείᾳ εἴδωλα θεραπεύειν ἔσπευδον, καὶ ταῦτα ἐκάλουν θεούς· ὑπὲρ τούτων πεσοῦνται πτῶμα ἀδιόρθωτον παντελῶς· εἶτα πάλιν ἀποκάλυψιν ἑτέραν λέγει.

viora adhuc significans propheta, venient inquit dies, quibus non penuria tantum cibi potusque laborabitis, sed et gravissimam aliam patiemini penuriam, quia nempe nullum impetrabitis divinum oraculum, ex eorum numero quae per prophetas fieri solebant, ad aerumnosorum solatium. Ait nimirum, quod etiam apud beatum Oseam prophetam dicitur: sedebunt filii Israhelis sine rege, sine magistratu, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine oraculis: quibus verbis significat cuncta haec captivitatis babylonicae tempore fuisse sublata. Idem vero nunc propheta nunciat, nempe: aerumnis trademini, et tunc prophetas expetetis, quos nunc negligitis; scire cupientes num aliqua in melius commutatio vos maneat. “ Commovebuntur aquae a mari usque ad mare: a borea ad orientem discurrent quaerentes verbum Domini, neque id invenient. „ Id est omnis illa Israhelis innumera multitudo sparsim ubique agitabitur, quaerens an uspiam propheta aliquis appareat, Dei voluntate nuncians sibi eventura; quem tamen tunc non invenient. Deinde, peribit ait funditus quicquid nunc praestantissimum vobis videtur et desiderabile: peribunt vestrae nunc omni cura custoditae virgines: peribunt etiam formosissimi iuvenes. Haec autem quam ob causam patiemini? “ Qui iurant per propitiationem Samariae, dicuntque: vivit Deus Dan; et vivit Deus tuus, Bersabea: et cadent, et non resurgent. „ Quia derelicto Deo omnium domino, Samariae idola venerari studuerunt, eaque deorum nominibus appellaverunt; ideo corruent lapsu prorsus irreparabili. Deinde aliam recitat revelationem.

ΚΕΦ. Θ'.

v. 1. « Εἶδον τὸν κύριον ἐφεστῶτα ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου· καὶ εἶπε, πάταξον ἐπὶ τὸ ἱλαστήριον,
p. 203. καὶ σεισθήσεται τὰ πρόπυλα· καὶ διάκοψον εἰς κεφαλὰς πάντων· καὶ τοὺς καταλοίπους αὐτῶν
ἐν ῥομφαίᾳ ἀποκτενῶ· οὐ μὴ διαφύγῃ ἐξ αὐτῶν φεύγων· καὶ οὐ μὴ σωθῇ ἐξ αὐτῶν ἀνα-
σωζόμενος. » Ἐθεασάμην γάρ φησιν ἑστῶτα μὲν πρὸ τοῦ θυσιαστηρίου τὸν θεόν, δῆλον
ὅτι τοῦ ἐν Ἱερουσαλήμ· λέγοντα δέ μοι πλῆξαι τὸ ἱλαστήριον, ἵνα εἴπῃ τὸ θυσιαστήριον·
ἱλαστήριον γὰρ αὐτὸ καλεῖ ὡς ἐπὶ ἱλασμοῖς τῶν θυσιῶν προσαγομένων· ἐν δὲ τὸ κελεύ-
σθῆναι πατάξαι τὸν προφήτην, σημεῖον τοῦ πληγήσεσθαι τι αὐτὸ καὶ πεσεῖσθαι· ἐπάγει γοῦν
καὶ σεισθήσεται τὰ πρόπυλα, ἵνα ἐκ μέρους εἴπῃ ὅτι ἅπας ὁ ναὸς διασαλευθήσεται ἅμα
τῇ πληγῇ ταύτῃ· ἐπείπερ ἀνάγκη ἦν κοινωνεῖν τῆς βλάβης τοῦ θυσιαστηρίου τὸν οἶκον ὅλον·
σημεῖά τε, φησιν, ἔνθες τινὰ τῶν ἀπάντων κεφαλαῖς, ὡς ἂν εἴη γνώρισμα τοῦ ἐντεῦθεν ἤδη
κατασεσημάνθαι πάντας, ὡς παραδοθησομένους μὲν τῇ ἀπωλείᾳ, οὐδενὸς δὲ διαφευξο-
μένου τὸν κίνδυνον ἐκεῖνον· ὡς γὰρ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ σημεῖον δέδωκε τὸ ἐπὶ τῶν φλιῶν τοῦ
αἵματος, εἰς διάκρισιν τῶν τε ἀπολλυμένων καὶ τῶν σωζομένων, οὕτως ἐνταῦθα κελεύει ση-
μεῖον αὐτὸν τι ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τῶν ἀπάντων ποιῆσαι κατὰ τὴν ἀποκάλυψιν τὴν θείαν, εἰς ἀπό-
v. 2. δειξιν τοῦ πάντας παραδεδόσθαι τῷ θανάτῳ· ὅπερ πρὸς βεβαίωσιν ἐπάγει, ὅτι κἂν εἰς
p. 204. v. 3. τὸν ᾅδην κατενεχθῶσιν, ἐκεῖθεν αὐτοὺς ἀνέλκω· κἂν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέλθωσιν, ἐκεῖ αὐτοὺς
κατάγω· κἂν εἰς τὰς διαδύσεις κρυβῶσι τοῦ Καρμήλου, (ἵνα εἴπῃ τῶν ὀρῶν, ἐκ μέρους
λέγων τὸ πᾶν) ἀνιχνεύσας αὐτοὺς πάντας παραδώσω τῇ αἰχμαλωσίᾳ· κἂν ἐπὶ τὸ βά-
θος ἀπέλθωσι τῆς θαλάσσης, διὰ τῶν ἐκεῖθεν αὐτοὺς ἀπολῶ θηρίων· καὶ μετὰ τὸ πλῆθος
δὲ τῶν κακῶν ὧν πείσονται πάντες εἰς αἰχμαλωσίαν ἀπαχθέντες, ἐκεῖ κατὰ τὴν ἐντολὴν τὴν
ἐμὴν ἀπολοῦνται ὡς εἰκός· οἷς ἐπάγει.

CAP. IX.

« Vidi Dominum stantem super altare. Et dixit: percute super propitiatorium, et commovebuntur vestibula. Et dixit: incide in capita omnium: et reliquos ex ipsis gladio occidam, non effugiet ex eis, qui fugerit; neque salvabitur ex eis, qui incolumis evaserit. » Vidi, inquit, stantem super altare Deum; super illud videlicet quod Hierosolymis erat; et mandantem mihi ut propitiatorium percuterem, quod pro altari dicit; propitiatorium nempe appellatum, quia ibi sacrificia fiebant ad propitiandum. Quod autem iubetur propheta illud percutere, indicium erat fore ut reapse percuteretur et caderet. Addit ergo: et commovebuntur vestibula, ut nominata parte dicat totum templum quassatum iri hac percussione: necesse enim erat ut altaris detrimentum universo templo commune fieret. Et signa, inquit, in omnium capitibus pone, ut indicia sint, iam abhinc omnes signatos esse, ut exitio tradantur, quin periculum illud quisquam effugiat. Sicut enim in Aegypto signum Deus dedit sanguinem postibus domorum illitum, ob distinguendos neci addictos a salvandis; ita nunc mandat prophetae ut signum quoddam in capite omnium imprimat, iuxta divinam revelationem, ut cunctos morti traditum iri demonstret. Quod ut confirmet, addit: etiamsi usque ad infernum descenderint, inde eos educam: et si ascenderint usque in caelum, inde eos detraham: et si in cavernis abscondantur Carmeli (id est montium, partem dicens pro universitate) ego eos vestigans captivitati tradam: et si in maris profunditatem abierint, beluis ibi laten-

" Καὶ στηριῶ τοὺς ὀφθαλμούς μου εἰς κακὰ καὶ οὐκ εἰς ἀγαθά. ,, Ἀντὶ τοῦ ἐπιμενῶ v. 4.
προσέχων αὐτοῖς, οὐχ ὥστε τινὸς αὐτοῖς ἀγαθοῦ μεταδοῦναι, ἀλλ' ὥστε εἰς παντοίαν αὐτοὺς
καταστῆσαι πεῖραν κακῶν· ἐπειδήπερ τοιούτων ἑαυτοὺς ἀξίους διὰ τῶν ἔργων ἀπέφηναν τῶν οἰ-
κείων. ἔστι γάρ, φησι, θεός ὁ τοῦ παντὸς ποιητὴς τε καὶ κύριος, ὃς ἅπασαν μὲν αὐτάρκης v. 5.
σαλεῦσαι τὴν γῆν διὰ μόνης ἁφῆς· τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ τῆς γῆς ἐργάσεται ταύτης, ἀποφάσει
τινὶ πᾶσαν αὐτὴν σαλεύων καὶ πρὸς ἐρημίαν πολλὴν καθιστάς, ὡς πένθει πάντας κατα-
σχεθῆναι τοὺς οἰκοῦντας αὐτήν· ἐπειδὴ δίκην τοῦ κατ' Αἴγυπτον ποταμοῦ ἐπελθὼν αὐτοῖς
ὁ πολέμιος πολλοὺς ἀνελεῖ, καὶ περισύρας εἰς τὴν αἰχμαλωσίαν ἀπάξει τοὺς λοιπούς· εἶτα p. [illegible]
εἰς βεβαίωσιν τῶν εἰρημένων " ὁ οἰκοδομῶν εἰς τὸν οὐρανὸν τὴν ἀνάβασιν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐπαγ- v. 6.
γελίαν αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς θεμελιῶν. ,, Οὗτος φησὶν ὁ πάντοτε μὲν ἐν οὐρανῷ δεικνύμενος,
οὗπερ ἄνεισί τε ἀεὶ καὶ διάγει, πάντων ὑπερκείμενος, ἅπαντα δὲ βεβαιῶν ὅποσα περ ἂν
ἐπὶ γῆς ποιεῖν ἐπαγγέλληται πάντως· οὗτος ὁ τὸ μὲν ὕδωρ τῆς θαλάσσης λαμβάνων τε
καὶ ἐπὶ γῆς ἐκχέων ἁπάσης· τὸ αὐτὸ δὲ καὶ νῦν διαπραττόμενος, τὸν ἀσσύριον θαλάσσῃ
προσεοικότα τῷ πλήθει ἐπαγαγεῖν τῇ γῇ τῇ ὑμετέρᾳ· ταῦτα γὰρ ἔργα θεοῦ τοῦ πάντων
κυρίου τε καὶ ποιητοῦ. εἶτα βουλόμενος τὴν ἀγνωμοσύνην αὐτῶν ἐκ τῆς περὶ αὐτοὺς ἐπιδεῖξαι
γνώμης τοῦ θεοῦ, ἐπάγει.

" Οὐχ ὡς υἱοὶ Αἰθιόπων ὑμεῖς ἐστέ μοι υἱοὶ Ἰσραήλ, λέγει κύριος; ,, Οὐ παραπλη- v. 7.
σίους Αἰθιοψιν ἐθέμην ὑμᾶς ἐμαυτῷ; οὕς γε οὐδὲ φαίνομαί τι νείμας ἐξαίρετον ἐγώ.
" Οὐ τὸν Ἰσραὴλ ἀνήγαγον ἐκ γῆς Αἰγύπτου; ,, Οὐδὲ γὰρ ὥσπερ ὑμᾶς ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου
λαβών, τῆς τε δουλείας ἀπήλλαξα τῆς πικρᾶς ἐκείνης, καὶ γῆς ἀπέφηνα τοσαύτης τε καὶ
τοιαύτης κυρίους τῆς οὐ προσηκούσης ὑμῖν, οὕτω δή τι περὶ Αἰθίοπας ὤφθην πεποιηκώς.

tibus consumam. Et post tot quae passi fuerint mala, turmatim omnes in captivitatem abducti, illic meo iussu merito peribunt. His addit.

" Et obfirmabo oculos meos super illos in mala, et non in bona. ,, Pro eo ac si dicat: perseverabo illis instare, nec boni aliquid impertiar, sed eos omne malorum genus faciam experiri; quandoquidem horum se dignos operibus suis comprobarunt. Est enim Deus creator omnium ac dominus, qui universum potest vel solo tactu quassare orbem terrarum. Atque hoc idem huic quoque regioni faciet, decreto quodam totam concutiens, atque in vastam solitudinem redigens, ita ut eius incolae omnes luctu corripiantur. Nam instar fluvii aegyptiaci, invadens eos hostis, multos interficiet, et reliquos vi pertrahens in captivitatem abiget. Tum dicta confirmans: " qui aedificat in caelo ascensionem suam, et promissionem suam super terram fundat. ,, Hic, ait, qui semper in caelo se ostendit, quò ascendit ibique degit, cunctis supereminens, omnia confirmans quaecumque in terra se omnino facturum promiserit: hic qui aquam de mari extollit et in universam terram effundit: idem nunc quoque agit, dum Assyrium, multitudine sua mare exaequantem in regionem vestram immittit. Sunt enim haec Dei opera domini universalis et creatoris. Deinceps, ut ex hac Dei sententia vecordiam Israelitarum coarguat, addit.

et succendentur in eis, vorabuntque eos. „ Sic, inquit, Idumaeos omnes superabunt Israhelitae, ut instar ignis stipulam absumentis, eosdem belli vi deleturi sint. “ Et non erit flammiger in Esau domo, quia Dominus locutus est. „ Quoniam ignem dixit Israhelem Esau fore, veluti si omnes eius opes bello esset consumpturus, idcirco non erit, inquit, flammiger in Esau domo: id est nemini Idumaeo licebit male facere Israhelitis; sed illi quidem ab his quaelibet perpetientur, quin tamen iniurias ulcisci queant, vel quicquam ad illorum perniciem moliri. Haec adamussim omnia fient; Dei enim oraculo futura esse dicuntur. Et quoniam in superioribus dixit, fore ut domus Iacob eos possideat, qui se possederant; explicatius iam id dicere volens ait, Israhelitas Nagebi incolas hereditatis iure capturos proximos Esau locos; Siphelae item cives Israhelitas, regionem alienigenarum occupaturos: praeter quam quod patriam quoque regionem, uti par est, obtinebunt; nempe Ephraimitae Samariae planitiem, Beniamitae Galaaditidem. Iamvero postliminii eorum initium regio Sareptae erit, finis Ephratha. Nempe ait possessuros eos intermediam omnem Chananaeorum regionem. Cunctas item finitimas Nagebi urbes recuperabunt omnes hi, ut summatim dicam, qui Sion monti sunt proximi, ibique legitimam persolvunt Deo religionem. Atque hi summam salutem adepti, maximas ab Esau posteris iniuriarum veterum reposcent poenas. Quibus omnibus addit prophetiae clausulam: “ et erit Domino regnum. „ Videlicet tum Israhelitarum prosperitate, tum impiorum hostium supplicio, Deus vere rex comprobabitur, dominusque et creator omnium, qui seu suorum, seu etiam illorum, qui videntur alieni, pro suae voluntatis arbitrio, vitam fortunasque temperat.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΙΩΝΑ ΤΟΥ ΠΡΟΦΗΤΟΥ.

Εἷς καὶ ὁ αὐτὸς τῆς τε παλαιᾶς καὶ νέας διαθήκης ὑπάρχων Θεὸς ὁ δεσπότης καὶ ποιητὴς τῶν ἁπάντων, πρὸς ἕνα σκοπὸν ὁρῶν, τά τε κατ' ἐκείνην ᾠκονόμησε καὶ τὰ κατ' αὐτήν· p. 228. πάλαι μὲν ἔχων βεβουλευμένον παρ' ἑαυτῷ τὸ τὴν μέλλουσαν ἐκφῆναι κατάστασιν, ἥσπερ τὴν ἀρχὴν ἐν τῇ κατὰ τὸν δεσπότην Χριστὸν ἀνέδειξεν οἰκονομίᾳ· ἀναγκαῖον δὲ νομίσας, ἐν ταύτῃ δὴ τῇ παρούσῃ λέγω, πρότερον ἡμᾶς γενέσθαι, εἶθ' ὕστερον εἰς ἐκείνην μεταστῆναι διὰ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως· ὡς ἂν ἐκ παραθέσεως μᾶλλον γνοίημεν τῶν τε δειχθησομένων τὸ μέγεθος ἀγαθῶν· εἶθ' ὡς ἂν τοῦτο γένηται δῆλον, καὶ μὴ καινόν τι νομίζοιτο ὕστερον βεβουλεῦσθαι τε καὶ δεδοκιμακέναι περὶ ἡμῶν, διὰ πολλῶν μὲν ἤδη καὶ ἑτέρων ἐναπέθετο τοῖς ἀνθρώποις τοῦ δεσπότου Χριστοῦ τὴν παρουσίαν, ὥστε πάντας Ἰουδαίους πόρρωθεν ἀπεκδέχεσθαι ταύτην· οὐδενὸς δὲ ἧττον ἔκ τε τῶν κατὰ τὸν Ἀβραὰμ καὶ τὸν Δαυὶδ εἴργαστο τοῦτο, πρὸς οὓς ἐπαγγελίας ἐποιήσατο, τῷ μὲν, ὅτι ἐνευλογηθήσεται ἐν τῷ σπέρματι αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη· τῷ δὲ, ὅτι αἰωνικὴν παρέξει τοῖς ἐξ αὐτοῦ τὴν βασιλείαν· ἅπερ οὖν τῷ μὲν δοκεῖν τὸν λαὸν ἐμήνυε τὸν ἐφ' ὅνπερ ταῦτα πληροῦσθαι ἤμελλεν· ἡ δὲ τῶν πραγμάτων ἀλήθεια ἐπὶ τῶν κατὰ τὸν δεσπότην Χριστὸν οἰκονομηθέντων ἐδείκνυτο λαβοῦσα τὸ πέρας, ἐφ' ὅπερ καὶ τὸ ἐνευλογηθῆναι τὰ ἔθνη γέγονεν ἀληθῶς, καὶ αἰωνικὴν δὲ καὶ ἀσάλευτον ἐν τῷ σπέρματι τὴν βασιλείαν· διὰ δὲ τοῦτο καὶ ἡ περὶ τὸν λαὸν ἐπιμέλεια τοῦ Θεοῦ πολλή τις p. 229. γέγονεν, ἐπειδὴ πάντες ἐπὶ ταῖς ἐπαγγελίαις φυλαττόμενοι ταῖς εἰρημέναις, τὴν προσδοκωμένην παρουσίαν ἀνέμενον τοῦ δεσπότου Χριστοῦ· ἀμέλει γὰρ ταύτης ἕνεκεν τῆς αἰτίας πλεῖστα ὅσα ἐπὶ τῆς παλαιᾶς διαθήκης κατὰ τοῦτον ᾠκονόμησε τὸν τρόπον, ὡς ἂν καὶ τοῖς τότε μεγί-

COMMENTARIUS IN IONAM PROPHETAM.

Unus idemque veteris ac novi testamenti Deus, dominus et creator omnium, uno scopo sibi proposito, illius pariter atque huius temporis curam gessit: olim quidem habens firmum apud se propositum futurum rerum statum ad exitum perducendi; cuius initium Christi domini incarnatione fecit: necessarium tamen iudicavit, praesentem antea conditionem nos experiri, tum ad futuram transferri per resurrectionem a mortuis: nempe ut ex comparatione magis nobis innotesceret promissorum magnitudo bonorum. Deinde quo id consilium palam fieret, neque aliquid novi excogitatum postea decretumque videretur, aliis quoque permultis indiciis Christi domini adventum hominibus portenderat, ita ut Iudaei omnes hunc iamdiu expectarent. Neque id minus ex oraculis Abrahamo Davidique editis conficiebatur, quibus promiserat; illi quidem, fore ut omnes gentes in semine eius benedicerentur; huic autem, fore ut posteris eius perpetuum regnum attribueretur. Quae itaque secundum populi existimationem significabant illum, cuius causa hae res efficiendae erant, ea reapse in Christi domini incarnatione comperta sunt exitum habere: in quo etiam gentibus vere contigit benedici, et perpetuum inconcussumque generis regnum fieri. Propterea etiam Dei providentia circa populum multa fuit, quoniam omnes promissionum dictarum memores, exoptatum Christi domini praestolabantur adventum. Atque haec causa fuit, cur plurima in vetere testamento Deus secundum eiusmodi administraverit rationem: ita ut gesta illa tum eius tem-

στῃ τὰ γινόμενα παρέχοιτο τὴν ὠφέλειαν, καὶ μηνύσειν τινὰ τῶν πραγμάτων ἔχῃ τῶν ὕστερον διαχθησομένων· μετά τε καὶ τὴν ὑπεροχὴν τῶν δευτέρων πρὸς τὰ πρότερα πλείστην τινὰ φανήσεσθαι οὖσαν· εὑρίσκετό τι κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον τύπος τις τὰ παλαιὰ τῶν ὕστερον, ἔχοντα μὲν τινα μίμησιν πρὸς ταῦτα, μετά τε καὶ χρείαν ἐν τοῖς οἰκείοις παρέχεσθαι καιροῖς· δηλούμενα δὲ ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων ὁπόσον ἠλάττωνται ταῦτα.

Ἐξήγαγε μὲν οὖν τῆς Αἰγύπτου τὸν Ἰσραὴλ ὁ θεὸς καὶ πάσης τῆς πικρᾶς ἐκείνης ἀπήλλαξε δουλείας· ἐργασάμενος δὲ θάνατον τῶν πρωτοτόκων πολύν, διὰ τοῦτο τὰ τῶν Ἰσραηλιτῶν περιέσωσε παντελῶς· ἅπερ οὖν καὶ σημείῳ διέκρινε πρὸς τὸ μηδὲν παραπλήσιον τοῖς αἰγυπτίοις παθεῖν· ἦν δὲ τοῦτο ἡ ἐπὶ τῶν φλιῶν τοῦ αἵματος χύσις· ταῦτα δὲ πολλὴν μὲν τοῖς Ἰσραηλίταις γινόμενα τότε παρείχετο τὴν ὠφέλειαν τοῖς γε καὶ ἐν ἀπολαύσει τοιούτων καθισταμένοις· προεσημαίνετο δέ πως ὡς ἐν τύποις τὸ καὶ τὸν δεσπότην Χριστὸν οὕτως ἡμᾶς ἀφαιρήσεσθαι οὐ τῆς Αἰγύπτου δουλείας, ἀλλὰ τῆς τε τοῦ θανάτου καὶ τῆς ἁμαρτίας· ἅπερ οὖν [illegible]
ἡμῖν παρέσχε τῇ χύσει τοῦ αἵματος τοῦ οἰκείου· τοῦτο γὰρ ὑπὲρ ἁπάντων ἐκχέας, καὶ τὸν θάνατον ὑποστὰς τὸν ὑπὲρ ἡμῶν, εἰργάσατό τε τῶν νεκρῶν τὴν ἀνάστασιν, καὶ παρέσχεν ἅπασιν ἡμῖν τὸ πάσης τῆς ἐνταῦθα δουλείας ἀπαλλαγεῖσιν, ἀπεκδέχεσθαι τῆς τε ἀθανασίας καὶ τῆς ἀφθαρσίας καὶ τῆς ἀναμαρτησίας τὴν ἀπόλαυσιν· μεθ' ὧν οὐ γῆν ἐπαγγελίας οἰκήσομεν, ὡς ἐκεῖνοι, ἀλλ' ἐν τῇ τῶν οὐρανῶν ἐσόμεθα βασιλείᾳ· ὁπόσον δὲ τούτων πρὸς ἐκεῖνο τὸ διάφορον, καὶ ὅτι ἐκείνων μὲν ἐπ' ὀλίγον ἐγένετο τὸ κέρδος, τούτων δὲ μεγίστων τε ὄντων καὶ πολλῶν διηνεκὴς ἡ ὠφέλεια τοῖς λαβοῦσιν προσέσται, ἐξ αὐτῶν ἅπασι δῆλον καθέστηκε τῶν πραγμάτων· οὕτω καὶ τοὺς ἐπταικότας τῶν Ἰσραηλιτῶν τιμωρίαις ἐπέβαλεν ἐπὶ τῆς ἐρήμου· ὡς ἂν ἔν τισι τύποις παιδεύων ἡμᾶς δεδοικέναι τὴν ἁμαρτίαν, ὡς ἱκανήν τε οὖσαν τοῖς χείροσιν ἡμᾶς περιβαλεῖν.

poris hominibus maximam praeberent utilitatem, tum etiam significationem haberent gerendarum postea rerum: praeter quam quod excellentia simul quam plurima novi prae vetere testamento apparitura erat. Compertum est igitur hoc modo, vetera esse typum quemdam posteriorum, non sine aliqua eorumdem imitatione, et cum idoneo suis temporibus usu: sed tamen re ipsa demonstrantia, quantopere illa praesentibus minora fuerint.

Deus igitur ex Aegypto Israhelem eduxit, omnique illa acerba servitute expedivit: editaque ingenti primogenitorum caede, hinc rem israheliticam integrae saluti restituit: quos populos miraculo etiam discriminavit, dum Hebraeos nihil simile Aegyptiis pati voluit: id quod accidit ob cruoris in postibus aspersionem. Haec, inquam, multum eius aetatis Israhelitis emolumentum exhibuerunt, quibus eiusmodi bono frui datum fuit. Id autem portendebat, typi scilicet instar, fore ut Christus dominus liberaret nos haud ex Aegypti servitio, sed mortis atque peccati: quod quidem nobis Christus praestitit proprii sanguinis aspersione. Hoc enim ille pro omnibus fuso, et nece pro nobis obita, mortuorum resurrectionem patravit: fecitque ut nos omni hac servitute soluti, immortalitatis et incorruptibilitatis et impeccantiae bonum reciperemus: quo impetrato, haud iam promissam terram, ut illi, incoleremus, sed in regno versaremur caelorum. Iam quantum haec ab illis differunt! Israhelitae ad breve temporis spatium bona illa consequebantur; nos haec, quae multa sunt et maxima, cum aeterna utilitate tenemus: id quod ex omni rerum ipsarum natura compertum est. Sic etiam peccantes in eremo Israhelitas poenae subiecit Deus, ut his veluti exemplaribus peccatorum formidinem nobis incuteret, quorum causa in deteriorem solemus conditionem incidere.

* I. Cor. X. 11. Τοῦτο δὲ ὁ μακάριος δηλοῖ Παῦλος λέγων * ταῦτα δὲ πάντα τύποι συνέβαινον ἐκεί-
νοις· ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησεν. Οὕτω διὰ
τῆς νομικῆς διατάξεως, τό τε θυσίαις καὶ τῷ αἵματι τῶν ἀλόγων ζώων ἔταξεν ὠφελεῖσθαι
p. 231. τοὺς χρωμένους· ἵν' ἐκ παραθέσεως ἡμῖν τὸ πιστεύειν μειζόνως προσῇ, ὅτι μεγίστων ἀγα-
* Hebr. IX. 13. θῶν ἐν τῷ αἵματι τευξόμεθα τοῦ δεσπότου Χριστοῦ· ὅθεν ὁ μακάριος λέγει Παῦλος· * εἰ
γὰρ τὸ αἷμα ταύρων καὶ τράγων καὶ σποδὸς δαμάλεως ῥαντίζουσα τοὺς κεκοινωμένους ἁγιάζει
πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα, πόσῳ μᾶλλον τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, ὃς διὰ πνεύματος
αἰωνίου ἄμωμον ἑαυτὸν προσήνεγκε τῷ θεῷ, καθαριεῖ τὴν συνείδησιν ἡμῶν ἀπὸ νεκρῶν
ἔργων; ἐκ γὰρ τῆς τοῦ δεσπότου Χριστοῦ διαφορᾶς πρὸς τὰ ἄλογα ζῶα, ἀρκούντως ἡμᾶς ἐπι-
στώσατο, ὅτι πολλῷ πλέον ἡμᾶς τούτοις προσήκει πιστεύειν ἢ ἐπ' ἐκείνοις ἐπίστευον οἱ τότε·
καὶ κατὰ τὴν ἔρημον δὲ τῶν Ἰσραηλιτῶν δι' ἀπείθειαν τῶν ὄφεων ἀπολλυμένων πληγαῖς,
ἐκέλευσεν ὁ θεὸς τῷ μακαρίῳ Μωσῇ χαλκοῦν ἀπεργάσασθαι ὄφιν, ὡς ἂν ἐπ' αὐτὸν
ἀποβλέποντες οἱ πληττόμενοι τῆς βλάβης τῶν πληττόντων ῥᾳδίαν δέχοιντο τὴν λύσιν· δυνα-
μένου μὲν τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ πλήττεσθαι παντελῶς ἔξω ποιῆσαι, ἢ ἑτέραν γοῦν τινα εὑρέσθαι
τῆς πληγῆς ἰατρείαν· βουληθέντος δὲ ἐν ἀπεικονίσματι τῶν πληττόντων τῆς βλάβης δέχεσθαι
αὐτοὺς τὴν λύσιν· ἵνα μὴ σφόδρα θαυμάζωμεν εἰ τῷ θανάτῳ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ λύων
p. 232. τὸν θάνατον ὁ θεὸς, ἀθάνατον ἡμῖν διὰ τῆς ἀναστάσεως παρέχεται τὴν ζωήν· ὅθεν καὶ ὁ
* Ioh. III. 14. κύριος φησί· * καὶ καθὼς Μωσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν
υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον·
δεικνὺς ὅτι ὃν περ τρόπον τότε τῶν πληττόντων τὸ μίμημα τὴν ἀπὸ τῆς πληγῆς ἰᾶτο βλά-
βην, τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ νῦν ὁ πάντας ἀνθρώποις ἐπινεμόμενος θάνατος, ἐπὶ τοῦ
δεσπότου Χριστοῦ γεγονὼς, οὐκ αὐτῷ μόνον, ἀλλὰ γὰρ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις τοῦ θανάτου
παρέξει τὴν λύσιν.

Id quod beatus docet Paulus dum ait: haec omnia illis in imagine contingebant; scripta autem sunt ad eruditionem nostram, in quos termini saeculorum devenerunt. Atque ita legalibus institutis curavit, ut illi cum fructu victimis et brutorum animantium sanguine uterentur: atque ut eo exemplo fides nostra roboraretur, fore nimirum ut bona maxima per Christi domini sanguinem consequeremur. Quare beatus ait Paulus: si enim sanguis taurorum et hircorum, et cinis vitulae aspersus, qui eo utuntur sanctificat ad carnis emundationem; quanto magis sanguis Christi, qui per aeternum spiritum Deo se obtulit immaculatum, conscientiam nostram a mortuis operibus perpurgabit? Nam Deus per Christi domini a brutis animantibus differentiam satis nos facit certiores, multo nos magis novis his debere confidere, quam illi veteribus confidebant. Iam quum Israhelitae in eremo propter suam incredulitatem colubrorum morsibus interirent, mandavit Deus beato Moysi, ut aeneum conflaret colubrum; quem qui vulnerati respicerent, damni sui medicinam facilem recepturi erant. Atqui quum Deo liceret vel Israhelitas a morsibus omnino defendere, vel aliam quamlibet suppeditare ictus medelam; nihilominus eos voluit a mordentium imagine remedium referre: quo minime miraremur, si morte Christi domini Deus mortem destruens, immortalem nobis per corporum resurrectionem compararet vitam. Quare et Dominus ait: sicuti Moyses exaltavit serpentem in solitudine, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam aeternam. Quibus verbis docet, sicut olim mordentium imago damnum vulneris persanabat, sic nunc mortem, quae omnes homi-

Οὕτω δὲ καὶ τὰ κατὰ τὸν μακάριον γέγονεν Ἰωνᾶν τὸν προφήτην, ὃν Ἰουδαίων ἀπειθούντων καὶ προσίεσθαι τὰς προφητείας οὐκ ἐθελόντων, ἐπὶ τὰ ἔθνη μετελθεῖν παρεσκεύασεν ὁ θεός· εἶτα διὰ τριῶν τε ἡμερῶν καὶ νυκτῶν παραδόξως ἐπὶ τοῦ κήτους αὐτὸν διασώσας, ἤγαγέ τε εἰς τὴν πόλιν τὴν μυρίων πλήρη κακῶν· καὶ παρεσκεύασε κηρύξαντα τὴν μετάνοιαν, σωτηρίας ἅπασι τοῖς αὐτόθι πρόξενον γενέσθαι· ἵν' ἐκ παραθέσεως μὴ ἀπιστοίημεν, εἰ καὶ ὁ δεσπότης Χριστὸς διὰ τῶν ἴσων ἡμερῶν ἀδιάφθορος φυλαχθείς, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστάς, ἐν ἀθανάτῳ ζωῇ κοινὴν ἅπασι τοῖς ἔθνεσι, καὶ ταῦτά γε ἀπειθούντων Ἰουδαίων, τὴν ἐκ τῆς μετανοίας παρέχεται σωτηρίαν· ὅθεν καὶ ὁ κύριος ποτὲ μὲν φησίν· * ὥσπερ γὰρ ὁ Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας ἐποίησε καὶ τρεῖς νύκτας, οὕτω δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς ποιῆσαι τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας· ποτὲ δέ· * ἄνδρες νινευῖται ἀναστήσονται καὶ κατακρινοῦσι τὴν γενεὰν ταύτην, ὅτι ἤκουσαν τοῦ κηρύγματος Ἰωνᾶ· καὶ ἰδοὺ πλεῖον Ἰωνᾶ ὧδε· δῆλον ὅτι ἐστὶ μέν τις μίμησις τῶν πραγμάτων, πολὺ δὲ τὸ διάφορον τούτων πρὸς ἐκεῖνα· καὶ ὅτι παραπλησίως μὲν οὕτω τοῖς τότε Ἰουδαίοις ἀπιστοῦντες μένουσι, δέχεται δὲ τὰ ἔθνη τὴν ἐκ τοῦ κηρύγματος σωτηρίαν. Ἐπὶ δὴ τούτοις σαφῶς ὁ μακάριος προβέβληται Ἰωνᾶς· οὐδὲ γὰρ ἂν ὁ προφήτης οὕτως ἔμεινεν ἀπειθὴς τῷ θεῷ, ὡς μὴ ἑλέσθαι τι ποιῆσαι τῶν εἰρημένων αὐτῷ· καὶ ταῦτα ἐπὶ σωτηρίᾳ γε τοσούτων πεμπόμενος ἀνθρώπων· ἀλλ' οὐδὲ ἀπειθοῦντα πειραθῆναι πάντως τῶν κατὰ τὴν θάλατταν ἦν ἀνάγκη κακῶν· ὥστε καὶ ἐμβληθῆναι κήτει, καὶ ἐπ' * αὐτοῦ παραδόξως σωθῆναι, καὶ παραδοξότερον ἔτι τὴν ἐκεῖθεν ἀνάδυσιν ὑπομεῖναι· δυναμένου γε τοῦ θεοῦ ἑτέρως ὀκνοῦντα καὶ ἀπειθοῦντα τὸν προφήτην ἐπὶ τὸ δέον ἐγεῖραι· ὥσπερ οὖν αὐτὸν ἐπί τε τοῦ Μωσέως ἔγνωμεν * ποιοῦντα ὀκνοῦντος

* Matth. XII. 40. p. 233.

* v. 41.

* ita cod., non ὑπ.

* Exod. II. 11.

nes depascebatur, postquam ea Christo domino accidit, non huic solum sed cunctis hominibus mortis remedium esse allaturam.

Sic etiam contigit beato prophetae Ionae, quem Iudaeis incredulis, neque eius oracula recipientibus, ad gentes transgredi iussit Deus: deinde tribus diebus totidemque noctibus mirabiliter intra cetum conservavit incolumem, perduxitque in urbem innumeris sceleribus redundantem: nempe ut is paenitentiam praedicans, conciliator salutis incolis fieret; nos autem hoc exemplo eruditi minime negaremus, Christum dominum pari temporis spatio sine corruptione servatum; qui mox e mortuis ad immortalem vitam revocatus, communem cunctis ethnicis (Iudaeis interim incredulitatem retinentibus) paenitentiae merito salutem exhibuit. Unde et Dominus aliquando dixit: sicut enim Ionas in ventre ceti tres dies totidemque noctes transegit; ita oportet filium hominis tres dies in corde terrae totidemque noctes manere. Aliquando vero: viri ninivitae consurgent, et generationem hanc condemnabunt; propterea quod ipsi pronas aures praedicanti Ionae praebuerunt: ecce autem plus quam Ionas heic est. Porro rerum imitatio evidenter constat; quamquam multa est priscarum a novis discrepantia. Profecto Iudaei praesentes, haud secus quam illi veteres, in incredulitate perseverant; dum salutarem gentes recipiunt praedicationem. His evidenter de causis beati Ionae persona excitata est. Alioqui enim non tam incredulus Deo perstitisset propheta, ut nihil eorum faceret quae iubebatur, praesertim quum ad tot hominum curandam salutem mitteretur. Sed neque ita incredulum experiri eum opus erat marinam illam calamitatem, ceto nimirum obiici, prodigiose intra hunc servari, multo vero prodigiosius illinc exitum nancisci. Quippe Deo licebat aliter ad officium cogere renuentem incredulumque prophetam: sicut ab eo factitatum novimus, quo tempore Moyses apostolatus ministerium

* Hier. l. c. p. 231. πρὸς τὴν ὑπουργίαν τῆς ἀποστολῆς· ἐπί τε τοῦ Ἱερεμίου * φεύγοντος ὁμοίως κἀκείνου τῆς ὑπουργίας τὸ μέγεθος· ἅμα γὰρ διὰ πραγμάτων οὕτω καινῶν τε καὶ παραδόξων προδήλως τὸν μακάριον Ἰωνᾶν ἀγαγεῖν ἐβουλήθη, ἐπειδὴ τύπον αὐτὸν τῶν κατὰ τὸν δεσπότην Χριστὸν ἤμελλεν ἀποφαίνειν· ὡς ταύτης ἕνεκεν τῆς αἰτίας διὰ τοσαύτης ἀπίστου καινότητος ἐνεχθεὶς, ἀξιόπιστος γένοιτο, τοῦ τοσούτου πράγματος τὸν τύπον ἐκφαίνων ἐν αὑτῷ.

Προηγουμένην μὲν οὖν τῶν κατὰ τὸν μακάριον Ἰωνᾶν οὕτως παραδόξων γεγονότων ταύτην αἰτίαν εἴποι τις ἄν· ἑπομένην δὲ κἀκείνην ἐκ τοῦ τύπου τὴν ἀρχὴν λαβοῦσαν· ἀθυμεῖν γὰρ οὐχ ὡς ἔτυχεν ἀνάγκη τοὺς προφήτας ἦν, ὅτι συνεχῶς πρὸς τὸν λαὸν παρὰ τοῦ θεοῦ πεμπόμενοι, ἐμήνυόν τε αὐτοῖς τὰ ἐσόμενα, καὶ τὰς ἐπαχθησομένας τιμωρίας ἠπείλουν· καὶ πάντα δὴ τὰ πρὸς διόρθωσιν αὐτῶν συντελοῦντα μετὰ πολλῆς διεπράττοντο τῆς σπουδῆς· ἤνυον δὲ πλέον οὐδὲν, τῆς τῶν Ἰσραηλιτῶν κακίας ἀντιπραττούσης τῇ διὰ τῶν προφητῶν ἐπιμελείᾳ παρὰ τοῦ θεοῦ περὶ αὐτοὺς γινομένῃ· ἀφ' οὗ δὴ καὶ περιττὸν ὡς εἰκὸς ᾤοντο τὸν ἑαυτῶν εἶναι πόνον· καὶ δὴ καὶ πρὸς ἀπόγνωσιν παντελῆ τῶν ἀνθρωπίνων ἐχώρουν πραγμάτων· ὡς τῶν μὲν ἐθνῶν πρὸς τὸ χεῖρον ἅπαξ νευόντων, τῶν δοκούντων δὲ εἰς τὴν γνῶσιν
p. 232. ἐξειλέχθαι τὴν θείαν, οὐδὲν ἐλαττουμένων τῇ τε ἀσεβείᾳ, καὶ τῇ τῶν τρόπων μοχθηρίᾳ ἐκείνων· οὕτω δὴ διακειμένους αὐτοὺς ψυχαγωγῆσαι βουλόμενος ὁ θεὸς, ὁ πολλὴν μὲν πάντων ἀνθρώπων ἐπιμέλειαν ποιούμενος, ἐξαίρετον δέ τινα νέμων τοῖς αὐτοῦ τὴν κηδεμονίαν, πολλάκις μὲν ἐδήλωσεν αὐτοῖς τὴν ἐπὶ τῆς δείξεως τοῦ δεσπότου Χριστοῦ γενησομένην μεταβολὴν τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων, ὅτε δὴ πάντες ἤμελλον ἐκ τοῦ χείρονος θείᾳ χάριτι νεύειν ἐπὶ τὸ κρεῖττον· τὸ τελευταῖον δὲ καὶ τὴν παράδοξον ταύτην ἐργασίαν διὰ τῶν κατὰ τὸν προφήτην Ἰωνᾶν πεποίηται, εἰς διδασκαλίαν τε καὶ ψυχαγωγίαν πάντων τῶν προφητῶν δι' ὧν ἔργοις ἔπειθεν αὐτοὺς, ὡς ἀληθῆ μὲν ἔσται τὰ κατὰ τὸν δεσπότην Χριστόν· καὶ ὅτι πάντες ἄνθρωποι θείᾳ χάριτι τότε μετανεύσονται πρὸς τὸ δέον· νῦν μὲν Ἰουδαίων ἀνενδότως

devitabat; itidemque cum Hieremias eiusdem operis magnitudinem extimescebat. Plane igitur constat, libitum fuisse Deo tam insolitis tamque miris casibus Ionam exercere, quò typum eum exhiberet gerendarum in Christo domino rerum: ita ut hanc ob causam per tam incredibilem novitatem deductus, dignus fide evaderet, propterea quod tanti operis figuram in semet ipso gerebat.

Praecipuam itaque prodigiorum, quae beato Ionae acciderunt, causam hanc dicere licet: proximam alteram, quae de typo similiter manat. Necesse enim erat haud mediocriter animum despondere prophetas, qui continenter ad populum a Deo missi futura canebant, imponendasque poenas minitabantur, et quidquid demum emendandis moribus conduceret, magna sedulitate praestabant: ceteroqui nihil proficiebant, obnitente Israhelitarum malitia adversus ea studia prophetarum, quos Deus illorum causa excitaverat. Quamobrem hi merito iam inutilem existimabant laborem suum, ac de rebus humanis prorsus desperabant: nempe, quia ethnici quidem in vitia constanter ruerent; ille autem populus, qui ad divinam videbatur delectus scientiam, impietate et morum colluvie haud ethnicis cederet. Maestos itaque Deus prophetas ut recrearet, qui omnium utique hominum multam gerit curam, peculiarem tamen providentiam electis impendit, saepenumero significavit illis futuram in Christi domini adventu conversionem humanorum morum: quo tempore omnes divinae gratiae instinctu a vitio ad virtutem respecturi erant. Tum ad extremum hoc quoque admirabile in propheta Iona patravit opus ad omnium prophetarum eruditionem atque solatium: quos re ipsa certiores fecit de indubio Christi

ἐχόντων περὶ τὴν τοῦ χείρονος αἵρεσιν, διὰ τὸ συγχωρεῖν οὕτω τὸν Θεόν, εἰς ἔλεγχον τῆς ἀνθρωπίνης προαιρέσεώς τε καὶ ἀσθενείας· ἐπὶ δὲ τῆς τοῦ δεσπότου Χριστοῦ παρουσίας ὅτε ἂν τὴν οἰκείαν βούληται δεικνύναι χάριν ὁ Θεός, ἁπάντων ἀνθρώπων τῶν διαπαντὸς πρὸς ἀσέβειαν νευόντων, τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον λαμβανόντων ῥοπήν· ὡς καὶ ὁ μακάριος Παῦλός φησιν * ὅτι συνέκλεισεν ἡ γραφὴ τὰ πάντα ὑπὸ ἁμαρτίαν, ἵνα ἐκ πίστεως δικαιωθῶμεν· δεικνὺς ὅτι ἐκ τῶν προειληφότων τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον τῶν ἀνθρώπων ἐπαιδεύθημεν ῥοπήν, ἵνα μάθωμεν ὅτι θείας χάριτος δεόμεθα πρὸς τὸ διαγνῶναί τε καὶ προθεῖναι πάντων τὸ κρεῖττον.

* Rom. XI 32.

p. 236.

Τούτου γε ἀπόδειξιν αὐτάρκη παρείχετο τοῖς προφήταις τὰ παρόντα, ἐν τοῖς κατὰ τὸν Ἰωνᾶν μάλιστα τοῦτο χρῆναι δειχθῆναι νομίζων· ὃς τύπον ἐν ἑαυτῷ τινα τῶν περὶ τὸν δεσπότην ἐσομένων παρεῖχε τὸν Χριστόν. ἀποστέλλει μὲν γὰρ αὐτὸν εἰς Νινευὴ τὴν πόλιν μεγάλην οὖσαν καὶ πολυανθρωποτάτην, καὶ τὴν ἐν Ἀσσυρίοις βασιλίδα τυγχάνουσαν· ἐν ᾗ πάντες πρὸς ἀσέβειάν τε ἑώρων, καὶ μοχθηρὸν προσανεῖχον βίον, τρυφαῖς τε καὶ ἀνέσεσι καὶ ἀκολασίαις καὶ πάσῃ συζῶντες παρανομίᾳ· κελεύει δὲ τὴν τῆς πόλεως μηνῦσαι καθαίρεσιν, εἰ μὴ νεύσειαν πρὸς τὸ δέον· εἶτα παρασκευάσει πάντας ἐκείνους ἀθρόον φωνῆς ἀκηκοότας τοῦ προφήτου, ὃν οὐχ ὅστις ἦν ἠπίσταντο, ἀλλ' οὐδὲ μετὰ θαυμάτων φανέντα εἶδον, ὥστε ἔκπληξιν αὐτοῦ τινα λαβεῖν· ἐντεῦθεν μεταθεμένους τῆς πρόσθεν γνώμης ἀπὸ μόνης τῆς ἀπειλῆς πρὸς τὸ κρεῖττον ἰδεῖν, ἐθνικούς τε ὄντας καὶ οὐδὲν διδασκαλίας εἶδος εἰς θεοσέβειαν ἡκούσης πρότερον δεδεγμένους· ὡς ἂν δηλώσειεν ἐκ τῶν παρόντων, ὅτι κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἐπὶ τῆς τοῦ δεσπότου Χριστοῦ παρουσίας ἅπαντα τὰ ἔθνη τῇ οἰκείᾳ χάριτι νεῦσαι παρασκευάσει πρὸς τὸ κρεῖττον, κἂν ἀπειθεῖν ἐθέλωσιν Ἰουδαῖοι τῇ τῆς εὐσεβείας διδασκαλίᾳ.

p. 237.

adventu, et de omnium hominum per id tempus ad bonam frugem reditu: Iudaeis interim valde ad vitia incumbentibus, Deo ita permittente ob demonstrandum mentis humanae liberum arbitrium ac fragilitatem: sed denique sub Christi adventum, quo tempore suam Deus gratiam patefacturus erat, cuncti homines, qui nunc prorsus impietati dediti erant, ad virtutem cursum directuri erant. Quare etiam beatus Paulus ait, conclusisse Deum omnia sub peccato, ut fide iustificemur: significans quemadmodum a maioribus nostris ad sectanda vitia inclinati fuerimus; quò scilicet cognosceremus gratia nobis opus esse ad discernendam atque anteponendam cuivis rei virtutem.

Quarum rerum idoneam in praesenti demonstrationem prophetis exhibuit, eam scilicet quam in Ionae praecipue casibus exprimendam curavit, qui quamdam rerum in Christo domino efficiendarum imaginem in se ipso gestavit. Mittit enim eum Deus in magnam urbem Niniven, populo copiosissimam, Assyriorum regiam sedem; cuius cuncti cives non sine religionis contemptu pravum vitae genus agitabant, otio, luxuria, intemperantia, atque omnimodis vitiis diffluentes: iubetque ut urbis excidium nunciet, nisi incolae ad officium convertantur. Exin curavit Deus, ut ii repente omnes audita prophetae voce (quem antea minime noverant, neque nunc prodigiis communitum cernebant, ita ut eius admiratione aliqua percellerentur) curavit, inquam, Deus ut priore ingenio mutato, minarumque vi impulsi, ad saniora consilia mentem intenderent; quantumvis ethnici, et qui nullam verae pietatis speciem hactenus prae se tulerant. Res ergo praesens docebat, fore ut eadem ratione circa domini Christi adventum populi omnes, vi gratiae eius, de virtutis studio cogitarent; Iudaeis licet obstinata incredulitate doctrinam pietatis respuentibus.

Ἐντεῦθεν ὁ μακάριος προφήτης ἔκ τε τῶν παρόντων συνιδὼν ὡς τῆς ἐσχάτης ἄξιοι
φανοῦνται τιμωρίας Ἰουδαῖοι, ἐκ τοσαύτης διδασκαλίας μηδεμίαν δεξάμενοι διόρθωσιν,
εἰ Νινευῖται ἀσεβείᾳ συζῶντες καὶ στρεφόμενοι, ἀθρόον ἐκ μηνύσεως μόνης μεταθέμενοι
φαίνοιντο πρὸς τὸ κρεῖττον· καὶ ὅτι τούτων δὴ πρὸς ἀπόδειξιν γινομένων τῶν κατὰ τὸν δε-
σπότην ἐσομένων Χριστὸν, τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο πολλῷ πλέον συμβήσεται, ὁπότ' ἂν τὰ μὲν ἔθνη
τῇ θείᾳ καλούμενα χάριτι ῥέπῃ πρὸς τὴν εὐσέβειαν, Ἰουδαῖοι δὲ μένωσιν ἀπειθεῖς καὶ μὴ
δεχόμενοι τὸν δεσπότην Χριστὸν, οὗ τὴν μήνυσιν καὶ τὴν διδασκαλίαν ἄνωθεν φερομένην εἶχον
παρ' ἑαυτοῖς· ὅτι τε ἐντεῦθεν κληρονόμοι μὲν ἀποφανθήσονται τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν οἱ
πανταχοῦ γῆς οἰκοῦντες ἄνθρωποι, ἐξωσθήσονται δὲ τῆς δωρεᾶς ταύτης διὰ τὴν οἰκείαν ἀπεί-
θειάν τε καὶ ἀσέβειαν Ἰουδαῖοι, καί τοι γε δόξαντες ἐν τοσαύτῃ διδασκαλίᾳ τοῦ κρείττονος
γεγενῆσθαι, ἀναγκαίως ἠθύμει, πένθους ἄξιον πανταχόθεν ὁρῶν τὸ πρᾶγμα, καὶ συναλγῶν
p. 238. μὲν Ἰουδαίοις εἰκότως, τοιούτοις τε οὖσι καὶ τοσαῦτα μέλλουσι ὑπομένειν· ὀδυρόμενος δὲ εἰ
καὶ νῦν ἐκ τῆς τῶν Νινευιτῶν παραθέσεως, τιμωρίας ἄξιοι φαίνοιντο· καὶ μετὰ τοῦτό γε παν-
τελῆ τὴν ἀποβολὴν ὑπομένοιεν, παραθέσει τῶν τε ἁπανταχοῦ γῆς ὄντων ἐθνῶν, καὶ προσ-
ιέναι τῇ τῆς εὐσεβείας μελλόντων διδασκαλίᾳ· εἰ γὰρ ὁ μακάριος Παῦλος ὀδύρεται αὐτῶν
ἀποβολὴν, καὶ τὴν ἐσχάτην ἔφασκε τιμωρίαν ὑπομένειν ἡδέως, ὥστε τούτους πρὸς τὸ δέον
ἰδόντας, μὴ τὴν τοσαύτην ἐπ' αὐτοῖς γεγενημένην ἐπιμέλειαν παρὰ τοῦ θεοῦ περιττὴν ἀπο-
* Rom. IX. 1. φῆναι· ἀλήθειαν γὰρ λέγω ἐν Χριστῷ *, οὐ ψεύδομαι, συμμαρτυρούσης μοι τῆς συνειδήσεώς
μου ἐν πνεύματι ἁγίῳ, ὅτι λύπη μοι ἐστὶ μεγάλη καὶ ἀδιάλειπτος ὀδύνη τῇ καρδίᾳ μου·
ηὐχόμην γὰρ ἀνάθεμα εἶναι αὐτὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου τῶν συγγενῶν μου
κατὰ σάρκα, οἵτινές εἰσιν Ἰσραηλῖται· ὧν ἡ υἱοθεσία καὶ ἡ δόξα καὶ ἡ διαθήκη καὶ ἡ νομο-

Quamobrem beatus propheta ex praesenti re cognoscebat, fore ut extremo viderentur supplicio digni Iudaei, qui tanto a magisterio nullam vitae emendationem contraxerant; dum interim Ninivitae omni quondam improbitate polluti ac volutantes, statim solo praedicationis terrore ad meliorem frugem traducti fuissent. Quumque haec intelligeret fieri, ob ea significanda quae circa Christi domini adventum futura erant; rem multo graviorem eventuram videbat, quum ethnici divina gratia vocati ad pietatem confluerent; Iudaeis nihilominus incredulitatem suam retinentibus, neque Christum dominum recipientibus, cuius ceteroqui significationem atque doctrinam caelitus immissam apud se habebant: atque hinc regni caelestis heredes declaratum iri homines, qui ubique terrarum habitarent; exclusum autem iri ab hac donatione propter suam incredulitatem impietatemque Iudaeos, qui tamen videbantur in tam inclyto virtutis magisterio versari. Haec necessario prophetae animum torquebant, luctuosum usquequaque negotium cernentis, vicemque Iudaeorum ut par erat dolentis, qui tanta dignitate quum essent, in talia ruituri erant. Rursus propheta maerebat, quia praesenti Ninivitarum comparatione digniores poena fiebant Iudaei: tum in posterum districto repudio dimittendi erant, prae reliquis ubique terrarum existentibus populis ad religionis verae doctrinam accessuris. Nam si beatus Paulus luget eorum reiectionem, ac supremo se occursurum supplicio libenter eorum causa ait, ut his ad officium revocatis efficeret non inutilem tantam Dei providentiam; vere enim in Christo dico, non mentior, testimonium perhibente mihi conscientia mea in Spiritu sancto, quoniam tristitia est mihi magna et continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israhelitae; quo-

νομοθεσία καὶ ἡ λατρεία καὶ αἱ ἐπαγγελίαι· ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν· πῶς οὐ πρόδηλον ὅτι τὴν αὐτὴν ἔχοντες καὶ οἱ προφῆται γνώμην, ὠδύροντό τε ἐπὶ τούτοις καὶ ἐθρήνουν; εἴτε τῶν τότε γεγονότων ἕνεκεν, εἴτε καὶ τῶν μηνυομένων ἔσεσθαι ὕστερον.

Ὑπὲρ γὰρ τούτου καὶ τὴν φυγὴν ὁ προφήτης εἵλετο, οἰόμενος διαφεύξεσθαί τε τὴν πρὸς τοὺς Νινευΐτας μήνυσιν, καὶ κωλύσειν τὰ ἐντεῦθεν ἐσόμενα, ἀφ' ὧν δὴ σαφῶς ἡ τῶν Ἰου- p. 229.
δαίων ἐπεδείκνυτο κακία· ἔλεγχος δὲ τῶν εἰρημένων τὰ μετὰ ταῦτα· Νινευῖται γὰρ οἱ μετὰ τοσαύτης ἑτοιμότητος τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον δεξάμενοι μεταβολήν, ἐπεστράτευσάν τε μετ' οὐ πολὺ τοῖς Ἰσραηλίταις, καὶ τοὺς λοιποὺς αἰχμαλώτους λαβόντες, πλείστην ἔσχον καὶ τὰ Ἱεροσόλυμα πορθῆσαι σπουδήν· ὑπὲρ ὧν δὴ καὶ τιμωρίαν ἐδέξαντο παρὰ τοῦ Θεοῦ μεγίστην, ἣν Ναοὺμ ὁ προφήτης μεμηνυκὼς καταλέλοιπεν ἐν βιβλίοις· ὥστε τὴν μὲν τοῦ Ἰωνᾶ προφητείαν, καὶ τὰ τότε περὶ τοὺς Νινευΐτας γεγονότα, μήνυσιν τῆς θείας χάριτος εἶναι, καθ' ἣν οὕτω ῥᾳδίαν τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολὴν ἐδέξαντο πάντες· τὴν δὲ τοῦ Ναοὺμ δήλωσιν ἔχειν τῆς αὐτῶν ἐκείνων μοχθηρίας, ἀφ' ἧς ἐπικεχειρήκασί τε τοσούτοις κακοῖς, καὶ τιμωρίαν ὑπὲρ ἁπάντων ἐδέξαντο τὴν ἀξίαν· καὶ ταῦτα μὲν ἐξ ἁπάντων τῶν περὶ τὸν μακάριον Ἰωνᾶν γεγονότων τε πρότερον καὶ εἰρημένων, ὕστερον ἐπὶ τῆς καινῆς διαθήκης, καθὰ πρόσθεν ἐδείκνυμεν, εἰκότως νοοίη τις ἄν· τὰ δέ γε τότε γεγονότα τε καὶ διὰ τῆς τοῦ βιβλίου δηλούμενα συγγραφῆς, ἃ δὴ καὶ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον μεγίστην τοῖς τότε τήν τε ὠφέλειαν παρείχετο καὶ χρείαν, ἐξ αὐτῶν εἰσόμεθα τῶν κατὰ μέρος, ὧνπερ οὖν καὶ τῆς ἑρμηνείας ἁψόμεθα Θεοῦ διδόντος.

rum adoptio est in filios, et gloria et testamentum et legislatio et cultus et promissiones; quorum patres, et ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in saecula, amen. Nonne hinc constat, prophetas quoque eadem animi adfectione praeditos, ingemuisse super his atque luxisse, sive ob ea quae evenerant, sive ob ea quae portendebantur?

Propter hoc fugam quoque propheta maturavit, sperans se necessitatem vitaturum faciendae ad Ninivitas praedictionis, atque hinc impediturum quominus ea contingerent, quae manifestam iudaicae malitiae patefactionem allatura erant. Iam quae consecuta sunt, dictis meis suffragium addunt. Namque Ninivitae, qui tanta alacritate ad virtutem mentem converterant, bellicam expeditionem adversus Israhelitas paulo post susceperunt; reliquisque etiam in captivitatem abactis, summa vi vastitatem Hierosolymis ipsis inferre conati sunt: quam ob rem poenas quoque maximas Deo luerunt, quas qui praedixerat Nahumus propheta scriptis quoque commendavit. Igitur Ionae prophetia, nec non ea quae per id tempus Ninivitis acciderunt, significationes divinae gratiae fuerunt, cuius impulsu tam proclivem cuncti ad virtutem conversionem experti sunt. Nahumi vero prophetia demonstrat eorumdem Ninivitarum improbitatem, cuius instinctu tanta mala capessiverunt, iustasque demum scelerum omnium poenas sustinuerunt. Atque haec, quae beato Ionae olim acciderunt, vel de eodem dicta sunt, ea inquam omnia in novo postea testamento instaurata, sicuti iam dixi, iure meritoque videre est. Age vero res illas, quae tunc gestae libelloque commendatae fuerunt, et quae ei tempori plurimum emolumentum atque usum exhibuerunt, ex eisdem singillatim cognoscemus, quarum iam interpretationem Deo auspice adgrediemur.

ΚΕΦ. Α'.

p. 210. v. 1. « Καὶ ἐγένετο λόγος κυρίου πρὸς Ἰωνᾶν τὸν τοῦ Ἀμαθὶ λέγων· ἀνάστηθι καὶ πορεύ-
v. 2. θητι εἰς Νινευὴ τὴν πόλιν τὴν μεγάλην, καὶ κήρυξον ἐν αὐτῇ, ὅτι ἀνέβη κραυγὴ τῆς κακίας
αὐτῶν πρός με. » Ἀποκάλυψιν θείαν ἐδέξατο, φησίν, Ἰωνᾶς ὁ προφήτης εἰς Νινευὴ τὴν
πόλιν ἀπελθεῖν τε καὶ κηρύξαι ἐν αὐτῇ, ὡς μεγάλα γε αὐτῶν παρανομούντων, καὶ τοιαῦτα
οἷα ἱκανὰ τῷ μεγέθει συγκινῆσαι τὸν θεόν· μεγίστην δὲ ἄγαν οὖσαν τὴν πόλιν καὶ ὑπὸ πλή-
θους συνωχυρωμένην, καὶ τῶν ἐν Ἀσσυρίοις ἁπασῶν τότε περιφανεστέραν οὖσαν, ἀναγκαῖον
ἦν ἐξ ἀκοῆς τοῖς κατὰ τὴν Ἰουδαίαν ἐγνῶσθαι· ὅθεν δὴ καὶ ὡς ἐπὶ γνωρίμην αὐτὸν ἀποστέλλει
πόλιν, ὡς οὐκ ὄψει γε ἀλλ' ἀκοῇ μόνον αὐτὴν εἰδότα· ἐνταῦθα μὲν οὖν τοῦτο μόνον φησὶν
ὅτι κήρυξον ἐν αὐτῇ· δῆλον δὲ ὡς ἐπὶ τούτῳ γε ἐπέμπετο ἐπί τε καὶ τὴν καταστροφὴν ἀπει-
λῆσαι τῇ πόλει, καὶ νουθετῆσαι τοὺς οἰκοῦντας ἅπαντας πρὸς μετάνοιαν ἰδεῖν, ὡς οὕτω
γε κερδανοῦντας τῆς πόλεως τὴν καταστροφήν· τῆς θείας γραφῆς τὰ πολλὰ συντέμνειν εἰω-
θυίας, ὅτ' ἂν τοῖς ἀναγινώσκουσι τὰ ἀκόλουθα συλλογίζεσθαι δυνατὸν ὑπάρχῃ· οὔτε γὰρ
ἐπειδὴ ἐνταῦθα εἶπε κήρυξον ἐν αὐτῇ, ἀπέστειλε τὸν προφήτην τοῦτο μόνον εἰπὼν ὁ θεός,
p. 211. καὶ οὐ διδάξας ὅ τι ποτὲ κηρύξαι προσῆκον ἦν αὐτόν· οὐθ' ὅτ' ἂν λέγῃ ἔτι τρεῖς ἡμέραι,
καὶ Νινευὴ κατασκαφήσεται, ἐκεῖνο μόνον εἰπεῖν ὁ προφήτης ἐκελεύσθη, ἀλλ' ὥστε τῇ
μηνύσει τῆς καταστροφῆς βελτίονας αὐτοὺς ἀπεργάσασθαι· ἐλπίδα λαβόντας τοῦ, εἰ μετα-
μεληθεῖεν, κερδᾶναι τὴν ἀπειλήν· ἐπεὶ καὶ περιττὸν ἦν ἀπειλεῖν τὴν καταστροφήν, εἰ γενέσθαι
πάντως αὐτὴν ἐχρῆν, οὐδὲν τῆς ἀπειλῆς κέρδος· ὥστε ἢ μεταβαλομένους γοῦν κερδᾶναι τὴν
τιμωρίαν, ἢ μὴ μεταβαλομένους δικαίως αὐτὴν ἐπαχθεῖσαν παρὰ θεοῦ ἐκ τῆς αὐτῶν δεί-
κνυσθαι κακίας.

CAP. I.

« Et factum est verbum Domini ad Ionam Amathi filium dicens: surge et vade Niniven in urbem magnam, atque ibi praedica, quod eius scelerum clamor ad me usque conscenderit. » Oraculum, inquit, divinum Ionas propheta accepit, ut abiret in urbem Niniven, ibique praedicaret; cuius cives tantopere tamque graviter peccabant, ut Dei iracundiam commoverint. Iam quum illa urbs maxima esset et populo confertissima, atque assyriacarum omnium illustrissima, necesse erat eam fama Iudaeis innotuisse: quare et Deus prophetam veluti ad cognitam urbem mittit, haud visu tamen sed auditu tantummodo notam. Heic autem unum hoc dicit, nempe ut in ea praedicet. Atqui insuper constat missum eum fuisse ad minitandum quoque urbi excidium, admonendosque incolas omnes, ut de paenitentia cogitarent, ceu si hoc pacto urbis eversionem vitaturi essent. Solent enim divinae scripturae multa congestim dicere, quotiescumque legentibus ratiocinio colligere consequentia licet. Neque sane cum in praesenti dixit, praedica, hoc uno verbo prophetam instructum misit Deus, quin simul doceret, quaenam ab eo posthinc praedicanda essent. Neque cum dixit, tres adhuc dies, et Ninive subvertetur, id tantummodo propheta dicere iussus fuit, sed dare operam ut praedictione excidii ad saniorem eos mentem revocaret; spe oblata, si ipsos paeniteret, fore ut minas irritas redderent. Alioqui inutile fuisset minitari exitium, si id necessario eventurum erat. Hic erat ergo minarum fructus, nempe ut vel paenitentes ultionem effugerent, vel pertinaces cognoscerent iuste inflictas a Deo poenas ob hanc ipsam illorum improbitatem.

Ταῦτα δὲ καὶ ὁ προφήτης εἰδὼς, Θαρσεῖς φησὶν ἔφυγεν ἐκ προσώπου κυρίου· οὐκ ἂν v. 3.
γε τοῦτο πεποιηκὼς εἰ τὴν καταστροφὴν ἐσομένην πάντως ἠπίστατο, καὶ ἐπὶ τούτῳ γε ἀποστάλ-
θαι, ὡς ἂν μηνύσειεν μόνον ἐσόμενον τὸ τοσοῦτο κακὸν, οὐδενὸς ἐσομένου καθάπαξ βελτίο-
νος ἐντεῦθεν. Θαρσεῖς δὲ οἱ μὲν ἔφασαν λέγεσθαι τὴν Ταρσὸν, ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν ἐκφώνησιν
ἐγγύτητος ὡς ἔοικε πλανηθέντες. Ταρσὸς μὲν γὰρ παραθαλασσία πόλις οὐκ ἔστιν· τὴν δὲ
προσηγορίαν ταύτην εἰς δήλωσιν παραθαλασσίων πόλεων εἴωθεν ἡ θεία λέγειν γραφή·
ὡς παρὰ τῷ μακαρίῳ Δαυὶδ τὸ, ἐν πνεύματι βιαίῳ συντρίψεις πλοῖα Θαρσεῖς· * ὅπερ * Ps. XLVII. 8.
οὖν ἐπὶ μὲν τῆς παραθαλασσίου * πόλεως καὶ παρ' αὐτὴν ἐχούσης ἑστῶτα τὰ πλοῖα λέγεσθαι p. 242. * Ita heic cod.
δυνατὸν, ἐπὶ δὲ τῆς ἀπῳκισμένης ὅσον περ ἡ Ταρσὸς ἀφεστῶσα φαίνεται τῆς θαλάσσης, οὐ- 129. At supra ix.
δαμῶς ἁρμόττον· ἕτεροι δὲ τὴν Ῥόδον ἔφασαν· ἀλλ' ἐγώ γε πᾶσαν τὴν ἀκριβολογίαν ταύτην
περιττὴν εἶναι πρὸς τὸ προκείμενον νομίζω, ἅτε τοῦ κατὰ τὸν προφήτην διηγήματος ἐρρω-
μένου δὴ πάντως ὁμοίως, ἣν τινὰ δή ποτε εἴ τις εἶναι νομίζοι τὴν πόλιν· ἐπισημαντέον δὲ
ἐκεῖνο μᾶλλον, ὅτι οὐκ εἶπεν ἔφυγεν ἐκ τοῦ θεοῦ, ἀλλ' ἐκ προσώπου κυρίου· οὐ γὰρ θεὸν
φεύγειν ὁ προφήτης ᾤετο, πάντων αὐτὸν δεσπότην καὶ ποιητὴν εἶναι νομίζων, καὶ πανταχοῦ
παρεῖναι πιστεύων· ἐπειδὴ δὲ ἐπὶ τοῦ Σιὼν ὄρους ἅπασαν αὐτῷ προσάγεσθαι τὴν λατρείαν
προσέταξεν ὁ θεὸς, ὑπόνοιαν Ἰουδαίοις ἐντεθεικὼς ὡς αὐτόθι γε καὶ οἰκῶν καὶ τὴν ἐπιφά-
νειαν ποιούμενος τὴν οἰκείαν· καὶ σκήνωμα δὲ τοῦ θεοῦ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἥ τε πόλις Ἱε-
ρουσαλὴμ ἐλέγετο, καὶ ἡ γῆ δὲ πᾶσα τῆς ἐπαγγελίας, ὡς ἂν ἐν ἁπάσῃ τε οἰκοῦντος τοῦ
θεοῦ καὶ πᾶσαν αὐτὴν ἐφορῶντος· διὰ τοῦτο ἐκ προσώπου τοῦ κυρίου πεφευγέναι λέγει τὸν
προφήτην, τῆς χώρας ἐκείνης ἐν ᾗπερ ἐποιεῖτο τὴν οἰκείαν ἐπιφάνειαν ὁ θεὸς ἐκβάντα,
εἰς ἑτέραν τινὰ καὶ ἀπῳκισμένην χώραν ἀπελθεῖν οὕτω δηλῶν· τοῦτο γὰρ ὁ προφήτης ἐποίει·
ὡς ἄχρι μὲν ἐν ἐκείνῃ διῆγε τῇ χώρᾳ ἐπιφαινομένου πάντως αὐτῷ τοῦ θεοῦ καὶ διεγείροντος p. 243.
αὐτὸν ἐφ' ὅ περ ἐβούλετο· εἰ δὲ πόῤῥω γένοιτο, κερδαίνων τὴν ἐνόχλησιν ἐκείνην· ὡς ἂν

Harum, inquit, rerum propheta gnarus, fugiebat a facie Domini in Tharsis. Porro id omnino non factitavisset, si exitium sine dubio futurum nosset; et si unice ad calamitatem nunciandam missus fuisset, ita ut nihil boni consequeretur. Iam Tharsis nonnulli aiunt significare Tarsum, nominis propinquitate ut videtur decepti. Tarsus enim haud est maritima urbs: illo autem nomine maritimas urbes designare scriptura solet, veluti apud beatum Davidem: vento valido conteres naves Tharsis: id quod de maritima urbe naves apud se habente dici potest; remotae autem, ceu Tarsus est, a mari non congruit. Alii Rhodum intelligunt. Ego vero omnem hanc curiositatem existimo supervacaneam, ac prophetae historiam aeque firmam, quamlibet quisque civitatem cogitet. Illud potius animadversione dignum est, quod non dixerit fugit a Deo, sed a facie Domini. Neque enim propheta se a Deo fugere opinabatur, quem omnium dominum creatoremque sciebat, atque ubique praesentem credebat. Sed quoniam in Sion monte universum sibi cultum adhiberi Deus iusserat, opinione quadam Iudaeis immissa, quasi ibi incoleret, suumque ibidem aspectum revelaret (quare et Hierosolyma et regio omnis promissa dicebatur ob eam causam tentorium Dei, ceu si hanc universam occuparet incolatu suo Deus, eamdemque oculis perlustraret); idcirco a facie Domini fugisse prophetam ait scriptura, qui excesserat ea regione, in qua semet Deus revelabat. Nempe his verbis in aliam quamvis remotam terram secessisse propheta dicitur: qui reapse ita se gesserat, ceu si in iudaica regione manenti apparitURUS omnino Deus esset, seque ad iussa facienda excitaturus: contra si procul fieret, cariturum se molestia sperabat:

μηδὲ ἐπιφαίνεσθαι ἐν ἑτέροις τόποις ἀνεχομένου τοῦ θείου· ὥστε καὶ Ἰουδαῖοι ἐπὶ τῆς αἰχμαλωσίας ὄντες, περιττὰς ἡγοῦντο καὶ τὰς θυσίας καὶ τὴν λατρείαν ἅπασαν τὴν τῷ Θεῷ προσαγομένην, ὡς τό γε ἐπιφαίνεσθαι τοῖς ἐκεῖ τόποις, μὴ δὲ δέχεσθαι τὰ αὐτόθι εἰς τὴν αὐτοῦ πληρούμενα τιμὴν ἀνεχομένου· δῆλος δὲ ἦν ὁ προφήτης πρὸς τὸ πρᾶγμα ὀκνῶν, διὰ τὸ συνορᾶν μὲν ὡς ἐπί τισιν αὐτὸν ἀποστέλλει πάντως χρησταῖς ἐλπίσιν· οὐκ ἂν γε ἐπὶ δὴ μόνης πέμψας αὐτὸν καταστροφῆς, εἰ μή τι καὶ ἀγαθὸν ἐντεῦθεν οἰκονομεῖν ἐβούλετο· τὸ ἄγαν δὲ ἄτοπον εἶναι νομίσας εἰ πρῶτον ἀνθρώποις ὀφθεὶς τοῖς οὐ πρότερον αὐτὸν ἐπισταμένοις, εὐθὺ τινὸς ψεύστου καὶ ἀπατεῶνος ἀπενέγκοιτο δόξαν· τοῦτο δὲ καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς μετέπειτα διὰ τῶν οἰκείων δηλῶν φαίνεται ῥημάτων.

Κατέβη μὲν οὖν εἰς τὴν Ἰόππην ὁ προφήτης ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας· αὐτόθι δὲ πλοῖον
ἐπὶ Θαρσεῖς ἀπιὸν εὑρὼν, τόν τε μισθὸν δέδωκε τῆς ἀπονοίας, καὶ ἐμβὰς μετὰ τῶν λοιπῶν
p. 244. ἐπὶ Θαρσεῖς ἐξέπλει· ὡς ἂν αὐτόθι τὴν ἐνόχλησιν μέλλων ἐκκλίνειν τὴν θείαν, οὐκ ἐπιφαι-
νομένου τι αὐτῷ ἐν ἀλλοτρίοις τόποις τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπείγοντος ἐπὶ τὸ προκείμενον ἀπελθεῖν·
* Ita cod. ἐπειδὴ δὲ κατὰ τὴν θάλατταν ἐγένετο πλέων, δῆλον αὐτὸν οἷον * ὁ Θεὸς ὅτι περιττήν τινα καὶ
v. 4. ματαίαν ὑπέμεινε τὴν φυγὴν, σφοδρὸν πνεῦμα κινήσας, τοσοῦτον ἐπὶ τῆς θαλάσσης εἰργά-
σατο τὸν κλύδωνα, ὥστε καὶ συντριβῆναι κινδυνεύειν τὸ πλοῖον οὐ φέρον τῶν κυμάτων τὴν
v. 5. βίαν· φόβος ἐκ τούτου τοὺς ἐν αὐτῷ εἴληφεν ὡς εἰκός· ἕκαστός τε πρὸς ὃν ἡγεῖτο θεὸν,
καὶ ὥσπερ θρησκεύειν εἰώθει, τῇ φωνῇ κεχρημένος ἀπαλλαγὴν ᾔτει τοῦ παρόντος γενέσθαι
κινδύνου· ἐπιτεινομένου δὲ τοῦ κλύδωνος, καὶ τὰ ἐνόντα τῷ πλοίῳ κατὰ τὸ εἰωθὸς τοῖς χειμα-
ζομένοις ἀπέρριψαν εἰς τὴν θάλασσαν, εἴ πως κουφισθὲν διαφύγοι τὸν κίνδυνον τὸ πλοῖον.
Τούτοις ἐπάγει. “ Ἰωνᾶς δὲ κατέβη εἰς τὴν κοίλην τοῦ πλοίου, καὶ ἐκάθευδεν ἐκεῖ καὶ ἔρρεγχεν. „
Οὐχ ὅτι μετὰ τὸ ἐκεῖνα γενέσθαι εἰς τὸ πλοῖον κατελθὼν ἐκάθευδεν· γελοῖον γὰρ εἰ ταραχῆς

quasi nimirum aliis in locis Deus semet revelare non pateretur. Atque ita Iudaei dum captivi detinerentur, victimarum quoque vel cuiusvis religionis Deo exhibendae nullum fructum esse putabant: ceu si Deus illis in locis neque apparere neque honorem religiosum sibi adhibitum soleret admittere. Perspicuum porro est prophetam ad id negotium torpuisse, propterea quod eum Deus quidem non sine praeclara spe mittebat; (neque enim unius excidii causa nunciandi misisset, nisi hinc quoque boni aliquid moliretur extundere;) sed tamen ipse valde absurdum putabat, si forte homo subito superveniens his qui se antea non noverant, continuo nebulonis cuiusdam et circulatoris famam contraheret: id quod ipsemet in consequentibus mox sermonibus satis ostendit.

Hac de causa descendit Ioppen propheta, deprehensaque navi Tharsis versus tendente, naulum exsolvit contumaciae suae, et cum reliqua turba conscendens Tharsis navigabat, ceu si ibi divina molestia liber esset futurus, quia Deus alienis in regionibus minime sibi occursurus esset, neque necessitatem certi loci adeundi impositurus. Iam ubi in altum progressus fuit, declaravit illi Deus quam inutilem quamque stultam fugam capessivisset: graviorem enim commovens ventum, tantam in mari conflavit procellam, ut infringi navis periclitaretur, quae vim fluctuum non ferebat. Hinc pavor navigantes, ut par erat, corripuit; et apud suum quisque creditum deum, quem patria religione colebat, praesens vitae discrimen elatis clamoribus deprecabatur. Tum se intendente procella, sarcinas quoque quotquot impositae fuerant de more in mare iaciebant, si forte onere levata navis periculum evaderet. His addit scriptura. “ Ionas autem in sentinam navis descenderat, ibique dor-

τοσαύτης γινομένης καὶ πάντων περὶ τῆς σωτηρίας κινδυνευόντων τῆς οἰκείας, εἰς ὕπνον ἑαυτὸν
ἐκεῖνος ἐδίδου· ἀλλὰ γὰρ τοῦτο μὲν εὐθὺς ἐπιβὰς πεποίηκε τοῦ πλοίου· ἡ δὲ γραφὴ τὰ κατὰ τὸν κλύ- v. 6.
δωνα διηγησαμένη, ὕστερον ἐπήγαγε τὰ παρὰ τοῦ προφήτου κατ' ἐκεῖνον γινόμενα τὸν καιρόν· p. 215.
ὅτι τε ὁ πρωρεὺς ὡς ἐν ταραχῇ τοσαύτῃ καθεύδοντα τὸν προφήτην ἰδεῖν ἀπεληλυθὼς, διήγειρέ τε αὐτὸν, καὶ ἐθαύμαζεν ὅτι τοσούτου γινομένου κακοῦ, μηδεμίαν αἴσθησιν ἔχοι τῶν κατεχόντων αὐτοὺς κακῶν, ἀλλ' ὡς ἀδείᾳ πολλῇ καθεύδει τε καὶ ῥέγχει· ὑπεμίμνησκε δὲ αὐτὸν ἀναστάντα τὸν θεὸν καλεῖν τὸν ἴδιον, εἴ πως ὑπ' αὐτοῦ γοῦν διασωθεῖεν· ὧν δὲ ὁ μὲν προφήτης οὐδὲν διεπράττετο· τοῦτο σφαλερὸν εἶναι νομίζων δεήσεις προσάγειν τούτῳ οὗ περ πεφεύγει.

Ἐπετείνετο δὲ τοῦ κλύδωνος τὸ κακόν· ἐδοκίμασαν λοιπὸν κλήρῳ διαγνῶναι τὸν τοῦ v. 7.
παρόντος αἴτιον κακοῦ· τοῦτο δὲ ἐδήλου μὴ κοινὸν κατὰ πάσης θαλάσσης εἶναι τὸν χειμῶνα, ἀλλὰ περὶ αὐτό γε μόνον τὸ πλοῖον τὴν σύμπασαν ταραχὴν κινεῖσθαι· ἀφ' οὗ περ οἱ ἐν αὐτῷ λογιζόμενοι τὴν αἰτίαν, κλήρῳ διαγινώσκειν τὸν αἴτιον ἐβούλοντο τῶν κακῶν· τυχὸν καὶ τοῦ δεσπότου θεοῦ ταύτην αὐτοῖς ἐμβεβληκότος τὴν διάνοιαν, ὡς ἂν ἀκολούθως τὰ λοιπά γε πραχθείη· οἱ μὲν γὰρ ἐχρήσαντο τοῖς κλήροις· ἐδείκνυτο δὲ ὁ μακάριος Ἰωνᾶς τῶν γεγονότων αἴτιος· ἐφ' ᾧ δὴ καὶ θαυμάσαντες οἱ ναυτικοὶ λοιπὸν, εἰ τοῦτο τί πεπραγμένον αὐτῷ τυγχάνοι ὥστε καὶ τοσοῦτον γεννῆσαι κακὸν, μετὰ σφοδρᾶς τῆς ἐπιτιμήσεως καὶ μονονουχὶ
δικαστικῷ λοιπὸν κεχρημένοι τῷ σχήματι, ὡς ἂν πρὸς ἄνθρωπον καταδεδικασμένον ἤδη v. 8. p. 216.
τῷ κλήρῳ διαλεγόμενοι, ἀπῄτουν μαθεῖν ὅτι περ αὐτῷ πεπραγμένον εἴη, τί δὲ καὶ ἐπιτήδευμα μετίοι, ὅθεν τε ἔρχοιτο, καὶ ὅποι περ ἄπεισιν, ἐκ ποίας τε ὁρμᾶται χώρας, καὶ ᾧ τινι ἔθνει προσήκει τῶν ἀνθρώπων· πρὸς οὓς σαφῶς ἀπεκρίνατο· " δοῦλος κυρίου
ἐγώ εἰμι, καὶ κύριον τὸν θεὸν τοῦ οὐρανοῦ ἐγὼ σέβομαι, ὃς ἐποίησε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηράν. " v. 9.

miens stertebat. „ Non quod post commotam tempestatem in inferiora navis dormitum descenderit: esset enim ridiculum, si tanta perturbatione coorta, cunctisque de salute periclitantibus, ipse somno se tradidisset: verumtamen id egerat statim ac navim conscendit; at scriptura postquam procellam narravit, postremo loco dixit, quae propheta priore tempore fecerat. Pergit porro dicere, ut gubernator ad prophetam videndum venerit, qui in tanta omnium trepidatione dormiebat; eumque excitaverit, miratusque fuerit, quod in eo procinctu nullum ipse ingruentium malorum sensum perciperet; sed veluti profunda securitate stertens dormiret. Ergo illum admonuit, ut expergiscens Deum suum invocaret, si forte ab eo servarentur.

Sed enim quum propheta nihil eiusmodi ageret, quia intutum existimabat precibus eum obtundere a quo fugiebat; quumque vis tempestatis augesceret; decreverunt nautae, quisnam esset eius mali auctor, sortito exquirere. Hinc satis intelligimus haud generalem fuisse toto mari procellam, sed circa illud unum navigium undarum strepitum desaevisse: qua re ad suspicandam causam commoti nautae, calamitatis eius reum sibi discernendum sortibus putaverunt: domino fortasse Deo hanc illis cogitationem ingerente, ut consequenter reliqua peragerentur. Ergo quum nautae sortes iecissent, beatus Ionas praesentis adversitatis causa demonstratus est. Id quod deinde nautae mirantes, quodnam scilicet ille tam grave facinus admisisset, ut tanti mali auctor existeret, et iam vehementi obiurgatione ac prope iudiciali formula utentes, atque hominem ceu iam sorte damnatum arguentes; certiores fieri volebant, quidnam ipse patrasset, quam artem profiteretur, unde digrederetur, quonam tenderet, qua patria oriundus esset, vel cui hominum genti adfinis. Quibus ille aperte respondit: " servus Domini ego sum, dominum Deum caeli colo, qui

Ὡς γὰρ ἐκείνων περὶ εἴδωλα ἐχόντων, αὐτὸς τὸ τῆς οἰκείας θρησκείας ἐξαίρετον ἐδήλωσεν
εἰπὼν ὅτι δοῦλος εἴη τοῦ Θεοῦ, τουτέστι φροντίδα ἔχων πᾶσαν τῆς θεραπείας ἐπιμελεῖσθαι
τῆς αὐτοῦ· οὐ γὰρ δὴ κατὰ τὸ κοινὸν εἶπε δοῦλος, καθ' ὃ καὶ τοὺς ναύτας ἦν ἀνάγκη δούλους
εἶναι τοῦ Θεοῦ ὑπ' αὐτοῦ γεγονότας· εἶτα καὶ τὸ ἰδιάζον λέγων τοῦ Θεοῦ ὃν ἐθρήσκευε, τὸν τῶν παντὸς
φησὶ ποιητὴν ἐγὼ σέβομαι, ὃς καὶ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ θαλάσσης καὶ πάντων ποιητής ἐστιν.
v. 10. Ἐφοβήθησαν οἱ ἄνδρες ἀκηκοότες ταῦτα, ὡς ἂν τοῦ πάντων ποιητοῦ κατ' αὐτῶν κεκινη-
μένου· ὅθεν καὶ τὸν προφήτην ἠρώτων τί τοῦτο ἐποίησας; καὶ ἐπειδήπερ ἔγνωσαν αὐτὸν ἐκ τοῦ
Θεοῦ πεφευγέναι τὴν ὑπόμνησιν ἐκκλίνοντα τὴν ἐκεῖθεν, εἶτα τῷ παρόντι σὺν αὐτοῖς περιπε-
p. 217. πτωκέναι κακῷ, ὡς ἂν γνοίη πανταχοῦ παρόντα τε τὸν Θεὸν, καὶ ὁμοίως ἁπανταχοῦ τὰ δο-
v. 11. κοῦντα ἐργαζόμενον, καὶ μὴ ᾖ οἷόν τε εἶναι φυγεῖν τὸν τοιοῦτον· πρὸς αὐτὸν δὴ λοιπὸν τὸν
προφήτην φασίν· " τί σοι ποιήσομεν, καὶ κοπάσει ἡ θάλασσα ἀφ' ἡμῶν; ,, ἐκ γὰρ τῶν εἰρη-
μένων τὰ περὶ αὐτὸν ἐγνωκότες, καὶ ὅτι ὑπηρέτης τε καὶ προφήτης ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ δὴ καὶ τὰ
πράγματα συνᾴδοντα τοῖς λεγομένοις ἐγνωκότες, παρ' αὐτοῦ μαθεῖν ἐβουλήθησαν τί δὴ
προσῆκεν αὐτοὺς διαπράξασθαι καὶ ἀπαλλαγῆναι τοῦ παρόντος κακοῦ. Καὶ ἐπάγει " ὅτι ἡ
θάλασσα ἐπορεύετο καὶ ἐξήγειρε μᾶλλον κλύδωνα· ,, δεικνὺς ὅτι προσθήκην ἀεὶ τὰ τοῦ
χειμῶνος ἐδέχετο, ὡς ἂν μὴ ἐν ἀμελείᾳ οἱ κατὰ τὸ πλοῖον θεῖεν τὸ γινόμενον· εἶτα φησί.
v. 12. " Καὶ εἶπεν Ἰωνᾶς πρὸς αὐτούς· ἄρατε καὶ ἐμβάλετέ με εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ κοπάσει ἡ θά-
λασσα ἀφ' ὑμῶν· διότι ἔγνωκα ἐγὼ ὅτι δι' ἐμὲ ὁ κλύδων οὗτος ὁ μέγας ἐστὶν ἐφ' ὑμᾶς. ,,
Ἐγὼ μὲν γάρ φησι τούτων αἴτιος ὑμῖν εἰμὶ τῶν κακῶν· συμβουλεύω ἢ ὑμῖν ῥῖψαι με εἰς τὴν
θάλασσαν, ὡς ἂν ἐγὼ δοίην δίκας ὑπὲρ ὧν ἥμαρτον εἰς Θεὸν, αὐτοί τε λύσιν τῶν κατεχόντων
v. 13. λάβοιτε κακῶν· ἀλλ' ἐκεῖνοί γε σφαλερὸν εἶναι νομίζοντες ἄνδρα τοσοῦτον καὶ Θεῷ προσή-
κοντα εἰς θάλατταν ἁπλῶς ἐκρίπτειν, ἐφιλονίκουν εἴ πως οἷόν τε ἐπὶ τὴν γῆν ἐπανελθόν-

mare et aridam fecit. ,, Nam quia illi idololatrae erant, peculiarem ipse religionem suam declaravit, dum se Dei servum dixit; studiosum nempe summopere cultus, qui eum decebat, praestandi. Neque enim generali quadam ratione se dixit servum, cuiusmodi alios quoque nautas opus erat Dei esse servos, a quo fuerant creati. Deinde et singularem notionem edidit eius Dei cui erat devotus; nimirum ait se colere Deum a quo caelum, terra, mare, resque omnes creatae fuerunt.

Quo audito, expaverunt homines, quod nimirum universae naturae conditor contra se commotus fuisset. Quamobrem prophetam sciscitabantur, quodnam crimen patravisset. Mox ubi hunc fugere a Deo cognoverunt, atque ab eius admonitionibus declinare; ideoque in praesentem cum ipsis calamitatem incurrisse, ut cognosceret Deum ubique interesse, nulloque loco non sua placita facere, neque fieri posse, ut mortalis quisquam ab eius potestate discedat; prophetam deinde nautae rogabant: " quid tibi faciemus ut mare nobis sedetur? ,, Nam ex dictis cognita hominis persona, nempe quod famulus et propheta Dei esset; quum facta quoque verbis consentanea comperissent, ab eo discere voluerunt, quid a se fieri oporteret ob impetrandam praesentis mali fugam. Porro addit scriptura, mare vehementius ferbuisse, fluctusque maiores extulisse; tempestatis scilicet incrementum significans, cuius causa rem negligere nautae non poterant. Deinde addit: " dixitque eis Ionas, tollite me et iacite in mare, quod ilico vobis sedabitur: novi enim procellam ingentem hanc mei causa vobis excitatam. ,, Ego, inquit, horum vobis origo malorum sum: quare suadeo ut me in profundum mergatis, quo poenas dem culpae meae in Deum, vosque necis laqueo expediamini. Verumtamen illi periculosum

τες, ὅπως τοῦ πλοίου τὸν προφήτην ἐξαγαγεῖν· ἐπειδὴ δὲ τοῦτο ποιεῖν οὐκ ἠδύναντο ἐπιτει- p. 218.
νούσης αὐτοῖς τῆς ζάλης τῆς θαλάσσης, ἀπολογησάμενοι τῷ θεῷ ὑπὲρ οὗ δὴ πράττειν
ἤμελλον, οὕτω τῇ θαλάσσῃ τὸν προφήτην ἐνέβαλον.
Λέγει γὰρ οὕτως· "καὶ ἀνεβόησαν πρὸς κύριον καὶ εἶπαν, μηδαμῶς κύριε, μὴ ἀπολώ- v. 14.
μεθα ἕνεκεν τῆς ψυχῆς τοῦ ἀνθρώπου τούτου, καὶ μὴ δῷς ἐφ' ἡμᾶς αἷμα δίκαιον· διότι σὺ
κύριε ὃν τρόπον ἐβούλου πεποίηκας." Μὴ γὰρ δή φησι τιμωρίαν ἡμῖν ἐπαγάγῃς ὡς ἂν δί-
καιον μάτην ῥίψασιν εἰς θάλασσαν, ἐπειδὴ ἡμῖν μὲν ἦν περὶ πλείστου σωθῆναι τὸν ἄνδρα·
οὐ γέγονε δὲ τοῦτο, ὡς ἔοικέ σοι μὴ δοκοῦν, ἀφ' ὧν ἐπιτεινόμενος ὁ κλύδων ποιεῖν ἡμᾶς
τὰ εἰς σωτηρίαν τοῦ ἀνθρώπου οὐκ εἴα· οὕτω τε διὰ τούτων ἀπολογησάμενοι τῷ θεῷ τῶν v. 15.
ῥημάτων, ἐνέβαλον τὸν Ἰωνᾶν εἰς τὴν θάλασσαν· καὶ εὐθὺς ὁ κλύδων ἅπας ἐπαύσατο· ὥστε
καὶ φόβῳ μεγάλῳ καταχεθῆναι τοὺς ἄνδρας, θεασαμένους τὴν ἐξουσίαν τοῦ πάντων κυρίου, v. 16.
ὃς καὶ συνεκίνησε τὴν θάλασσαν ὡς ἐβούλετο, καὶ βουληθεὶς αὐτὴν εὐθὺ καὶ παραχρῆμα πᾶσαν
εἰς γαλήνην μετέστησεν· εἶτα ἐπάγει· "ὅτι καὶ ἔθυσαν τῷ κυρίῳ καὶ ηὔξαντο εὐχάς·" οὐχ
ὅτι παραυτὰ ἔθυσαν τῷ κυρίῳ λέγων· οὐ γὰρ ἐπὶ τοῦ πλοίου θυσίας ἤμελλον ἐπιτελεῖν,
ἀλλ' ἵνα εἴπῃ ὅτι τῶν εἰδώλων παντελῶς ἀποστάντες, ἀνέθεσαν αὐτοὺς τῇ τοῦ θεοῦ λατρείᾳ, καὶ p. 219.
ὑπέσχοντο τοῦ λοιποῦ τῆς αὐτοῦ δουλείας ἀνθέξεσθαι, αὐτῷ τε καὶ τὰς καθηκούσας προσάξειν
θυσίας· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ ηὔξαντο εὐχάς.

ΚΕΦ. Β'.

Ὁ μὲν οὖν Ἰωνᾶς ἐπὶ πλεῖστον ἐπὶ τῆς θαλάσσης ἐφέρετο· προσέταξε δὲ ὁ θεὸς κήτει v. 1.
μεγάλῳ ἐπὶ τῆς θαλάσσης φερόμενον καταπιεῖν τὸν Ἰωνᾶν, ὅσπερ ἐν τῇ κοιλίᾳ τρεῖς ἡμέρας
τε καὶ νύκτας πεποίηκεν ἀδιάφθορος παντελῶς ὁ προφήτης· ὥστε καὶ αὐτὸν θαυμάσαντα,

“ Illa die sumetur super vos parabola, et planctus plangetur in cantico, dicendo: miseria miseri facti sumus: pars populi mei funiculo dimensa est, et non erat qui prohiberet eum ut averteretur. Agri vestri divisi fuerunt. „ Tunc vos acerba lamentatio decebit: nam canticum id denotat, quod cantabitis vestram deplorantes miseriam, portionem vestram videntes, id est vestri iuris regionem, ab alienis occupatam atque divisam, nemine id prohibere valente; et agros quos praepotenter obtinueratis, vobis ereptos cernentes, et alios dominos vestra sibi partientes. Deinde addit. “ Ideo non erit vobis iaciens in hereditate funiculum. „ Quoniam funiculus in dimensione dici solet, quia illo utuntur homines ad dimetiendum; velut ait psalmista: funiculi mihi ceciderunt in optimis; ac si dicat: dimensum mihi fuit, et optima terrae pars hereditati obtigit; idcirco ait: bona vestra cernetis ab aliis capi atque distribui; vobis autem nihil esse reliquum. Sic igitur nemo inter vos erit qui dimetiatur vel sortem iaciat, quia vestra omnia auferentur, et aliena fient. Vos, inquam, ex tot opibus nullius rei possessionem retinebitis, sed omnia in aliorum

p. 271. ὧν κύριοι οὐδενός· ὄψεσθε δὲ αὐτὰ ὑπὸ τῶν ἑτέρων γινόμενα δεσποτείαν· καὶ ἑτέρους κατ'
ἐξουσίαν διανεμομένους τὰ ὑμέτερα.

v. 6. « Ἐν ἐκκλησίᾳ κυρίου μὴ δακρύετε δάκρυσιν, μηδὲ δακρυέτωσαν ἐπὶ τούτοις· οὐ γὰρ
v. 7. ἀπώσεται ὀνείδη λέγων· οἶκος Ἰακώβ, παρώργισεν πνεῦμα κυρίου. » Μὴ τοίνυν συνιόν-
τες δάκρυσι κεχρῆσθε οὐ μεταμελείας, ἀλλ' ἀλγοῦντες μὲν ἐπὶ τῷ μεγέθει τῶν συμβεβη-
κότων ὑμῖν κακῶν· τρόπον δέ τινα καὶ αἰτίασιν προσάγοντες τῷ θεῷ, καὶ λέγοντες ὅτι οὐχ
ἡμεῖς μόνον θεὸν παρωργίσαμεν, οὐδὲ παρ' ἡμῶν μόνων τὰ ἄτοπα πέπρακται· τί δήποτ'
οὖν; ἕτεροι μὲν τὰ δοκοῦντα ποιοῦσιν εἰς ἡμᾶς, ἡμεῖς δὲ πάσχομεν μόνον; οὐδὲ γὰρ ἔσται τί
φησὶν ἐκ τούτων τῶν ῥημάτων ὄφελος ὑμῖν, οὐ δὲ ἐκ τῆς αἰτιάσεως ταύτης διαφεύξεσθε μὲν
τὴν κακῶν τὴν πεῖραν, παύσεσθε δὲ ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσιν ὀνειδιζόμενοι κακοῖς· ταῦτα μὲν
οὖν φησὶ μὴ ποιεῖτε· τί δέ; « Εἰ ταῦτα ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ ἐστιν, οὐχὶ οἱ λόγοι αὐτοῦ κα-
λοί εἰσι μετ' αὐτοῦ, καὶ ὀρθοὶ πεπόρευνται; » Ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον ἀποβλέψατε, ὅτι ὁ ταῦτα
ἐπάγων ὑμῖν θεός, οὐδὲν παραλέλοιπε τῶν δεόντων· ἀλλὰ καὶ λόγοις ἐχρήσατο τοῖς προσή-
κουσι πρὸς ὑμᾶς· καὶ ἐδίδαξεν ὑμᾶς πολλάκις ἃ δεῖ ποιεῖν· καὶ τῇ μηνύσει τῆς μελλούσης
τιμωρίας ἀποστῆσαι τῆς κακοπραγίας ὑμᾶς ἠβουλήθη· ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐθελήσαντες προσέχειν
p. 272. τοῖς λεγομένοις, τὴν τῶν θείων λόγων τὴν ὀρθότητα καὶ τὴν δικαιοκρισίαν ἐπεδείξατε σαφῶς, εἰ
πρότερον μὲν ὑμᾶς βελτιοῦν ἠβούλετο τῇ μηνύσει, ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἐπείσθητε, ἀναγκαίως
ὑμῖν οὐ μεταμεληθεῖσι τὴν ἀλήθειαν ἐπέδειξαν τὴν οἰκείαν.

v. 8. Εἶτα καὶ ἐκτείνων τὴν κατηγορίαν. « Καὶ ἔμπροσθεν ὁ λαός μου εἰς ἔχθραν ἀντέστη
κατέναντι τῆς εἰρήνης αὐτοῦ. » Ὑμεῖς δὲ ἄνωθεν ἔχθραν τινὰ καὶ πολεμίαν γνώμην εἵλεσθε
πρὸς ἐμέ, πείθεσθαι μὲν τοῖς λεγομένοις οὐκ ἐθέλοντες, πολεμοῦντες δὲ τῇ οἰκείᾳ εἰρήνῃ
μᾶλλον ἤπερ ἑτέρῳ· τῆς γοῦν ἀπειθείας τῆς ἑαυτῶν κέρδος εἰλήφατε, τὸν παρόντα πόλεμον.

dominatum transire videbitis: alios, inquam, pro suo quaesito iure, bona vestra inter se tribuere.

" In ecclesia Domini nolite flere lacrymis, neque lacrymentur super his: non enim abiiciet opprobria qui dicit: domus Iacob ad iram provocavit spiritum Domini. „ Nolite ergo in coetibus vestris lacrymari sine paenitentia, sed dolentes tantummodo de malorum vestrorum gravitate: et cum Deo propemodum expostulando, dicentes: non nos soli Deum irritavimus, neque nos tantum prave nos gessimus. Quid? Ceteri quidem pro libito nos vexant, nos vero soli passivi? Atqui ex his verbis nullam vos utilitatem capietis: neque ob hanc querelam vitabitis malorum experimentum, atque a maledicendo ob supervenientia mala cessabitis. Haec, inquit, nolite facere. " Si hae sunt ordinationes eius, nonne boni sunt sermones eius cum ipso, rectique procedunt? „ Illud potius considerate, Deum qui talia vobis intulit, nihil debitum omisisse; sed et idoneis verbis vos esse allocutum, et saepe officium docuisse, et futurae poenae praedictione a maleficiis vos retrahere voluisse. At vos dictis auscultare renuentes, verborum Dei rectitudinem et aequitatem manifeste comprobastis, qui primo quidem emendare vos voluit praedictionibus; sed postquam non obtemperastis, necessario vobis non paenitentibus veritatem dictorum suorum comprobavit.

Deinde amplians invectionem, ait. " Et antea populus meus cum inimicitia restitit contra pacem suam. „ Sed vos iam olim inimicitiam quandam, hostilemque adversus me sententiam suscepistis, obedire dictis noluistis, vestraeque pacis magis, quam alterius cuiuslibet, adversarii extitistis. Ergo vestrae contumaciae lu-

« Τὴν δορὰν αὐτοῦ ἐξέδειραν, τοῦ ἀφελέσθαι ἐλπίδα, συντριμμὸν πολέμου. „ Πάντα τὰ
προσόντα τοῖς πένησιν ἀφῃρεῖσθε, καὶ πᾶσαν αὐτῶν ἀγαθὴν ἐξεκόπτετε ἐλπίδα· ὑπὲρ ὧν
δὴ τοῦ παρόντος πολέμου τὴν συντριβὴν καθ' ἑαυτῶν κεκινήκατε· πῶς καὶ τίνα τὸν τρόπον;
« Διὰ τοῦτο οἱ ἡγούμενοι τοῦ λαοῦ μου ἀποῤῥιφήσονται ἐκ τῶν οἰκιῶν τρυφῆς αὐτῶν, διὰ τὰ v. 9.
πονηρὰ ἐπιτηδεύματα αὐτῶν ἐξώσθησαν. „ Ἅπαντες γὰρ οἱ ἐξάρχειν δοκοῦντες διὰ τὴν
δυναστείαν ἐν τῷ λαῷ ὑπὲρ τῆς εἰς τοὺς πένητας ἀδικίας, ἐξωσθήσονται τῶν οἴκων οἷς ἐνε-
τρύφων, πλεῖστον ἐκ τῶν πενήτων συλλέγοντες πλοῦτον· οἱ δὲ δίκας τῆς μοχθηρᾶς πράξεως p. 273
δώσουσι, τὸ ἔξω γενέσθαι τούτων δεσποτείας, ἃ κακῶς προσεκτήσαντο. Τί οὖν; « Ἐγγί- v. 9.
σατε ὄρεσιν αἰωνίοις. „ Ἀνάστηθι καὶ πορεύου, ὅτι οὐκ ἔστι σοι αὕτη ἀνάπαυσις ἕνεκεν ἀκα- v. 10
θαρσίας· διεφθάρητε φθορᾷ· κατεδιώχθητε, οὐδενὸς διώκοντος. „ Οὐχ ὑπολέλειπται
τοίνυν ὑμῖν οὐδὲ μάχης πρὸς τοὺς πολεμίους πρόφασις, ὑπὸ θεοῦ παραδιδομένοις διὰ
τὴν μοχθηρίαν τὴν οἰκείαν· ἄπιτε δὲ ἐπὶ τὰ ὅρια τῶν πολεμίων, ἃ πόῤῥωθεν ὑμῖν ηὐτρέ-
πισεν ὁ θεὸς, ὡς ἂν μετ' αἰχμαλωσίας οἰκοίητε ἐν αὐτοῖς· τυχεῖν γάρ σε τῆς ἐνταῦθα
ἀναπαύσεως, τῶν ἀδυνάτων· ἐπειδὴ ὑπὲρ ὧν ἀκαθαρσίᾳ συνεζῆτε πολλῇ κατά τε τὴν
ἀσέβειαν, κατά τε τὴν τῶν πράξεων μοχθηρίαν, τῇ τῶν πολεμίων διαφθορᾷ παρεδόθητε
εἰς ἣν συνελαύνεσθε, οὐκ ἀνθρώπων ὑμᾶς ἀπαγόντων, ἀλλὰ θεοῦ τε τὴν τιμωρίαν ὁρί-
σαντος ταύτην ὑμῖν.

Καὶ τὴν αἰτίαν λέγων τῆς τῶν πεπραγμένων αὐτοῖς διαφθορᾶς « πνεῦμα ἔστησε ψεῦδος· „ v. 11.
γέγονε δέ σοι φησὶ πάντων αἴτιον τὸ πιστεύειν τῇ τῶν ψευδοπροφητῶν ἀπάτῃ. « Ἐστάλαξέ
σοι εἰς οἶνον καὶ μέθυσμα. „ Ἐκείνου γὰρ ἀπεστάλαξέ σοι ταυτηνὶ τὴν τιμωρίαν, ἀφ' ἧς
μεθύοντος δίκην ὤσχας οὐδὲν, τῇ ποικιλίᾳ περιαγόμενος τῶν κακῶν· ἐδείξαμεν ἤδη δὲ ἑτέ- p. 274.
ρωθι ὅτι τὸν οἶνον ἐπὶ τῆς τιμωρίας λέγει. « Καὶ ἔσται ἐκ τοῦ σταγόνος τοῦ λαοῦ τούτου συναγό- v. 12.

crum cepistis praesens bellum. « Pellem eius excoriaverunt, ut spem eriperent, contritionem belli. „ Quicquid fuit apud pauperes eripuistis, omnemque illorum bonam spem praecidistis: quam ob causam belli huius contritionem adversus vos concitastis. Cur, vel quomodo? « Propterea duces populi mei eiicientur ex aedibus deliciarum suarum: propter malas adinventiones suas eiecti sunt. „ Cuncti qui principari videntur sua in populum dominatione, et in pauperes iniquitate, eiicientur domibus in quibus deliciabantur, ubi plurimas pauperum opes coacervaverant; et hanc nequitiae suae poenam luent, quod earum rerum possessu excident, quas iniuste obtinuerant. Quid ergo? « Propinquate montibus aeternis. „ Surge et proficiscere, quia non heic tibi requies propter immunditiam: corrupti estis putredine: fugistis, nemine persequente. Vobis itaque ne pugnandi quidem adversus hostes praetextus supererit, quoniam his a Deo ob nequitiam vestram traditi fuistis. Proficiscimini ergo ad hostium fines, quos multo antea vobis paravit Deus, ut illic captivi incolatis: nam te hoc loco diutius quiescere, impossibile est; quandoquidem propter vitae vestrae impuritatem sive irreligiose sive improbe agendo, hostibus vestris ad perniciem traditi estis, ad quam ducemini; haud hominibus vos trahentibus, sed ipso Deo qui hanc vobis poenam decrevit.

Tum causam corruptelae illorum dicens: « spiritus, inquit, statuit mendacium. „ Causa tibi horum omnium fuit, fidem adhibuisse falsorum prophetarum fraudi. « Stillavit tibi in vinum et ebrietatem. „ Ex illo tibi instillavit hanc punitionem, qua factus es ebrio similis, malorum variorum multitudine circumactus. Et quidem alibi nos ostendimus, vinum dici a scriptura interdum pro punitione.

μένος συναχθήσεται Ἰακὼβ σὺν πᾶσιν. „ Ἐκ δὲ ταύτης τῆς κακῶς ὑμῖν ἐγγινομένης ἀπάτης τῶν ψευδοπροφητῶν, ἅπαντες εἰς τὴν παροῦσαν ἠθροίσθητε τιμωρίαν, ἣν οὐδαμῶς διαφυγεῖν ὑμῖν δυνατόν. " Ἐκδεχόμενος ἐκδέξομαι νῦν καταλοίπους τοῦ Ἰσραήλ, ἐπὶ τὸ αὐτὸ θήσομαι τὴν ἀποστροφὴν αὐτῶν. „ Ἅπαντας τοίνυν ὑμᾶς, τούς τε πρότερον ληφθέντας ὑπὸ τῶν Ἀσσυρίων, καὶ νῦν ὕστερον, ἀναμένω τῇ τοσαύτῃ παραδιδομένους τιμωρίᾳ, εἰς ἣν κατὰ ταυτὸν τῶν τόπων ἀφαιρεθέντες τῶν οἰκείων, ἀποστραφήσεσθε εἰς αἰχμαλωσίαν ἀπαγόμενοι. " Ὡς πρόβατα ἐν θλίψει, ὡς ποίμνια ἐν μέσῳ κοίτης αὐτῶν ἐξαλοῦνται ἐξ ἀνθρώπων. „ Τοσοῦτο γὰρ ὑμῖν ἐμπεσεῖται δέος ἐκ τῆς ἐφόδου τῶν πολεμίων, ὥστε μηδὲν ὑμᾶς ἀπεοικέναι προβάτων, ἃ καθεύδοντα ἀθρόον ἐπιστάντος λύκου, εἰς ταραχήν τε καθίστανται καὶ
v. 13. δέος, περὶ τῆς σωτηρίας ἀγωνίαν ἀναγκαζόμενα τῆς οἰκείας. " Ἀνάβηθι διὰ τῆς κοπῆς
πρὸ προσώπου αὐτῶν· διέκοψαν καὶ διῆλθον πύλην, καὶ ἐξῆλθον δι' αὐτῆς· καὶ ἐξῆλθεν
ὁ βασιλεὺς αὐτῶν πρὸ προσώπου αὐτῶν. „ Ἐπειδὴ γὰρ οἱ Βαβυλώνιοι ἐπὶ πολὺ τὴν Ἱερου-
p. 273. σαλὴμ πολιορκοῦντες, μηχανήμασι τὴν πόλιν λαβόντες διέτεμον τὸ τεῖχος, ὥστε τε τὴν εἰς τὴν πόλιν εἴσοδον ἑαυτοῖς πραγματευσάμενοι, ἅπαντας μετὰ τοῦ βασιλέως διὰ τῆς πύλης ἐπὶ τὴν αἰχμαλωσίαν ἐξήγαγον, τοῦτο λέγει· ἄνιθι δή φησι καὶ ὅρα τὸ τεῖχός σου διατετμημένον, ὃ διακόψαντες οἱ πολέμιοι ματαίαν σοι τὴν ὑποπτευομένην ἐντεῦθεν ἀσφάλειαν πεποιήκασιν· ἅπαντας γὰρ νῦν ἐν τῇ πόλει μετὰ τὴν τῶν πεπτωκότων ἀναίρεσιν, διὰ τῆς πύλης, ἣν ἀνοίγειν οὐκ ἐβούλεσθε, λαβόντες αἰχμαλώτους ἐξῆλθεν, προηγουμένου τῆς αἰχμαλωσίας τοῦ βασιλεύειν αὐτῶν πρότερον δοκοῦντος. Καὶ πῶς ταῦτα ποιῆσαι δυνήσονται οἱ πολέμιοι; " Ὁ δὲ κύριος ἡγήσεται αὐτῶν· „ ἐπειδὴ θεὸς αὐτοῖς ἐν τοῖς καθ' ὑμῶν στρατηγεῖ πολεμίοις. Εἶτα καὶ ὑπὲρ ὧν ταῦτα πείσονται πάλιν λέγων.

" Et erit, de stilla populi huius, congregatione congregabitur Iacob cum omnibus. „ Ob hanc autem male vobis insinuatam a falsis prophetis fraudem, cuncti simul ad hanc adacti poenam fuistis, quam non licet effugere. " Suscipiendo suscipiam reliquos Israhelis, in id ipsum ponam aversionem eorum. „ Cunctos ergo vos tum antea captos ab Assyriis, tum postea, expectabo tali poenae contraditos, ad quam propriis avulsi sedibus avertemini, in captivitatem abrepti. " Sicut oves in tribulatione, quasi greges in medio cubilis sui, exsilient ex hominibus. „ Tantus vobis ingruet pavor ab hostium incursu, ut haud dissimiles futuri sitis ovium quae dormientes, irruente repente lupo, tumultu et consternatione turbantur, de salute sua trepidare coactae. " Ascende per divisionem ante faciem eorum: diviserunt et transierunt portam, et per eam excesserunt: et rex eorum exivit ante ipsos. „ Postquam Babylonii Hierusalem diu obsederunt, expugnataque demum urbe machinis moenia diviserunt, atque ingressu sibi patefacto, cunctos una cum rege per portam in captivitatem expulerunt; hoc ait: ascende, vide murum tuum divisum, quem hostes demolientes vanam tibi speratam ab hoc salutem effecerunt. Omnibus enim in urbe superstitibus, post occisorum stragem captivatis, per portam quam reserare noluistis, exierunt, praeeunte in captivitatem illo qui antea rex eorum esse videbatur. At enim quomodo haec hostes patrare poterunt? " Dominus dux illorum erit. „ Dominus imperatoris vice fungitur apud inimicos vestros. Deinde cur haec patiantur, rursus ait.

ΚΕΦ. Γ'.

« Καὶ ἐρεῖ· ἀκούσατε δὴ αἱ ἀρχαὶ τοῦ Ἰακὼβ, καὶ οἱ κατάλοιποι οἴκου Ἰσραήλ· οὐχ v. 1.
ὑμῖν ἐστι τοῦ γνῶναι τὸ κρίμα; » Συμπράξει γάρ φησι καθ' ὑμῶν τοῖς πολεμίοις, ταύτας
ὑμῖν τὰς αἰτίας ἐπάγων, καὶ πρὸς ἅπαντας τούς τε ἐξάρχοντας ἐν ὑμῖν καὶ τοὺς λοιποὺς
λέγων, ὅτι πάντων μάλιστα ὑμᾶς ἐχρῆν διακρίνειν τὸ δέον, καὶ ἀποστρέφεσθαι μὲν τὸ χεῖ-
ρον, αἱρεῖσθαι δὲ τὸ κρεῖττον, ἅτε ἁπάντων μὲν τοῦτο παρ' ἐμοῦ δεδιδαγμένων διά τε τῆς
νομικῆς διατάξεως καὶ τῶν λοιπῶν, ὁπόσα δὴ πρὸς τοῦτο πεποίηκα πολλάκις· ἐπὶ τούτῳ δὲ p. 276.
καὶ τῶν ἀρχόντων εἰς τὴν ἐξουσίαν παρεληλυθότων ταύτην. « Οἱ δ' ἔτι μισοῦντες τὰ καλὰ, v. 2.
καὶ ζητοῦντες τὰ πονηρὰ, ἁρπάζοντες τὰ δέρματα αὐτῶν ἀπ' αὐτῶν, καὶ τὰς σάρκας
αὐτῶν ἀπὸ τῶν ὀστῶν αὐτῶν. » Οἱ δὲ τοὐναντίον ὧν ἐδιδάχθητε διαπράττεσθε, ἀποστρεφό-
μενοι μὲν τὰ καλὰ, ἐργαζόμενοι δὲ τὰ χείρω, καὶ πᾶσαν εἰς τοὺς πένητας τε καὶ εὐτελε-
στέρους ἀδικίαν ἐπιδεικνύμενοι τῷ πάντα τὰ προσόντα αὐτοῖς ἀφαιρεῖσθαι ποικίλως. Τί
οὖν; « Ὃν τρόπον κατέφαγον τὰς σάρκας τοῦ λαοῦ μου, καὶ τὰ δέρματα αὐτῶν ἀπ' αὐτῶν v. 3.
ἐξέδειραν, καὶ τὰ ὀστᾶ αὐτῶν συνέθλασαν, καὶ ἐμέλισαν ὡς σάρκας εἰς λέβητα, καὶ ὡς
κρέα εἰς χύτραν, οὕτως κεκράξονται πρὸς κύριον, καὶ οὐκ εἰσακούσεται αὐτῶν, καὶ ἀποστρέψει v. 4.
τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπ' αὐτῶν ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, ἀνθ' ὧν ἐπονηρεύσαντο ἐν τοῖς ἐπι-
τηδεύμασιν αὐτῶν ἐπ' αὐτοῖς. » Ἐπειδὴ γάρ φησιν ὑμεῖς πάντα τὰ τῶν πενήτων ἀφῃρεῖ-
σθε, ποικίλως αὐτοὺς ἀδικοῦντες καὶ ἄγχοντες καὶ συντρίβοντες, διὰ τοῦτο τῆς ἐφόδου τῶν πολε-
μίων γενομένης καλέσετε μὲν ὑπὸ τῆς ἀνάγκης τὸν θεὸν, οὐ δὲ μιᾶς δὲ τεύξεσθε τῆς ἐκεῖ-
θεν βοηθείας· ἀλλὰ μὲν εἰ μὴ δὲ προσβλέπειν ὑμῖν αἱρούμενος, παντελῶς δὲ τοῖς κατέχου-
σιν ἐκδιδοὺς κακοῖς, ἐπειδὴ τοιαῦτα ἄτοπα καὶ τοσαύτης ἀδικίας μεστὰ πεπραχόσι συνοίδεν p. 277.
ὑμῖν· εἰρηκὼς δὲ ἅ τε ἐπράττον, καὶ ἃ πείσονται ὑπὲρ τούτων, τοῖς τῶν ψευδοπροφητῶν πε-
πιστευκότες λόγοις, ἐπ' αὐτοὺς πάλιν τοὺς ψευδοπροφήτας τρέπει τὸν λόγον, καὶ φησί.

CAP. III.

" Et dicet: audite principes Iacob, et reliqui domus Israhelis: numquid non vestrum est cognoscere iudicium? ,, Auxiliabitur, inquit, vestris hostibus, has vobis obiiciens causas, et cunctis principibus vestris, et reliquis, dicens debuisse vos apprime officium vestrum discernere, vitium aversari, virtutem amplecti, quoniam haec omnia ego vos docueram tum legis constitutione, tum aliis quae saepe ob hunc finem edixi. " Vos autem odio habetis bonum, et appetitis malum, diripitis eorum pelles desuper eis, et carnes ex ossibus eorum. ,, Vos vero contrarium doctrinae acceptae facitis, aversantes bonum, perpetrantes mala, totamque vestram in pauperes humilioresque exercentes iniquitatem, cunctas eorum multimodis diripiendo facultates. Quid ergo? " Sicut populi mei carnes comederunt, et pelles ei detraxerunt, et ossa comminuerunt, et conciderunt sicut carnes in lebete, et sicut carnem in olla; sic ad Dominum clamabunt, qui non exaudiet eos, avertetque faciem suam ab ipsis tempore illo, quoniam nequiter egerunt in adinventionibus suis. ,, Quia vos, inquit, omnia pauperibus eripuistis, varie illos fraudantes, opprimentes atque conterentes, ideo facta hostium incursione invocabitis quidem necessitate premente Deum, nullum tamen impetrabitis ab eo auxilium: immo ne respicere quidem vos volet, et instantibus omnino malis contradet, propterea quod tam indigna, tamque plena iniustitiae operari vos cognovit. Iam postquam dixit quae fece-

v. 5 « Τάδε λέγει κύριος ἐπὶ τοὺς προφήτας τοὺς πλανῶντας τὸν λαόν μου, τοὺς δάκνον-
τας ἐν τοῖς ὀδοῦσιν αὐτῶν, καὶ κηρύσσοντας ἐπ' αὐτοῖς εἰρήνην· καὶ οὐκ ἐδόθη εἰς τὸ στόμα
αὐτῶν. » Ταῦτα δέ φησι περὶ τῶν ψευδοπροφητῶν λέγει θεός, οἱ διαφόρως ταῖς ἑαυτῶν
ἀπάταις ἐξάγοντες τοῦ προσήκοντος τὸν λαόν, μονονουχὶ κατήσθιον αὐτοὺς αὐτοὶ δι' ὧν
ἔλεγόν τε καὶ ἔπραττον, ἐπὶ ταῦτα αὐτοὺς ἐκκαλούμενοι ὑπὲρ ὧν τὴν τοσαύτην ἤμελλον δέ-
χεσθαι τιμωρίαν· διετέλουν γὰρ εἰρήνην αὐτοῖς ἐπαγγελλόμενοι, καὶ ὡς οὐδὲν ὑπὲρ ὧν ἁμαρ-
τάνουσι πείσονται κακόν, κατὰ τὰ ῥήματα τῶν προφητῶν· ταῦτα δὲ οὐ κατὰ γνώμην τὴν ἐμὴν
ἐπηγγέλλοντο εἰρήνην, ἣν οὐκ ἐδιδάχθησαν λέγειν παρ' ἐμοῦ. Ἀφ' ὧν δή τι πεποιήκασιν;
« Ἡγίασαν ἐπ' αὐτῶν πόλεμον. » Ἐπαγγελλόμενοι γὰρ εἰρήνην, πόλεμον αὐτοῖς ἐπήγ-
v. 6. ειραν, ὃν ἀφώρισαν εἰς τὸ κατ' αὐτῶν γενέσθαι. « Διὰ τοῦτο νὺξ ὑμῖν ἔσται ἐξ ὁράσεως,
καὶ σκοτία ὑμῖν ἔσται ἐκ μαντείας· καὶ δύσεται ὁ ἥλιος ἐπὶ τοὺς προφήτας, καὶ συσκοτάσει
v. 7. p. 278. ἐπ' αὐτοὺς ἡ ἡμέρα· καὶ καταισχυνθήσονται οἱ ὁρῶντες τὰ ἐνύπνια, καὶ καταγελασθήσονται
οἱ μάντεις, καὶ καταλαλήσουσι κατ' αὐτῶν πάντες αὐτοί· διότι οὐκ ἔσται ὁ ἐπακούων αὐτῶν. »
Ὑπὲρ δὴ τούτων ὧν ὁρᾷν τε καὶ μαντεύεσθαι προσεποιοῦντο τὸν λαὸν ἀπατῶντες, σκοτίᾳ
αὐτοί τε καὶ οἱ πειθόμενοι περιβληθήσονται πάντες· ὥστε αὐτοῖς μηδὲ τὸν ἥλιον φαίνειν δο-
κεῖν ὑπὸ τοῦ μεγέθους τῶν κακῶν ἐσκοτισμένοις· αὐτοί τε γὰρ οἱ τὰ τοιαῦτα ὁρᾷν τε προσ-
ποιούμενοι καὶ λέγειν, αἰσχύνῃ περιβληθήσονται, τῶν πραγμάτων ἐναντίων οἷς ἔφασκον
δεικνυμένων· γέλως τε πολὺς ἐπ' αὐτοῖς παρὰ πάντων γενήσεται, οὐδενὸς οὐδὲ προσέχειν
ἐπὶ τοῖς παρ' αὐτῶν λεγομένοις ἐθέλοντος, διὰ τὸ τῇ πείρᾳ μαθεῖν ὅσων αὐτοῖς διὰ τῆς
ἀπάτης τῆς ἰδίας γεγόνασιν αἴτιοι κακῶν.
v. 8. « Ἀλλὰ μὴν ἐγὼ ἐνεπλήσθην ἰσχύος ἐν πνεύματι κυρίου, καὶ κρίματος καὶ δυνα-
στείας τοῦ ἀπαγγεῖλαι τῷ Ἰακὼβ ἀσεβείας αὐτοῦ, καὶ τῷ Ἰσραὴλ ἁμαρτίας αὐτοῦ. » Ἐγὼ

rint, et quae sint propterea passuri, quia falsorum prophetarum verbis crediderunt, contra ipsos denuo falsos prophetas sermonem convertit, et ait.

« Haec dicit Dominus super prophetas, qui seducunt populum meum, qui mordent dentibus suis, et praedicant eis pacem: atqui haec tradita non est ori eorum. » Haec de falsis prophetis dicit Deus, qui multifariam fraudibus populum ab honesto abducentes, eum propemodum vorant fabulationibus suis et actibus, ad ea illos provocantes quorum causa punitioni fient obnoxii. Constanter autem pacem illis nunciabant, et quod peccatorum suorum causa nihil mali forent passuri, iuxta verba prophetarum. Sed enim haud sincera mente loquentes, pacem meam nunciabant, quam promittere edocti a me non fuerant. Unde quid confecerunt? « Sanctificaverunt super eos bellum. » Dum pacem nunciant, bellum ipsi concitarunt, quod contra eos fieri definierunt. « Propterea nox vobis ex visione erit, et tenebrae vobis erunt ex divinatione: et occumbet sol super prophetas, et obtenebrabitur super eos dies. Et confundentur qui vident somnia, et risui erunt arioli, et obtrectabunt iis omnes; quia non erit qui illos audiat. » Pro eo quod se videre et divinare, populum decipientes, simulabant, tenebris ipsi et eis credentes cuncti obruentur: adeo ut ne sol quidem splendere eis visurus sit magnitudine malorum obtenebratis: et hi qui eas visiones videre et narrare simulant, pudore suffundentur, rebus contra illorum adfirmationem testantibus: tum et multus de iis risus existet, nemine iam verbis eorum praebere aurem volente; postquam experimento didicerunt, quantarum eis aerumnarum, fraude sua, causa extiterint.

« Verumtamen ego repletus sum fortitudine in spiritu Domini, et iudicio ac

δὲ πᾶσαν ἐκείνην τὴν ἀπάτην ἀφεὶς, πνεύματος ἁγίου πλήρης γεγονὼς, διακρίνειν τὸ ἐπί-
σταμαι τὸ δέον, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἰσχύος καὶ τῆς παῤῥησίας προάγομαι, τὸν λαὸν ὑπὲρ ὧν
ἥμαρτε τε καὶ ἠσέβησεν ἐλέγχειν, εἰδὼς ὅτι τοῦτο αὐτοῖς λυσιτελήσει μᾶλλον εἰς σωφρονι-
σμὸν, τῇ τε μνήμῃ τῶν ἁμαρτηθέντων καὶ τῇ ἀπειλῇ τῶν ἐσομένων, πρὸς τὸ δέον ἐπάγεσθαι
δυναμένοις. " Ἀκούσατε δὴ ταῦτα οἱ ἡγούμενοι οἴκου Ἰακὼβ, καὶ οἱ κατάλοιποι οἴκου v. 9. p. 279.
Ἰσραήλ. ,, Ὑπὲρ δὴ ταῦτα τούτου φησὶ κοινὸν πρός τε τοὺς ἡγουμένους καὶ τοὺς λοιποὺς
ἅπαντας ποιοῦμαι τὸν λόγον, ὀνειδίζων ὑμῖν τὰ πεπραγμένα· ποῖα δὴ ταῦτα; " Οἱ βδε-
λυσσόμενοι κρίμα, πάντα τὰ ὀρθὰ διαστρέφοντες. ,, Οἱ τὸ μὲν κεκριμένως διαγινώσκειν
ἐκ τοῦ κακοῦ τὸ κρεῖττον ἀποστρεφόμενοι, ἐν διαβολῇ δὲ τιθέμενοι καὶ τὰ παρ' ἑτέρων λεγό-
μενά τε καὶ πραττόμενα εἰς δέον, ὥστε καὶ τοῖς ἡμῶν προφητῶν ἀπειθεῖν λόγοις. " Οἱ οἰ- v. 10.
κοδομοῦντες Σιὼν ἐν αἵμασι, καὶ Ἱερουσαλὴμ ἐν ἀδικίαις. ,, Πεπληρώκατε πᾶσαν αὐτὴν
φόνων καὶ ἀδικίας. " Οἱ ἡγούμενοι αὐτῆς μετὰ δώρων ἔκρινον, καὶ οἱ ἱερεῖς αὐτῆς μετὰ μισθοῦ v. 11.
ἀπεκρίνοντο, καὶ οἱ προφῆται αὐτῆς μετὰ ἀργυρίου ἐμαντεύοντο, καὶ ἐπὶ τὸν κύριον ἐπανε-
παύοντο λέγοντες, οὐχὶ κύριος ἐν ἡμῖν ἐστιν; οὐ μὴ ἐπέλθῃ ἐφ' ἡμᾶς κακά. ,, Οἱ μὲν
γὰρ ἐξάρχοντες οὐδένα τοῦ δικαίου ποιεῖσθαι λόγον ἐθέλοντες, χρημάτων ἐν ταῖς κρίσεσιν ἐπώ-
λουν τὸ δίκαιον· οἱ δὲ ἐν τῷ ἱερατεύειν καθεστῶτες, ἐξ ἀδικίας χρήματα τῇ προφάσει
τῆς ἱερατείας, ὥσπερ τινὰς μισθοὺς συλλέγειν ἐπειρῶντο· καὶ μὴν καὶ οἱ ψευδοπροφῆται τοῖς
χρήμασιν ἡδόμενοι πρὸς τὸ κεχαρισμένον τοῖς παρέχουσι τὰς μαντείας ἐποιοῦντο· εἶτα
τοσαῦτα ἐργαζόμενοι κακὰ, προσεποιοῦντο τῷ θεῷ ἑαυτοὺς ἐπιῤῥίπτειν, θεὸν ἐν ἑαυτοῖς p. 280.
ἔχειν λέγοντες· καὶ οὐχ οἷόν τε εἶναι τοιούτων ἠξιωμένους, πειραθῆναι τῶν κατὰ γνώμην θεοῦ παρ'
ἡμῶν μηνυομένων κακῶν. Τί οὖν;
" Διὰ τοῦτο δι' ὑμᾶς Σιὼν ὡς ἀγρὸς ἀροτριαθήσεται, καὶ Ἱερουσαλὴμ εἰς ὀπωροφυ- v. 12.

potestate, ut annuntiem Iacob impietates eius, et Israheli peccata eius. ,, Ego vero omni illa fraude exclusa, spiritu divino plenus, discernere honestum valeo, multoque cum robore ac fiducia pergo populum de peccatis atque impietatibus coarguere; sciens id illis ad emendationem profuturum, quia peccatorum memoria et futuri comminatione ad bonam frugem perduci poterunt. " Audite haec, duces domus Iacob, et reliqui domus Israhelis. ,, De hoc, inquit, communem orationem ad duces reliquosque omnes habeo, facta vestra vobis exprobrans. Quaenam vero haec? " Qui abominamini iudicium, et omnia recta pervertitis. ,, Qui a malo bonum distinguere recusatis, calumniantes insuper aliorum recte dicta et facta, usque adeo ut ne nostris quidem, qui prophetae sumus, verbis credatis. " Qui aedificatis Sionem in sanguinibus, et Hierusalem in iniquitatibus. ,, Qui eam replestis caedibus et iniustitia. " Principes eius cum muneribus iudicabant; et sacerdotes eius cum mercede respondebant; et prophetae eius cum argento divinabant, et super Dominum requiescebant dicentes: nonne Dominus in nobis est? non venient super nos mala. ,, Principes nullam aequi iuris rationem habere volentes, vendebant id in iudiciis. Tum et sacerdotes, pecuniam iniustam, sacerdotii praetextu, ceu mercedes quasdam colligere nitebantur. Denique falsi etiam prophetae, pecunia delectati, ad gratiam vaticinia edebant donantibus. Talibus vero ac tantis onerati peccatis, simulabant se Deo addictos, Deumque in se habere: nec fieri posse aiebant ut tanto Dei munere praediti, mala illa experirentur umquam, quae a nobis prophetis portenduntur. Quid ergo?

" Ideo, vestri causa, Sion quasi ager arabitur, et Hierusalem quasi custodia

λάχιον ἔσται, καὶ τὸ ὄρος τοῦ οἴκου εἰς ἄλσος δρυμοῦ. „ Ἐπειδὴ τοίνυν τοῖς μὲν ἡμετέροις
ἀπειθεῖτε λόγοις κατὰ γνώμην Θεοῦ γιγνομένοις, τοῖς ψευδοπροφήταις δὲ προσέχοντες τοσ-
αύτας ἀσεβείας τε καὶ παρανομίας καθ' ἑκάστην ἅπαντες ἡμέραν ἐπιτελεῖτε, διὰ τοῦτο
εἴσεσθε τῶν ἡμετέρων λόγων τὴν ἀλήθειαν, καὶ ὅτι τοσαύτη τις ἐρημία καταλήψεται τότε
Σιὼν ὄρος καὶ τὴν ἐπ' αὐτοῦ πόλιν, ὡς τὸ μὲν ἀγροῦ δίκην γεωργεῖσθαι, τὴν δὲ σκηνῆς διαλ-
λάττειν μηδὲν ἐπὶ ὀπωρῶν φυλακῇ κατεσκευασμένης, τῶν οἰκοδομημάτων αὐτῇ πανταχόθεν κατερριμμένων, πᾶν τε συντόμως εἰπεῖν τὸ ὄρος ἐν ᾧπερ ὁ τοῦ Θεοῦ οἶκος ἐστὶν,
οὐδὲν διοίσει τόπου συμφύτου, τοσούτων ἐκ τῆς ἐρημίας ἀναδιδομένων αὐτόθι φυτῶν. Ἀλλὰ
γὰρ ἄχρι τούτου τὰς ἐπαγομένας αὐτοῖς συμφορὰς εἰρηκὼς, λέγει λοιπὸν καὶ οἷα τὰ περὶ
αὐτοὺς μετὰ τὴν ἅλωσιν ἔσται· ὅσην τε ἕξει τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολήν· ὅπερ ἀεὶ εἰωθὸς
p. 201. ὂν τοῖς λοιποῖς προφήταις, καὶ τῷ μακαρίῳ Δαυὶδ πολλάκις ἐδείξαμεν, τὸ μηνύειν μετὰ
τὴν τῶν χαλεπῶν πεῖραν τὰ ἡδέα, εἶτα πάλιν λέγειν τὰ λυπηρὰ, ἵνα τῇ συνεχείᾳ τῆς μνή-
μης δι' ἀμφοτέρων αὐτοὺς παιδεύωσι, σωφρονίζοντες μὲν τῇ μνήμῃ τῶν λυπηρῶν, προ-
τρεπόμενοι δὲ τῇ μηνύσει τῶν χρηστοτέρων τῆς ἐλπίδος ἀντέχεσθαι τῆς θείας· λέγει τοίνυν.

ΚΕΦ. Δ'.

v. 1. “ Καὶ ἔσται ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐμφανὲς τὸ ὄρος τοῦ οἴκου κυρίου, ἕτοιμον ἐπὶ
τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων, καὶ μετεωρισθήσεται ὑπεράνω τῶν βουνῶν· καὶ σπεύσουσιν ἐπ' αὐτὸ
v. 2. λαοὶ, καὶ πορεύσονται ἔθνη πολλά· καὶ ἐροῦσι, δεῦτε καὶ ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος κυρίου, καὶ
εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ· καὶ δείξουσιν ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ πορευσόμεθα ἐν ταῖς τρίβοις
v. 3. αὐτοῦ· ὅτι ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος κυρίου ἐξ Ἱερουσαλήμ· καὶ κρινεῖ ἀνὰ
μέσον λαῶν πολλῶν, καὶ ἐλέγξει ἔθνη ἰσχυρὰ ἕως μακράν. „ Ἀλλὰ γὰρ μετὰ τὴν πεῖραν

pomarii erit, et mons templi quasi lucus in saltu. „ Quoniam itaque nostris discreditis verbis, quae ex Dei sententia protulimus, et falsis prophetis auscultantes, tot iniquitates ac praevaricationes quotidie committitis; propterea nostrorum verborum veritatem cognoscetis; quia tanta tunc in Sione monte et in imposita ei civitate solitudo fiet; ut ille quidem agri instar arandus sit, haec autem haud dissimilis futura sit tugurio custodiendis pomis erecto; urbanis nempe aedificiis ubique prostratis: atque ut compendio dicam, mons in quo domus Dei est, nihil a plantato loco differet, tot illis propter solitudinem pullulantibus plantis. Iam vero narratis hactenus inflictis Israhelitis poenis; dicit deinceps res eorum post capturam futuras; nimirum quantam habituri sint in melius conversionem. Quem morem fuisse reliquorum prophetarum, nominatimque beati Davidis, saepe ostendimus: nimirum praedicendi post aerumnarum cruciatum iucunda: deinde rursus tristia dicendi, ut hac continua memoria, utroque modo eos erudirent, corripientes tristium mentione, hortantes autem nuncio rerum benigniorum, spem erga Deum fovere. Dicit ergo.

CAP. IV.

“ Et erit novissimis diebus conspicuus mons domûs Domini, praeparatus in verticibus montium, et sublimis super colles. Et proprerabunt ad eum populi, pergentque gentes multae, et dicent: venite, ascendamus in montem Domini, et ad domum Dei Iacob. Et demonstrabunt nobis viam eius, et ibimus in semitis eius: quia de Sione egredietur lex, et verbum Domini de Hierusalem. Et iudicabit inter

τῶν κακῶν ἐν ἧπερ γενήσονται πρότερον μὲν ὑπὸ Ἀσσυρίων αἰχμαλωτισθέντες, ὑπὸ Βα-
βυλωνίων δὲ ὕστερον, τοσαύτη μεταβολὴ περὶ τὸν τόπον γενήσεται τοῦτον, ὥστε περιφανὲς
ἅπασι τὸ ὄρος γενέσθαι, ἐν ᾧπερ οἰκεῖν ἐπείληπται θεός, ἁπάντων τε ὑπερκείμενον δει-
χθῆναι τῶν ὀρέων καὶ πλεῖστον ὅσον ὑπεραῖρον πάντα μὲν ὄρη, πάντας δὲ βουνούς, διὰ τὴν ἐκ
τῆς θείας κηδεμονίας ἐν αὐτῷ γινομένην δόξαν· συναχθήσονται δὲ πολλοὶ πολλαχόθεν καὶ
τῶν ἀλλοτρίων ἐπειγόμενοι τοῦτο δὴ τοῦ θεοῦ καταλαβεῖν τὸ ὄρος, ἐν ᾧπερ οἰκεῖν δοξάζεται p. 281.
θεός· ἐνταῦθα τε παιδευθῆναι ὃν δὴ τρόπον προσήκει αὐτοὺς πολιτεύεσθαι, ὅπως τε βιοῦν
κατὰ τὸ δέον· ὥστε νόμον εἶναι καὶ τοῖς ἑτέροθι τὸν ἐνταῦθα κρατοῦντα νόμον, φωνῆς τε θείας
δοκεῖν ἀκούειν ἅπαντας ἀφ᾽ ἧς προσῆκεν τοῖς Ἱερουσαλὴμ πολιτεύεσθαι νομίμοις· ταῦτα δὲ
οἰήσονται δικαίως, ὁρῶντες τοῦ θεοῦ τὴν δύναμιν ἣν ἐπιδείξεται, πολλοὺς τῶν κακῶς διατε-
θεικότων ἡμᾶς ὑπὸ τὴν κρίσιν ἄγων τὴν οἰκείαν, ἐλέγχων τε καὶ τοὺς ἄγαν εἶναι δοκοῦντας
ἰσχυρούς, κἂν εἰ πόρρωθεν εἶναι δοκοῖεν, ὑπὲρ ὧν εἰς ἡμᾶς πεπλημμελήκασι, καὶ δὴ καὶ
τιμωρίαν αὐτοῖς ἐπάγων τῶν τετολμημένων ἀξίαν.

Ἐθαύμασα δὲ τοὺς εἰρηκότας λελέχθαι μὲν ταῦτα τῷ προφήτῃ ἐπὶ τῶν περὶ τοὺς
Ἰσραηλίτας ἐσομένων, ἐπειδὰν ἐπανάγεσθαι μέλλωσι τῆς Βαβυλῶνος, φήσαντας δὲ τύπον
αὐτὰ τινὰ καὶ τῶν κατὰ τὸν δεσπότην ἔχειν Χριστόν· οὓς ὅτι μὲν τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον
τοῦ λαοῦ σημαίνεσθαι ἔφασαν ἐν τούτοις, ὡς κάλλιστά γε εἰρηκότας ἐπαινῶ· ὅτι δὲ τύπον τινὰ
τῶν κατὰ τὸν δεσπότην ἔχει Χριστόν, οὐκ οἶδα ὅπως προήχθησαν εἰπεῖν, δήλου γε ὄντος ὡς
ἅπας τύπος μίμησιν ἔχει τινὰ πρὸς ἐκεῖνο ὑπὲρ οὗ λέγεται τύπος· τὸ δὲ ἐκ Σιὼν ἐξελεύ-
σεσθαι νόμον, καὶ λόγον κυρίου ἐξ Ἱερουσαλήμ, πολύ γε ἀφέστηκεν τῆς τοῦ Χριστοῦ διατά- p. 282.
ξεως, ὃς σαφῶς εἴρηκε πρὸς τὴν Σαμαρεῖτιν· * πίστευέ μοι γύναι, ὅτι ἔρχεται ὥρα ὅτε οὔτε ἐν * Ioh. IV. 21.
Ἱεροσολύμοις, οὔτε ἐν τῷ ὄρει τούτῳ προσκυνήσετε τῷ πατρί· καὶ τὴν αἰτίαν λέγων, πνεῦμα

populos multos, et arguet gentes fortes usque in longinquum. „ Verumtamen postquam mala perpessi fuerint, primo quidem ab Assyriis captivati, deinde a Babyloniis; tanta fiet hoc in loco rerum conversio, ut conspicuus omnibus futurus sit mons, in quo Deus habitare elegit, et cunctis sublimior montibus plurimumque hos excedens, omnesque colles, propter manifestatam divinae tutelae in eo gloriam. Multi quoque extranei multis ex locis concurrent ad hunc Dei montem, in quo videlicet habitare Deus creditur: ut hinc doceantur quomodo eos componere mores oporteat, et ex norma honestatis vivere: ita ut lex fiat etiam extraneis, illa quae hoc loco regnat lex; putentque omnes se Dei vocem audire, qua iubentur secundum instituta civitatis Hierusalem vivere. Sic autem merito existimabunt, spectantes evidentem Dei potentiam, dum multos ex iis qui male nobis fecerunt ad suum iudicium pertrahit, arguitque validissimos etiam, quantumvis procul abesse videantur, ob illatas nobis iniurias; poenasque illis imponit facinoribus ipsorum dignam.

Miror autem eos qui adfirmarunt, dicta haec a propheta de rebus Israhelitis eventuris, postquam Babylone reversi fuissent; addentes etiam, typum quendam eas fuisse rerum sub Christo domino gerendarum. Atqui hos ego, quatenus populi reditum Babylone his verbis designari aiunt, ceu optime dicentes laudo. Quod autem typus quidam in iisdem lateat rerum Christi domini, haud scio quomodo id adfirmare animum induxerint: constat enim typum imitationem esse quandam eius rei, cuius esse dicitur typus; dictio autem: de Sione egredietur lex, et verbum Domini de Hierusalem, multum abest a Christi propositione, qui disertis verbis Samaritanae dixit: mulier, crede mihi, quia venit hora, quando neque Hierosolymis, neque

ὁ θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν· σαφῶς
γὰρ ἀπεφήνατο καταλυθήσεσθαι τὴν περὶ τὸν τόπον ἀκριβολογίαν παντελῶς, καὶ μηδένα
λόγον ἔσεσθαι τοῦ ἐν Ἱερουσαλὴμ μᾶλλον ἢ ἑτέρωθι προσκυνεῖν· ἐπειδὴ ἅπαντες παιδευ-
θέντες ἀσώματον εἶναι τὸ θεῖον, μετὰ τοιαύτης αὐτὸ προσκυνεῖν μέλλουσι τῆς διανοίας· ὡς
ὅπου ποτ' ἂν αὐτὸ διαπράττωνται, οὐδὲν ὁμοιότερον ποιοῦντες· περὶ μὲν δὴ τῆς ἐπανόδου
τῆς ἀπὸ Βαβυλῶνος ἁρμοττόντως λέγοιτο ἂν ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος κυρίου
ἐξ Ἱερουσαλὴμ, ἐπειδήπερ ἀπεδόθησαν Ἰσραηλῖται τότε τῷ τόπῳ τῷ Σιὼν, ὥστε κατὰ τὴν
νομικὴν διάταξιν, τὴν διατεταγμένην θρησκείαν αὐτόθι πληροῦν, ἣν ἑτέρωθί γε ὄντες
πληροῦν οὐκ ἠδύναντο· ὡς καὶ λέγειν ἐπὶ τῆς Βαβυλῶνος ὄντας, πῶς ᾄσομεν τὴν ᾠδὴν
* Ps. CXXXVI. 4. κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας *; τύπον δέ γε πῶς ἂν ἔχοι πρὸς τὰ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, ὅπερ ἡ
διάταξις ὁμοίως ἁπανταχοῦ πληροῦσθαι τὴν θείαν βούλεται λατρείαν, τρόπῳ καὶ οὐ τόπῳ δια-
p. 291. κρινομένων τῶν εὖ τε καὶ χεῖρον αὐτὴν πληρούντων;

Ἀλλ' ὅ γε προφήτης τῇ προῤῥήσει τῶν προκειμένων ἐπισυνάπτων τάδε, φησίν· “ ὅτι
κατακόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα, καὶ τὰ δόρατα αὐτῶν εἰς δρέπανα, καὶ οὐκέτι
οὐ μὴ μάθωσι πολεμεῖν. „ Δεικνὺς ὅτι παύσεται μὲν ἅπας πόλεμος, εἰρήνη δὲ πάντα
καθέξει· ὥστε καὶ τὰ πολεμικὰ ὄργανα εἰς τὴν τῶν γεωργικῶν σκευῶν χρῆσιν τρέπειν λοιπὸν,
ὥσπερ ἤτιον μενόντων τῶν πολεμικῶν, πεπαυμένου τοῦ πολέμου, τῆς γεωργίας δὲ ὡς ἐν εἰ-
v. 4. ρήνῃ κρατεῖν ὀφειλούσης· εἶτα λέγει ὅτι “ καὶ ἀναπαύσεται ἕκαστος ὑποκάτω ἀμπέλου
αὐτοῦ, καὶ ἕκαστος ὑποκάτω συκῆς αὐτοῦ· καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἐκφοβῶν. „ Σημαίνων ὅτι πάντες
ἀπολαύσουσι τῶν οἰκείων πόνων, ὡς ἐν εἰρήνῃ οὐδενὸς ὄντος τοῦ φοβεῖν αὐτοὺς καὶ ἐκταράτ-
τειν δυναμένου λοιπὸν, καὶ μεθιστάντος τῶν τόπων τῶν οἰκείων. Καὶ ἐπειδὴ παράδοξα τὰ
λεγόμενα ἦν, καλῶς ἐπήγαγεν· “ τὸ γὰρ στόμα κυρίου παντοκράτορος ἐλάλησε ταῦτα· „

in monte hoc adorabitis patrem. Tum causam adsignans: spiritus, inquit, est Deus, et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare: perspicue docens solutum iri omnino loci eius scrupulosam observantiam; nullique in posterum curae fore utrum Hierosolymis potius quam alibi adoretur; quia omnes incorporeum esse Deum edocti, tali eum cum mente adoraturi sunt; et quicquid ubivis fecerint, perinde alienum non fore. Verumtamen de reditu quidem Babylone convenienter dici potuit: de Sione egredietur lex, et verbum Domini de Hierusalem; quia tunc restituti fuerunt Israhelitae in Sionis stationem, ut ibi legalia instituta et praescriptum cultum complerent, quem alibi positi factitare non poterant: unde et Babylone degentes aiebant: quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Quomodo autem haec, inquam, figura sint rerum Christi domini, cuius institutio pari ubique ratione Dei adorationem fieri vult; modo tantum, non loco, differentibus invicem qui bene vel secus id officii praestant?

Porro autem propheta supradictae praedictioni aliam subnectit, nempe: “ et concident gladios suos in vomeres, et hastas suas in falces, et non discent ultra belligerare: „ demonstrans scilicet omne bellum desiturum, et pacem ubique fore: quamobrem etiam bellica instrumenta in rustica utensilia conversum iri deinceps, bellico illorum usu cessante, quia finitis bellis, agricultura pacis comes ubique regnabit. Mox ait: “ et sedebit unusquisque sub vite sua, et unusquisque sub ficu sua; et non erit qui terreat: „ significans, cunctos laboribus suis fruituros, nemine ut in pace usuvenit eos terrere aut perturbare iam valente, et patriis locis abstrahere. Tum quia paradoxa dicta haec erant, recte addidit: “ os Domini om-

ἵνα εἴπῃ ὅτι ταῦτα ἀπεφήνατο θεὸς γενέσθαι, καὶ γενήσεται πάντως. „ Ὅτι πάντες οἱ λαοὶ v. 5.
πορεύσονται ἕκαστος τὴν ὁδὸν αὐτοῦ· ἡμεῖς δὲ πορευσόμεθα ἐν ὀνόματι κυρίου θεοῦ ἡμῶν εἰς p. 285.
τὸν αἰῶνα καὶ ἐπέκεινα. „ Πάντες μὲν γὰρ ὡς ἐν εἰρήνῃ καθεστῶτες τὰ προσήκοντα αὐτοῖς
ἔργα διαπράξονται λοιπόν· οἱ μὲν ἐπὶ γεωργίαν, οἱ δὲ ἐπὶ θαλαττουργίαν τρεπόμενοι, οἱ
δὲ ἐφ' ἥντινα δήποτε τέχνην, ἣν ἂν ἕκαστος μετιὼν τυγχάνῃ· κοινὸν δὲ ἅπαντες ἕξομεν
ἔργον τὸ κατὰ τὸ δοκοῦν τῷ θεῷ πολιτεύεσθαι λοιπὸν εἰς ἅπαντα τὸν ἑξῆς χρόνον. Καὶ ἐπι-
βεβαιῶν αὐτὰ πάλιν λέγει·

„ Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις λέγει κύριος, συνάξω τὴν συντετριμμένην, καὶ τὴν ἀπωσμένην v. 6.
εἰσδέξομαι, καὶ οὓς ἀπωσάμην· καὶ θήσομαι τὴν συντετριμμένην εἰς ὑπόλειμμα, καὶ τὴν ἀπω- v. 7.
σμένην εἰς ἔθνος ἰσχυρόν· καὶ βασιλεύσει κύριος ἐπ' αὐτοὺς ἐν ὄρει Σιών, ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ
ἕως εἰς τὸν αἰῶνα. „ Τότε δή φησι τοὺς ὑπὸ τῶν μεγίστων κακῶν συντριβέντας, καὶ τῆς τε
προνοίας τῆς ἐμῆς καὶ τῶν τόπων ἀποστάντας τῶν ἰδίων, ἐπανάξω πάλιν εἰς τοὺς καθήκοντας
τόπους· καὶ τοὺς μὲν πρότερον συντετριμμένους οὕτω τῇ ἐμαυτοῦ διαφυλάξω προνοίᾳ, ὥστε
ἅπαν τὸ γένος τὸ ἰσραηλιτικὸν ἐξ αὐτῶν αὐξηθῆναι πάλιν· τοῦτο γὰρ λέγει ὑπόλειμμα·
δυνατωτέρους τε πολλῶν ἀποφανῶ τοὺς δι' ἀσθένειαν νῦν τῶν τόπων ἀποβληθέντας τῶν
οἰκείων· διαμενῶ τε θεὸς ἐπὶ τοῦ ὄρους τῆς Σιών, τὸ κράτος ἐπιδεικνύμενος τὸ οἰκεῖον διὰ p. 286.
τῆς περὶ τοὺς ἐνοικοῦντας κηδεμονίας, τῆς τε τιμωρίας ἣν ἐπάγειν μέλλει τοῖς πολεμεῖν
ἐθέλουσιν αὐτοῖς· τὸ γὰρ καὶ ἕως εἰς τὸν αἰῶνα, εὔδηλον ὅτι δι' ὅλου τὸ μέχρι πολλοῦ λέγει·
οὐ γὰρ ἄδηλον ὡς ἐδέξαντο μὲν τινὰ πάλιν ἐπὶ τῶν Μακκαβαίων μεταβολήν, μεγίστην δὲ
καὶ ἀδιόρθωτον παντελῶς ὅτε κατὰ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ τετολμηκότες τὴν ὑπὸ Ῥωμαίων ὑπέ-
μειναν αἰχμαλωσίαν παντελῶς, τῆς τε γῆς ἐξορισθέντες τῆς οἰκείας, καὶ ἐν δουλείᾳ καθε-
στῶτες μακρᾷ· μέχρι δὲ τούτου τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον λέγει τῶν λαῶν, τά τε κατ' ἐκεῖ-

nipotentis haec locutum est: „ scilicet haec Deus decrevit fieri, fientque omnino. “ Quia omnes populi ambulabunt unusquisque in via sua: nos autem ambulabimus in nomine domini Dei nostri in aeternum et ultra. „ Omnes, utpote in pace constituti, congrua sibi opera facient, alii ad agri culturam, alii ad maritimam negotiationem conversi, alii ad quamlibet artem, quam quisque profitendam delegerit: commune tamen opus cuncti deinceps habebimus, secundum Dei praescripta in omne aevum futurum vivere. Atque haec confirmans ait:

“ Diebus illis dicit Dominus, congregabo eam quae contrita est, et eam quae eiecta fuerat suscipiam, nec non quos repuleram. Et ponam contritam in residuum, et repulsam in gentem validam. Et regnabit Dominus super eos in monte Sion, abhinc et usque in aeternum. „ Tunc sane, inquit, maximis malis attritos, atque a providentia mea propriisque sedibus submotos, rursus in pertinentem ad eos regionem reducam: et eos qui antea pessumdati erant, tutela mea sic custodiam, ut ex his israheliticum totum genus propagandum denuo sit. Hoc enim dicit residuum; potentioresque prae multis ostendam, qui ob suam nunc infirmitatem patria sunt extorres. Permanebitque Deus in monte Sion, potentiam suam demonstrans incolarum tutamine, nec non poena quam eis inferre bellum volentibus impositurus est. Nam quod ait in aeternum, patet totum aevum dicere pro valde diu. Neque enim ignoramus, rursus eos sub Maccabaeis eversionem quandam expertos, maximam vero et prorsus irreparabilem postquam, ob suum adversus Christum dominum facinus, a Romanis pertulerunt captivitatem, patria pulsi, et in diutina servitute constituti. Hactenus quidem reditum Babylone narrat populi, et quae per illud

νον τὸν καιρὸν αὐτοῖς προσεσόμενα ἀγαθά. Ἐντεῦθεν δὲ πάλιν τῶν λυπηρῶν ποιεῖται τὴν
μνήμην, τὰς ἐπελευσομένας αὐτοῖς συμφορὰς διηγούμενος· ὅθεν δὴ πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ
v. 8. αὐτὴν ἀποστρέφων τὸν λόγον, οὕτω φησί. “ Καὶ σὺ πύργος ποιμνίου, αὐχμώδης θυγάτηρ
Σιών. ,, Ὅτι θυγάτηρ Σιὼν τὴν Ἱερουσαλὴμ ὀνομάζει, δῆλον, συνεχῶς καὶ τῶν προφητῶν
Ps. IX. 15. καὶ τοῦ μακαρίου Δαυὶδ οὕτως αὐτὴν καλοῦντος· ὡς ὅτ' ἂν λέγῃ· * ὅπως ἂν ἐξαγγείλω
πάσας τὰς αἰνέσεις σου, ἐν ταῖς πύλαις τῆς θυγατρὸς Σιών· ὡς ἀναμφίβολον εἶναι τὸ μὴ πρὸς
Σεδεκίαν, ὅ τινες οὐκ οἶδ' ὅπως ᾠήθησαν, πρὸς δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀποστρέφοντα ποιεῖσθαι
p. 287. τὸν λόγον ἐνθάδε τὸν προφήτην· ἣν θυγατέρα Σιὼν κατὰ τὸ εἰωθὸς προειπών, εἰκότως πύρ-
γον ὀνομάζει τοῦ ποιμνίου· ἅτε πάντων τῶν ἰσραηλιτῶν ἐξέχουσαν, καὶ πάντων ἐπ' αὐτὴν
κατατρεχόντων, διά τε τὴν ἐκτελουμένην αὐτόθι τοῦ θεοῦ θεραπείαν, καὶ τὴν βοήθειαν ἧς ἤλ-
πιζον ἐκεῖθεν τυγχάνειν, ὡς ἐκεῖ διάγειν ὑπειλημμένου τοῦ θεοῦ· αὐχμώδη δὲ αὐτὴν ὀνει-
δίζων φησίν, ὡς δίκην αὐχμοῦ τῇ ἀσεβείᾳ συνεχομένην· καὶ δὴ παντὶ τῷ ποιμνίῳ τῶν
χειρόνων κατάρχουσαν, δέον ἐν τοῖς κρείττοσιν ἡγεῖσθαι. “ Ἐπὶ σὲ ἥξει, καὶ εἰσελεύσεται ἡ
ἀρχὴ ἡ πρώτη βασιλεία ἐκ Βαβυλῶνος, τῇ θυγατρὶ Ἱερουσαλήμ. ,, Ὑπὲρ γὰρ τῶν οὐ
δεόντων ἐν σοὶ πραττομένων, ἐπελεύσεταί σοι βασιλεὺς μέγιστος καὶ ἄγαν δυνατὸς ὁ τῆς
Βαβυλῶνος, ὃς διαθήσει σε οἷα εἰκὸς δυνατὸν ἐπεληλυθότα ποιεῖν βασιλέα.

v. 9. “ Καὶ νῦν ἵνα τί ἔγνως κακά; μὴ βασιλεὺς οὐκ ἦν σοι; ἢ ἡ βουλή σου ἀπώλετο; ὅτι
κατεκράτησάν σου ὠδῖνες ὡς τικτούσης. ,, Ἀλλὰ γὰρ ὑπὲρ ὅτου φησὶν εἰς τοσαύτην κακῶν
κατηνέχθης πεῖραν; ἥ γε καὶ βασιλέα ἐκέκτησο στρατηγεῖν ἐν τοῖς ὑπὲρ σοῦ πολέμοις δυν-
άμενον· ὃν καὶ ἐπ' αὐτῷ γε εἵλου τούτῳ παραγραψαμένη τὴν ἀρχὴν παρ' ἐμοῦ τεταγμένην
ὑμῶν· καὶ ἐν συνέσει δὲ προὔχοντας ἐκέκτησο πλείστους ὡς ᾤου· πῶς οὖν ὑπὸ τηλικούτων
περιείληψαι κακῶν, ὑφ' ὧν κεκρατημένη διαλλάττεις οὐδὲν ἀπὸ τικτούσης γυναικὸς ὠδινού-

tempus obvenerunt ei prosperitates. Posthinc vero rursus molestiarum facit mentionem, futuras alias enumerans calamitates. Quamobrem ad Hierusalem orationem convertens, sic ait. " Et tu, turris gregis, squalens filia Sionis. ,, Quod filiam Sionis Hierusalem nominet, exploratum est, sic eam perpetuo prophetis ac beato Davide appellantibus; veluti cum hic dicit: ut annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiae Sionis. Quamobrem indubium est, non ad Sedeciam, quod nonnulli nescio cur sibi persuaserunt, sed ad Hierusalem converti heic a propheta sermonem; quam cum filiam Sionis de more dixisset, merito turrim gregis nuncupat, utpote inter omnes israheliticas urbes celsiorem, et propter omnium ad eam concursum, sive ob illic exercendum Dei cultum, sive ob auxilium quod inde sperabant, quia Deus illic habitare praesumebatur. Squalentem contumeliose dicit, velut peccati paedore obsitam, et gregi ad vitium factam exemplar, cum contra oporteret ad virtutem praeire. " Contra te veniet, et ingredietur, principatus primus, regnum Babylonis, o filia Hierusalem. ,, Propter delicta apud te patrata, superveniet tibi maximus valdeque potens rex Babylonis, qui tibi talia inferet mala qualia a potentis regis adventu fieri par est.

" Et nunc cur in malis versaris? nonne tibi rex tuus erat? Aut consilium tuum periit, quoniam te occuparunt dolores quasi parturientis? ,, Iam vero cur tu in mala tanta prolapsa es? Equidem et regem habebas, qui tibi dux belli defensorque esset; quem et idcirco olim elegeras, deposito (Samuhele) quem ego tibi dominari constitueram. Tum etiam plurimos apud te habere putabas prudentia praestantes viros. Quomodo ergo in mala tanta incurristi, quibus correpta nihil differs a

σης· ὧν οὐκ ἂν ποτε πεῖραν εἰλήφεις, εἰ τοῖς νομίμοις ἐσπούδαζες ἕπεσθαι τοῖς ἐμοῖς· ὅπερ p. 209.
ἐπειδὴ μὴ πεποίηκας, " ὤδινε, καὶ ἀνδρίζου, καὶ ἔγγιζε θύγατερ Σιὼν ὡς ἡ τίκτουσα. „ v. 10.
Ὑπόμενε τὰς ἐπικειμένας ὠδῖνας, καὶ ἐν αὐταῖς διακαρτέρει δίκην τικτούσης προσεγγί-
ζουσα ταῖς ἐκ τοῦ τίκτειν ὠδῖσιν. " Διότι νῦν ἐξελεύσῃ ἐκ πόλεως, καὶ κατασκηνώσεις ἐν
πεδίῳ, καὶ ἥξεις ἕως Βαβυλῶνος. „ Πέρας γὰρ εἴληφε τὰ κατὰ σέ, καὶ ληφθήσῃ μὲν ἐκ τῆς
πόλεως εἰς αἰχμαλωσίαν ἀπαγομένη· δὲ εἰς τοὺς τυχόντας τόπους, ἐρριμμένη διάξεις,
οἷα εἰκὸς αἰχμάλωτον ἀπαγομένην, ἄχρις ἂν εἰς αὐτὴν ἀφίκοιο τὴν Βαβυλῶνα, ἐν ἧπερ
διάγειν σε μετὰ τῆς συμφορᾶς ἀνάγκη τῆς οἰκείας· εἶτα τὴν τιμωρίαν εἰρηκώς, πάλιν λέγει τὴν
λύσιν. " Ἐκεῖθεν ῥύσεταί σε, καὶ ἐκεῖθεν λυτρώσεταί σε κύριος ὁ θεός σου ἐκ χειρὸς
ἐχθρῶν σου. „ Ἀλλ' ἐπειδ' ἂν εἰς ἐκείνους αἰχμάλωτος ἀφίκῃ τοὺς τόπους, ἀφ' ὧν οὐδὲ
μία σοι λύσεως ἐλπὶς ὑποφαίνεται, παραδόξου τεύξῃ τῆς θείας βοηθείας ἣ κατὰ τὴν οἰκείαν
δύναμιν, τῆς τε αἰχμαλωσίας καὶ τῆς τῶν κατεχόντων ἀπαλλάξῃ σε δυναστείας.

" Καὶ νῦν ἐπισυναχθήσεται ἐπὶ σὲ ἔθνη πολλά, καὶ λαοὶ λέγοντες ἐπιχαρούμεθα· καὶ v. 11.
ἐπόψονται ἐπὶ Σιὼν οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν. „ Τότε δὴ ἔθνη σκυθικὰ πολλά τε καὶ ἀνήμερα p. 210.
(λέγει δὲ τοὺς περὶ τὸν Γὼγ) τὴν εὐπραγίαν οὐ φέροντες καὶ τὴν ἐπάνοδον τὴν σήν, ἐπελεύ-
σονταί σοι, μάλα προσδοκῶντες ῥᾳδίως τὰ δοκοῦντα ἑαυτοῖς ἐπὶ σοὶ καταπράξασθαι
κακά. " Καὶ αὐτοὶ οὐκ ἔγνωσαν τὸν λογισμὸν κυρίου, καὶ οὐ συνῆκαν τὴν βουλὴν αὐτοῦ, ὅτι v. 12.
συνήγαγεν αὐτοὺς, ὡς δράγματα ἅλωνος. „ Πεποίηνται δὲ τὴν ἔφοδον τῷ τε πλήθει καὶ
τῇ δυνάμει τῇ οἰκείᾳ θαρροῦντες, καὶ οὐκ εἰδότες τοῦ ἡμετέρου θεοῦ τὴν γνώμην· ὃς διὰ τοῦτο
συνεχώρησεν αὐτοῖς ἐπὶ τὸν πόλεμον τοῦτον βουληθεῖσιν ἐξελθεῖν, ἵνα τήν τε περὶ ὑμᾶς
ἐπιδείξῃ κηδεμονίαν, καὶ τὴν οἰκείαν εἰς αὐτοὺς ἐλέγξῃ δύναμιν, δίκην θεριζομένων δραγ-
μάτων καὶ εἰς ἅλωνα ἀποτιθεμένων, πάντας αὐτοὺς ταῖς σφαγαῖς τῶν ὑμετέρων χειρῶν ἐκ-

muliere in partu dolente? quae numquam experta fuisses, si legem meam observandam curasses. Quod cum non feceris, audi: " dole, et viriliter age, et appropinqua, filia Sionis, sicut parturiens. „ Perfer ingruentes dolores, in iisque constanter age quasi parturiens, propinquantibus partus doloribus. " Quia nunc egredieris de civitate, et habitabis in campo, et venies usque Babylonem. „ Finis rerum tuarum est, et ex urbe in captivitatem deportaberis: abducta vero in quaelibet loca, proiecta iacebis, ut captivae conditio fert, donec ad ipsam usque Babylonem perveneris, in qua te habitare calamitate tua obrutam necesse est. Tum post narratam poenam, eiusdem solutionem connectit. " Inde te liberabit, inde te redimet dominus Deus tuus de manu inimicorum tuorum. „ Sed postea quam captiva in ea loca deveneris, unde tibi evadendi nulla spes affulgebit, mirabile experieris ultra vires tuas Dei auxilium; id est ille vi propria te servitio et oppressorum expediet dominatione.

" Et nunc congregabuntur super te gentes multae populique, dicentes: insultemus; respiciant in Sionem oculi nostri. „ Tunc scythicae gentes numerosae et saevae (dicit vero Gogum) prosperitatem tuam reditumque aequo animo non ferentes, invadent te, valde sperantes facile se quas voluerint tibi aerumnas imponere posse. " Et ipsi non cognoverunt cogitationem Domini, neque intellexerunt consilium eius, quod nempe adunaverit eos quasi manipulos areae. „ Expeditionem fecerunt numero viribusque suis confidentes, sed Dei nostri sententiam nescientes; qui eos idcirco sivit hoc cupide bellum contra vos suscipere, ut providentiam erga vos suam ostenderet, et vires proprias exsereret, demessorum instar manipulorum

v. 12. διδούς· καὶ ὡς τούτῳ γε πάντως ἐσομένῳ θαῤῥῶν, λέγει πρὸς τοὺς Ἰσραηλίτας. “ Ἀνά-
στηθι καὶ ἀλόα αὐτοὺς, θύγατερ Σιών. ,, Λαβοῦσα γάρ φησιν αὐτοὺς ὑποχειρίους τῇ δυνάμει
τοῦ Θεοῦ, πάντας αὐτοὺς ὡς ἐν ἅλωνι διαφόροις σύντριψον καὶ καταναλώσον ταῖς σφαγαῖς.
“ Ὅτι τὰ κέρατά σου θήσομαι σιδηρᾶ, καὶ τὰς ὁπλάς σου θήσομαι χαλκᾶς. ,, Δέδωκα
γάρ σοι δύναμιν οὐχ ἧττον σιδηρῶν κεράτων, ἀμύνεσθαι τοὺς ἐναντίους ἀρκοῦσαν, καὶ πα-
p. 200. τεῖν μᾶλλον ἢ ὁπλαῖς τις χαλκαῖς κεχρημένος πατήσειεν ἄν. “ Καὶ κατατήξεις ἐν αὐταῖς
ἔθνη, καὶ λεπτυνεῖς λαοὺς πολλούς· καὶ ἀναθήσεις τῷ κυρίῳ τὸ πλῆθος αὐτῶν, καὶ τὴν ἰσχὺν
αὐτῶν τῷ κυρίῳ πάσης τῆς γῆς. ,, Ταύτῃ δὴ τῇ παρὰ τοῦ Θεοῦ σοι χορηγουμένῃ ῥοπῇ πάν-
τας αὐτοὺς ἀφανιεῖς παντελῶς, πλείστους γε ὄντας, καὶ παντὸς τοῦ πλήθους αὐτῶν τὴν ἀπώ-
λειαν λογιῇ τῷ Θεῷ, ὃς ἁπάσης κύριος ὢν τῆς γῆς, ἅπασαν αὐτῶν κατὰ τὸ δοκοῦν ἀφανιεῖ
τὴν ἰσχύν· εἶτα τὴν τῶν ἐναντίων ἐπιχείρησιν λέγων ὑπὲρ ἧς δὴ τὰ ῥηθέντα ὑπομένουσιν.

ΚΕΦ. Ε΄.

v. 1. “ Νῦν ἐμφραχθήσεται θυγάτηρ ἐν φραγμῷ· συνοχὴν ἔταξεν ἐφ' ὑμᾶς· ῥάβδῳ πα-
τάξουσιν ἐπὶ σιαγόνα τὰς φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ. ,, Τοιαῦτα γὰρ πείσονται φησὶν ὑπὲρ ὧν τῷ
τε πλήθει καὶ τῇ δυνάμει θαῤῥοῦντες τῇ οἰκείᾳ ἐπεληλύθασι, περιφράττοντες ὑμᾶς καὶ
περιβάλλοντες ὥσπερ τινὶ φραγμῷ τῷ πλήθει τῷ οἰκείῳ, ὡς ἂν συνέχοντες ἄρδην ἀπο-
λοῖεν ἅπαντας· καὶ μόνον οὐκ ἐπ' αὐτὰς ὑμῶν τὰς σιαγόνας τῆς ἑαυτῶν δυνάμεως ἐπά-
γοντες τὰς πληγάς· εἶτα καὶ τὸν ἡγούμενον τοῦ πολέμου φησὶν, ὡς ἂν δείξειεν ὅτι ταῦτα
v. 2. γενήσεται διὰ τὸ ἄρχειν αὐτῶν τὸν γνώμῃ Θεοῦ πρὸς τοῦτο ἡγμένον. “ Καὶ σὺ Βηθλεὲμ
οἶκος τοῦ Ἐφραθὰ, μὴ ὀλιγοστὸς εἶ τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ μοι ἐξελεύσεται τοῦ
εἶναι εἰς ἄρχοντα ἐν τῷ Ἰσραήλ· καὶ αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος. ,,

et in area repositorum, universos illos vestrarum manuum caedi contradens. Atque hac re sine dubio eventura laetatus, dicit Israhelitis. “ Surge et tritura eos, filia Sion. ,, Hos tibi virtute Dei subiectos, tamquam in area variis contere et consume caedibus. “ Nam cornua tua ponam ferrea, et ungulas tuas ponam aereas. ,, Contuli tibi haud minorem cornibus ferreis vim, qua propulsare adversarios valeas, eosque magis conculcare quam si quis ungulis aereis praeditus esset. “ Et his contabefacies conteresque populos multos; et Deo consecrabis multitudinem illorum, et fortitudinem eorundem Domino universae terrae. ,, His tibi a Deo concessis viribus hostes omnes prorsus disperdes, quamquam plurimo numero; et universae eius multitudinis excidium Deo imputabis, qui cum totius terrae sit dominus, totam illorum pro suo libito fortitudinem exsufflabit. Deinde hostium adgressionem narrans, cuius causa quae supra sunt dicta patientur, ait:

CAP. V.

“ Nunc sepimento sepietur filia: obsidionem posuerunt vobis: virga percutient in maxilla tribus Israhelis. ,, Haec patientur, inquit, quia numero viribusque suis fidentes venerunt, sepientes vos et circumdantes ceu quadam sepe multitudine sua, ut comprehensos omnes funditus perdant; ac propemodum maxillis vestris potentiae suae verbera infligentes. Mox etiam belli ducem dicit, ut ostendat haec esse eventura, propterea quod eis imperabit ille qui voluntate Dei ad id officium est promotus. “ Et tu Bethleem domus Ephrathae, nequaquam minima es, ut sis in millibus Iudae: ex te mihi exiet qui sit princeps in Israhele: et egressiones eius

Ὁ γὰρ ἐκ τῆς Βηθλεὲμ νῦν βασιλεύων ὑμῶν, κἂν εὐαρίθμητοί τινες εἶναι δοκοῖτε πρὸς p. 201.
τοὺς πολεμίους, τῇ ἐμῇ γε ῥοπῇ τε καὶ δυνάμει, μάλα γε πρὸς τὸν τῶν ἐναντίων πόλεμον
πολλῶν τε ὄντων καὶ δυνατῶν ἀρκέσει· ἐπειδήπερ ἄνωθεν αὐτῷ τὴν προβολὴν ταύτην
τετάχθαι συμβέβηκεν· ἐξότε περ πρὸς τὸν Δαυὶδ ἐπηγγείλατο Θεὸς ὅτι τοῖς ἐξ αὐτοῦ κατὰ
διαδοχὴν φυλάξει τὴν βασιλείαν· ἐξ ἐκείνης δὲ καὶ οὗτος τῆς ἐπαγγελίας προβεβλημένος
εἰς τὴν βασιλείαν, ἀρκέσει πρὸς τὸ μέγεθος τῶν παρόντων κακῶν· λέγει δὲ τὸν Ζοροβάβελ·
οὗτος γὰρ ἦν ὁ τότε βασιλεύων τῶν Ἰσραηλιτῶν, ἐκ τοῦ Δαυὶδ καταγόμενος, ὁπηνίκα ἥ
τε ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδος ἐγένετο, καὶ οἱ περὶ τὸν Γὼγ τοῖς κατὰ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐπελθεῖν ἐπεχείρησαν.

Δήλου γε ὄντος ἐκείνου, ὅτι κἂν περὶ τοῦ Ζοροβάβελ ἐκ τῆς τῶν προκειμένων ἀκολουθίας εἴρηται ταῦτα, ἐκ τῆς τοῦ Δαυὶδ καταγομένου διαδοχῆς, ἀλλά τό γε ἀληθὲς τῶν εἰρημένων πέρας τὴν ἔκβασιν εἴληφεν ἐπὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ· ἐπεὶ καὶ πᾶσα ἡ πρὸς τὸν Δαυὶδ ἐπαγγελία περὶ τοῦ βασιλεύσειν τοὺς ἐξ αὐτοῦ γενομένη, δοκεῖ μὲν κατὰ πρῶτον λόγον σημαίνειν τοὺς κατὰ διαδοχὴν ἐξ αὐτοῦ γεγονότας βασιλέας τοῦ Ἰσραήλ· τῇ ἀληθείᾳ
δὲ τὸν δεσπότην Χριστὸν τὸ κατὰ σάρκα μηνύει, ὃς ἐκ τῆς τοῦ Δαυὶδ διαδοχῆς γεγονὼς, ἀληθῆ p. 202.
καὶ ἀπαρασάλευτον ἔχει τὴν ἁπάντων τὴν βασιλείαν· καὶ τοῦτό γε ἀπὸ τοῦ ὀγδοηκοστοῦ καὶ ὀγδόου ψαλμοῦ σαφέστερον γνοίη τις ἄν, ἔνθα δὴ σημαίνει μὲν τὸ τὰς βασιλείας ἐπαγγελίας τοῖς ἐξ αὐτοῦ κατὰ διαδοχὴν ἐσομένοις προσήκειν· περὶ ὧν δή φησιν· " ἐὰν ἐγκαταλίπωσιν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ τὸν νόμον μου, καὶ τοῖς κρίμασί μου μὴ πορευθῶσι, καὶ τὰ δικαιώματά μου βεβηλώσωσι, καὶ τὰς ἐντολάς μου μὴ φυλάξωσιν, ἐπισκέψομαι ἐν ῥάβδῳ τὰς ἀνομίας αὐτῶν, καὶ ἐν μάστιξι τὰς ἀδικίας αὐτῶν· τὸ δὲ ἔλεός μου οὐ μὴ διασκεδάσω ἀπ' αὐτῶν. „ Ταῦτα γὰρ εὔδηλον ὅτι τοῖς καθεξῆς ἀπὸ τοῦ Δαυὶδ καταγομένοις τε μέλλουσι βασιλεύειν τοῦ Ἰσραὴλ ἁρμόσειεν ἄν, οὓς παιδεύσειν μὲν ἁμαρτάνοντας ὑπισχνεῖται, οὐ μὴν

ab initio, a diebus aeternitatis. „ Nam qui nunc Bethleem oriundus rex vester est, etiamsi vos exiguus videmini numerus prae illo hostium, meo tamen favore et viribus, contra hostium bellum, multorum licet atque potentium, abunde sufficiet; quandoquidem caelitus ei haec electio obvenit, iam inde ab eo tempore, quo Davidi Deus promisit fore ut successoribus eius regnum conservet. Quare et hic ab ea promissione in regnum provectus, par erit praesentium malorum sustinendae moli. Loquitur scilicet de Zorobabele: hic enim tunc erat Israhelitarum rex, Davide oriundus, per tempus reditus Babylone, et Gogi adversus Hierusalem expeditionis.

Sed tamen illud quoque manifestum est, quod etiamsi de Zorobabele, secundum praecedentium tenorem, dicta sint haec, qui de Davidis posteris erat, nihilominus verus dictorum terminus in Christo domino exitum habuerit: quia et tota Davidi facta promissio de regni continuatione, videtur priore significatu successores eius denotare in regno Israhelis; re tamen vera Christum dominum incarnatum portendit, qui de Davidis successoribus ortus, verum et immutabile regnum tenet. Atque hoc ex octogesimo praesertim octavo psalmo cognoscere quivis manifeste potest; ubi adfirmat, regni promissiones ad ipsius posteros successores pertinere. De quibus tamen dicit: " si dereliquerint filii eius legem meam, et in iudiciis meis non ambulaverint, et iustitias meas profanaverint, et mandata mea non custodierint; visitabo in virga iniquitates eorum, et in verberibus peccata eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eis. „ Certe patet convenire haec Davidis successoribus Israhelis regibus futuris; quos quidem peccantes puniturum

παντελῶς ἐξωθεῖσθαι τῆς βασιλείας· μηνύει δὲ προβαίνων τὸν κατὰ σάρκα δεσπότην Χρι-
στόν, ἐφ᾽ ὅπερ τῶν ἐπαγγελιῶν τῶν οἰκείων ἀληθὲς ἔδειξε τὸ πέρας ὁ θεός· τὸ γὰρ “ θήσομαι
εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος τὸ σπέρμα αὐτοῦ, καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ ὡς τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ,
καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα μενεῖ, καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος ἐναντίον μου, καὶ
ὡς ἡ σελήνη κατηρτισμένη εἰς τὸν αἰῶνα ,, πρόδηλον ὡς ἐπ᾽ οὐδενὸς μὲν τῶν διαδόχων ἔχει
p. 293. χώραν λεγόμενα· σαφῶς δὲ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ δείκνυσι τὴν βασιλείαν διηνεκῆ τε καὶ ἀσά-
λευτον, μετὰ πολλῆς μὲν τῆς δυνάμεως, πολλῆς δὲ τῆς λαμπρότητος, εἰς τὸ ἔπειτα διαμέ-
νον· οὕτω καὶ τὴν παροῦσαν μαρτυρίαν ἁρμόττουσαν μὲν κατὰ τὸ ἀληθὲς καὶ ἀναντίρρητον τῶν
* Luc. I. 32. πραγμάτων ἴδοι τις ἂν ἐπὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ κατὰ τὴν ἐν τοῖς εὐαγγελίοις φωνήν· * λεγο-
μένων ἐκ τοῦ Δαυὶδ βασιλέων τοῦ Ἰσραὴλ διὰ τὴν ἐπαγγελίαν τὴν θείαν· ὅθεν δὴ καὶ νῦν
ὁ προφήτης ἐπὶ τοῦ Ζοροβάβελ αὐτὴν ἐξείληφεν εἰκότως· ἐπειδὴ γὰρ τὰ μετὰ τὴν ἐπάνοδον
ἔλεγε τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος, καὶ τὴν ἔφοδον τὴν περὶ τὸν Γώγ, τήν τε ἐπενεχθεῖσαν αὐτοῖς
παρὰ τοῦ θεοῦ τιμωρίαν, ἀκολούθως μέμνηται καὶ τοῦ κατ᾽ ἐπαγγελίαν θείαν ἐκ τῆς τοῦ Δαυὶδ
διαδοχῆς τὴν ἀρχὴν αὐτῶν τότε πεπιστευμένου, ὡς ἂν δείξειεν καὶ τὰ διὰ τούτου περὶ τὸ
ἔθνος κατορθωθέντα, διὰ τὴν ἤδη γεγενημένην πρὸς τὸν Δαυὶδ ἐπαγγελίαν τοῦ θεοῦ τὴν
ἰσχὺν εἰληφέναι· ὅθεν καὶ εἶπεν τὸ “ αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ᾽ ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος· ,, ἵνα
εἴπῃ ὅτι τὰ ἄνωθεν εἰρημένα τε καὶ ἐπηγγελμένα, παρὰ τοῦ θεοῦ προεβάλετο· τοῦτον εἰς τὴν
ἀρχὴν διανυσθῆναί τε πεποίηκε τοιαῦτα· εἶτα ἐπάγει.

v. 2. “ Διὰ τοῦτο δώσει αὐτοὺς ἕως καιροῦ τικτούσης τέξεται. ,, Ὠδίνειν καὶ τίκτειν πολλάκις
p. 294. ἡ θεία λέγει γραφὴ τὸ ἐν μέσῳ τῶν δεινῶν παράδοξον τῆς θείας ἀναφαίνεσθαι βοήθειαν·
* Is. XXVI. 19. οὕτω λέγει τὸ * “ διὰ τὸν φόβον σου κύριε ἐν γαστρὶ ἐλάβομεν, καὶ ὠδινήσαμεν, καὶ ἐτέκομεν
πνεῦμα σωτηρίας ὃ ἐποίησας ἐπὶ τῆς γῆς· ,, ἵνα εἴπῃ ὅτι ὑπὲρ ὧν ἐφοβούμεθά σε, τυχά-

se spondet, non tamen regno omnino exclusurum. Pergit autem denotare Christum dominum incarnatum, in quo promissionum suarum veritatem exitum habuisse ostendit Deus. Nam verba: “ ponam in saeculum saeculi semen eius; et thronum eius sicut dies caeli; et semen eius manebit in aeternum; et thronus eius sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in aeternum ,, notissimum est de nemine successorum Davidis dici potuisse: perspicue autem Christi domini regnum perpetuum ostendere, et immobile multa cum virtute multoque splendore in posterum tempus perseveraturum. Atque ita praesens testimonium, conveniens quidem secundum veritatem atque evidentiam actarum rerum comperiemus in Christo domino, iuxta evangelicum textum: sed tamen dici etiam de posteris Davidis, qui per tempora secundum Dei promissionem reges Israhelis extiterunt: unde nunc etiam propheta de Zorobabele merito intellexit. Nam cum de rebus post reditum Babylone loquatur, et de Gogi incursione, consentanee meminit et illius de Davidis stirpe hominis, cui tunc principatus traditus erat; ut ostendat, quaecumque hic ad salutem gentis fecerit, ea ex Dei ad Davidem promissione vim accepisse. Unde et dixit: “ egressiones eius ab initio, a diebus aeternitatis: ,, quibus verbis significat, quod supra dictum fuit atque promissum, id Deum reapse pronunciavisse, atque ab initio ut fieri posset, constituisse. Postea addit:

“ Propterea dabit eos usque ad tempus, quo pariens pariet. ,, Parturire et parere saepe dicit divina scriptura, cum in mediis calamitatibus divinum insperato auxilium affulget. Sic ait: propter timorem tui, Domine, in ventre concepimus, et parturivimus ac peperimus spiritum salutis quem in terra fecisti; ut dicat: quia

βομεν ἐν αὐτοῖς τὴν ἀπόῤῥητόν σου χάριν, ἀφ' ἧς διὰ πολλῶν ὠδίνων ἐν τῷ μεγέθει τῶν
κακῶν σωτηρία ἡμῖν ἀπετέχθη παράδοξος· κἀνταῦθα τοίνυν ὡς ἂν τῆς Ἱερουσαλὴμ συλ-
λαβούσης τι ἐκ τῆς θείας χάριτος καὶ τὴν δωρεὰν ἀποτικτούσης ταύτην, ἀφ' ἧς αὐτοί τε
περιεσώθησαν, καὶ παντελῆ τὴν ἀπώλειαν ἐδέξαντο οἱ πολέμιοι, τοῦτο λέγει ὅτι τοὺς ἐναν-
τίους παραδώσει ἀπωλείᾳ, ἐπειδὴ τῇ Ἱερουσαλὴμ μετὰ πολλῶν ὠδίνων ἃς ὑπέμεινεν ἐν τῇ
τῶν πολεμίων ἐφόδῳ ἀπετέχθη τοῦ θεοῦ δωρεά. " Καὶ οἱ ἐπίλοιποι τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ ἐπι-
στρέψουσιν ἐπὶ τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. ,, Τότε γὰρ δὴ πάντες οἱ ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας ἐπανελ-
θόντες, κοινὸν ἡγήσονται βασιλέα τὸν Ζοροβάβελ· οὐκέτι ἰδίᾳ μὲν ἀρχομένων τῶν δέκα
φυλῶν, τῆς δὲ Ἰούδα μόνης μετὰ τῆς Βενιαμὶν τοὺς ἐκ τοῦ Δαυὶδ βασιλέας κατὰ τὸ πρόσθεν
ἐχούσης, ἀλλὰ πάντων ἕνα βασιλέα τὸν Ζοροβάβελ ἡγουμένων λοιπόν· οὕτω καὶ ὁ μακά-
ριος Ὠσηὲ λέγει· * καὶ συναχθήσονται οἱ υἱοὶ Ἰούδα καὶ οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸ αὐτό, καὶ p. 205. * Os. I. 11.
θήσονται ἑαυτοῖς ἀρχὴν μίαν. Καὶ ὁ μακάριος δὲ Δαυίδ· * ἰδοὺ δὴ τί καλὸν καὶ τί τερ- * Ps. CXXXII. 1.
πνόν, ἀλλ' ἢ τὸ κατοικεῖν ἀδελφοὺς ἐπὶ τὸ αὐτό; τὴν ὁμόνοιαν αὐτῶν τὴν ἐσομένην κατὰ τὸν τῆς
ἐπανόδου καιρὸν ἐν τούτῳ σημαίνων, ἣν ἀπέσωζον ὑφ' ἑνὶ τῷ βασιλεύοντι καθεστῶτες
λοιπόν· ὁμοίως οὖν κἀνταῦθα ὁ προφήτης λέγει ὅτι " καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἀδελφῶν ,, ἵνα
εἴπῃ ὅτι πάντες καὶ οἱ τῆς Ἰούδα φυλῆς ἐκτὸς συναφθήσονται τοῖς λοιποῖς υἱοῖς τοῦ Ἰσραήλ,
ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἡγούμενοι βασιλέα. " Καὶ στήσεται καὶ ὄψεται, καὶ ποιμανεῖ τὸ ποίμνιον v. 4.
αὐτοῦ ἐν ἰσχύϊ κύριος· καὶ ἐν τῇ δόξῃ ὀνόματος κυρίου τοῦ θεοῦ αὐτῶν ὑπάρξουσιν· διότι
νῦν μεγαλυνθήσεται ἕως ἄκρων τῆς γῆς. ,, Ἔσται δὲ φησὶν ὁ διὰ τοῦ τότε βασιλεύοντος
ἅπαντας τῇ οἰκείᾳ κηδεμονίᾳ ποιμαίνων θεός, ὃς καὶ ἐπιδόξους αὐτοὺς διὰ τὴν ὀνομασίαν
ἐργάσεται τὴν οἰκείαν· διαφημεῖ τε κατὰ πάσης τῆς γῆς μετὰ πολλοῦ τοῦ θαύματος ἀνυμνούμενος,
ἐφ' οἷς τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα πεποίηκε περὶ τοὺς τὴν αὐτοῦ μετιόντας ὀνομασίαν, λέγω
δὴ τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ· νῦν μὲν αὐτοὺς ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας παρὰ πᾶσαν ἐπανάγων ἐλ-

te timuimus, concepimus in nobis ineffabilem gratiam tuam, a qua per multos dolores in malis maximis salus nobis mirabiliter parta est. Igitur hoc quoque loco, quasi Hierusalem ex divina gratia concepisset, atque hoc donum peperisset, cuius beneficio ipsi salvi extitissent, hostes contra funditus periissent, ait se inimicos exitio traditurum, quoniam urbi Hierusalem post dolores multos quos pertulit in hostium incursu, mirabile partum est Dei donum. " Et reliqui fratres eius convertentur ad filios Israhelis. ,, Tunc omnes a captivitate reduces, communem existimabunt regem Zorobabelem: haud diutius seorsum decem tribubus sub regno constitutis, solis vero Iudae ac Beniamini tribubus reges de Davidis stirpe ut antea habentibus; sed cunctis unum regem Zorobabelem abhinc agnoscentibus. Sic etiam beatus Oseas aiebat: et congregabuntur filii Iudae et filii Israhelis in id ipsum, constituentque sibi regnum unum. Tum et beatus David: ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in id ipsum! concordiam ipsorum futuram circa reditus tempus his verbis significans, quam conservabant sub uno rege constituti deinceps. Hoc itaque pariter loco propheta ait: " et reliqui fratres; ,, pro eo ac dicat: cuncti qui extra Iudae tribum sunt, coniungentur cum reliquis Israhelis filiis, unum eundemque regem habentes. " Et stabit et videbit et pascet gregem suum cum fortitudine Dominus: et in gloria nominis domini Dei sui erunt; quia nunc magnificabitur usque ad terminos terrae. ,, Erit, inquit, per eius temporis regem propria cura pascens Deus, qui et illos illustres nomine suo efficiet: constanterque per universam terram multa cum admiratione laudabitur, quia tot tantaque pro iis fecit,

πόδα· μετ' ἐκεῖνο δὲ ἐν ὀλίγοις αὐτοῖς νίκην καταπραττόμενος αὐτήν, ἀφ' ἧς ἀναρίθ-
p. 296. μητόν τι πλῆθος ἐρρωμένων ἀνδρῶν, καὶ εἰς πολεμικὴν ἐμπειρίαν παρεσκευασμένων, διὰ τῶν εὐτελῶν τούτων καὶ εὐαριθμήτων παντελῶς κατὰ τὴν οἰκείαν τροπώσεται δύναμιν.

Ἀλλὰ γὰρ οὕτω τὰ μετὰ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον ὑπάρξοντα αὐτοῖς εἰρηκώς, ἃ τοῦ Ζοροβάβελ κατ' ἐπαγγελίαν Θεοῦ ἐκ τοῦ Δαυὶδ αὐτῶν βασιλεύοντος περιγενέσθαι πάντως ἤμελλεν αὐτοῖς, ἐπειδὴ τὸν ταῖς ἐπαγγελίαις ταῖς οἰκείαις προσέχοντα τὸν Θεὸν ὁ προφήτης ἐβουλήθη δεῖξαι, πολλὴν τοῖς κατὰ τὸ αὐτῷ* γε δοκοῦν γινομένοις παρέχοντα τὴν ἰσχύν, ἀποδείξει τοῖς κατὰ τὸν Ζοροβάβελ χρησάμενος· ἐδόκει δὲ μετὰ πολὺ ταῦτα γίνεσθαι, τά τε τῆς ἐπανόδου λέγω τῆς ἀπὸ Βαβυλῶνος, καὶ τὰ μετὰ τὴν ἐπάνοδον ἐκείνην εἰς τὸν περὶ τὸν Γὼγ γεγονότα· μέμνηται τῶν ἐγγὺς καὶ μετ' οὐ πολὺ τὴν ἔκβασιν λαμβανόντων, λέγω δὴ τῶν περὶ τοὺς Ἀσσυρίους ἐπὶ τοῦ Ἐζεκίου συμβάντων, ἵν' ἐκ τῶν ἐγγύθεν καὶ μετ' οὐ πολὺ γινομένων, τῶν μετὰ μακροὺς ἐσομένων τοὺς χρόνους παράσχηται τὴν πίστιν· εὔδηλον γὰρ ὅτι ταῦτα προηγόρευεν ὁ προφήτης, ὡς ἡ βίβλος δηλοῖ, ἐν ἡμέραις Ἰωάθαμ καὶ Ἄχαζ καὶ Ἐζεκίου· ὥστε οὐ πόρρωθεν ἡ πρόῤῥησις ἦν τῶν κατὰ τὸν Ἐζεκίαν· ἀλλὰ γὰρ ἔμελλε τότε καὶ παρὰ πόδας ἐλάμβανε τὴν ἔκβασιν πάντων, οἱ* πρὸ τῶν πραγμάτων τῆς προφητείας ἔτυχον δεδεγμένοι* φωνήν, ἐγγύθεν ὁρώντων τὴν ἔκβασιν· ἵν' οὕτω δείξῃ τῶν κατὰ τὸν Ἐζεκίαν ἐγγύθεν ὄντων, πρὸς τὰ τοῦ Ζοροβάβελ μετὰ πολὺν τὸν χρόνον ἐσόμενα, τὴν συγγένειαν· δῆλον τε δι' ἀμφοτέρων ποιήσῃ πόση τις ἦν τῆς ἐπαγγελίας ἡ ἰσχὺς τῆς θείας· ἀφ' ὧν οὐ τότε μόνον (ὅτε) τετύχηκεν ὁ Ἰσραὴλ ἡγουμένου τοῦ Ζοροβάβελ, ἀλλὰ καὶ πρότερον ὅτε περ ὁ Ἐζεκίας αὐτῶν ἐβασίλευε, κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τὴν θείαν καὶ αὐτὸς εἰς τὴν ἀρχὴν παρελθών, στρατοπέδου μὲν ἐπεληλυθότος τοσούτου τῇ Ἱερουσαλήμ, ἀνῦσαι δὲ δυνηθέντος οὐδέν, διὰ τὸ τὴν θείαν προσεῖναι ῥοπὴν τῷ κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Θεοῦ τὴν βασιλείαν ἔχοντι τοῦ Ἰσραήλ·

* cod. αὐτό.
* Ita cod.
* cod. δεδειγ.
p. 297.

qui illius nomen participant; qui sunt Israhelis filii: quos nunc quidem de captivitate praeter omnem spem reduxit: postea vero victoriam pauco illorum numero patrabit, qua innumerabilem fortium virorum multitudinem, per hos humiles paucosque, sua virtute omnino profligabit.

Sic autem cum ea dixisset, quae post reditum Babylone futura erant, quae nimirum sub Zorobabele, Davidis stirpe orto, iuxta Dei promissionem regnante, ipsis sine dubio contingerent, promissis propriis fidelem Deum volens propheta ostendere, et multam iis, quae secundum eiusdem beneplacitum fiunt, robur praebentem, rerum Zorobabelis exemplo utitur. Ceterum quia multo serius haec eventura videbantur, scilicet a Babylone reditus, et Gogi post illum reditum expeditio; commemorat propiora, et quae haud remotum exitum habitura erant, res nempe Assyriorum sub Ezecia; ut ex proximis, seu non multo post futuris, fidem iis conciliaret quae longa post tempora forent. Constat autem haec praedixisse prophetam, ut liber ostendit, diebus Ioathami, et Achazi, et Ezeciae; ita ut vaticinium prope absit ab Ezeciae rebus. Sed tamen tunc portendebat, et quasi ante pedes proponebat exitum omnium, coram iis qui cum ante rem gestam excepissent prophetiae vocem, eventum quasi proximum aspiciebant: ut sic ostenderet rerum Ezeciae proximarum, cum illis Zorobabelis multo post futuris, cognationem; atque ex utrisque palam faceret, quanta esset divinarum promissionum vis. Unde non tunc tantummodo cum habebant Israhelitae Zorobabelem ducem, sed antea quoque cum Ezecias ipsis dominaretur, ex Dei promissione ipse pariter principatum adsecutus, tantus exercitus adversus Hierusalem veniens nihil valuit efficere, quia divinum ade-

καί τοι γε τῆς τῶν δέκα φυλῶν βασιλείας οἱ αὐτοί γε μετὰ πολλῆς κεκρατήκασι τῆς εὐμαρείας, οἱ μετὰ τὴν κατ' ἐκείνων νίκην ἐπεληλυθότες τῇ Ἱερουσαλήμ, μεγίστην ἐκ τῆς τοῦ ἀγγέλου πληγῆς ἐδέξαντο τὴν τιμωρίαν· φαίνεται γὰρ καὶ ἐν ἐκείνοις λέγων ὁ θεός, ὅτι ὑπερασπιῶ τῆς πόλεως ταύτης δι' ἐμὲ καὶ διὰ Δαυὶδ τὸν δοῦλόν μου· δεικνὺς ὅτι τῶν ἐπαγγελιῶν τῶν πρὸς ἐκεῖνον μεμνημένος, καὶ τὰ νῦν αὐτὸς διαπράξεται, συνεργῶν τῷ τότε τὴν βασιλείαν ἔχοντι τοῦ Ἰσραήλ, λέγω δὴ τῷ Ἐζεκίᾳ.

Εἰρηκὼς τοίνυν τὰ κατὰ τὸν Ζοροβάβελ ὡς ἔφην πόρρωθεν ὄντα, ἀναγκαίως διὰ τὴν τῶν πραγμάτων συγγένειαν, εἰς τὴν τοῦ προκειμένου σύστασιν, μέμνηται τῶν κατὰ τὸν ἀσσύριον ἐπὶ τοῦ Ἐζεκίου γεγονότων· καὶ φησίν. " Καὶ ἔσται αὕτη ἡ εἰρήνη, ὅτ' ἂν ὁ ἀσσύριος ἐπέλθῃ p. 198. v. 5.
ἐπὶ τὴν γῆν ὑμῶν, καὶ ὅτ' ἂν ἀποβῇ ἐπὶ τὴν χώραν ὑμῶν. " Τοῦτο γὰρ δή φησιν ὅπερ τότε διὰ τοῦ Ζοροβάβελ πεποίηκεν ὁ θεός, παύσας μὲν τοσοῦτον πόλεμον, εἰρήνην δὲ ἰσχυρὰν δεδωκὼς τοῖς οἰκείοις· τοῦτο δὴ καὶ κατ' ἐκεῖνον ἐργάσεται τὸν καιρὸν μετ' οὐ πολὺ γενησόμενον, ἡνίκα ἂν ὁ ἀσσύριος ἐπέλθῃ τῇ Ἱερουσαλήμ· τότε γὰρ δὴ παραδόξως μὲν τὸ τοσοῦτο τροπώσεται πλῆθος· παράδοξον δὲ τοῖς οἰκείοις παρέξει τὴν εἰρήνην, Ἐζεκίου βασιλεύοντος ἐκ τῆς τοῦ Δαυὶδ διαδοχῆς κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τὴν θείαν. Εἶτα λέγων τὰ ἐσόμενα.
" Καὶ ἐπεγερθήσονται ἐπ' αὐτὸν ἑπτὰ ποιμένες, καὶ ὀκτὼ δήγματα ἀνθρώπων· καὶ ποι- v. 6.
μανοῦσι τὸν Ἀσσοὺρ ἐν ῥομφαίᾳ, καὶ τὴν γῆν τοῦ Νεβρὼδ ἐν τῇ τάφρῳ αὐτῆς. " Τὸ ἑπτὰ ποιμένες καὶ ὀκτὼ δήγματα ἀνθρώπων, μυθωδέστερον τινὲς νενοήκασιν· ἑπτὰ μὲν ποιμένας, προφήτας ἀριθμοῦντες ἑπτά· ὀκτὼ δὲ δήγματα, Ἐζεκίαν μετὰ τῶν ὑπηρετουμένων αὐτῷ πρὸς τὴν βασιλείαν, λέγοντες· ὡς οὐδ' οἵ τινες εἰσὶν οἱ ὀκτὼ δεδυνήνται λέγειν, ἀποφάσει δὲ τὸν λόγον ἐπιστώσατο τὸν οἰκεῖον· εἰ δὲ τοὺς ὑπηρετουμένους τῇ βασιλείᾳ τις λέγειν ἐθέλοι, καὶ πολλῷ πλείους τῶν ὀκτὼ γενέσθαι δυνήσονται· ἀλλὰ πεποίηκε τὴν πλάνην τοῖς οὕτω νενοηκόσι, p. 199.

rat auxilium ei qui ex Dei promissione regnum Israhelis tenebat. Quamquam vero iidem hostes decem tribuum regnum tam facile subiugaverant, nihilominus cum post illam victoriam Hierusalem adgressi essent, ab angelo cladem passi sunt. Exploratum est enim tunc quoque dixisse Deum: urbem hanc et propter me et propter Davidem servum meum defendam; demonstrans, quod promissorum Davidi memor, nunc quoque idem praestabit, opem praebens regnum Israhelis tenenti, id est Ezeciae.

Postquam itaque dixisset res Zorobabelis adhuc sua aetate remotas, necessario ob eventuum cognationem, ad propositionis confirmationem, memorat expeditionem Assyriorum sub Ezecia, aitque: " et erit haec pax, quando Assyrius venerit in terram vestram, et quando ascenderit in regionem vestram. " Quod aliquando faciet Dominus per Zorobabelem, tantum sedans bellum, validamque pacem suis concedens; id ipsum illo tempore nobis propinquo faciet, quando Assyrius veniet contra Hierusalem: tunc enim mirabiliter tantam profligabit multitudinem: insperatam autem suis concedet pacem, Ezecia regnante, ex Davidis successoribus, secundum divinam promissionem. Mox futura dicens: " et consurgent adversus eum septem pastores, et octo morsus hominum. Et pascent Assyrium in gladio, et terram Nebrodi in fovea eius. " Septem pastores, et octo rursus hominum, fabulosius nonnulli intellexerunt, dum septem pastores, septem numerant prophetas; octo autem morsus, Ezeciam cum suis regni administris esse aientes: nam nec qui sint hi octo, dicere potuerunt, solaque adfirmatione sermoni suo fidem fecerunt. Quod si revera de regni administris cogitare quis velit, multo plures quam octo esse poterunt. Sed

τὸ μὴ πρὸς τὸ ἰδίωμα τῆς θείας γραφῆς ἀπιδεῖν, ἀναγκασθῆναι δὲ ἐντεῦθεν μύθους ἀναπλάσαι γραώδεις, ἵνα τι δόξωσι λέγειν· ἰδίωμα δὲ ἐστὶ τῆς θείας γραφῆς τὸ τὸν τέλειον ἀριθμὸν ἐνίοτε καλεῖν ἑπτά· τὸ δὲ ὑπὲρ τοῦτο, ἀνθ' ὑπερβολῆς λαμβάνειν· ἐπειδὴ γὰρ ἐν ἓξ ἡμέραις ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, τῇ δὲ ἑβδόμῃ κατέπαυσεν (ὥστε καὶ ἀργεῖν Ἰουδαίους τὸ σάββατον διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν) ἅπας τε ὁ τῶν ἡμερῶν ἀριθμὸς ἐν ταῖς ἑπτὰ ταύταις ἀνακυκλοῦσθαι εἴωθε, πάντων ἀρχομένων μὲν ἀπὸ πρώτης, λεγόντων δὲ εἰς τὴν ἑβδόμην, μετὰ δὲ τὴν ἑβδόμην, αὖθις ἐπὶ τὴν πρώτην ἀναστρεχόντων· διὰ ταύτην ἡ θεία γραφὴ τὴν αἰτίαν, ἑπτὰ μὲν τὸ τέλειον καὶ ἀπηρτισμένον καλεῖ, ὀκτὼ δὲ ὡς εἶπον τὴν ὑπερβολήν.

* Gen. IV. 15. Οὕτως ὁ θεὸς λέγει τὸ *, ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει· ἵνα εἴπῃ ὅτι ὁ ἀναιρῶν αὐτὸν ὑπὲρ ἀνηκέστων πταισμάτων, μεγίστην τινὰ καὶ ἀπηρτισμένην αὐτοῦ τιμωρίαν ἐπικειμένην * Eccle. XI. 2. εὑρεθήσεται λύων· τοιοῦτον ἐστὶ καὶ παρὰ τῷ ἐκκλησιαστῇ τὸ *, δὸς μερίδα τοῖς ἑπτὰ, καί γε τοῖς ὀκτώ· ἵνα εἴπῃ, φιλοτίμως δίδου τοῖς δεομένοις, μὴ δὲ ὑπερβολῇ περὶ τοῦτο χρῆσθαι * Matth. XVIII. 21. παραιτούμενος· ἐντεῦθεν ὁ μακάριος ἔφη Πέτρος· * ποσάκις, ἐὰν ἁμάρτῃ εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μου, ἀφήσω αὐτῷ, ἕως ἑπτάκις; ὡς ἀρκοῦντος τὸν τέλειον εἰπὼν ἀριθμόν· ὃν p. 300. ὑπερβῆναι κατὰ πολλὴν περιουσίαν βουλόμενος ὁ κύριος, ἐπήγαγε τὸ, οὐ λέγω σοι ἕως ἑπτάκις, ἀλλ' ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά· τοιοῦτο δή τι κἀνταῦθα φησίν· ἐπεληλυθότα γὰρ τὸν Ἀσσύριον μετὰ τοῦ στρατοπέδου τοῦ οἰκείου, μεγάλῃ μέν τινι καὶ βαρυτάτῃ, διὰ τῆς ὑπουργίας τοῦ ἀγγέλου περιβέβληκεν ὁ θεὸς τῇ τιμωρίᾳ· πολλῶν δὲ ἀναιρεθέντων, εἰς φυγήν τε ἐτράπησαν οἱ λοιποί, καὶ τοῖς κατὰ τόπους εὐάλωτοι γεγονότες πλεῖστα ὅσα πεπόνθασιν ἐν διαφόροις καὶ παρὰ διαφόρων, τῶν ὡς ἂν φύγωσι μετὰ πολλῆς ἐπιόντων τῆς εὐμαρείας καὶ ῥᾳδίως ἐμπίπτοντας ἀναιρούντων· τὸ τελευταῖον δὲ μετὰ πολλῆς τῆς ἀτιμίας ὁ βασιλεύων αὐτῶν εἰς τὴν χώραν ἀπεληλυθὼς τὴν οἰκείαν, ὑπὸ τῶν υἱῶν ἀνῃρέθη τῶν ἰδίων· ὡς φαίνεσθαι τὴν τιμωρίαν

enim error his qui ita cogitarunt, ideo obrepsit, quia non considerato divinae scripturae idiotismo, coacti sunt fabulas confingere aniles, ut aliquid dicere viderentur. Est autem divinae scripturae idiotismus, perfectum numerum interdum appellare septenarium; quidquid autem ultra septenarium est, pro excessu habere. Nam quia sex diebus fecit Deus caelum et terram, et septimo requievit (quare et Iudaei hanc ob causam in sabbato otiantur); totus autem dierum numerus intra hoc septenarium revolvi solet, cunctis a primo incipientibus, et in septimum desinentibus; et post hebdomadam denuo ad primum recurrentibus; hac de causa divina scriptura, septem appellat id quod est perfectum et absolutum; octo autem, ut dixi, excessum.

Ita Deus ait: septem vindictas exsolvet. Ut dicat: qui occiderit illum ob summa crimina, maximam aliquam plenamque ipsi impositam comperietur poenam persolvere. Simile quid apud Ecclesiastem: da partem septem, immo et octo. Ut dicat: abunde tribue indigentibus, et ne renuas hac in re excedere. Hinc beatus Petrus: quoties in me peccabit frater meus, et dimittam illi, num usque septies? septenarium dicens numerum ut sufficientem. Quem ab eo magnopere superari volens Dominus, subdidit: non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies. Consimile quiddam heic quoque dicit. Namque Assyrium cum exercitu suo advenientem, magna atque gravissima angeli ministerio irretivit Deus punitione: multis enim interfectis, in fugam se reliqui coniecerunt; et locorum incolis facilis praeda effecti, sexcenta passi sunt multifariam mala atque a multis, dum fugientes facile admodum adorirentur, et deprehensos occiderent. Postremo multa cum ignominia rex eorum ad propriam ditionem reversus, a liberis suis interemptus fuit: ut explora-

αὐτοῖς ἐπαχθεῖσαν παρὰ τοῦ θεοῦ βαρυτάτην, οὐ μόνον διὰ τῶν ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου πληγέντων περὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἅμα καὶ διὰ τῶν λοιπῶν τῶν μετὰ πολλοῦ τοῦ δέους πεφευγότων τε ἐκεῖθεν καὶ ποικίλως ἀναιρεθέντων· περὶ ὧν δὲ καὶ ὁ μακάριος Δαυὶδ *, ὅτι θήσεις αὐτοὺς νῶτον, (* Ps. XX. 13.) ἐν τοῖς περιλοίποις σου ἑτοιμάσεις τὸ πρόσωπον αὐτῶν· τοῦτο δηλῶν ὅτι τραπήσονται μὲν ἅπαντες εἰς φυγήν, κινήσει δὲ τὴν ὀργὴν τὴν οἰκείαν καὶ κατὰ τῶν ὑπολελειμμένων ὁ θεός· τοῦτο (p. 301.) τοίνυν ἐνθάδε βούλεται λέγειν, ἑπτὰ μὲν ποιμένας ἐπεγερθήσεσθαι λέγων· ἵνα δηλώσῃ τὸ θείας τιμωρίας τὴν βαρύτητα, ἣν τελείαν τε καὶ ἀπηρτισμένην διὰ τοῦ τοῦ ἀγγέλου πληγῆς ἐπήγαγεν αὐτοῖς ὁ θεός.

Ὀκτὼ δὲ δήγματα ἀνθρώπων, ἵνα τὴν ὑπερβολὴν εἴπῃ τῶν καταληψομένων αὐτοὺς κακῶν μετὰ τὴν ἐκεῖθεν φυγήν, διαφόρως τῶν τε κατὰ τόπον ἀνθρώπων καὶ τῶν πρὸς αὐτῇ γε αὐτῶν τῇ χώρᾳ καθεστώτων, τούς τε φεύγοντας ἀπολλύντων, καὶ τῶν ἐν τοῖς τόποις καταπεφευγέναι δοκούντων τοῖς ἰδίοις· μεθ' ὧν ἀναιρεθῆναι καὶ τὸν βασιλέα ὑπὸ τῶν υἱῶν συνέβη τῶν ἰδίων· ὃ καὶ καλῶς ἀνθρώπων εἶπε δήγματα, ἀντιδιαστέλλων αὐτὰ τῇ διὰ τοῦ ἀγγέλου τιμωρίᾳ· εἶτα ἐπάγει. “ Καὶ ποιμανοῦσι τὸν Ἀσσοὺρ ἐν ῥομφαίᾳ καὶ τὴν γῆν τοῦ Νεβρὼδ ἐν τῇ τάφρῳ αὐτῆς. „ Ἵνα εἴπῃ ὅτι ξίφει τε καταναλωθήσεται ὁ ἀσσύριος, καὶ τὴν γῆν τὴν οἰκείαν ὄψεται δῃουμένην, ὅπερ οὖν καὶ πέπονθεν ὑπὸ τῶν Βαβυλωνίων ὕστερον· γῆν γὰρ τοῦ Νεβρὼδ ἐκείνην ὀνομάζει, ὡς ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις τοῦ Νεβρὼδ γεγονότος, τὰ βασίλειά τε ἔχοντος ἐκείνων, ὃς μέγας ἐφαίνετο παρὰ τοῖς τότε ἀνθρώποις ἐπὶ δυνάμει φρονῶν· οὕτω γὰρ ἡ τῆς κτίσεως βίβλος φησίν· * οὗτος ἦν γίγας κυνηγὸς ἐναντίον κυρίου· (* Gen. X. 9.) διὰ τοῦτο ἐροῦσιν ὡς Νεβρὼδ γίγας κυνηγὸς ἐναντίον τοῦ θεοῦ· καὶ ἐγένετο ἡ ἀρχὴ τῆς βασιλείας αὐτοῦ Βαβυλών· ἐπειδὴ τοίνυν ἐξ ἐκείνου μέγα ἐφρόνουν οἱ ἀσσύριοι ὡς μεγάλοι τὴν δύναμιν ἅτε ἐκ τοιούτου καταγόμενοι, τοῦτό τοι ὁ προφήτης εἰπεῖν ἠβουλήθη, ὅτι ἡ τῶν δοκούντων ἀνδρείων εἶναι χώρα, πᾶσα ἐν τοῖς οἰκείοις τόποις ὑπὸ πολεμίων ἀναιρεθήσεται,

tum sit, punitionem illis inflictam a Deo gravissimam: nec illis solum ab angelo circa Hierusalem percussis, sed reliquis etiam qui gravi timore correpti indidem fugiebant. De quibus etiam beatus dicit David: pones eos dorsum; in reliquiis tuis praeparabis vultum eorum. Hoc significans, fore ut omnes in fugam convertantur; commoveatque iram suam etiam in superstites Deus. Hoc igitur vult hoc loco dicere, dum septem pastores suscitatum iri ait; declarat scilicet divinae punitionis gravitatem, quam perfectam plenamque per angeli cladem adduxit illis Deus.

Octo hominum morsus dicit, ut cumulum incubiturorum post fugam illinc malorum denotet, multis per ea loca hominibus, utpote qui in sedibus propriis perstabant, fugientes perdentibus; nec non et illos qui in patriam se putabant evasisse, quibuscum regem quoque a suis liberis interimi contigit: quam rem elegante vocabulo dixit hominum morsus, ut ab angeli punitione distingueret. Postea dicere pergit: “ et pascent Assyrium in gladio, et terram Nebrodi in fovea eius. „ Ut dicat gladio consumendum Assyrium, qui propriam quoque regionem cernet vastatam: quod reapse malum passus postea a Babyloniis est. Iam terram Nebrodi illam nuncupat, quia illis fuit in locis Nebrodus gigas, qui regiam dignitatem apud ipsos obtinuit, magnusque visus est apud eius temporis homines, virium suarum conscientia elatus. Sic enim ait creationis liber: hic fuit gigas venator coram Deo. Propterea dicent: sicut Nebrodus gigas venator coram Deo: fuitque caput regni eius Babylon. Quia igitur huius causa superbiebant Assyrii, ceu magnis praestantes viribus, utpote a tali viro progeniti, hoc fere dicere voluit propheta, quod quae fortium viro-

οὐδὲν ὑπὸ τῆς ἰσχύος ὠφελουμένων τῆς οἰκείας ἐφ᾽ ᾗ μέγα ἐφρόνουν, διὰ τὴν ὀργὴν τὴν θείαν.
Ἀκολούθως μέν τοι γε τοῖς εἰρημένοις ὁ προφήτης “ καὶ ῥύσεταί σε φησὶν ἐκ τοῦ Ἀσσοὺρ,
ὅτ᾽ ἂν ἀπέλθῃ ἐπὶ τὴν γῆν ὑμῶν, καὶ ὅτ᾽ ἂν ἐπιβῇ ἐπὶ τὰ ὅρια ὑμῶν. „

Εἶτα εὐαγγελισάμενος τοῖς Ἰσραηλίταις τὸ μηδὲν ὑπὸ τοῦ Ἀσσυρίου πείσεσθαι κακὸν,
v. 7. ἐπάγει. “ Καὶ ἔσται τὸ ὑπόλειμμα τοῦ Ἰακὼβ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐν μέσῳ λαῶν πολλῶν ὡς
δρόσος παρὰ κυρίου ἐπιπίπτουσα, καὶ ὡς ἄρνες ἐπ᾽ ἄγρωστιν, ὅπως μὴ συναχθῇ μηδεὶς,
μὴ ᾖ ὑποστῇ ἐν υἱοῖς ἀνθρώπων. „ Οἱ γὰρ ἐκ τοῦ Ἰσραὴλ ὑπολειφθέντες ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας,
εἴ τ᾽ οὖν τῆς Ἱερουσαλὴμ, τούτων γεγονότων, αἰδέσιμοι φανοῦνται πᾶσι τοῖς ἐκτὸς, καὶ πολ-
λῆς ἄξιοι σπουδῆς, οὐχ ἧττον ἢ δρόσος ἐστὶ ποθεινὴ τοῖς γεωργοῖς κατὰ καιρὸν καταφερομένη
p. 202. τὸν οἰκεῖον· διοίσουσι τε οὐδὲν προβάτων ἄγρωστιν νεμομένων, οὕτως ἅπαντα τῶν ἀπολω-
λότων τε καὶ πεφευγότων ἐπιόντες τὰ λάφυρα· ὡς καὶ δέος ἅπασιν ἐγγίνεσθαι τοῖς ἀνθρώ-
v. 8. ποις τοῦ μηδένα ποτὲ ἐπιχειρῆσαι τὸν κατ᾽ αὐτῶν πόλεμον. “ Καὶ ἔσται τὸ ὑπόλειμμα τοῦ
Ἰακὼβ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐν μέσῳ λαῶν πολλῶν, ὡς λέων ἐν τοῖς κτήνεσι τοῦ δρυμοῦ, καὶ
ὡς σκύμνος ἐν ποιμνίοις προβάτων· ὃν τρόπον ὅτ᾽ ἂν διέλθῃ καὶ διαστείλας ἁρπάσῃ; καὶ
v. 9. μὴ ᾖ ὁ ἐξαιρούμενος· ὑψωθήσεται ἡ χείρ σου ἐπὶ τοὺς θλίβοντάς σε, καὶ πάντες οἱ ἐχθροί
σου ἐξολοθρευθήσονται. „ Καὶ διοίσετε φησὶν οὐδὲν λέοντος φοβεροῦ τοῖς κτήνεσιν· οὕτως
ἅπασι τοῖς ἀλλοτρίοις ὄντες φοβεροὶ λοιπὸν, διὰ τὴν τοῖς Ἀσσυρίοις ὑπὲρ ὑμῶν ἐπιγενομένην
πληγήν· ὡς γὰρ ἂν εἴ τις λέων (σκύμνον γὰρ πάλιν τὸ αὐτὸ λέγει, τὸ τοῦ λέοντος γέννημα
οὕτω καλῶν) ποίμνῃ προβάτων ἀθρόον ἐμπεσὼν, ὁπόσα βούλεται ἐξ αὐτῶν κατὰ τὴν ἰσχὺν
ἁρπάσῃ τὴν οἰκείαν, οὕτως τοῖς ἐχθροῖς τοῖς ὑμετέροις δυνατώτεροι νομισθήσεσθε τοῦ λοιποῦ,
ἅτε τοιαύτης ἀπωλείας ἐπενεχθείσης τοῖς ἐπικεχειρηκόσιν ὑμῖν ἐπελθεῖν.

Ταῦτα προσέσεσθαι τοῖς Ἰσραηλίταις διὰ τῆς τῶν Ἀσσυρίων πληγῆς εἰρηκὼς ὁ προφή-

rum videbatur esse patria, ea tota ab hostibus pessumdabitur, nihil ei suis viribus profuturis quibus superbiebat, propter divinam iram. Consentanee demum praedictis propheta “ liberabitque te, inquit, ab Assyrio cum venerit in terram vestram, et cum ad fines vestros ascenderit.

Deinde gratum nuncium Israhelitis canens, fore ut nihil mali ab Assyriis patiantur, addit. “ Et erunt reliquiae Iacob in gentibus in medio populorum multorum, quasi ros a Domino cadens, et quasi agni super gramen, ut non congregetur quispiam, neque subsistat in filiis hominum. „ Etenim qui relicti fuerint in Iudaea sive Hierusalem, venerabiles extraneis cunctis videbuntur, multoque digni studio, haud secus quam agricolis gratus est ros tempore proprio decidens: similesque apparebunt ovibus depascentibus gramen; sic enim pereuntium atque fugientium carpent exuvias: ex quo timor fiet cunctis hominibus, quominus eos bello quatere velint. “ Et erunt Iacob reliquiae in gentibus in medio populorum multorum, ut leo in iumentis silvae et ut catulus leonis in gregibus pecorum, qui cum transierit et dividens rapiat, non est qui eruat. Exaltabitur manus mea super tribulantes te, et omnes inimici tui interibunt. „ Haud dissimiles leoni eritis bestiis tremendo: adeo cunctis extraneis posthinc terribiles, propter cladem Assyriis vestri causa inlatam. Nam sicut leo (catulum autem rursus dicit eundem, leonis natum sic appellans) gregi ovium repente incidens, quotquot ex his voluerit pro suis viribus rapit, ita vos fortiores hostibus vestris abhinc esse reputabimini, quoniam tanta pernicies adgressoribus vestris obvenit.

Postquam haec Israhelitis eventura, plagae causa Assyriis impositae, propheta

τις, ἐφεξῆς καὶ τὴν κατ' αὐτῶν τῶν Ἀσσυρίων τιμωρίαν πλατύτερον λέγει· κατὰ γὰρ ἐκεῖνον
δὴ τὸν καιρὸν φησὶ πάντας τούς τε ἵππους καὶ τὰ ἅρματα ἀφανιεῖ· ἵνα εἴπῃ τὴν ὁπλιτικὴν p. 304.
παρασκευὴν ἄχρηστον ἀποφανεῖ πᾶσαν· ἀπολεῖ δέ σου τὰς πόλεις ἁπάσας, κἂν αἵ τινες v. 10.
ἰσχυραί τε καὶ μετὰ πολλῆς τετειχισμέναι τῆς ἀσφαλείας ἐν αὐταῖς εἶναι δοκοῖεν· συναπολέσει v. 11.
δὲ αὐταῖς καὶ πάντα ὁπόσα περ διὰ τῆς δαιμονικῆς μετήεις * θεραπείας· τὰ γὰρ φάρμακά v. 12. * cod. μετιεῖς.
σου τοῦτο λέγει, ἵνα εἴπῃ τὰς ἐπῳδὰς καὶ τοὺς οἰωνισμούς, καὶ ὁπόσα δὴ τοιαῦτα ἔθος ἦν
γίνεσθαι παρ' αὐτοῖς· οὐ τοίνυν οὐδὲ τοὺς ἀποφθεγγομένους ἑξῆς ἔτι τοὺς ἐν μαντείαις καὶ
χρησμοῖς κεχρημένους· ἐπειδὴ καὶ τὰ εἴδωλά σου πάντα καὶ τὰς στήλας ἀφανισμῷ παντελεῖ v. 13.
παραδώσει· ὡς μὴ δὲ βουλομένῳ σοι δυνατὸν εἶναι τὰ αὐτὰ τοῖς πρόσθεν ποιεῖν καὶ προσκυ-
νεῖν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν τῶν ὑμετέρων· ἐκκοπήσεται δὲ καὶ τὰ ἄλση ἐν οἷς τὰς θρησκείας v. 14.
ἐπιτελεῖτε τὰς οἰκείας, τάς τε πόλεις ὑμῶν ἁπάσας ἀφανιῶ· καὶ συντόμως εἰπεῖν ὀργῇ v. 15.
καὶ θυμῷ χρησάμενος μεγίστην καὶ βαρυτάτην ὑμῖν τήν τε τιμωρίαν ἐποίσω καὶ τὴν ἀπώ-
λειαν, ὑπὲρ ὧν ἀποσχέσθαι τῆς χώρας οὐκ ἠβουλήθητε τῆς ἐμῆς, ἀλλὰ γὰρ ἠλπίσατε παρὰ τὸ
ἐμοὶ δοκοῦν ἐρημίᾳ παραδιδόναι καὶ ταύτην· καὶ ἐπειδὴ συνεπέρανε τὴν ἐπαχθησομένην
τοῖς Ἀσσυρίοις τιμωρίαν, ὑπὲρ ὧν ἐπελθεῖν τετολμήκασι τῇ Ἱερουσαλήμ, τρέπει πρὸς τὸν p. 305.
λαὸν τὸν λόγον, ἐν καιρῷ νῦν μάλιστα τὴν ἀγνωμοσύνην αὐτῶν ἐλέγχειν ὑπειληφώς· καὶ δὴ
καὶ κριτήριόν τι καθίζων ὁ προφήτης οὕτω φησίν.

ΚΕΦ. ϛ'.

“ Ἀνάστηθι κρίθητι πρὸς τὰ ὄρη· καὶ ἀκουσάτωσαν βουνοὶ φωνήν σου· ἀκούσατε βουνοὶ v. 1.
τὴν κρίσιν τοῦ κυρίου καὶ αἱ φάραγγες θεμέλια τῆς γῆς, ὅτι κρίσις τῷ κυρίῳ πρὸς τὸν λαὸν v. 2.
αὐτοῦ καὶ μετὰ τοῦ Ἰσραὴλ διελεγχθήσεται. „ Ἀλλ' ἐπειδὴ τοιούτων φησὶ τῶν παρὰ θεοῦ γε-

edixit, deinde eorundem Assyriorum poenam latius narrat. Namque illo tempore, ait, cunctos equos currusque destruet Dominus; ut dicat: universum bellicum apparatum praestabit inutilem: cunctasque tuas urbes perdet, quamquam ex his aliquae satis firmae multoque munitae praesidio esse videantur: cum iisque peribunt quotquot tu daemoniaco cultu prosequebaris: nam vocabulo veneficia id denotat; nempe incantationes, auguria, et quaecumque huiusmodi apud eos fieri consueta. Ergo ne respondentes quidem per oracula erunt, sive divinationibus oraculisque utentes: quia idola tua omnia titulosque supremo tradet exitio: ita ut ne si volueris quidem, veteres ritus tuos frequentare valeas, et opificia manuum vestrarum adorare. Excidentur etiam luci, in quibus superstitiones vestras agitis: civitates denique omnes destruam. Atque ut summatim dicam, ira ac furore commotus maximam gravissimamque vobis poenam imponam atque perniciem, quia mea noluistis abstinere terra; sed hanc quoque praeter beneplacitum meum depopulari voluistis. Iam ubi de futura poena Assyriorum dicendi finem fecit, propter illorum adversus Hierusalem ausum, ad populum verba convertit, nunc opportune ingratum illius animum reprehendere adgrediens. Quin adeo tribunal quoddam statuens propheta, sic ait.

CAP. VI.

“ Surge et iudicio discepta cum montibus, et audiant colles vocem tuam. Audite colles iudicium Domini, nec non valles fundamenta terrae; quia iudicium Domino cum populo suo, et cum Israhele disceptabit. „ Sed quia tot tantisque

γονότων εἰς αὐτούς, οὐδὲν ἧττον διὰ τῆς ἀγνωμοσύνης μένουσι τῆς οἰκείας, ὑπὲρ ὧν καὶ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ὑπομένουσιν αἰχμαλωσίαν, ἥδιστα ἂν κρίσιν ποιησαίμην τοῦ τε θεοῦ κἀκείνων· καὶ δέξομαι κριτὰς τά τε ὄρη καὶ τοὺς βουνοὺς καὶ τὰς φάραγγας, ἃ πρότερον μὲν ἐδέξατο τὸ ἀναρίθμητον ἐκεῖνο τῶν Ἀσσυρίων πλῆθος ἐπεληλυθὸς τῇ Ἱερουσαλὴμ καὶ κατὰ πάντας τοὺς ἔξωθεν διεσπαρμένον τόπους· ἀφ' οὗ δὴ καὶ φόβος τοῖς κατὰ τὴν πόλιν ὡς εἰκὸς ἐπέκειτο πλεῖστος, εἶτα ἀθρόον νεκρὰ τὰ τοσαῦτα σώματα ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς ἐρριμμένα τῶν πρὸ βραχέος μεγάλα φρονούντων· ἀξιόπιστοι γὰρ οὗτοι πρὸς τὴν κρίσιν ἔσονται ταύτην, οἱ καὶ θεαταὶ τῶν γεγονότων· εἶθ' ὡς ἂν κριτήριον καθίσας καὶ δὴ πρόδηλον τῶν Ἰσραηλιτῶν τὴν ἀγνωμοσύνην ποιήσας ὑπὸ κριταῖς τοῖς καὶ μάρτυσι τῶν γεγονότων, εἰσάγει
v. 3. p. 306. λοιπὸν ἐκ περιουσίας τὸν θεὸν λέγοντα πρὸς αὐτούς· “ λαός μου, τί ἐποίησά σοι, ἢ τί παρ-
ηνώχλησά σοι; „ Ἀλλὰ γὰρ τὰ μὲν κατὰ τὸν ἀσσύριον δῆλα φησὶν ὅπως ἔχει, ὅσην τε
τε τῆς κηδεμονίας μου τῆς περὶ ὑμᾶς παρέσχηται τὴν ἀπόδειξιν· λείπεται δὲ ὑμῖν λέγειν, εἴ τι
μικρὸν ἢ μέγα πώποτε λελύπησθε παρ' ἐμοῦ, εἰ πεποίηκα τι βλάπτων ὑμᾶς, εἰ λελύπηκα
καθάπαξ, εἰ φορτικὸς ἔν τισιν ὤφθην ὑμῖν· εἶθ' ὡς ἂν οὐδὲ πρὸς ταῦτα φωνὴν ἐχόντων,
“ ἀποκρίθητί μοι „ φησίν· ἵνα εἴπῃ λέγε, εἴ τι ἔχεις· δέξομαι γάρ, ἂν ἀληθεύων λέγῃς.
Εἶθ' ὡς σεσιωπηκότων καθάπαξ διὰ τὴν συνείδησιν, καὶ διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν τῶν εἰρημένων
v. 4. ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐλέγχειν ψευδές, ἐπάγει. “ Διότι ἀνήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ ἐξ οἴκου
δουλείας ἐλυτρωσάμην σε· καὶ ἐξαπέστειλα πρὸ προσώπου τὸν Μωσῆν καὶ Ἀαρὼν καὶ Μα-
ριάμ. „ Ἀλλὰ μὴ τοῦτό μοι, ὅτι σε παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα τῆς οὕτω πικρᾶς ἀπήλλαξα
δουλείας, Μωσῇ τε καὶ Ἀαρὼν καὶ Μαριὰμ ὑπηρέταις τε καὶ προηγουμένοις τῆς δωρεᾶς χρη-
v. 5. σάμενος ταύτης. “ Λαός μου μνήσθητι τί ἐβουλεύσατο κατὰ σοῦ Βαλὰκ βασιλεὺς Μωάβ· καὶ
τί ἀπεκρίθη αὐτῷ Βαλαὰμ υἱὸς τοῦ Βεὼρ ἀπὸ τῶν σχοίνων ἕως τοῦ Γαλγάλ, ὅπως γνωσθῇ
p. 307. ἡ δικαιοσύνη τοῦ κυρίου. „ Ἀλλὰ γὰρ ὑπομνήσθητι καὶ τῆς κατὰ τὸν Βαλὰκ τὸν Μωαβιτῶν βα-

in eos collatis a Deo beneficiis, ingratum nihilominus animum retinent, cuius causa etiam babylonicam pertulerunt captivitatem, sane perlibenter iudicium instituam inter Deum et illos: sumamque iudices montes et colles vallesque, quae antea innumerabilem illam exceperunt Assyriorum multitudinem Hierusalem adgredientium, per omnes extra locos dispersam: unde plurimus urbis incolas timor incessit; dein repente tot habuerunt circa se proiecta cadavera hominum tanta nuper superbia elatorum. Digni certe fide testes hi erunt in iudicio, qui et spectatores fuerunt. Mox tamquam pro tribunali sedens, et iam convicta Israhelitarum vecordia, coram iudicibus rerumque testibus, introducit postea dicis causa Deum ipsum eis dicentem: popule meus, quid feci tibi, aut in quo molestus tibi fui? ,, Profecto res assyriaca quae fuerit, constat, et qualis vos providentiae meae demonstratio extitistis. Superest ut mihi dicatis, num parum vel multum a me contristati fueritis, num aliquando nocuerim, aut omnino molestus vel gravis visus vobis fuerim. Mox, quasi nihil contra haec hiscere audentibus “ responde mihi ,, inquit, quasi dicat, fare age si quid habes; admittam enim, si vera loquèris. Tum ceu illis prorsus silentibus conscientia sua convictis, et Dei verba nullatenus falsitatis arguere valentibus, pergit dicere. “ Quia eduxi te de terra Aegypti, et de domo servitutis redemi te; et misi ante faciem tuam Moysem et Aaronem et Mariam. ,, Num ergo haec mihi retribuis, quia te insperato tam acerba liberavi servitute, Moyse, Aarone, ac Maria ministris ac ducibus tanti beneficii utens? “ Popule meus memento, quid cogitaverit contra te rex moabita, et quid responderit ei Balac Moabitarum rex; et

σιλέα, ὃς ἀπέστειλε μὲν καλῶν τὸν Βαλαὰμ καθ' ὑμῶν· ὁ δὲ πρότερον μὲν οὐδὲ ἀπελθεῖν
διὰ τὸ ἐπίταγμα ἐβούλετο τὸ ἐμόν· ἀπεληλυθὼς δὲ ὕστερον, κατηράσατο μὲν οὐδ' ὅλως,
ηὐλόγησε δὲ καὶ τὸ ἐμοί γε δοκοῦν· ὥστε διὰ πάντων εὔδηλον ὑμῖν εἶναι ὅτι ἀεὶ τὸ δίκαιον
ὑπὲρ ὑμῶν ἐκίνησα κατὰ τῶν ἀδικεῖν ὑμᾶς ἐπιχειρούντων, πάντας τε αὐτοὺς καὶ πολλῆς ἐπι-
μωρησάμενος τῆς ἀφειδίας.

Καὶ ἐπειδὴ μὴ δὲ μίαν ἀντίρρησιν ἐδέχετο τὰ εἰρημένα, ὡς ἂν συνηγόρου τινὸς τάξιν v. 6.
τοῦ λαοῦ πληρῶν ὁ προφήτης ἐκ τῶν ἐκείνων προσώπου τοιάδε φησίν. " Ἐν τίνι καταλάβω
τὸν κύριον; ἀντιλήψομαι θεοῦ μου ὑψίστου; ,, Ὡς γὰρ τοῦ λαοῦ τουτὶ λέγοντος, οὕτω φησίν,
ὅτι ἐπειδὴ διὰ πάντων ἐλέγχομαι ἐπὶ πολλαῖς ταῖς εὐεργεσίαις ἀγνώμων γεγονώς, τί δή
με ποιῆσαι προσῆκεν, ἵνα τὸν γοῦν ἐπιλάβωμαι τοῦ θεοῦ, ὅνπερ ἐμαυτὸν διὰ τῶν τρόπων
ἐχώρισα τῶν οἰκείων; καὶ πῶς φανῶ τῶν αὐτῷ δοκούντων ἀντεχόμενος; " Εἰ καταλήψομαι v. 7.
αὐτὸν ἐν ὁλοκαυτώμασιν ἐν μόσχοις ἐνιαυσίοις; εἰ προσδέξεται κύριος ἐν χιλιάσι κριῶν,
ἢ ἐν μυριάσι χιμάρων πιόνων; εἰ δώσω πρωτότοκά μου ὑπὲρ ἀσεβείας μου, καρπὸν κοι-
λίας μου ὑπὲρ ἁμαρτίας ψυχῆς μου; ,, Ὡς γὰρ διαπορούντων αὐτῶν ὅ τι καὶ ποιῆσαι προσ-
ῆκεν αὐτοὺς ἐπὶ θεραπείᾳ τῆς τοσαύτης ἀγνωμοσύνης, οὕτω φησίν· ἐξιλάσομαι φησὶν αὐτὸν p. 2[illegible]
ἆρα, εἰ προσαγάγοιμι ὁλοκαυτώματα μόσχων ἐνιαυσίων, ἢ χιλιάδας καὶ μυριάδας
κριῶν τε αὐτῷ προσαγάγοιμι καὶ προβάτων, ἢ εἰ τὰ πρωτότοκα τῶν ἐμῶν γεννημάτων
αὐτῷ προσαγάγω, ὡς ἂν τῆς ψυχῆς ἀφέλω τὴν ἁμαρτίαν τῆς ἐμῆς; Πρὸς δὲ ταύτην τοῦ λαοῦ
τὴν ἀπορίαν ἀποκρινόμενος ὁ προφήτης φησίν. " Ἀπηγγέλη σοι ἄνθρωπε τί καλὸν, καὶ τί v. 8.
κύριος ἐκζητεῖ παρὰ σοῦ, ἀλλ' ἢ τοῦ ποιεῖν κρίμα, καὶ ἀγαπᾶν ἔλεον, καὶ ἕτοιμον εἶναι τοῦ
πορεύεσθαί σε ὀπίσω κυρίου τοῦ θεοῦ σου; ,, Πάρες δή φησιν ὁλοκαυτώματα καὶ θυσιῶν πλῆ-
θος καὶ πρωτοτόκων προσκομιδήν· εἰ δέ σοι φροντὶς ἐξιλάσασθαι τὸ θεῖον, ἐκεῖνα δια-

quid responderit ei Balaam filius Beori, de Schoenis usque ad Galgala, ut agnoscatur iustitia Domini. ,, Iam tu fac memineris Balaci quoque regis Moabitarum, qui ad se contra vos vocavit Balaamum; hic autem primo quidem ire noluit, mandato meo: postea profectus, nullatenus maledixit, sed prout ego volui benedixit. Quibus ex omnibus compertum vobis est, me rectum ius pro vobis semper persecutum contra adversantes vobis iniuste, quos omnes absque ulla venia punivi.

Et quia nullam contradictionem verba haec patiebantur, patroni veluti personam pro populo propheta sumens, haec ait. " In quo apprehendam Dominum? suscipiam Deum excelsum? ,, Tamquam populo hoc dicente, sic ait: quoniam multis beneficiis ingratus fui, quid nunc me facere oportet, ut Deum mihi recuperem, a quo moribus meis me seiunxi? Et quomodo placitorum eius iam studiosus videbor? " Num apprehendam Dominum holocaustis, et vitulis anniculis? Num suscipiet Dominus mille arietes, vel decem milia pinguium hircorum? Num dabo primogenita mea pro impietate mea, fructum ventris mei pro peccato meo? ,, Quasi ambigentibus ipsis quid agere deceret ob vecordiae tantae remedium, sic ait: num illum placavero, si holocausta vitulorum anniculorum obtulero, vel milia aut decem milia arietum ei adferam atque ovium? Et si primogenita generationum mearum ei exhibeam, num ex anima mea peccatum delevero? Huic vero populi dubitationi respondens propheta ait: " nuntiatum ne tibi fuit, o homo, quid sit bonum, et quid Dominus requirat a te, nisi ut facias iudicium, et diligas misericordiam, et paratus sis ambulare post dominum Deum tuum? ,, Omitte, inquit, holocausta et victimarum multitudinem, et primogenitorum oblationem. Quod si tibi curae est

προστάξαι ἅπερ ἄνωθέν σοι προσέταξεν διὰ τοῦ Μωσέως ποιεῖν ὁ θεός· ποῖα δὴ ταῦτα; ἵν' ὀρθὴν ἐφ' ἁπάντων ποιῇ τὴν κρίσιν καὶ τὴν δοκιμασίαν, καθ' ἣν ἐκλέγειν ὀφείλεις ἀπὸ τοῦ χείρονος τὸ κρεῖττον, καὶ ἵνα πᾶσαν τὴν δυνατήν σοι φιλανθρωπίαν τε καὶ συμπάθειαν ἐπιδεικνύμενος εἰς τοὺς πέλας διατελῇς, καὶ ἵνα παρεσκευασμένος ᾖ εἰς τὸ παντὶ τρόπῳ τὰ δοκοῦντα μετιέναι θεῷ· λέγει δὲ συντόμως εἰπεῖν τὸ ἀγαπήσεις κύριον τὸν θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἀγαπήσεις
p. 309. τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν· ἅπερ εἴρητο πάλαι διὰ Μωσέως· ταῦτα δὴ μέτιθι, φησί, προτιμότερα θυσιῶν ὄντα θεῷ.

v. 9. “ Φωνὴ κυρίου τῇ πόλει ἐπικληθήσεται, καὶ σώσει φοβουμένους τὸ ὄνομα αὐτοῦ. „ Εἰ γὰρ
δὴ ταῦτα φησὶ ποιοίης, φωνή τις θεοῦ φανήσεται ἡ πόλις τὰ δοκοῦντα αὐτῷ ποιοῦσα, ἔργῳ
τε τὸν νόμον ἐπιδεικνῦσα τὸν θεῖον, ὥστε καὶ ἐπὶ παντὸς κινδύνου τῆς θείας ἀξιουμένους κη-
δεμονίας τοὺς ἐν αὐτῇ καθεστῶτας, μηδενὸς λυπηροῦ δέχεσθαι πεῖραν· εἶτα παραινετικῶς
v. 10. πάλιν ὁ προφήτης τρέπει πρὸς αὐτοὺς τὸν λόγον. “ Ἄκουε φυλή, τίς κοσμήσει πόλιν; μὴ
πῦρ καὶ οἶκος ἀνόμου θησαυρίζων θησαυροὺς ἀνόμους καὶ μετὰ ὕβρεως ἀδικίας; „ Οὔτε γὰρ
πῦρ οἷόν τε κοσμῆσαι πόλιν· τοὐναντίον γὰρ αὐτὴν ἀφανίζει· οὔτε γὰρ παράνομος ἀνὴρ καὶ
μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιμελείας τὴν παρανομίαν ἐργαζόμενος, καὶ πολλῇ μὲν ὕβρει, πολλῇ δὲ
ἀδικίᾳ συζῶν, κερδανεῖ τὴν τιμωρίαν· ἀφανίζουσι γὰρ οὐχ ἧττον πυρὸς οἱ τοιοῦτοι τὴν πόλιν οἰ-
v. 11. κοῦντες. “ Εἰ δικαιωθήσεται ἐν μαρσίππῳ στάθμια δόλου; ἐξ ὧν τὸν πλοῦτον αὐτῶν ἀσε-
v. 12. βείας ἐνέπλησαν, καὶ ἐνοικοῦντες αὐτὴν ἐλάλουν ψευδῆ, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτῶν ὑψώθη
ἐν τῷ στόματι αὐτῶν; „ Ὡς γὰρ οὐχ οἷόν τε ἐν ἀνωμάλῳ τε καὶ ἀνίσῳ ζυγῷ φανῆναι
τὸ δίκαιον, ἢ στάθμια δεδολωμένα καὶ διεφθαρμένα εὐπαράδεκτα γενέσθαι, οὕτως οὐδ' οἱ
p. 310. τὸν πλοῦτον τὸν οἰκεῖον ἐκ παρανομιῶν αὔξοντες ἀπολαῦσαι δυνήσονται τῶν προσόντων·
πάντες γὰρ οἱ τοιοῦτοι πόλιν οἰκοῦντες ψεύδει τε συζῶντες καὶ ὑπερηφανίᾳ κεχρημένοι δια-

Deum placandi, illa fac quae tibi olim facere mandavit per Moysem Deus. Quaenam haec? Rectum in omnibus exercere iudicium et discrimen, ut bonum malo praeferas: quantam poteris benignitatem et misericordiam in proximos tuos exprimere: paratum te esse ut omnimode Dei voluntatem sequaris. Dicit in summa: diliges dominum Deum tuum toto corde tuo, et tota mente tua, et tota anima tua; et diliges proximum tuum sicut te ipsum: quae quidem dicta fuerant antiquitus per Moysem. Haec facito, inquit, quae Deus prae victimis aestimat.

“ Vox Domini civitati acclamabitur, salvabitque timentes nomen eius. „ Haec si fecerit, vox quaedam Dei esse videbitur civitas, beneplacita eius faciens, et opere divinam legem demonstrans: quo fiet ut in quovis periculo cives eius divina tutela protecti, nullam molestiam capiant. Exin adhortando, rursus verba ad populum convertit propheta. “ Audi, o tribus: et quis ornabit civitatem? Num ignis et domus iniqui thesaurizans thesauros iniquos, et contumeliae iniurias? „ Neque ignis ornare urbem valet, quam potius destruit: neque impius vir multo cum studio peccans, contumeliose et inique vivens, vitabit punitionem. Pessumdant enim, haud secus quam ignis, homines huiusmodi civitatem. “ Num iustificabitur in statera iniustus, et in saccello pondera dolosa? de quibus divitias suas impietatis impleverunt, et habitantes in ea loquebantur mendacia, et lingua eorum exaltata est in ore ipsorum? „ Sicut enim in anomala et inaequali statera iustum cerni nequit, neque pondera fraudulenta et vitiata recipi; ita nec illi qui opes suas ex iniquitatibus augent frui his poterunt. Nam isti omnes civitatis incolae, cum fallacia vi-

νοίᾳ, ὡς μηδένα τῆς ἐπὶ τούτοις τιμωρίας τοῦ Θεοῦ ποιεῖσθαι λόγον, ἐξ ἀνάγκης ὑπὸ τὴν τιμω-
ρίαν γενήσονται τὴν θείαν.

“ Καὶ ἐγὼ ἄρξομαι τοῦ πατάξαι σε· ἀφανιῶ ὑμᾶς ἐν ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν. ,, Τοιαῦτα v. 13.
γὰρ ποιοῦντας τῇ τιμωρίᾳ πλήξας τῇ ἐμῇ, ἅπαντας ὑμᾶς ἀνάλογον ταῖς ἁμαρτίαις ἀπολῶ
ταῖς ὑμετέραις. “ Σὺ φάγεσαι * καὶ οὐ μὴ ἐμπλησθῇς. ,, Ἐπ' ὀλίγον γὰρ τῶν προσόντων με- v. 14. *cod. φάγεσε.
ταλαχὼν, οὐκ εἰς τέλος ἕξεις αὐτῶν τὴν ἀπόλαυσιν, ἀφαιρούμενος αὐτῶν διὰ τῆς τιμωρίας.
“ Καὶ συσκοτάσει ἐν σοί· καὶ ἐκκλινεῖς, καὶ οὐ μὴ διασωθῇς. ,, Ὡς σκότῳ γὰρ περιβλη-
θήσῃ τῇ παρ' ἐμοῦ τιμωρίᾳ· καὶ βουλόμενος ἐγκλίνειν τῶν κακῶν τὴν πεῖραν, οὐδαμῶς δυνήσῃ.
“ Καὶ ὅσοι ἂν διασωθῶσιν, εἰς ῥομφαίαν παραδοθήσονται. ,, Κἂν γὰρ πρὸς βραχύ πως
διαφεύγειν δόξῃς τῇ τῶν πολεμίων τιμωρίᾳ, καταληφθήσῃ πάντως. “ Σὺ σπερεῖς ἐλαίαν, v. 15.
καὶ οὐ μὴ ἀλείψῃ ἔλαιον· καὶ ποιήσεις οἶνον, καὶ οὐ μὴ πίῃς οἶνον. ,, Ὑποπεσὼν γοῦν τῇ
σφαγῇ τοῦ πολέμου, οὐδὲ τῶν πόνων ἀπολαύσεις ὡς εἰκὸς τῶν οἰκείων, ἐπειδὴ πάντας αὐτοὺς p. 811.
ἀφανιοῦσιν ὡς εἰκὸς οἱ πολέμιοι· τοῦτο γὰρ βούλεται δι' ὅλου λέγειν. “ Καὶ ἀφανισθήσεται v. 16.
νόμιμα λαοῦ μου, καὶ πάντα ἔργα οἴκου Ἀχαάβ· καὶ ἐπορεύθητε ἐν ταῖς βουλαῖς αὐτῶν, ὅπως
παραδῶ σε εἰς ἀφανισμὸν, καὶ τοὺς κατοικοῦντας αὐτὴν εἰς συριγμὸν, καὶ ὀνείδη λαοῦ μου
λήψονται. ,, Τότε γοῦν ἅπαντα ἃ ἐπὶ τῇ τῶν εἰδώλων θρησκείᾳ νόμιμα ἐφυλάττετε, μι-
μούμενοι τὰ παρά τε τοῦ Ἀχαὰβ καὶ τῶν κατ' ἐκεῖνον βασιλέων, ἐπισωρευθέντα ὑμῖν ἀφα-
νισθήσεται σὺν ὑμῖν· ὥστε ἅπαντας τοὺς ἔξωθεν ὁρῶντας ὑμῶν τὴν ἀπώλειαν συριγμῷ κε-
χρῆσθαι θαυμάζοντας τὴν τοσαύτην ὑμῶν ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολὴν, ὀνειδίζειν τε ὑμῖν ἐφ'
οἷς ὑπὲρ τῆς παρανομίας πεπόνθατε τῆς οἰκείας· ἐν δὴ τούτοις τῆς ἐπαχθησομένης αὐτοῖς τι-
μωρίας τὴν ἀπειλὴν εἰρηκὼς, ἑξῆς πάλιν κατὰ τὸ εἰωθὸς λέγει τὰς αἰτίας τῶν ἐπάγεσθαι μελ-
λόντων αὐτοῖς, ἐν σχήματι θρήνου τὴν ἀφήγησιν αὐτῶν ποιούμενος· ἐπεὶ καὶ σφόδρα ἥμαρτον

ventes, et superba utentes mente, nullamque Dei rationem habentes, necessario divinam vindictam experientur.

“ Et ego incipiam te percutere: delebo vos in peccatis vestris. ,, Qui ita vivitis, ego castigatione mea percutiens congruo peccatis vestris modo omnes pessumdabo. “ Tu comedes, et non saturaberis. ,, Brevi enim partas opes tempore tenens, haud usque in finem iis frueris, quia tibi poenae causa eripientur. “ Fientque tibi tenebrae, et declinabis, et non salvaberis. ,, Caligine veluti obrueris ultione mea, cuius vim declinare volens, non poteris. “ Et quicumque salvati fuerint, gladio tradentur. ,, Etiamsi brevi fortasse tempore evadere videaris hostium ultionem, attamen omnino capieris. “ Tu seres oleam, et oleo non ungèris: vinum cultura parabis, et non bibes vinum. ,, Belli stragi succumbens, ne laboribus quidem tuis, ut par est, frueris; quos omnes ab hostibus vastari consentaneum est. “ Et delebuntur legitima populi mei, et omnia opera domus Achaabi. Et ambulastis in voluntatibus eorum, ut darem te in perditionem, et omnes habitantes in ea in sibilum, et opprobria populi mei accipient. ,, Tunc omnia colendorum idolorum legitima quae observabatis, imitantes Achaabi et aequalium illi regum exempla; coacervata destruentur, et vos cum illis: quo fiet ut exteri omnes vestrum exitium spectantes exsibilent, et mirentur tantam vestrae fortunae conversionem, vobisque exprobrent quod peccatorum vestrorum causa haec patimini. Atque ita eventuram illis ultionem minatus, exin more suo dicit causas futurorum eventuum, sub lamenti figura narrationem instituens: decebat enim apprime prophetam sub

τῷ προφήτῃ ἀλγοῦντι τε ἐφ' οἷς πάσχουσι, καὶ τὰ πλημμελήματα αὐτῶν οἰκειουμένῳ τῶν
ὀδυρμῶν τὸ σχῆμα. Τί οὖν φησίν;

ΚΕΦ. Ζ'.

v. 1. « Οἴμοι ὅτι ἐγενήθην ὡς συνάγων καλάμην ἐν ἀμήτῳ, καὶ ὡς ἐπιφυλλίδα ἐν τρυ-
γήτῳ οὐχ ὑπάρχοντος βότρυος· τοῦ φαγεῖν πρωτόγονα ἐπεθύμησεν ἡ ψυχή μου. » Ἀλλὰ
p. 312. γὰρ θρηνεῖν ἔπεισί μοι τοσαύτην τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον ῥοπὴν βλέποντι τοῦ λαοῦ, ὡς μηδένα δι-
καιοσύνης ἐν αὐτοῖς ἀναφαίνεσθαι καρπόν· τοιοῦτο γοῦν τι πάσχειν ἐπ' αὐτοῖς προσάγομαι,
οἷον ἂν εἴ τις πάθοι γεωργὸς, ἢ ἐν καιρῷ θερισμοῦ παντελῶς τῶν καρπῶν ἀπολωλότων,
καλάμην τινὰ ἀντὶ δραγμάτων εὐτελῆ συλλέγειν ἀναγκαζόμενος, ἢ ἐν τῇ τῶν καρπῶν
εὐφορίαις ἐκπίπτειν εἴωθε τῶν δραγμάτων· ἢ τρυγητοῦ παρόντος βότρυας μὲν οὐχ εὑρί-
σκων, ἐπιφυλλίδας δέ τινας βραχείας συλλέγων· ἐπεὶ καὶ νῦν τοῦ καιροῦ μετὰ τοσαύτην κη-
δεμονίαν τε καὶ ἐπιμέλειαν τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ γεγενημένην εἰς αὐτοὺς, ἀναγκαίως τόν τε θεο-
σεβείας καὶ τῆς ἀρετῆς τοὺς καρποὺς ἐπιζητοῦντος, σπανίζον ἐν ἅπασιν αὐτοῖς παντελῶς
εὑρίσκω τὸ καλόν· οὐδὲ γοῦν ἀπαρχήν τινα ἐν αὐτοῖς ἀναφαινομένην ἔστιν ἰδεῖν· ἐπιθυ-
μία δέ μοι πλείστη καθέστηκε τοῦτο τοιοῦτον ἰδεῖν· ἐπειδὴ γὰρ ἐκ τῆς τῶν καρπῶν τελειότητος
* Ps. CIV. 36. εἰώθαμεν ἀπαρχὰς λαμβάνειν, τοῦτο δέ ἐστι καὶ τὰ πρωτότοκα· ὅθεν ὁ μακάριος Δαυΐδ· *
καὶ ἐπάταξε πᾶν πρωτότοκον ἐν γῇ Αἰγύπτου, ἀπαρχὴν παντὸς πόνου αὐτῶν ἐν τοῖς σκη-
νώμασι Χάμ· τοῦτο βούλεται εἰπεῖν ὅτι διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀκαρπίας ἐπιθυμία με κατ-
εῖχεν εὑρεῖν τι ἐν αὐτοῖς, ἀπαρχῆς τάξιν ἐπέχειν δυνάμενον.

p. 313. v. 2. Καὶ ἐπιμένων τοῖς ὀδυρμοῖς· « οἴμοι ψυχὴ ὅτι ἀπόλωλεν εὐλαβὴς ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ
κατορθῶν ἐν ἀνθρώποις οὐχ ὑπάρχει· πάντες εἰς αἵματα δικάζονται, ἕκαστος τὸν πλησίον
v. 3. αὐτοῦ ἐκθλίβουσιν ἐκθλιβῇ· ἐπὶ τὸ κακὸν τὰς χεῖρας αὐτῶν ἑτοιμάζουσιν· ὁ ἄρχων αἰτεῖ,

gemituum forma, condolentem nimirum patientibus, et eorum sibi peccata sumentem. Quid ergo ait?

CAP. VII.

« Vae mihi! quia factus sum ut qui stipulam in messe colligit, et racemulos in vindemia, cum non sit botrus. Primitiva comedere desideravit anima mea. » En mihi lugere subit, tantam populi ad malum inclinationem videnti, ut nullus apud eos iustitiae fructus appareat. Perinde igitur ego patior atque agricola, si messis tempore cunctae illi fruges depereant, vilemque stipulam loco manipulorum cogatur colligere: vel certe in fructuum abundantia, manipulorum penuria laboret: vel vindemia instante, botros nullos comperiat sed vix breves racemulos colligat. Sane hoc tempore, post tantam a Deo his impensam curam ac sedulitatem, necessario demum pietatis atque virtutis fructus expectans, rara apud ipsos omnino comperio bona opera: nam nec primitias aliquas apud eos videre est, quamquam id maxime optabam. Etenim sicut ex maturis fructibus primitias solemus sumere, id est primitivos; unde et beatus David: et percussit omne primogenitum in terra Aegypti, primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Chami; hoc dicere propheta vult: in magna sterilitate, cupiditas me incessit inveniendi aliquid apud ipsos, quod primitiarum loco esset.

Et ploratibus insistens « vae mihi, anima, quia periit pius de terra, et qui emendate agat in hominibus non est: omnes de sanguinibus iudicio contendunt,

καὶ ὁ κριτὴς εἰρηνικοὺς λόγους ἐλάλησε, καταθύμιον ψυχῆς αὐτοῦ ἐστι. „ Πῶς γὰρ οὐ θρηνεῖν
ἄξιον, ὅτι φόβος μὲν Θεοῦ παρ' αὐτοῖς οὐδαμοῦ; ὅθεν οὐδέ ἐστιν εὑρεῖν τὸν ἐπιμελεῖσθαι τοῦ
προσήκοντος ἐθέλοντα· πάντα δὲ αὐτοῖς περὶ φόνων γυμνάζεται τὰ ἐγκλήματα, οὐκ ἀνε-
χομένοις μικρὰ πταίειν, ἀλλ' ἄχρι φόνων τὰς χεῖρας ἐκτεινόντων τὰς ἰδίας· ἕκαστος τε
αὐτῶν ὡς ἂν ἔχῃ δυνάμεως ὀδύναις καὶ ἀνάγκαις περιβάλλειν τοὺς ἐγγὺς πένητας πειρᾶται,
παρεσκευασμένοι τε περὶ τὰς τῶν κακῶν εἰσὶν ἐργασίας· εἶτα ἐπὶ τούτοις ὁ μὲν ἐν τῇ ἀρχῇ
καθεστὼς, ἀμελῶν τοῦ προσήκοντος χρήματα ζητεῖ, καὶ τούτοις διακρίνεται τῶν ἁμαρτανόντων
τὰς ἀδικίας· ὁ δὲ τὴν κρίνειν εἰληφὼς τὴν ἐξουσίαν, ἀφεὶς τὸ δίκαιον ὁρίζειν, θεραπευτικοῖς
κέχρηται ῥήμασιν· ὡς ἂν διὰ τούτων ἑαυτῷ περιποιήσειεν ἄδικα κέρδη, πρὸς ἃ δὴ τετα-
μένον ἔχει τὸν λογισμὸν τῆς ψυχῆς. “ Καὶ ἐξελοῦμαι τὰ ἀγαθὰ αὐτῶν, ὡς σὴς ἐκτρώγων v. 4.
καὶ βαδίζων ἐπὶ κανόνος ἐν ἡμέραις σκοπιᾶς σου. “ Ὑπὲρ δὴ τούτων ἐν παντελεῖ σε κα- p. 311.
ταστήσω τῶν ἀγαθῶν ἐνδείᾳ, δίκην σητὸς, διὰ τῶν πολεμίων πᾶν ἀφανίζων ὅ τι καλόν
ἐστιν ἐν σοί· ὡς γὰρ ὁ σὴς ἐν κανόνι ξύλου γεγονὼς, ὁδῷ βαδίζων, ἅπαν αὐτὸ κατεσθίει καὶ
ἀναλίσκει τὸ κατὰ μέρος διαφθοραῖς, οὕτω κατὰ μικρὸν ἅπαντα ὑμῶν ἀφελῶ τὰ ἀγαθά· κατὰ
τὸν καιρὸν ἐν ᾧ δὴ τὸ μέγεθος περισκοπήσας τῶν ἁμαρτημάτων ὑμετέρων, ἀνάλογον
ἐπάξω τοῖς πραττομένοις τὴν τιμωρίαν. “ Οὐαὶ οὐαὶ ἐκδικήσεις σου ἥκασι· νῦν ἔσονται κλαυθ-
μοὶ αὐτῶν. „ Παραγέγονεν ἡ ἡμέρα τοῦ δοῦναι σε δίκην τῶν πλημμελημάτων, ὑπὲρ ὧν
δὴ νῦν σε προσῆκε δακρῦσαι διὰ τῶν ἐπαγομένων κακῶν αἰσθανόμενον, ὁπόσον ἐλυμαίνου
σαυτῷ τῇ περὶ τὸ χεῖρον ῥοπῇ.

Καὶ δεικνὺς τῶν ἐπελευσομένων αὐτοῖς κακῶν τὸ μέγεθος, “ μὴ καταπιστεύετε ἐν v. 5.
φίλοις, μὴ δὲ ἐλπίζετε ἐπὶ ἡγουμένοις· ἀπὸ τῆς συγκοίτου σου φύλαξαι τοῦ ἀναθέσθαι τί αὐτῇ·
διότι υἱὸς ἀτιμάζει πατέρα, θυγάτηρ ἐπανίστηκεν ἐπὶ τὴν μητέρα αὐτῆς, νύμφη ἐπὶ τὴν πεν- v. 6.

unusquisque proximum suum pressura premit, ad malum manus suas parat. Princeps poscit, iudex pacifica verba loquitur, desiderium animae eius est. „ Quid ni digne plorandum sit, siquidem nullus Dei timor apud eos usquam est? quo fit, ut nemo qui officium sequi velit inveniatur. Cuncta horum crimina in caedibus versantur, quia non sustinent levia peccare, sed ad homicidia manus intendunt: unusquisque pro viribus, doloribus angustiisque proximos sibi pauperes irretire conatur, et ad patranda scelera alacres sunt. Praeterea princeps aequitatis immemor, pecuniam poscit, atque ob hanc dissimulat peccantium iniquitates: iudex autem, omissa iuris dictione, blandis utitur sermonibus, ut his iniusta sibi lucra conciliet, ad quae animi cogitationem intentam habet. “ Et auferam bona eorum, quasi tinea comedens, et ambulans super regulam in die speculationis suae. „ Ob haec in absoluta te constituam bonorum egestate, more tineae, hostium manu quicquid est apud te praeclarum destruens. Nam sicut tinea in ligni trabecula existens, via gradiens totam illam vorat atque consumit, particulatim corrumpens, sic ego paulatim bona vestra auferam; et postea, secundum tempus quo magnitudinem peccatorum vestrorum speculatus fuero, congruum factis supplicium inferam. “ Vae vae! ultiones tuae venerunt; nunc erunt fletus eorum. „ Venit dies, quo tu peccatorum poenas des; quorum causa nunc te flere decet, quia ex inlatis malis sentis quantum tibi nocueris tuo in vitium lapsu.

Et futurorum malorum magnitudinem demonstrans: nolite credere, inquit, amicis; neque speretis a ducibus: ei, quae tecum cubat, cave quicquam concredere: quia filius contumeliam facit patri, et filia consurgit adversus matrem suam, nurus

πενθερὰν αὐτῆς· ἐχθροὶ ἀνδρὸς πάντες οἱ ἄνδρες οἱ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. „ Οὐ γὰρ μία δή φησιν
οὐδενὶ παρ' οὐδενὸς ἔσται τότε ἡ βοήθεια· οὐ φίλῳ παρὰ φίλου, οὐκ ἀρχομένῳ παρὰ ἄρχον-
p. 315. τος, οὐκ ἀνδρὶ παρὰ γυναικὸς, οὐχ υἱῷ παρὰ πατρὸς, οὐ μητρὶ παρὰ θυγατρὸς, οὐ νύμφῃ
παρὰ πενθερᾶς· ἡ γὰρ ὑπερβολὴ τῶν κακῶν περὶ τῆς ἰδίας ἕκαστον ἀναγκάζουσα ἀγωνιᾶν σω-
τηρίας, ἀναγκαίως πάντας ἐχθροὺς ἀλλήλων ἀποδείκνυσιν, οὐδενὸς τὸ τοῦ πέλας χρήσιμον
σκοπεῖν δυναμένου, διὰ τὸ μέγιστον ἡγεῖσθαι, εἰ ἑαυτῷ τινα περιποιήσειεν σωτηρίαν· εἶτα
μετὰ τὴν τῶν κακῶν μήνυσιν εὐαγγελιζόμενος πάλιν συνήθως τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολήν,
v. 7. “ ἐγὼ δὲ ἐν τῷ κυρίῳ ἐπιβλέψομαι, ὑπομενῶ ἐπὶ τῷ θεῷ τῷ σωτῆρί μου· εἰσακούσεταί
μου ὁ θεός μου. „ Ἀλλὰ γὰρ καὶ τοσούτων ὄντων καὶ τηλικούτων τῶν κακῶν, οὐκ ἀπογνώσομαι
τὴν τοῦ θεοῦ τὴν κηδεμονίαν· μενῶ δὲ πρὸς αὐτὸν ὁρῶν, καὶ παρ' αὐτοῦ τὴν σωτηρίαν ἀναμένων, ἣν
καὶ παρέξει μοι πάντως ἐν ταῖς ἀνάγκαις ἐκείναις, αἰτοῦντος αὐτοῦ τὴν βοήθειαν ἀκούσας.
v. 8. “ Μὴ ἐπίχαιρέ μοι ἡ ἐχθρά μου, ὅτι πέπτωκα καὶ ἀναστήσομαι· διότι ἐὰν καὶ πορευθῶ
ἐν τῷ σκότει, κύριος φωτιεῖ μοι. „ Ἐξέσται δή μοι τότε καὶ πρὸς τοὺς ἐμοὺς, καὶ μάλιστά
γε πάντων πρὸς τοὺς Ἰδουμαίους λέγειν, ὡς περιττὸν ὑμῖν τὸ ἐφήδεσθαί μοι πεσούσῃ· ἀνα-
στήσομαι γὰρ τοῦ πτώματος τῇ ῥοπῇ τῇ θείᾳ· ὥστε εἰ καὶ δίκην σκότους ἐν μέσῳ πεπόρευμαι
v. 9. τῶν κακῶν, ἀλλὰ φωτός μοι λαμπροτέρα γενήσεται τοῦ θεοῦ ἡ βοήθεια. “ Ὀργὴν κυρίου
p. 316. ὑποίσω, ὅτι ἥμαρτον αὐτῷ, ἕως δικαιώσῃ τὴν δίκην μου, καὶ ποιήσῃ τὸ κρίμα μου· καὶ ἐξά-
ξει με εἰς τὸ φῶς, καὶ ὄψομαι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ. „ Τῆς μὲν γὰρ ὀργῆς αὐτοῦ καὶ τῶν ἐντεῦ-
θεν λυπηρῶν ὡς ἡμαρτηκὼς ἐπειράθην· παρέξει δέ μοι τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολήν, αὐ-
τός μοι δικάσας ὑπὲρ ὧν πέπονθα παρὰ πάντων τῶν ἐχθραινόντων ἀδίκως, καὶ δὴ καὶ ἀπο-
νείμας μοι τὸ δίκαιον ἐν τῇ κρίσει· οὕτω τέ με ἐν τῇ λαμπρότητι τῶν οἰκείων καθιστὰς
ἀγαθῶν, ὥστε πρόδηλόν τε καὶ ἀναμφίβολόν μοι γενέσθαι τὴν γνώμην τοῦ θεοῦ, καθ' ἣν τοῦ
δικαίου φροντίσας, ἐμέ τε τῶν περιεχόντων ἀπήλλαξε κακῶν, καὶ τοὺς ἠδικηκότας με

adversus socrum suam: et inimici hominis, cuncti domestici eius. „ Nemo tunc alteri auxiliabitur, non amicus amico, non princeps subdito, non vir uxori, non filio pater, non matri filia, non nurui socrus: nam calamitatis magnitudo de sua quemque salute anxium esse cogens, necessario cunctos inimicitia inter se committit, nemine de alterius utilitate cogitante, dum unusquisque plurimi facit salutem suam. Deinde rursus post aerumnarum praedictionem, more solito conversionem in melius nuncians “ ego autem, inquit, ad Dominum aspiciam, expectabo Deum salvatorem meum: audiet me Deus meus. „ Sed quamvis tales tantaeque sint calamitates, de Dei patrocinio non desperabo: constanter ad ipsum respiciam, salutem inde expectans, quam etiam mihi sine dubio praebebit; cum, qui in huiusmodi calamitatibus petit auxilium, exaudiens.

“ Ne laeteris, inimica mea, super me, quia si cecidi, consurgam: si ambulavero in tenebris, Dominus illuminabit me. „ Licebit mihi aliquando ad inimicos meos, praecipueque ad Idumaeos dicere: vanum est de lapsu meo vos laetari: surgam de casu, Deo adiuvante: et si quasi per medias tenebras in malis gradiar, luce mihi splendidius affulgebit Dei auxilium. “ Iram Dei portabo, quoniam peccavi ei, donec causam meam iudicet, et peragat iudicium meum. Edûcet me in lucem, videbo iustitiam eius. „ Iram eius, et molestias inde manantes propter peccata expertus sum. Concedet tamen mihi conversionem in melius, ipse mihi ius reddens de iis quae a cunctis inimicis meis pertuli inique, mihique quod aequum est adiudicabit: meque adeo in propriorum bonorum splendore collocabit, ut manifesta at-

μάτην ἐτιμωρήσατο δικαίως· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ ὄψομαι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ. “ Καὶ ὄψεται v. 10
ἡ ἐχθρά μου, καὶ καλύψει αὐτὴν αἰσχύνη, ἡ λέγουσα πρός με, ποῦ κύριος ὁ Θεός σου. „
Τότε δὴ αἰσχυνθήσεται ἐφ' οἷς ὠνείδιζέ μοι, ὡς οὐδὲ μιᾶς τυγχάνοντι τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ βοη-
θείας, ὁρῶν αὐτοῦ τὴν περὶ ἐμὲ κηδεμονίας τὸ ἀπόῤῥητον. “ Οἱ ὀφθαλμοί μου ἐπόψονται
αὐτήν. „ Οὐ γὰρ αὐτὸς μόνον ἀπαλλαγήσομαι τῶν κακῶν, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰς τῶν ἐχθραινόντων
μοι τιμωρίας ὄψομαι. “ Νῦν ἔσται εἰς καταπάτημα ὡς πηλὸς ἐν ταῖς ὁδοῖς· ἡμέρα ἀλοιφῆς v. 11
πλίνθου, ἐξάλειψίς σου ἡ ἡμέρα ἐκείνη. „ Καταπατηθήσῃ γὰρ ὑπὸ τῶν πολεμίων πηλοῦ
δίκην ἐν ὁδοῖς τε ὑπὸ πλήθους τῶν ὁδοιπορούντων πατουμένου, καὶ ἐπὶ πλίνθων ἐργασίᾳ
διαμαλαττομένου ποικίλως, ὅπερ οὖν τοῖς τὰ τοιαῦτα ἐργαζομένοις ἔθος ἐπὶ πλεῖστον p. 317.
ποιεῖν, ὡς ἂν λεανθεὶς πρὸς τὴν προκειμένην ἐπιτηδειότερος γένοιτο χρείαν· τοιαύτη καί
σου φησὶ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐξάλειψις ἔσται, τουτέστιν οὕτως ἐξαλειφθήσῃ ὑπὸ τῶν ἐπιόν-
των σοι πολεμίων, ποικίλως καταπατούντων τέ σε καὶ συντριβόντων μετὰ πολλῆς τῆς ἀφειδίας.

“ Ἀπώσεται νόμιμά σου ἡ ἡμέρα ἐκείνη. „ Ἐρήμωσιν φησὶν ὑπομενεῖς παντελῆ·
τοῦτο γὰρ δηλοῖ τῶν νομίμων ἡ ἀφαίρεσις· ἐπειδὴ πάσης πολιτείας καὶ ἀρχῆς συνεστώσης μὲν,
ἀνάγκη τὰ νόμιμα κρατεῖν, οἷσπερ οὖν εἰώθασιν οἱ κατ' αὐτὴν κεχρῆσθαι· ἐρημίας δὲ
καὶ αἰχμαλωσίας καταλαβούσης, ἀφανίζεσθαι τῶν νόμων ἀνάγκη τὴν τάξιν· ἐπάγει γοῦν.
“ Καὶ αἱ πόλεις σου ἥξουσιν εἰς συγκλεισμὸν καὶ διαμερισμὸν ἀσσυρίων. „ Τὴν γὰρ αἰτίαν v. 12.
τῆς τῶν νομίμων ἀφαιρέσεως δηλοῖ εἰρηκὼς ὅτι ἀσσύριοι καθελοῦσι τε τὰς πόλεις, καὶ δια-
μερίσονται κατὰ τὸ δοκοῦν ἑαυτοῖς. “ Καὶ αἱ πόλεις σου αἱ ὀχυραὶ ἔσονται εἰς διαμερισμὸν
ἀπὸ Τύρου ἕως τοῦ ποταμοῦ Συρίας, καὶ ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ τοῦ ὄρους ἕως
τοῦ ὄρους. „ Ἵνα εἴπῃ ὅτι πάντων τούτων κρατήσουσιν οἱ ἀσσύριοι τῶν πόλεων· τοῦτο δὲ καὶ
ὁ προφήτης Ἀμὼς δηλοῖ *, τὰ καταληψόμενα ὑπὸ τῶν ἀσσυρίων κακὰ σὺν προοίκοις * Amos VIII. 12.

que indubia appareat Dei voluntas, qua de iuris aequitate sollicitus, ab incumbentibus malis me sublevavit, et qui mihi temere iniuriam faciebant iuste punivit; id enim denotant verba: videbo iustitiam eius. “ Et aspiciet inimica mea, et operietur confusione, quae dicit mihi: ubi est dominus Deus tuus? „ Tunc eam pudebit, quod mihi exprobraverit, nullum me habere a Deo auxilium, dum videbit arcanum eius erga me patrocinium. “ Oculi mei spectabunt illud. „ Ego enim non aerumnis solum liberabor, sed etiam inimicorum meorum supplicium videbo. “ Nunc erit in conculcationem ut lutum viarum. Dies liturae lateris: deletio tua dies illa. „ Conculcaberis ab hostibus luti ritu in viis quod a turba itinerantium calcatur, et ad usum lateris varie mollitur, quemadmodum ii plerumque faciunt qui eam artem exercent, ut mitigata materia ad usum illum sit aptior. Talis tui quoque erit per illud tempus deletio, id est deleberis ab hostibus varie conculcantibus te, et crudeliter admodum conterentibus.

“ Expellet legitima tua, dies illa. „ Solitudinem, inquit, universalem patieris. Id enim denotat legitimorum ablatio: nam quamdiu durat politia aliqua et principatus, necesse est legitima quoque perseverare, quibus ii uti solent qui in ea republica sunt: verum facta captivitate, legum ordinem tolli necesse est. Addit igitur: “ Et urbes tuae venient in conclusionem divisionemque Assyriorum. „ Auferendorum causam legitimorum dicit, quod Assyrii delebunt urbes, et pro libito suo partientur. “ Et urbes tuae munitae partitionem patientur a Tyro usque ad Syriae flumen, et a mari ad mare, et a monte ad montem. „ Id est cunctis istis potientur Assyrii urbibus. Hoc etiam propheta Amosus significat, dum mala quae ab As-

v. 13. λέγων· “ Ἡμέρα ὕδατος καὶ θορύβου (1)· καὶ ἔσται ἡ γῆ εἰς ἀφανισμὸν μετὰ τῶν κατοικούντων
p. 318. αὐτήν, ὑπὸ καρπῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτῶν. „ Ἐπελεύσεται γὰρ ὑμῖν πλῆθος πολεμίων,
δίκην ὕδατος ἐπικλύζον ἅπαντας, ἀφ' ὅπερ αὐτοί τε πολλῆς πληρωθήσεσθε τῆς ταραχῆς· καὶ πάντα δὲ τὰ ὑμέτερα σὺν ὑμῖν ἀφανισθήσεται, ἐπειδὴ τῶν πεπραγμένων ὑμῖν τιμωρίαν ταύτην ὑφέξετε δικαίαν· εἰρηκὼς δὲ τῶν ἐχθραινόντων αὐτοῖς πολυτρόπως τε αὐτοὺς λελυπηκότων ἐν τούτοις τὴν τιμωρίαν, τρέπει λοιπὸν πρὸς τὸν λαὸν τὸν λόγον.

v. 14. “ Ποίμαινε τὸν λαόν σου ἐν ῥάβδῳ φυλῆς σου, πρόβατα κληρονομίας σου, κατασκη-
νοῦντας κατὰ μόνας δρυμόν. „ Ἀλλὰ γὰρ σύ, φησίν, ἀπηλλαγμένος μὲν θορύβων καὶ ταραχῆς καὶ πολέμων, ἐν εἰρήνῃ δὲ τυγχάνων, κατὰ τὸ δέον ἄγειν σπούδαζε σαυτόν· ἐπειδή σε κτῆσιν οἰκείαν λογισάμενος ὁ θεὸς ἀφεῖλε τε τῶν πολεμίων, καὶ κεχωρισμένους ἁπάντων
v. 15. δίκην προβάτων σὺν ἀδείᾳ νέμεσθαι δέδωκεν ἐν τοῖς οἰκείοις. “ Ἐν μέσῳ τοῦ Καρμήλου
νεμήσονται τὴν Βασανῖτιν καὶ τὴν Γαλααδῖτιν κατὰ τὰς ἡμέρας τοῦ αἰῶνος· καὶ κατὰ τὰς ἡμέρας τῆς ἐξοδίας σου ἐκ γῆς Αἰγύπτου δείξω αὐτοῖς θαυμάσια. „ Ἀπολήψονται φησὶ τοὺς τόπους τοὺς οἰκείους, καθὰ καὶ τὸ πρότερον ἐξεληλυθότας τῆς Αἰγύπτου μετὰ πολλῆς κατέχον αὐτοὺς τῆς δυναστείας· οὐ γὰρ ἔλαττον τῶν τότε καὶ νῦν ἄξια θαύματος ἔσται τὰ περὶ αὐτοὺς
v. 16. γινόμενα παρ' ἐμοῦ. “ Ὄψεται ἔθνη καὶ αἰσχυνθήσεται ἐκ πάσης τῆς ἰσχύος αὐτῶν. „
p. 319. Ἱκανὰ γὰρ ἔσται τὰ περὶ αὐτοὺς γινόμενα, καὶ τοὺς πολεμεῖν πρότερον αὐτοῖς ἐγνωκότας
εἰς πολλὴν περιβαλεῖν αἰσχύνην, ὁρῶντας τῇ θείᾳ κηδεμονίᾳ τοσαύτης ἐπειλημμένους δυνάμεως. “ Ἐπιθήσουσι χεῖρας ἐπὶ τὸ στόμα αὐτῶν. „ Θαυμάζοντες ἐπὶ τῷ μεγέθει τῶν γινομένων. “ Τὰ ὦτα αὐτῶν ἀποκωφωθήσεται. „ Οὐ δὲ ἀκοῇ φέρειν δυνήσονται τῶν γινο-
v. 17. μένων τὸ μέγεθος. “ Λείξουσι χοῦν ὡς ὄφις σύροντες γῆν. „ Ἀνύειν δὲ ἐπὶ τοῖς περὶ
ὑμᾶς γινομένοις δυνάμενοι πλέον οὐδέν, ὄφεων δίκην εἰς γῆν πεπτώκασι περὶ ταύτην ε.-

syriis finitimi patientur dicit. “ Dies aquae ac tumultus. Eritque terra in destructionem cum habitatoribus suis, qui erunt fructus adinventionum eorum. „ Superveniet vobis hostium multitudo, aquae instar cunctos inundans: unde vos multa perturbatione implebimini, et vestra omnia vobiscum destruentur, quia factorum vestrorum iustam hanc poenam luetis. Iam postquam hactenus dixit inimicorum varieque eos excruciantium poenam, convertit in sequentibus ad populum verba.

“ Pasce populum tuum virga tua, oves hereditatis tuae, solitatim habitantes in saltu. „ Sed iam tu, inquit a tumultu, perturbatione et hostibus liber, et in pace versans, da operam ut honeste te geras; quoniam te Deus possessionem suam reputans, eruit ex hostibus, et seorsum ab omnibus, quasi oves cum securitate pasci concessit in patria. “ In medio Carmeli pascentur Basanitidem et Galaditidem, secundum dies saeculi: et secundum dies egressionis tuae de terra Aegypti ostendam eis mirabilia. „ Recuperabunt loca propria, sicut olim Aegypto egressi multa cum potentia obtinuerunt. Neque enim priscis minora erunt, quae nunc mirabilia ipsorum causa operabor. “ Videbunt gentes, et confundentur super omni fortitudine sua. „ Quae horum gratia fient, incutiendo pudori idonea erunt illis qui antea bellum inferre voluerant, quia hos a divino patrocinio tanta vi munitos videbunt. “ Imponent manum ori suo. „ Mirantes scilicet gestarum rerum magnitudinem. “ Aures eorum obsurdescent. „ Ne auditu quidem tolerare poterunt rerum ut dixi gestarum magnitudinem. “ Lingent pulverem sicut serpentes qui ter-

(1) Animadvertamus apud Mopsuestenum trium praecedentium verborum biblicum additamentum, quod agnoscit etiam interpres arabicus in polyglottis.

λούμενοι. " Συγχυθήσονται ἐν συγκλεισμῷ αὐτῶν. ,, Ὑπομένουσι συνοχὴν οὐ τὴν τυχοῦσαν,
συγκλειόντων αὐτοὺς εἰς σφαγὴν πολεμίων. " Ἐπὶ κυρίῳ τῷ θεῷ ἡμῶν ἐκστήσονται, καὶ
φοβηθήσονται ἀπὸ σοῦ. ,, Ἐπὶ γάρ τοι τῷ μεγέθει τῶν παρὰ τοῦ θεοῦ γινομένων εἰς ἔκστα-
σίν τινα πεπτωκότες, φοβεροὺς καὶ ὑμᾶς λοιπὸν νομιοῦσι τοσαύτης ἠξιωμένους τῆς παρὰ τοῦ
θεοῦ προνοίας.

Εἶτα μετὰ τὴν μήνυσιν τῶν προσεσομένων αὐτοῖς ἀγαθῶν, ὡς εὐχαριστίαν τινὰ ἐξ ἁπάν-
των προσάγει τὰ ἑξῆς τῷ θεῷ. " Τίς θεὸς ὥσπερ σύ, ἐξαίρων ἀδικίας, καὶ ὑπερβαίνων v. 18.
ἀσεβείας τοῖς καταλοίποις τῆς κληρονομίας αὐτοῦ; ,, Νῦν εἴπερ ποτὲ ἄλλοτε ἐξ αὐτῶν δέ-
δειξαι τῶν πραγμάτων, μέγας θεὸς δυνάμει τε καὶ φιλανθρωπίᾳ πάντας νικῶν, καὶ λύων p. 220.
μὲν ἁμαρτήματα, παραπεμπόμενος δὲ ἀσεβείας, εἰς δὲ τὰς ὑπολοίπους τῶν οἰκείων τὴν
φιλοτιμίαν ἐπιδεικνύμενος τὴν οἰκείαν. " Οὐ συνέσχεν εἰς μαρτύριον ὀργὴν αὐτοῦ, ὅτι θελη-
τὴς ἐλέους ἐστίν. ,, Οὐδὲ γὰρ τὴν ὀργὴν ἣν δικαίαν εἶχε καθ' ἡμῶν, κατέχειν ἐπὶ πλεῖστον
ἠνέσχετο, καί τοι γε δικαίως ἂν αὐτῇ χρησάμενος· ἐπειδὴ πολλάκις μὲν ἡμῖν διεμαρτύ-
ρατο, περὶ ὧν δὴ πεισόμεθα πταίοντες, οὐδαμῶς δὲ τῷ σωφρονισμῷ τῶν ἀπειλῶν προσ-
εσχήκαμεν· τῷ ἐλέῳ δὲ ἅπαντα νενίκηκε τῷ οἰκείῳ, ὃν ἔργον αὐτῷ πάντων ὑπερτιθέναι
πάντοτε. " Αὐτὸς ἐπιστρέψει καὶ οἰκτειρήσει ἡμᾶς· καταδύσει τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ ἀπορ- v. 19.
ριφήσονται εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης πᾶσαι αἱ ἁμαρτίαι ἡμῶν. ,, Ὁ γὰρ ἀποπέμψας ἡμᾶς
εἰς τὴν αἰχμαλωσίαν, οἰκείῳ πάλιν ἐλέῳ χρησάμενος, ἡμᾶς ἐπανήγαγεν, παντελῶς ἡμῶν
ἀφανίσας τὰς ἁμαρτίας, καὶ ὥσπερ εἴς τινα βυθὸν αὐτὰς καταρρίψας, ἀφ' οὗπερ αὐτὰς
ἀνανεῦσαι τε καὶ ἰσχῦσαι καθ' ἡμῶν οὐκ ἔνεστι τοῦ λοιποῦ. Καὶ τὴν αἰτίαν ἁπάντων λέγων
" δώσεις ἀλήθειαν σου τῷ Ἰακώβ, ἔλεον τῷ Ἀβραάμ, καθάπερ ὤμοσας τοῖς πατράσιν
ἡμῶν κατὰ τὰς ἡμέρας τὰς ἔμπροσθεν. ,, Ἅπαντα γὰρ ταῦτα φησὶ πεποίηκας, τῶν ἐπαγγε- p. 221.

ram attrahunt. ,, Nihil autem rebus vestris iam adversari valentes, in terram corruent more serpentium qui circa illam volvuntur. " Tenebuntur in conclusione sua. ,, Non modicas angustias patientur, hostibus eos in caedem concludentibus. " In domino Deo nostro obstupescent, et a te formidabunt. ,, Magnitudine rerum vestri causa a Deo patratarum, extasim quandam patientur, pavore concidentes, et vos in posterum non dubitabunt nonnisi a Deo talem adeptos esse providentiam.

Deinde post praedictionem eventurorum ipsis bonorum, gratiarum quandam actionem ob haec omnia in sequentibus Deo exsequitur. " Quis Deus ut tu, qui aufers iniquitatem, et transis peccata reliquiarum hereditatis tuae? ,, Nunc cum maxime, a rebus ipsis demonstratum est, et magnum te Deum esse, et cunctos benignitate superare, et peccata dimittere, et dissimulare impietates, et erga tuorum reliquias liberalitatem tuam expromere. " Et non retinuit in testimonium iram suam, quoniam volens misericordiam est. ,, Neque enim iustam quam habebat adversus vos iram diu retinere passus est, quamquam ea iure optimo uti potuit: etenim saepe nobis contestatus fuerat quae passuri ob peccata nostra essemus; quamquam nos minarum admonitionem pensi non habuimus. Verumtamen ille cuncta vicit misericordia sua, quam super omnia exaltare solet. " Ipse convertetur et miserebitur nostri, et proiicientur in profundum maris omnia peccata nostra. ,, Nam qui nos in captivitatem abegit, sua denuo misericordia utens, nos reduxit, delens omnino peccata nostra, et veluti in abyssum quandam ea proiiciens, unde illa exsurgere et adversus nos praevalere numquam poterunt. Denique horum omnium causam recitans " dabis, inquit, veritatem tuam Iacob, misericordiam Abrahamo, sicut iu-

λιῶν μνησθεὶς τῶν οἰκείων, ὧν πρὸς τοὺς πατέρας τοὺς ἡμετέρους κατὰ τοὺς ἄνωθεν πεποίησαι χρόνους φιλοτιμίᾳ τινὶ βεβαίᾳ· καὶ τὰς πρὸς ἐκείνους ὑποσχέσεις τότε πεποιημένος, καὶ νῦν ἐφ᾽ ἡμῶν τῶν ἐξ ἐκείνων εἰς ἔργον αὐτὰς ἐκβαλών.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΝΑΟΥΜ ΤΟΥ ΠΡΟΦΗΤΟΥ.

Ἡ Νινευὴ πόλις ἦν μεγάλη, πλήθει τε κομῶσα, καθὼς ἡ θεία διδάσκει γραφή, καὶ τῶν ἐν ἀσσυρίοις περιφανεστάτη πασῶν, ἐν ᾗ τά τε βασίλεια ἐτύγχανεν ὄντα, καὶ ὁ τῶν ἀσσυρίων βασιλεὺς τὰς πλείστας ἐποιεῖτο διατριβάς· ἀλλὰ γὰρ οὗτοι, λέγω δὲ τοὺς οἰκοῦντας τὴν Νινευή, βουλομένου μὲν τοῦ θεοῦ τῆς οἰκείας χάριτος ποιήσασθαι τὴν ἀπόδειξιν, καθὼς σαφέστερον ἐπὶ τῆς τοῦ μακαρίου Ἰωνᾶ προφητείας ἔφθημεν εἰπόντες, ἀπὸ μόνης ἀπειλῆς ὑπὸ ἀγνῶτος γινομένης ἀνδρὸς, τοσούτῳ κατεχέθησαν τῷ δέει, ὥστε μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους μεταβληθέντες πρὸς τὸ κρεῖττον ἰδεῖν· ἐπειδὴ δὲ ἐνδέδωκεν αὐτοῖς ὁ θεὸς τὴν προαίρεσιν ἐπιδεῖξαι τὴν οἰκείαν, τοσαύτῃ μὲν ἐχρήσαντο μοχθηρίᾳ γνώμης, τοσαύτῃ δὲ ὠμότητι καὶ τρόπου
p. 332. κακίᾳ, ὥστε πάντας μὲν τοὺς τῶν δέκα φυλῶν ἐπιστρατεύσαντες αἰχμαλώτους λαβεῖν· πορθήσαντές τε αὐτῶν τὰς πόλεις, καὶ τὰ προσόντα αὐτοῖς δι᾽ ἁρπαγῆς ποιησάμενοι πάντα, ὁρμῆσαι δὲ καὶ μέχρι τῆς Ἱερουσαλήμ, ἣν καὶ αἱρήσειν ἐσπούδαζον, οὐδεμίαν αἰδῶ τοῦ τε ναοῦ καὶ τῆς αὐτόθι γινομένης τοῦ θεοῦ λαμβάνοντες θεραπείας.

Καὶ τι γέγονε παραπλήσιον τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ ποτὲ γεγονόσιν, ὅτε Φαραώ τε ὁ βασιλεύων ἐν αὐτοῖς, καὶ πάντες δὲ οἱ αἰγύπτιοι διὰ σπουδῆς εἶχον τόν τε Ἰακὼβ καὶ τὸν Ἰωσήφ, καὶ πάντας τοὺς προσήκοντας αὐτοῖς κατὰ γένος, ἄχρι ταύτην αὐτοὺς ἀποσώζειν τὴν γνώμην παρεσκεύαζεν ὁ θεός· ὡς δὲ ἐπιδέδωκεν μὲν εἰς πλῆθος ὁ λαὸς, ἐπέστη δὲ ὁ τῆς ἐξόδου

rasti patribus nostris, iuxta dies priores. „ Cuncta haec, inquit, fecisti memor promissionum tuarum, quas patribus nostris, temporibus priscis pro tua constante liberalitate fecisti: promissiones inquam illas tunc eis fecisti, quae nunc erga nos illorum posteros a te in rem collatae fuerunt.

COMMENTARIUS IN NAHUMUM PROPHETAM.

Ninive urbs magna fuit, populi numero abundans, et assyriacarum omnium illustrissima, ubi regia palatia erant, rexque Assyriorum plurimo anni tempore versabatur. Porro huius urbis cives, volente Deo suae gratiae ostensionem facere, siculi iam planius diximus dum ad beati Ionae prophetiam commentaremur, Ninivitae inquam ob unius ignoti hominis minas, adeo metu correpti fuerunt, ut celeriter admodum resipiscentes, ad virtutem spectaverint. Postquam vero indulsit eis Deus, quominus propositum suum exsequeretur, tanta usi sunt pravitate animi, tanta crudelitate et malitia morum, ut suscepta bellica contra decem tribus expeditione, omnes in captivitatem abduxerint: vastatisque harum urbibus et opibus ubique direptis, adusque Hierosolyma propinquaverint, quam urbem capere nitebantur, sine ulla vel templi vel religionis, qua ibidem Deus colebatur, reverentia.

Tunc simile quid contigit atque olim in Aegypto versantibus, ubi principio quidem Pharao rex omnesque Aegyptii studio impenso Iacob et Iosephum cunctamque horum cognationem fovebant, quoad eis Deus hanc mentem conservavit. Sed

καιρὸς, ἐνδέδωκε τῷ τε Φαραὼ καὶ τοῖς αἰγυπτίοις τὴν ἑαυτῶν περὶ ἐκείνους ἐπιδεῖξαι κακίαν, ὥστε καὶ πάσῃ χρήσασθαι σπουδῇ πάντας αὐτοὺς ἄρδην ἀνελεῖν· ἀφορμῇ δὲ ταύτῃ χρησάμενος ὅπως αὐτοὺς ἐξήγαγεν ὁ Θεὸς τῆς Αἰγύπτου· τοῦτο γοῦν ὁ μακάριος λέγων Δαυὶδ *, * Ps. CIV. 20.
ἀπέστειλε βασιλεὺς φησὶ καὶ ἔλυσεν αὐτὸν, ἄρχων λαοῦ καὶ ἀφῆκεν αὐτόν· κατέστησεν αὐτὸν κύριον τοῦ οἴκου αὐτοῦ, καὶ ἄρχοντα πάσης τῆς κτήσεως αὐτοῦ· τοῦ παιδεῦσαι πάντας τοὺς ἄρχοντας αὐτοῦ ὡς ἑαυτὸν, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους αὐτοῦ σοφίσαι· λέγει δὲ τὴν περὶ τὸν Ἰωσὴφ τιμήν τε καὶ σπουδὴν ὑπὸ τοῦ Φαραὼ γεγονυῖαν· οἷς ἐπάγει· καὶ εἰσῆλθεν Ἰσραὴλ εἰς Αἴγυ- p. 323.
πτον, καὶ Ἰακὼβ παρῴκησεν ἐν γῇ Χάμ· καὶ ηὔξησε τὸν λαὸν αὐτοῦ σφόδρα, καὶ ἐκραταίωσεν αὐτὸν ὑπὲρ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ· καὶ ἐπειδὴ καὶ τοῦ Ἰακὼβ εἶπε τὴν εἴσοδον, καὶ ὁπόσον εἰς πλῆθος ἐπιδεδώκασιν οἱ τοῦ λαοῦ πάντες, ἐπάγει· " μετέστρεψε τὴν καρδίαν αὐτοῦ τοῦ μισῆσαι τὸν λαὸν αὐτοῦ, τοῦ δολιοῦσθαι ἐν τοῖς δούλοις αὐτοῦ. ,, Δηλῶν ὅτι τοῦ Θεοῦ ἐνδόντος μετεβλήθησαν οἱ αἰγύπτιοι σὺν τῷ βασιλεῖ πάντες, ὥστε καὶ διὰ μίσους ἔχειν τοὺς Ἰσραηλίτας, καὶ βούλεσθαι παντελῶς αὐτοὺς ἀνελεῖν· οἷς τὰ τῆς ἐξόδου λοιπὸν ὁ μακάριος ἐπάγει Δαυίδ.

Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον κἀνταῦθα πρότερον μὲν τῆς οἰκείας χάριτος ἐπίδειξιν ποιούμενος ὁ Θεὸς, ἀθρέαν τοῦ τε βασιλέως τῶν ἀσσυρίων καὶ πάντων δὴ τῶν κατὰ τὴν Νινευὴ τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολὴν γενέσθαι πεποίηκε· μετ' οὐ πολὺ δὲ ἐνδοὺς αὐτοῖς τὴν οἰκείαν ἐκφῆναι κακίαν, εἴασε τοιαῦτα περὶ τοὺς Ἰσραηλίτας παρ' αὐτῶν γενέσθαι, ἀφ' ὧν ἐπόρθησάν τε τὰς δέκα φυλὰς, καὶ ἐπεστράτευσαν τῇ Ἱερουσαλὴμ, μετὰ πολλῆς ὁρμήσαντες τῆς ἀπονοίας, ὡς καὶ αὐτοῦ γε μικροῦ πολεμήσοντες τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ γὰρ εὐθὺ μὲν βαρυτάτην αὐτοῖς διὰ τοῦ ἀγγέλου τὴν πληγὴν ἐπήγαγεν ὁ Θεὸς, τρέψας δὲ τοὺς λοιποὺς εἰς φυγὴν πολυτρόποις περιβέβληκε τοῖς κακοῖς· καὶ τὸ τελευταῖον ἐπὶ τῆς οἰκείας χώρας γεγονὼς μετὰ πολλῆς τῆς ἀτιμίας p. 324.

postquam in multitudinem excrevit populus, instabatque demigrandi tempus, Pharaonem sivit Deus atque Aegyptios suam expromere contra Hebraeos malitiam, ita ut omni vi niterentur eos funditus extinguere: qua occasione Deus utens Israhelitas Aegypto eduxit. Rem his verbis beatus narrat David: " misit rex, inquit, et solvit eum; princeps populi, et dimisit eum. Constituit eum dominum domus suae, et principem omnis possessionis suae. Ut erudiret principes eius sicut se ipsum, et senes eius prudentiam doceret. ,, Loquitur scilicet de Iosepho, deque honorificentia et officiis quibus eum prosecutus est Pharao. Post haec addit: " et intravit Israhel in Aegyptum, et Iacob accola fuit in terra Chami. Et auxit populum suum vehementer, roboravitque eum prae inimicis eius. ,, Iam ubi propheta narravit Iacob ingressum, quantumque in numerum populus universus crevisset, subdit: " convertit cor illius ad odio habendum populum suum, insidiasque struendas servis suis. ,, Significans, Deo permittente, immutatos animos Aegyptiorum cum rege suo, qui iam deinceps oderant Israhelitas, eosque internecioni destinabant. Exin vero demigrationem narrat beatus David.

Nunc quoque Deus pariter primo quidem gratiae suae edidit luculentam demonstrationem, dum Assyriorum regem cunctosque Ninives incolas ad meliora convertit: haud multo post autem, quum iis concessisset ut suam malitiam declararent, sivit eos arma contra Israhelitas commovere, ita ut decem tribus vastaverint, et Hierosolyma obsederint, tanta insania ruentes quasi ipsi Deo bellum quodammodo inferrent. Sed enim hic statim illis gravissimam manu angeli plagam imposuit; versosque in fugam reliquos variis irretivit calamitatibus; quoad in ditionem suam cum

Σενναχηρεὶμ ὁ τότε τῶν Ἀσσυρίων βασιλεὺς τὴν ὑπὸ τῶν ἰδίων υἱῶν ὑπομεμένηκε σφαγήν· εἶθ᾽ ὕστερον καὶ παντελῶς αὐτῶν τὴν βασιλείαν καθεῖλεν, διὰ τῶν Βαβυλωνίων πολιορκηθῆναι παρ᾽ αὐτῶν παρασκευάσας τὴν Νινευὴ, ὥστε τὴν πολυανθρωποτάτην καὶ περιφανῆ καὶ βασιλίδα, αἰχμάλωτόν τε γενέσθαι καὶ εἰς ἐρημίαν καταστῆναι παντελῆ (1)· ὡς γὰρ ἐν τοῖς προτέροις, ἅπερ ὁ μακάριος Ἰωνᾶς ὁ προφήτης διηγεῖται, τῆς χάριτος τὴν ἐπίδειξιν ὁ θεὸς ἐποιήσατο τῆς οἰκείας, ἅπαντας αὐτοὺς ἀθρόον μεταθεὶς ἐπὶ τὸ κρεῖττον, οὕτως ἐνταῦθα τὴν κακίαν ἐπιδειξαμένους τὴν οἰκείαν, μεγίστῃ τινὶ καὶ φοβερᾷ περιβέβληκε τῇ τιμωρίᾳ· δι᾽ ἀμφοτέρων ἅπαντας παιδεύων ἀνθρώπους, ὡς ἂν καὶ τὸ τῆς χάριτος αὐτοῦ μέγεθος εἰδεῖεν ὁπότ᾽ ἂν ἐθέλῃ περὶ τοὺς ἀνθρώπους τὴν οἰκείαν ἐπιδείκνυσθαι φιλοτιμίαν, καὶ τῆς τιμωρίας τὸν φόβον ὅτ᾽ ἂν ταύτης ἀξίους εἶναι νομίζῃ τοὺς ἀδιόρθωτον ἐπὶ τοῦ πταίειν ἔχοντας τὴν γνώμην.

Ἐκεῖνα μὲν οὖν Ἰωνᾶς ὁ προφήτης δηλοῖ· ταυτὶ δὲ ὁ Ναοὺμ, τὴν τιμωρίαν λέγων τὴν ποικίλως αὐτοῖς ἐπάγεσθαι μέλλουσαν, ὑπὲρ ὧν τοσούτῳ φρονήματι κατά τε τῶν Ἰσραηλι-
p. 325. τῶν ἐχρήσαντο καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ, τοῦ τε ἐν αὐτῇ θεραπευομένου τῶν ὅλων θεοῦ· δι᾽ ὧν ἅπασιν ἐγίνετο δῆλον, ὅτι οὐκ ἂν ἐκεῖνα παθεῖν συνεχώρησε παρ᾽ αὐτῶν τοὺς Ἰσραηλίτας, εἰ μὴ τὰ τοιαῦτα παθεῖν δι᾽ ὧν ἠσέβουν αὐτοὶ παρεῖχον ἑαυτοὺς ἀξίους· καὶ ἐπειδὴ πεπόνθασιν οὗτοι τὰ παρ᾽ ἐκείνων αὐτοῖς ἐπαχθέντα καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν ὑπομεμενήκασιν ἐκείνην, δίκας τῆς ἀσεβείας διδόντες τῆς οἰκείας, ἀκολούθως ὁ θεὸς ἐπὶ τοὺς τοιαῦτα πεποιηκότας μετάγει τὴν ὀργὴν τιμωρούμενος αὐτοὺς, ὑπὲρ ὧν μοχθηρίᾳ γνώμης πεποιήκασί τε καὶ τετολμήκασι κατά τε τοῦ θεοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ προσηκόντων· τοὺς μὲν γὰρ Ἰσραηλίτας ὡς ἀξίους τούτων ὑπὲρ ὧν ἠσέβουν τε καὶ ἡμάρτανον εἴα παθεῖν, τοὺς δὲ ἐκ τῆς οἰκείας μοχθηρίας

summa ignominia regressus Sennacherimus, Assyriorum illa aetate rex, necem a propriis liberis perpessus est. Deinde gentis quoque imperium funditus delevit Deus, qui per Babylonios obsidendam Niniven vastandamque curavit: adeo ut innumerabili populo frequens civitas et nobilissima atque regina, captiva fuerit ac desertissimae solitudini tradita. Nam sicuti priore tempore, de quo beatus Ionas propheta loquitur, suae gratiae indicium Deus fecit, dum repente Assyrios omnes ad virtutem convertit; ita nunc eosdem sceleribus iterum deditos, maximo et horrendo ultionis genere adfecit: utraque re generatim homines erudiens, ut et gratiae eius magnitudinem noscant, siquando vult suam in homines benivolentiam expromere; et vindictae terrorem, siquando hac dignos existimat, qui pervicacem peccandi sententiam retinent.

Illud igitur Ionas propheta declarat, hoc Nahumus, ultionem vaticinans multifariam in eos exserendam, qui tanta superbia adversus Israhelitas ac Hierosolyma usi fuerant, nec non contra universalem, qui colebatur ibidem, Deum. Unde omnibus claruit, haud permissurum Deum fuisse haec Israhelitis mala ab Assyriis accidere, nisi haec perpeti ob suam impietatem dignos se praebuissent. Age vero postquam Hebraei passi sunt mala ab Assyriis impacta, illamque pertulerunt captivitatem, dum impietatis suae poenas penderent; consequenter Deus ad eos, qui calamitates illas conflaverant, iram suam transtulit, consilii vesaniam puniens, quo ausi fuerant contra Deum eiusque familiares arma capere. Igitur Israhelitas quidem, ceu

(1) Ninives a Babyloniis capturam et destructionem narrat Diodorus siculus lib. II. 24. et 28; praedixerat sanctus Tobias cap. XIV. 6. Aetate demum nostra enormes illius ruinae ac monumenta effodiuntur Gallorum sumptibus et industria.

τοιαῦτα κατ' αὐτῶν πεποιηκότας, ἀναγκαίως ὑπῆγε τῇ τιμωρίᾳ, δίκας αὐτοὺς εἰσπραττόμενος, ὑπὲρ ὧν ἀπονοίᾳ τε καὶ μοχθηρίᾳ γνώμης ἑλόμενοι πρὸς τοσοῦτον ἐξώκειλαν ἀσεβείας, ὥστε καὶ ἐπὶ τὸν θεὸν ἄρασθαι πόλεμον τό γε ἐπ' αὐτοῖς· ὥσπερ γὰρ ὁ Ἀβδιοῦ τὴν κατὰ τῶν Ἰδουμαίων λέγει τιμωρίαν, ἣν ὑπομένειν ἤμελλον ὕστερον μετὰ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον τοῦ λαοῦ, ὑπὲρ ὧν πεπλημμελήκεσαν εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ εἴς τε τοὺς οἰκοῦντας αὐτὴν κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, δῆλον τῇ μηνύσει ποιῶν ὅτι κατὰ γνώμην θεοῦ τὰ περὶ αὐτοὺς γενήσεται τότε, οὕτως ὁ μακάριος Ναοὺμ ἐπὶ τῆς βίβλου ταύτης τὴν ἐπαχθησομένην τοῖς ἀσσυρίοις παρὰ τοῦ θεοῦ τιμωρίαν φησίν, ἥνπερ οὖν καὶ διὰ βαβυλωνίων ὑπέμειναν ὕστερον· p. 326.
δηλῶν καὶ αὐτὸς ὅτι κατὰ γνώμην θεοῦ καὶ παθεῖν ταῦτα οἱ Ἰσραηλῖται διὰ τὴν οἰκείαν συνεχωρήθησαν ἀσέβειαν· καὶ ἀσσύριοί γε τῆς ἀπονοίας τῆς ἑαυτῶν κατὰ καιρὸν ἀνάλογον οἷς πεπλημμελήκεσαν δώσουσι δίκην· τὰ μὲν δὴ τῆς ὑποθέσεως τοῦ βιβλίου ταῦτα· προσεκτέον δὲ τοῖς κατὰ μέρος λοιπόν.

ΚΕΦ. Α'.

« Λῆμμα Νινευή, βιβλίον ὁράσεως Ναοὺμ τοῦ ἐλκεσαίου. » Τοῦτο μὲν οὖν ἡ εἰωθυῖα v. 1.
ἐπιγραφὴ τῶν προφητικῶν· τοῦ λήμματος δὲ σαφηνίσαι προσήκει τὴν διάνοιαν· ἓν μὲν γὰρ ἦν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ τοῖς τούτων ἠξιωμένοις τὴν οἰκείαν παρείχετο χάριν· καθὼς ὁ μακάριος Παῦλος φησίν· * ἔχοντες δὲ αὐτὸ πνεῦμα τῆς πίστεως κατὰ τὸ γεγραμμένον· ἐπί- * II. Cor. IV. 13.
στευσα, διὸ καὶ ἐλάλησα· καὶ ἡμεῖς πιστεύομεν, διὸ καὶ λαλοῦμεν· δεικνὺς ὅτι τῆς αὐτῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος χάριτος οἵ τε πάλαι μετεῖχον, καὶ οἱ τῷ τῆς καινῆς διαθήκης ὑπηρετούμενοι μυστηρίῳ· διάφοροι δὲ πρὸς τὸ κατεπεῖγον τῆς χρείας ἐπετελοῦντο αἱ ἐνέργειαι· διαιρέσεις γὰρ φησὶ χαρισμάτων εἰσί, τὸ δὲ αὐτὸ πνεῦμα· * διάφορα μὲν εἶναι τὰ διδόμενα λέγων, ἓν δὲ * I. Cor. XII. 4.

poenae obnoxios ob impietatem et peccata sua, sic adfligi permisit; Assyrios autem qui crimine proprio Hebraeis molesti fuerant, necessario punivit ac ultus est, propterea quod animi vesania ac pravitate ducti, in tantum sceleris venerant, ut quantum in ipsis erat bellum Deo indixerint. Iam sicuti Abdias Idumaeis canit punitionem, quam deinde passuri erant, post hebraei populi Babylone reditum, ob ea quae adversus Hierosolyma eorumque incolas antea deliquerant; significans omnino fore, ut haec a Dei voluntate illis eveniant; ita beatus hoc libro Nahumus superventuras Assyriis a Deo poenas recitat, quas reapse a Babyloniis perpessi sunt postea: ipse pariter ostendens, quemadmodum Dei nutu et haec contingere Israhelitis permissum fuerit; et ipsi demum Assyrii scelera sua tempore idoneo suppliciis expiaturi essent. Et libri quidem argumentum eiusmodi est. Nunc ad singula explananda incumbendum est.

CAP. I.

« Lemma (assumptio) Ninives, liber visionis Nahumi elcesaei. » Hic quidem consuetus librorum propheticorum titulus est: vocabuli tamen lemma notionem enucleare, pretium operae erit. Unus erat sanctus Spiritus, qui horum munerum dignis suam gratiam suppeditabat, teste beato Paulo: habentes autem eundem Spiritum fidei, sicuti scriptum est: credidi, propterea locutus sum; et nos quia credimus, idcirco loquimur. Quibus verbis significat, eadem sancti Spiritus gratia tum veteres illos potitos, tum etiam recentiores qui novi testamenti mysterio operam suam locaverunt. Diversae vero pro instantia operis praestabantur facultates: divi-

τὸ παρέχον ἅπαντα πνεῦμα· εἰπὼν γοῦν καὶ τὸν τῶν χαρισμάτων κατάλογον, ᾧ μὲν γὰρ διὰ τοῦ πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας, ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ πνεῦμα,
p. 327. καὶ τὰ ἑξῆς, ἐπάγει· ταῦτα δὲ πάντα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ αὐτὸ πνεῦμα διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται· δεικνὺς ὅτι ὑφ' ἑνὸς τοῦ ἁγίου πνεύματος ἅπαντα ἐνηργεῖτο· πολύτροποι δὲ καὶ κατὰ τὴν χρείαν ἐγίνοντο αὐτοῖς ἐνέργειαι, καθ' ἃς τὴν ἀποκάλυψιν ἐδέχοντο τῶν ἀναγκαίων· ἐκστάσει μὲν οὖν ἅπαντες ὡς εἰκὸς τῶν ἀπορρητοτέρων ἐδέχοντο τὴν γνῶσιν, ἐπείπερ ἐχρῆν αὐτοὺς ταῖς ἐννοίαις πόρρω που τῆς παρούσης καταστάσεως γεγονότας, οὕτω δυνηθῆναι τῇ τῶν δεικνυμένων θεωρίᾳ προσανέχειν μόνῃ· εἰ γὰρ ἡμᾶς οὐχ οἷόν τε ἀκριβῆ παρὰ τῶν παιδευόντων δέχεσθαι τὴν μάθησιν, εἰ μὴ πάντων ἑαυτοὺς ἀποσπάσαντες σὺν ἀκριβείᾳ πολλῇ προσέχοιμεν τοῖς λεγομένοις, ἢ πού γε τὰς οὕτω φοβερὰς τε καὶ ἀπορρήτους θεωρίας δυνατὸν ἦν αὐτοῖς ὑποδέχεσθαι, μὴ τῷ λογισμῷ πρότερον κατὰ τὸν τῆς θεωρίας καιρὸν ἐξισταμένοις τῶν παρόντων; οὕτω τὸν μακάριον λέγει Πέτρον ἐν ἐκστάσει γεγονότα τὴν σινδόνα ἰδεῖν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταφερομένην· ἐπειδὴ ἡ τοῦ πνεύματος χάρις πρότερον αὐτοῦ τὴν διάνοιαν ἀποσπάσασα τῶν παρόντων, τότε προσανέχειν τῇ θεωρίᾳ παρεσκεύασε τῶν δεικνυμένων, ἵν' ὥσπερ ἔξω τῆς παρούσης γινόμενοι καταστάσεως καθ' ὕπνους τὴν τῶν ἀποκαλυπτομένων δεχόμεθα τὴν θεωρίαν, οὕτω πως τῇ μεταστάσει τῆς διανοίας ὑπὸ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος καθιστάμενοι χάριτος, τῶν δεικνυμένων ὑποδέχοιντο τὴν θεωρίαν.

p. 328. Ἀλλὰ γὰρ ἐν τοιαύτῃ καταστάσει γινομένοις αὐτοῖς ποτὲ μὲν τοιαύτην τινὰ παρείχετο τὴν διδασκαλίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἡ χάρις, ὥστε δοκεῖν αὐτοὺς ὥσπερ τινὸς λαλοῦντος ἀκούειν τε καὶ παιδεύεσθαι· οὕτω τε δέχεσθαι τῶν ἀναγκαίων τὴν γνῶσιν· ὥσπερ οὖν καὶ ὁ
* Act. X. 13. μακάριος Πέτρος ἐπὶ τῆς σινδόνος φωνῆς ἀκούειν ἔδοξε λεγούσης πρὸς αὐτόν *, ἀναστὰς Πέτρε

siones enim, inquit, gratiarum sunt, idem tamen Spiritus. Diversa dona ait, unum nihilominus, qui omnia suppeditat, Spiritum. Immo et gratiarum catalogum recitat: alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiae, alii sermo scientiae iuxta eundem Spiritum. Tum reliqua subdit: haec autem omnia operatur unus et idem Spiritus dividens seorsum singulis prout vult. Omnia scilicet ab uno Spiritu fieri confirmat; ceterum varias, prout res postulat, facultates dari, quarum ope gravissimarum rerum notitiam excipiebant prophetae. Itaque extasi quidem omnes, ut credibile est, ad sublimiorum rerum cognitionem comparabantur. Oportebat enim eorum mentes a praesenti natura procul abesse, ut uni possent revelatarum rerum contemplationi vacare. Nam si fieri nequit, ut nos accurate a praeceptoribus imbuamur doctrina aliqua, nisi animis ab omni evagatione cohibitis, sedulo dictis mentem intendamus: num prophetae terrificas adeo atque inenarrabiles visiones percipere potuissent, nisi mentem antea, nempe sub ipsum visionis tempus, abalienatam terrenis habuissent? Sic beatum Petrum scriptura dicit in extasi positum vidisse sindonem de caelo demissam. Spiritus enim gratia mentem eius primo abstraxit terrestribus, tum ipsum idoneum reddidit demonstratarum rerum intuitui. Ac veluti in somno dum tantisper a praesenti corporis conditione degredimur, revelationum imagines animo recipimus; sic prophetae migratione quadam mentis sub sancti Spiritus constituti gratia, oblatas mox res contemplabantur.

Iam vero in hac positis conditione interdum quidem tale exhibebat magisterium sancti Spiritus gratia, ut sibi viderentur audire quodammodo aliquem loquentem eosque erudientem; eoque pacto imbuebantur rerum quae opus erant cognitione. Siculi revera beatus Petrus animadversa sindone, audire insuper existimabat

θῦσον καὶ φάγε. * ἐντεῦθεν καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας φησί· κύριε τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ * Is. LIII. 1.
ἡμῶν; ἀκοὴν καλέσας τὴν παραχθεῖσαν ἀποκάλυψιν αὐτῷ θεόθεν, ἐπειδὴ ὥσπερ τινὸς
λέγοντος ἀκούειν ἐδόκει· ἔστι δὲ ὅτι καί τινα ὀπτασίαν ὁρῶντες μετ' ἐκείνης ἤκουον τῶν λεγο-
μένων· ὡς ὅτε μακάριος Πέτρος ὁμοῦ καὶ τὴν σινδόνα ἑώρα καὶ τῶν λεγομένων πρὸς αὐτὸν
ἐδέχετο τὴν διδασκαλίαν· καὶ μὴν καὶ ὁ μακάριος Ἡσαΐας ὅτε λέγει μὲν ἑωρακέναι τὸν
θεὸν, καὶ τὰ σεραφὶμ, ἤκουε δὲ καὶ τῶν πρὸς αὐτὸν γινομένων φωνῶν· * διὰ τοῦτο ποτὲ μὲν * Is. VI. 2.
λέγει, λόγος κυρίου ὃς ἐγένετο πρὸς τόνδε ἢ τόνδε, λόγον καλῶν τὴν ἐνέργειαν, καθ' ἣν
ἐδόκει φωνῇ τινὶ διδασκόμενος παιδεύεσθαι τὸ δέον· ποτὲ δὲ, ὅρασιν ἣν εἶδεν ὅδε ἢ ὅδε,
τὴν ἀποκάλυψιν οὕτω καλῶν, καθ' ἣν ὁρᾷν τι δοκῶν ἐπαιδεύετο τὸ προσῆκον· τὸ αὐτὸ
σημαίνει, κἂν ἐγένετο ἐπ' ἐμὲ χεὶρ κυρίου λέγῃ· καὶ γὰρ κἀνταῦθα χεῖρα κυρίου τὴν ἐνέρ- p. 320.
γειαν τοῦ ἁγίου πνεύματος ὀνομάζει· καθ' ἣν ὥσπερ ἐφαπτομένη τῆς τοῦ προφήτου διανοίας
τὴν διδασκαλίαν αὐτῇ παρείχετο τῶν ἀναγκαίων· τοιοῦτο δή τι βούλεται καὶ τὸ λῆμμα·
ἐκπλήξεως γάρ τι γέμον πολλάκις ὑποδεῖξαι τοῖς προφήταις βουλόμενος ὁ θεὸς, ἀθρόαν
αὐτῶν τῆς διανοίας τὴν μετάστασιν ἐποιεῖτο, ὡς ἂν ἅμα τῇ τοιαύτῃ καταστάσει μετὰ μείζονος
τοῦ φόβου τῶν μελλόντων δέχοιντο τὴν γνῶσιν· λῆμμα οὖν τοῦτο καλεῖ, ἐπειδὴ τοῦ πνεύ-
ματος ἡ χάρις ὥσπερ ἀθρόον ἐπιλαμβανομένη τῆς τοῦ προφήτου διανοίας πρὸς τὴν ἀπο-
κάλυψιν αὐτὴν μεθίστη τῶν δεικνυμένων· τὸ αὐτὸ δὲ κἀνταῦθα φησί· λῆμμα Νινευῆ, βι-
βλίον ὁράσεως Ναοὺμ τοῦ Ἐλκεσαίου· ἵνα εἴπῃ ὅτι πνεύματος χάριτος ἀθρόον ἡ τοῦ προ-
φήτου ληφθεῖσα διάνοια πρὸς τὴν θεωρίαν ἐκείνων μετέστη, δι' ὧν τὰ τῇ Νινευῆ συμβη-
σόμενα μαθὼν, τὴν ἐκ τῶν δειχθέντων αὐτῷ διδασκαλίαν παρείχετο τοῖς ἀκούουσι· διὰ

vocem sibi dicentem: consurgens Petre caede et manduca. Hinc etiam Esaias propheta ait: Domine quis credidit auditui nostro? auditus nomine appellans exhibitam sibi divinitus revelationem: siquidem ceu loquentem aliquem auscultare se arbitrabatur. Interdum etiam post aliquam visionem sibi oblatam, loquentis vocem exaudiebant. Veluti beatus Petrus sindonem simul cernebat, et rerum, quae sibi dicebantur, doctrinam excipiebat. Quin adeo beatus quoque Esaias, cum aiebat se Deum seraphimque videre, voces pariter ad se missas audiebat. Propterea scriptura modo ait: sermo Domini qui factus est huic vel illi; sermonem appellans eam vim, qua ille qui erudiebatur, putabat se a voce quadam necessariis notionibus informari. Modo eadem scriptura dicit: visio, quam vidit hic vel ille; revelationem hac appellatione designans, secundum quam propheta spectare aliquid credens, id quod sibi opus erat discebat. Idem significat locutio: et fuit manus Domini super me. Nam heic etiam manus Domini dicitur pro sancti Spiritus virtute; qua Deus veluti attingens prophetae mentem, doctrinam ei tradebat necessariam. Eiusmodi quid significat etiam vox lemma (assumptio). Namque admirabile aliquid saepenumero demonstrare prophetis volens Deus, subitam eis mentis faciebat conversionem, ut hoc animi habitu adfecti, maiore cum reverentia futurorum scientiam acciperent. Assumptionem itaque hanc dicit; qui Spiritus sancti gratia tamquam repente corripiens prophetae mentem, convertit eam ad rei demonstratae contemplationem. Pari ratione heic quoque dicitur: assumptio Ninives, liber visionis Nahumi elcesaei. Nempe intelligitur prophetae mens a sancti Spiritus gratia repente correpta, atque ad contemplationem rei revelatae conversa; unde cognitis futuris Ninives casibus, scientiae oblatae nuncium propheta audientibus impertivit. Idcirco autem assumptionem simul et visionem ait, ut priore nimirum vocabulo declaret modum quo Spiritus

τοῦτο καὶ λῆμμα καὶ ὅρασιν εἰρηκώς, ἵνα τῷ μὲν τὸν τρόπον τῆς ἐνεργείας τοῦ ἁγίου πνεύματος
δηλώσῃ, τῇ ὁράσει δὲ τῶν δειχθέντων αὐτῷ τὴν θεωρίαν· ἄρχεται δὲ οὕτως.
v. 2. “ Θεὸς ζηλωτὴς καὶ ἐκδικῶν κύριος, καὶ ἐκδικῶν κύριος μετὰ θυμοῦ, καὶ ἐκδικῶν κύριος
τοὺς ὑπεναντίους αὐτοῦ, καὶ ἐξαίρων αὐτὸς τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. ,, Ζῆλον καλεῖ τοῦ θεοῦ τὴν
p. 330. ὀργὴν, ἣν ἐπὶ τοῖς ἄγαν ἀτόπως γινομένοις παροξυνόμενος δέχεται κατὰ τῶν ἀσεβούντων·
οὕτως λέγει τὸ, εἶδεν κύριος καὶ ἐζήλωσεν, καὶ παρωξύνθη δι' ὀργὴν υἱῶν αὐτοῦ καὶ θυγα-
Deut. XXXII. 19. τέρων· * κἀνταῦθα τοίνυν ἐπειδὴ ὀργὴν ἤμελλε λέγειν παρὰ θεοῦ κατὰ τῶν Νινευιτῶν κινηθεῖ-
σαν, εἴτ' οὖν τῶν Ἀσσυρίων· ἐν γὰρ τῇ βασιλευούσῃ πόλει τὸ ἔθνος ἅπαν δηλοῖ· ὑπὲρ ὧν
ἀσεβείᾳ τε καὶ παρανομίᾳ πλείστῃ χρησάμενοι, τοσαῦτα μὲν καὶ τηλικαῦτα κακὰ πολλοὺς
τε ἑτέρους διέθηκαν, καὶ πρὸς ἅπασί γε τοὺς Ἰσραηλίτας· ἐπεληλυθότες δὲ καὶ τῇ Ἱερου-
σαλήμ, μικροῦ γε πρὸς αὐτὸν ἤραντο πόλεμον τὸν θεόν· καλῶς ἐντεῦθεν ἤρξατο, θεὸς
ζηλωτὴς λέγων, ἀντὶ τοῦ σφόδρα παροργίζεσθαι ἐπὶ ταῖς ἀσεβείαις εἰδὼς, καὶ μετὰ πολλῆς μὲν
ἐκδικῶν τῆς ὀργῆς τὰς παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἐπιτηδευομένας ἀσεβείας, πάντας δὲ τοὺς ἐχθρὰν
καὶ ἐναντίαν πρὸς αὐτὸν γνώμην αἱρουμένους τιμωρούμενός τε καὶ παντελῶς ἀφανίζων· εἶτα
ἐπειδὴ νῦν ταῦτα φησὶ πολλὴν τὴν τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν περὶ αὐτοὺς ἐπιδεδειγμένου, ὁπηνίκα
v. 3. τῷ τοῦ μακαρίου Ἰωνᾶ κηρύγματι πεισθέντες πρὸς μετάνοιαν εἶδον. “ Κύριος μακρό-
θυμος, καὶ μεγάλη ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ· καὶ ἀθῳῶν οὐκ ἀθῳώσει κύριος. ,, Ὥσπερ γὰρ, φησίν,
ἀνεξικακεῖν οἶδεν καὶ παρορᾶν ἁμαρτημάτων τε καὶ ἀσεβημάτων πλῆθος, ἐπειδ' ἂν νεύ-
p. 331. σαντας ἴδῃ πρὸς μεταμέλειαν, οὕτως ἀρκοῦσαν ἐπιδείκνυται τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν τῷ μεγέ-
θει τῆς τιμωρίας, ἐπειδ' ἂν ἀμετανόητα πταίοντας ἴδῃ καὶ πρὸς ἄκρον ἀσεβείας ἐληλα-
κότας, οὓς οὐκ ἀπαλλάττει τῶν ἐγκλημάτων, οὐδὲ τῆς ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι τιμωρίας, ἅτε
ἐκ τῶν οἰκείων πράξεων κατακρινομένους.

sancti vis se prodit; posteriore autem visionis vocabulo, demonstratorum oraculorum intuitum significet. Incipit autem sic.

“ Deus zelator et ultor Dominus, iracundus ultor Dominus, de inimicis suis ultionem exigit Dominus, eosque de medio tollit. ,, Zeli nomine appellat iram quam Deus vesanis hominum actibus exacerbatus concipit adversus impios. Sic dicitur: vidit Dominus, zeloque excanduit, propter iram ad quam eum provocaverunt filii sui et filiae. Par est nunc quoque scripturae locutio, dum iram Dei recitatura est contra Ninivitas sive Assyrios commotam (namque in urbe dominatrice universam gentem disignat) quia summa impietate ac scelere usi, tot tantaque mala tum aliis multis intulerant populis, tum denique etiam Israhelitis: quin adeo Hierosolyma adorti, ipsum propemodum Deum bello lacessiverant. Quamobrem praeclarum fecit initium propheta appellans Deum zelatorem: nempe ut diceret, qui magnopere irasci criminibus solet, multaque irae vi quae patrantur ab hominibus scelera vindicare; atque eos omnes qui hostili et adverso in eum animo sunt, poenis irretitos exitio addicere. Deinde qui haec nuper dixerat, item multam a Deo benivolentiam erga Assyrios adhibitam ait, quo tempore beato Ionae concionanti adsentientes resipuerunt. “ Dominus patiens; magnum robur eius. Absolvendo non absolvet Dominus. ,, Quantum enim, inquit, patienter ferre et dissimulare peccata ac scelera novit, siquando homines ad meliora converti viderit, tantundem demonstrat vires suas in poenae magnitudine, siquando sine paenitentiae spe lapsos senserit, atque in malitiam summam provectos. Nimirum eos neque a criminatione liberat, neque a culparum poena; quippe qui iam suismet actibus damnati sunt.

Καὶ τίς ἡ τούτων ἀπόδειξις; “ Ἐν συντελείᾳ καὶ ἐν συσσεισμῷ ἡ ὁδὸς αὐτοῦ. „ Ὁδὸν
καλεῖ τοῦ Θεοῦ τὴν πρᾶξιν· τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων φησὶ πολλάκις· ὡς τὸ,
γινώσκει κύριος τὰς ὁδοὺς τῶν ἀμώμων· * ἐνταῦθα οὖν τοῦτο φησὶν ὅτι νῦν τοῦτο πράττειν * Ps. XXXVI. 18.
ἔγνωκε, καὶ ἐπὶ τούτῳ δὴ τὴν ὁρμὴν ἔχει τὴν καθ' ὑμῶν· ὥστε ἅπαντα μὲν τὰ παρ' ὑμῖν συσ-
σεῖσαι, παντελῆ δὲ ὑμῖν ἐπαγαγεῖν τὴν ἀπώλειαν. “ Καὶ νεφέλαι κονιορτὸς ποδῶν αὐτοῦ. „
Ἀκολούθως τοῦ ὁδὸς εἰπεῖν, ἐπήγαγε νεφέλαι κονιορτὸς ποδῶν αὐτοῦ· ἐπειδὴ γὰρ ἕπεται τοῦ
μετὰ πολλῆς ὁρμῶντι τῆς κινήσεως τὸ κονιορτὸν βαδίζοντα κινεῖν, τούτου φησὶ κονιορτὸς πο-
δῶν αἱ νεφέλαι· ἵνα εἴπῃ ὅτι ὁρμῶν ἐφ' ὑμᾶς τὸν ἀέρα πάντα καθ' ὑμῶν συστρέφει. “ Ἀπει-
λῶν θαλάσσῃ καὶ ξηραίνων αὐτὴν, καὶ πάντας τοὺς ποταμοὺς ἐξερημῶν. „ Αὐτάρκης δὲ καὶ v. 4.
μόνη φωνῇ θάλασσάν τε ξηρᾶναι καὶ ποταμοὺς σὺν ἐκείνῃ, δηλῶν ὅτι οὐδεὶς πόνος αὐτῷ
τὸ ὑμέτερον σύστημα καὶ τὸ πλῆθος τὸ παρ' ὑμῖν ἀνελεῖν βουληθέντι. Εἶτα καὶ τῶν γινομένων
τὴν ἀπόδειξιν παρεχόμενος “ ὠλιγώθη ἡ Βασανῖτις καὶ ὁ Κάρμηλος, καὶ πάντα τὰ ἐξαν- v. 5. p. 342.
θοῦντα τοῦ Λιβάνου ἐξέλιπεν· τὰ ὄρη ἐσείσθη ἀπ' αὐτοῦ, καὶ οἱ βουνοὶ ἐσαλεύθησαν καὶ ἀνε-
στάλη ἡ γῆ ἀπὸ προσώπου ἡ σύμπασα, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ. „ Καὶ γὰρ καὶ
ὁπόσα φησὶν ὑμῶν ἐργαζομένων ἔπασχον οἱ Ἰσραηλῖται, κατὰ τὴν αὐτοῦ γνώμην ἐγίνετο· ὃς
κατεγνωκὼς αὐτῶν διὰ τὴν ἀσέβειαν, εἴασεν αὐτοὺς πάσχειν ἅπερ αὐτοῖς ἐπάγειν ἐβούλεσθε·
ὥστε οὐχ ὑμετέρας δυνάμεως ἦν οὐδ' ἐκεῖνα, ἀλλὰ γνώμης ἔργα τῆς θείας· καὶ διὰ τοῦτο καὶ
ἡ Βασανῖτις καὶ ὁ Κάρμηλος καὶ τὰ σεμνὰ τοῦ Λιβάνου πρὸς ἀπώλειαν εἶδεν, ὄρη τε καὶ βουνοὶ
μικροῦ συνεκινήθησαν πάντες· καὶ συντόμως εἰπεῖν ἅπασαν τῆς προσόψεως τῆς οἰκείας ἀφεῖ-
λεν τὴν γῆν ἐκείνην σὺν τοῖς οἰκοῦσιν αὐτὴν, μισήσας αὐτοὺς διὰ τὴν ἀσέβειαν.

“ Πρὸ προσώπου ὀργῆς αὐτοῦ τίς ὑποστήσεται; καὶ τίς ἀντιστήσεται ἐν ὀργῇ θυμοῦ αὐτοῦ; v. 6.
ὁ θυμὸς αὐτοῦ τήκει ἀρχὰς, καὶ πέτραι διεθρύβησαν ἀπ' αὐτοῦ. „ Ἔχετε τοίνυν ἐξ ἐκείνων

Quaenam porro est harum rerum demonstratio? “ In consummatione et in commotione via eius. „ Viam dicit Dei actum; quam locutionem de hominibus quoque saepe usurpat scriptura; veluti, novit Dominus viam immaculatorum. Hoc loco ait, sibi id nunc propositum esse, atque idcirco in vos ruere, ut vestra omnia usquequaque commoveat, vobisque exitium inferat. “ Nebulae pulvis pedum eius. „ Consequenter, quia viam dixerat, addit, nebulae pulvis pedum eius. Nam sicuti accidit ut is qui multo cum impetu currit, pulverem in incessu excitet; ita divinorum, inquit, pedum pulvis nebulae sunt. Nempe significat a Deo in vos irruente universum aërem contra vosmet convolvi. “ Minitans mari, illudque exsiccans, et flumina cuncta devastans. „ Qui potest scilicet unius ope vocis mare fluviosque pariter exsiccare. Quibus verbis Deus declarat perfacile sibi esse vestrum populum quantumlibet numero ingentem exscindere, siquando voluerit. Deinde rei gestae demonstrationem proferens: “ imminuta est, ait, Basanitis et Carmelus, et omnis Libani flos defecit: montes a Deo concussi fuerunt collesque commoti: tellus coram eo cum colonis suis inhibita est. „ Enimvero quidquid, inquit, vestris manibus passi sunt Israhelitae, eius id omne voluntate contigit, qui illorum sceleri infensus sivit eos pati, quaecumque vobis patrare collibuit: quare haud vestrarum virium illa fuerunt, sed divini consilii opera. Proptereaque et Basanitis et Carmelus et Libani decor exitio dati fuerunt, montesque propemodum et colles simul omnes commoti sunt. Atque ut summatim dicam, cunctam ab aspectu suo terram illam cum incolis eius submovit Deus, vitia illorum abominans.

“ A facie irae eius quis sustinebit? furori irae eius quis resistet? Furor eius

τὴν ἀπόδειξιν, ὅτι οὐδεὶς ὁ ἀντιστῆναι δυνάμενος τῇ ὀργῇ τῇ θείᾳ, αὐτάρκως ἔχοντι καὶ
τοὺς ἐν μεγάλαις δυναστείαις, καὶ τοὺς ἐν πλείστῃ καθεστῶτας ἰσχύϊ διαθρυβεῖν τε καὶ παν-
τελῶς ἀφανίζειν. Καὶ τὰ ὅμοια τῶν πρόσθεν λέγων· " χρηστὸς κύριος, ὑπομένουσιν αὐτὸν
p. 333. ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως, καὶ γινώσκων τοὺς εὐλαβουμένους αὐτόν. „ Ἔστι μὲν γάρ φησιν ἄγαν
φιλάνθρωπος καὶ ἄγαν εἰδὼς εὐεργετεῖν τοὺς πρὸς αὐτὸν ὁρῶντας, καὶ τὴν ἀπειλὴν αὐτοῦ
v. 8. δεδοικότας. " Καὶ ἐν κατακλυσμῷ πορείας συντέλειαν ποιήσεται· τοὺς ἐξεγειρομένους καὶ
τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ διώξεται σκότος. „ Ἐπειδὰν δὲ πρὸς ὀργὴν νεύσῃ, ταύτης τινὰς εὑ-
ρηκὼς ἀξίους, κατακλυσμόν τινα διὰ τῆς ὁρμῆς ἐπάγει τῆς οἰκείας, δι᾽ ἧς παντελῆ μὲν ἐρ-
γάζεται τὸν ἀφανισμὸν τῶν μοχθηρῶν· ἅπαντας δὲ τοὺς ἐπανισταμένους αὐτῷ καὶ τολμῶντας
αὐτῷ τι βούλεσθαι ἐναντίον, σκότῳ περιβάλλει καὶ ἀπορίᾳ πολλῇ τῷ μεγέθει τῶν ἐπαγο-
v. 9. μένων αὐτοῖς κακῶν. " Τί λογίζεσθε ἐπὶ τὸν κύριον; „ Ὁμοίαν τοίνυν φησὶν ἔχετε περὶ
αὐτοῦ τὴν ἔννοιαν; ἢ μὴ νομίζετε δυνατὸν ὑμῖν εἶναι πολεμεῖν τῷ τοιούτῳ; ἀφ᾽ οὗ δὴ καὶ
πρότερον ἐπεληλύθατε τῇ Ἱερουσαλήμ, ὑπό τε βλασφήμους εἰς τὸν θεὸν ἐξετείνατε λόγους.
" Συντέλειαν αὐτὸς ποιήσει, καὶ οὐκ ἐκδικήσει δὶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν θλίψει. „ Δοκιμάσας
γὰρ ὑμῶν παντελῆ ποιῆσαι τὸν ἀφανισμόν, οὕτως ἀθρόον τὸ δοκοῦν αὐτῷ καθ᾽ ὑμῶν ἀπερ-
γάζεται, ὥστε μὴ δεηθῆναι δευτέραν αὐτὸν πληγὴν ἐπενεγκεῖν, ἀθρόαν δὲ ὑμῖν ἀπὸ τῆς
v. 10. πρώτης πληγῆς τὴν ἀπώλειαν ἐγγενέσθαι. " Ὅτι ἕως θεμελίου αὐτῶν χερσωθήσονται. „
p. 334. Ὥστε εἰς παντελῆ καταστῆναι πάντα τὰ παρ᾽ ὑμῖν ἐρημίαν. " Καὶ ὡς σμίλαξ περιπλεκο-
μένη βρωθήσονται, καὶ ὡς καλάμη ξηρασίας μεστή. „ Δίκην δὲ ἐκείνης τῆς βοτάνης τῆς τοῖς
φραγμοῖς περιπλεκομένης, εἶτα ὑπὸ πάντων τῶν παραπεσόντων ἀναλισκομένης κτηνῶν,
καταναλωθήσεσθε πάντες ὑπὸ πολεμίων· καλάμης τε δίκην ξηρᾶς ὡς ὑπὸ πυρὸς ἀφανι-
σθήσεσθε τῶν ἐπιόντων ὑμῖν· οὐδαμῶς ἀρκεῖν πρὸς τὴν ἔφοδον αὐτῶν οἷοί τε ὄντες.

dissolvit principatus, petrae ab eo conteruntur. Hinc enimvero vobis constat, neminem posse potestati Dei resistere, qui quidem par est conterendis imperiis maximis ac potentissimis, iisque funditus destruendis. Tum similia priorum dicens: " bonus Dominus expectantibus eum in die tribulationis: novit ipse qui se pie colunt. „ Est, inquit, clemens admodum et valde beneficus erga illos qui spem suam in eo collocaverunt, eiusque minas reverentur. " In diluvio transeunte consummationem faciet. Qui cum irritaverint atque oderint, persequentur eos tenebrae. „ Verumtamen ubi ad iram spectaverit, dignosque hac aliquos nactus fuerit, diluvium nescio quod impetu suo convehet, quo summam cladem improborum edet: cunctosque sibi adversantes, sibique resistere audentes, tenebris multisque angustiis circumveniet per impositarum magnitudinem calamitatum. " Quid cogitatis contra Dominum? „ Quaenam, inquit, consilia in eum molimini? Num bellum adversus Deum geri posse putatis? Sane ex quo primum Hierosolyma oppugnare coepistis, his Deum blasphemiis lacessistis. " Consummationem ipse faciet; non vindicabit bis rem eandem in tribulatione. „ Decreta quippe suprema pernicie vestra, adeo violenter suam in vos voluntatem exsequetur, ut opus ei non sit iterato ictu ferire: subitum enim vel prima plaga interitum vobis pariet. " Quoniam usque ad fundamentum vastabuntur „ ita ut omnia apud vos solitudo fiant. " Tortilis more smilacis devorabuntur, et sicut calamus ariditate occupatus. „ Eius instar herbae quae saepibus circumplicatur, atque ab obviis quibusque beluis consumitur, cuncti ab hostibus absumemini: aridique ritu calami, adgressorum vestrorum tamquam igne destruemini, quorum incursibus sustinendis pares non eritis.

“ Ἐκ σοῦ ἐξελεύσεται λογισμὸς κατὰ τοῦ κυρίου, πονηρὰ βουλευόμενος ἐναντία. „ Εἶτα v. 11.
δὴ τετόλμηκας τοιαῦτα βουλεύσασθαι κατὰ τοῦ θεοῦ, καὶ δὴ καὶ διαπράξασθαι, ἐπελθὼν τῇ
πόλει τῇ τὸν ναὸν ἐχούσῃ τὸν θεῖον; οὕτω τε πρόχειρον ἐνόμισας αὐτὴν ἀνελεῖν ὡς οὐδὲν ὑπὸ
τοῦ θεοῦ βοηθεῖσθαι δυναμένην; Τί οὖν; “ τάδε λέγει κύριος κατάρχων ὑδάτων πολλῶν. „ v. 12.
Ἄκουε τοίνυν ἅττα ὑπὲρ τοῦ πλημμέλματος ἐκείνου νῦν ἀποφαίνεται θεὸς ὁ πάντων κύριος
τῶν κατὰ γῆν ἐθνῶν· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ ὑδάτων πολλῶν. “ Καὶ οὕτως διασταλήσονται. „ Ὡς
γὰρ ἂν εἴ τις, φησίν, ὕδωρ ἐξ ὕδατος ἔν τινι τόπῳ συνεστὼς μετὰ πολλῆς διαστήσειεν τῆς εὐμα-
ρείας, οὕτω πάντων ὑμᾶς ἀφορεῖ τῶν ἐθνῶν ὁ θεὸς παραδοὺς ἀπωλείᾳ. “ Καὶ ἀκοὴ οὐκ
ἐνακουσθήσεται ἔτι· „ ὡς μηκέτι σου μὴ ἢ ἀκοὴν εἶναι τοῦ παντελῶς ἀπολωλότος. “ Καὶ νῦν v. 13.
συντρίψω τὴν ῥάβδον αὐτοῦ ἀπὸ σοῦ, καὶ τοὺς δεσμούς σου διαρρήξω. „ Πάντα γάρ σου τὰ
σκῆπτρα, καὶ τὴν βασιλείαν ἣν ἔχειν ἐδόκεις, συγκόψω· καὶ πᾶσαν τὴν δυναστείαν ἣν κατὰ p. 333.
τῶν ὑποχειρίων εἶχες, ὥσπερ τισὶ δεσμοῖς αὐτοὺς τῇ ἐξουσίᾳ περιβάλλων τῇ οἰκείᾳ, παν-
τελῶς διατεμῶ, ἅτε μετὰ τῆς ἀπωλείας ἣν ὑπομένεις πάσης σου τῆς βασιλείας καὶ τοῦ κρά-
τους καὶ τῆς ἐξουσίας ἣν καθ᾽ ἑτέρων εἶχες ὡς εἰκὸς ἀφανιζομένης. “ Καὶ ἐντελεῖται περὶ v. 14.
σοῦ κύριος· „ Ταῦτα γὰρ περὶ σοῦ γενέσθαι κεκέλευκεν ὁ θεός. “ Οὐ σπαρήσεται ἐκ τοῦ
ὀνόματός σου ἔτι. „ Ἐπειδὴ οἱ ὑπὸ βασιλείας ὄντες εἰώθασιν ἐπὶ τοὺς βασιλέας ἅπαντα
ἀναφέρειν, καὶ ἐκ τῶν ἐκείνων καλεῖσθαι προσηγορίας, ὡς ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν ὄντες τὴν ἐκεί-
νων, οὐκ ἔτι σου φησὶν ἡ ὀνομασία οὐδαμοῦ φανήσεται παντελῶς ἀπολλυμένου. “ Ἐξ οἴκου
θεοῦ σου ἐξολοθρεύσω γλυπτά, καὶ χωνευτὰ θήσομαι ταφήν σου, ὅτι ἠτιμώθης. „ Συνα-
φανιῶ γάρ σοι καὶ τὰ εἴδωλα, οἷς πολλὴν ἀπένεμες τὴν τιμήν, ἅπερ ὥσπερ τις ταφή σοι
γενήσεται συναπολλύμενα καὶ συναφανιζόμενα, καὶ μονονουχὶ συνθαπτόμενα τῇ ἀτιμίᾳ τῇ σῇ.
“ Διότι ἰδοὺ ἐπὶ τὰ ὄρη πόδες εὐαγγελιζομένου καὶ ἀπαγγέλλοντος εἰρήνην. „ Τότε δὴ v. 1.
φησὶν ἔσονται πολλοὶ οἱ ἀνὰ τὰ ὄρη τῆς Ἱερουσαλὴμ ἀνατρέχοντες καὶ τὴν ἀπώλειαν εὐαγ-

“ Ex te egressa est machinatio contra Dominum; improba atque hostilia consilia animo volvisti. „ Ausus es haec facinora mente agitare et agere contra Dominum, armis urbem adoriens divino templo praeditam: eamque facile te capturum existimasti, quasi nihil a Deo iuvanda foret. Quid ergo? “ Haec ait Dominus rector aquarum multarum. „ Audi porro quasnam ausibus illis nunc poenas decernat Deus cunctorum in orbe populorum dominus. Ut enim cuilibet, inquit, licet congregatas alicubi aquas facillime separare; sic vos ab omnibus gentibus discernet Deus quum exitio tradet. “ Neque audietur diutius auditio. „ Ita ut ne famam quidem eius qui periit iam sis auditurus. “ Et nunc contritam avertam virgam eius a te, et vincula tua dirumpam. „ Cuncta enim sceptra et imperium, quod habere videbaris, comminuam: universam potentiam tuam quam in subditos exercebas, et qua ceu vinculis populum hunc in tua ditione retinebas, omnino praecidam: omni scilicet ditione spoliaberis: vires atque potestas, quam in alias gentes exercebas, iam merito evanescent. “ Et praecipiet de te Dominus. „ Haec fieri mandavit Deus. “ Haud seretur de tuo diutius nomine. „ Quoniam regum subditi solent ad reges suos omnia referre, atque ab illorum vocitari nominibus, quorum ditioni parent; haud diutius, inquit, nomen tui funditus pereuntis extabit. “ De domo Dei tui eiiciam sculptilia, ponamque conflatilia sepulcrum tuum, quia dehonestatus es. „ Destruam tecum idola, quibus multum tribuebas honorem: atque haec, inquam, fient tamquam tumulus tibi, tecum scilicet perdita atque destructa, ac propemodum ignominiae tuae contumulata. “ Quamobrem ecce in montibus pedes laeta nun-

γελιζόμενοι πᾶσι τὴν σὴν, καὶ τὴν ἐντεῦθεν καθέξουσαν αὐτοὺς εἰρήνην. “ Ἑόρταζε Ἰούδα
τὰς ἑορτάς σου, ἀπόδος τῷ Θεῷ τὰς εὐχάς σου, διότι οὐ μὴ προσθῶσιν ἔτι τοῦ διελθεῖν
p. 226. εἰς παλαίωσιν. „ Ἔσο δὴ καὶ σὺ λοιπὸν ἐν ἡδοναῖς, καὶ τὰς καθηκούσας ἑορτάς τε καὶ εὐχὰς
τῷ Θεῷ μετὰ πάσης ἐκπλήρου τῆς σπουδῆς πάνυ γε θαῤῥῶν· ὡς οὐκ ἂν ἐπέλθοιεν ἔτι ἐπὶ τῷ
τι διαφθεῖραι τῶν προσηκόντων ὑμῖν ἀπολωλότες ἅπαξ. Διὸ ἐπάγει.

ΚΕΦ. Β'.

v. 2. “ Συντετέλεσται, ἐξῆρται. „ Ἠφάνισται γάρ φησιν ὁ ταῦτα τολμῶν. “ Ἀνέβη ἐμφυσῶν εἰς πρόσωπον αὐτοῦ ἐξαιρούμενος ἐκ θλίψεως. „ Θεία γάρ τις ὀργὴ ὥσπερ ἐμφυσήματι τινὶ παντελῶς αὐτὸν ἔσβεσε καθ' ὑμῶν ἐξαπτόμενον· ὥστε σε μὴ δὲ μίαν θλίψιν ἐντεῦθεν ὑποπτεύειν λοιπόν· ταῦτα ὡς πρὸς τὸν Ἰούδαν εἰρηκὼς, ἑορτάζειν ὀφείλοντα ἐπὶ τῇ τοῦ τοιαῦτα τετολμηκότος κατ' αὐτῶν ἀπωλείᾳ, τρέπει δὴ λοιπὸν πρὸς τοὺς Νινευίτας τὸν λόγον. “ Σκόπευσον ὁδόν. „ Ὅρα δή φησι τοὺς ἐπιέναι σοι μέλλοντας. “ Κράτησον ὀσφύος. „ Σύσφιξον πρὸς τοσαύτην ἔφοδον εἰ δύνῃ σαυτόν. “ Ἄνδρισαι τῇ ἰσχύϊ σφόδρα. „
v. 3. Νῦν σου τὴν μεγάλην ἐκείνην ἐπίδειξαι δύναμιν. “ Διότι ἀπέστρεψεν κύριος τὴν ὕβριν
Ἰακὼβ, καθὼς ὕβριν τοῦ Ἰσραήλ. „ Ἀλλὰ γὰρ οὐ δυνατόν σοι τὰ ἐπιγινόμενα κακὰ
διαφυγεῖν, ἐπειδὴ ἃ πεποίηκας εἰς τὸν Ἰσραὴλ, εἰς τὴν κεφαλὴν ἔτρεψε τὴν σὴν ὁ Θεός.
v. 4. “ Διότι ἐκτινάσσοντες ἐξετίναξαν αὐτοὺς, καὶ τὰ κλήματα αὐτῶν διέφθειραν, ὅπλα δυνα-
p. 227. στείας αὐτοῦ ἐξ ἀνθρώπων. „ Τοσαύτη γὰρ ἔσται κατὰ σοῦ τῶν πολεμίων ἡ δύναμις, ὥστε
σε δίκην τῶν ἐκτινασσόντων ἐσθῆτα, τῆς ἀξίας ἀποβαλεῖν τῆς οἰκείας, ἀπολέσαι τε ἅπαν-
τας ἐφ' οἷς ὡς κεκυκλωκόσι σε καὶ περὶ τὴν θεραπείαν ἠσχολημένοις τὴν σὴν μέγα ἐφρόνεις·
καὶ συντόμως εἰπεῖν πᾶσαν σοῦ τὴν πολεμικὴν ἐμπειρίαν καὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν ἐξ ἀπάν-

ciantis, pacemque praedicantis. „ Tunc, ait, multi per Hierosolymorum montes discurrent, cladem tuam palam nunciantes, suamque inde consecuturam pacem. “ Age, Iuda, sollemnitates tuas, redde Deo vota tua; quia iam nemo in posterum res tuas antiquabit. „ Esto et tu deinceps in deliciis, legitimasque sollemnitates ac vota Deo persolve cum omnimoda sollemnitate ac laetitia: neque enim amplius supervenient qui res tuas pessumdent, quandoquidem illi iam perierunt. Quare addit.

CAP. II.

“ Consummatus est atque sublatus. „ Destructus est, inquit, qui haec ausus fuerat. “ Ascendit qui insufflet in faciem eius, qui de calamitate eripiat. „ Divina, inquit, ira ceu flatu quodam prorsus illum extinxit, qui contra vos accensus fuerat: quare iam nullam hinc cladem suspicari poteritis. His Iudam verbis allocutus, quibus eum iussit festum agere propter adversarii sui perniciem, sermonem deinceps ad Ninivitas convertit. “ Observa viam. „ Videsis quinam tibi superveniant. “ Lumbos robora. „ Ad eiusmodi incursionem, si vales, sustinendam praecingitor. “ Viriliter admodum age. „ Nunc tuas illas ingentes ostende vires. “ Quoniam avertit Dominus contumeliam Iacob, sicut contumeliam Israhelis. „ Profecto haud potes eventura mala vitare; nam quae tu Israheli fecisti, eadem Deus in caput tuum retorsit. “ Quare excutiendo excutierunt eos, et palmites eorum corruperunt, arma potentiae eius ex hominibus. „ Tantae, inquit, erunt adversum te hostium vires, ut ritu eorum qui vestem excutiunt, dignitate tua proterrendus sis; atque omnia amissurus, quibus tu olim stipatus ac veluti famulitio cultus superbiebas. Prorsus

τῶν ἀπολεῖσθαι τῶν ἀνθρώπων· εἶτα καὶ τὴν παλαιὰν αὐτῶν ἐντίθεται δύναμιν ἥπερ οὐκ εἰς δέον ἐχρήσαντο, ὡς οὐδὲν αὐτοὺς ὠφελήσουσαν ἐν τῷ παρόντι καιρῷ. “ Ἄνδρες δυνατοὶ ἐμπαίζοντες ἐν πυρί. „ Ὑμεῖς ἔτι φησὶν οἱ δι' ὑπερβολὴν ἰσχύος οὐδὲ πυρὸς κατατολμᾶν
ὀκνοῦντες. “ Αἱ ἡνίαι τῶν ἁρμάτων αὐτῶν ἐν ἡμέρᾳ ἑτοιμασίας αὐτοῦ, καὶ οἱ ἱππεῖς θορυ- v. 5.
βηθήσονται ἐν ταῖς ὁδοῖς. „ Οἱ μέγα ἐφ' ἵπποις τε φρονοῦντες καὶ ἅρμασιν, ἃ δὴ πάντα νῦν ὑμῖν ἄχρηστα φανεῖται· ἐν γὰρ τῷ καιρῷ καθ' ὃν παρεσκεύασται παρὰ θεοῦ τὰ τῆς τιμωρίας ὑμῖν, θόρυβος καὶ τὰ ἅρματα καὶ τοὺς ἱππεῖς καθέξει, οὐδὲν ἐπιτελεῖν διὰ τὸ δέος τῶν πολεμίων οἵους τε ὄντας. “ Συγχυθήσεται τὰ ἅρματα, καὶ συμπλακήσονται ἐν ταῖς πλατείαις. „ Πρὸς φυγὴν γὰρ φησὶν ὁρμήσουσι πάντες· ὥστε ὑπὸ τῆς κατεχούσης αὐτοὺς ἀπορίας, ἀλλήλοις αὐτοὺς συμπλεκομένους πρὸ τῆς ἐφόδου τῶν πολεμίων ἑαυτοὺς ἀπολλύειν.
“ Ἡ ὅρασις αὐτῶν ὡς λαμπάδες πυρός, καὶ ὡς ἀστραπαὶ διατρέχουσαι. „ Εἰρωνικῶς ἐπὶ p. 222.
διασυρμῷ τοῦτο λέγει· καί τοι γε φησὶν οὐδὲν ἀστραπῶν καὶ πυρὸς διαλλάττειν ἐνομίζεσθε ἐκλάμποντες τε τοῖς ὅπλοις καὶ μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος ἐπιόντες τοῖς ἐναντίοις.

“ Καὶ μνησθήσονται οἱ μεγιστᾶνες, καὶ φεύξονται ἡμέρας, καὶ κρατήσουσιν ἐν τῇ ἀπορίᾳ v. 6.
αὐτῶν καὶ σπεύσουσιν ἐπὶ τὰ τείχη, καὶ ἑτοιμάσουσι τὰς προφυλακὰς αὐτῶν. „ Τὰ μὲν δὴ τῆς παρασκευῆς ὑμῖν ἐκείνης, καὶ τῆς δυνάμεως περιττὰ γενήσεται πάντα· τὸ πολεμεῖν δὲ ἀφέντες, φυγῆς λήψεσθε μνήμην· καὶ οὐδὲ ταύτῃ χρώμενοι τῷ δρόμῳ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ ἐπικειμένου δέους τῶν πολεμίων ὑμῖν· ἀναδραμεῖσθε δὴ λοιπὸν ἐπὶ τὰ τείχη, τὸν μὲν πόλεμον διὰ πολλὴν ἀπόγνωσιν ἀφέντες, τὴν ἐξ ἐκείνων δὲ προσδοκῶντες ἕξειν ἀσφάλειαν, καὶ δὴ καὶ περὶ τὰς εἰωθυίας ἐπὶ τῶν τειχῶν φυλακὰς πᾶσαν ἕξετε τὴν ἀσχολίαν· καὶ τὸ δὴ
μεῖζον. “ Πύλαι τῶν πόλεων διηνοίχθησαν, καὶ τὰ βασίλεια διέπεσε, καὶ ἡ ὑπόστασις ἀπε- v. 7.
καλύφθη· καὶ αὕτη ἀνέβαινε, καὶ αἱ δοῦλαι αὐτῆς ἤγοντο, καθὼς περιστεραὶ φθεγγόμεναι

ut verba ad compendium conferam, bellica omnis peritia tua cunctaque vis ex incolatu hominum exterminabitur. Deinde veterem eorundem potentiam memorat, quae ab illis contra fas exercita, nihil in praesenti profutura erat. “ Viri strenui ignem ludibrio habentes. „ Vos quondam, ait, tantis viribus pollebatis, ut ipsi flammae certare non dubitaretis. “ Habenae curruum illorum, in die praeparationis eius; equites turbabuntur in viis. „ Equis olim curribusque fidistis, qui nunc inutiles sunt. Nam quo tempore Deo visum fuerit poenam vobis infligere, trepidatio currus et equites occupabit, ita ut metu hostium nihil agere queant. “ Confundentur currus, et in plateis collidentur. „ In fugam, inquit, se coniicient: hac autem trepidatione inter se collisi, ante hostium adventum pessum ibunt. “ Aspectus eorum ut lampades igneae, ut fulgura discurrentia. „ Ironice id dicit: nempe vos nihil fulgure differre vosmet putavistis, qui lucentibus armis praediti, vehementi impetu in hostes ferebamini.

“ Fugae interdiu memores erunt optimates; in trepidatione sua festinabunt moenia tenere; propugnacula sua praeparabunt. „ Vester ille apparatus atque armatura in cassum fiet. Itaque omisso proelio fugam meditabimini: neque hac ipsa expedite utemini; sed cum ingenti consternatione currentes ob ingruentem hostium metum, ad moenia, quae sola reliqua erunt, festinabitis, pugna ob desperationem omissa: atque hinc tutelam expectabitis, et ad consuetam murorum custodiam studio omni incumbetis. Quod vero gravius est “ portae urbium patuerunt, regia palatia conciderunt, opes revelatae sunt. Ipsa ascendit, et ancillae eius praecedebant, ceu columbae loquentes in corde suo. „ Sed enim ne perfugii quidem

ἐν καρδίᾳ ἑαυτῶν. „ Ἀλλὰ γὰρ οὐδὲ τὸ περὶ τὰ τείχη σπουδῆς ὄφελος τί γέγονεν ὑμῖν·
p. 330. κρατήσουσι γὰρ τῆς πόλεως οἱ πολέμιοι, καὶ διά γε τῶν πυλῶν μετὰ πολλῆς εἰσελεύσονται τῆς
ἀδείας· τὰ βασίλεια τε παντελῶς ἀφανιοῦσι· πᾶσάν τε σου τὴν ὕπαρξιν καὶ πάντας τοὺς
περιόντας σοι θησαυροὺς δι' ἁρπαγῆς ποιησάμενοι, καταφανῆ πᾶσιν ἐργάσονται, καὶ τὰ πά-
*cod. ἀναβήσῃ. λαι σοι διὰ πολλῆς τε ὄντα φυλακῆς καὶ κεκρύφθαι δοκοῦντα. Καὶ αὐτὴ μὲν ἀνέβαινε. * „
Πρὸς τὴν Νινευὴ δὲ ὁ προφήτης φησὶν, ἀντὶ τοῦ ἀναβήσῃ τὸ ἀνέβαινεν εἰπὼν, καθὼς ἐναλ-
λάττειν εἴωθε τὸν χρόνον· ἀναβήσῃ γάρ φησιν, ἐπὶ τὸν τῶν πολεμίων ἀγομένη βασιλέα
ὡς αἰχμάλωτος ἔσῃ λοιπόν· καὶ πᾶσαι δέ σου αἱ ὑπήκοοι πόλεις τε καὶ χῶραι, δούλας
γὰρ ταύτας ὠνόμαζε, μακρὰ χαίρειν εἰποῦσαι τῇ προσούσῃ σοι πρότερον βασιλείᾳ, ἐπὶ
τὴν αἰχμαλωσίαν ἀχθήσονται πᾶσαι σὺν σοὶ κατ' ἔννοιαν περιστερᾶς δίκην τὰς ἑαυτῶν τε
καὶ σοῦ στενάζουσαί τε καὶ ὀδυρόμεναι συμφοράς.

Εἶτα τὴν παλαιὰν εὐπραγίαν αὐτῶν φησὶ, διαιρῶν εἰς ταῦτα τὸν λόγον· καὶ ποτὲ μὲν
ἐν οἵοις ἐξετασθήσεται κακοῖς διδάσκων, ποτὲ δὲ τὴν πάλαι προσοῦσαν αὐτοῖς ἐκτιθέμενος
δυναστείαν· ὡς ἂν καὶ τούτῳ τὸ συμβαῖνον αὐτῇ πάθος αὐξήσειεν, εἰ ἀπὸ τοιούτων εἰς τοιαῦτα
v. 8. ἀφικνεῖσθαι μέλλοι. " Καὶ Νινευὴ ὡς κολυμβήθρα ὕδατος τὰ ὕδατα αὐτῆς· καὶ αὐτοὶ
φεύγοντες οὐκ ἔστησαν, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐπιβλέπων. „ Πάλαι μὲν γὰρ κολυμβήθρας μεγίστης
p. 310. διήλλαττον οὐδὲν ὑπερχεομένης τῷ ὕδατι πανταχόθεν, καὶ πολλοὺς ἐν ἑαυτῇ τρεφούσης
ἰχθύας· οὕτω πολλοῦ μὲν γέμουσα πλήθους οἰκείου· πολλοὺς δὲ ἐκ τῶν πολέμων αἰχμαλώτους
ἔχουσα παρ' ἑαυτῇ· νυνὶ δὲ εἰς τοῦτο κατέστησαν ταλαιπωρίας, ὡς μὴ δὲ βραχύτατον στῆναι
πρὸς τὴν πολεμίαν δυνάμενοι, πρὸς φυγὴν ἰδεῖν· εὑρίσκετο δὲ οὐδεὶς τοῖς τοσούτοις ἐφο-
v. 9. ρῶν κακοῖς, ἢ τινα διόρθωσιν αὐτοῖς ἐπάγων. " Διήρπαζον τὸ ἀργύριον, διήρπαζον τὸ
χρυσίον. „ Ἅπαντα δὴ λοιπὸν δι' ἁρπαγῆς οἱ πολέμιοι τὰ παρ' αὐτοῖς ἐποιοῦντο· " Καὶ
οὐκ ἦν πέρας τοῦ κόσμου αὐτῆς. „ Ἀναρίθμητον τινὰ πλοῦτον αὐτῶν ἀφαιρούμενοι, ὥσπερ

ad muros ulla vobis utilitas est: potientur enim civitate hostes, perque portas multa cum securitate ingredientur; regias domos a fundamentis evertent; opes tuas omnes atque thesauros dum diripiunt, publicos facient; quaecumque scilicet diligenti olim et arcana custodia servabas. " Et ipsa ascendit. „ Ninivem scilicet dicit propheta. (Pro ascendes ait ascendit, more suo tempora commutans.) Ascendes, inquit, ad inimicum regem deducta, captiva deinde mansura: cunctaeque tibi subditae urbes atque pagi (his enim ancillarum nomina facit) multum valere iubentes pristinum imperium tuum, servitio tecum addicentur; tacita cogitatione, columbae more, suam pariter atque tuam maerentes calamitatem.

Deinde pristinam felicitatem dicit, sic distributo sermone, ut modo mala quibus illa cruciabitur narret, modo veterem commemoret dignitatem: nimirum ut incidens infortunium ideo gravius fiat, quod talis urbs ad talia devenerit. " Ninive, ut aquae piscina aquae eius. Ipsi arrepta fuga nusquam substiterunt; nec erat qui aspiceret. „ Olim quidem a piscina maxima non differebant, aquis undique affusis, multitudine piscium ibidem alita. Sic videlicet Ninive multitudine populi redundabat; multos quoque bello captos homines apud se habens. Nunc vero tanta adversitate sunt oppressi, ut ne brevissime quidem contra hostes in acie steterint, quominus se fugae statim committerent. Porro autem nemo inventus est, qui his malis mentem intenderet, aut iisdem medicinam aliquam faceret. " Diripuerunt argentum, diripuerunt aurum. „ Cunctas horum opes praedae habuerunt hostes. " Neque erat finis ornamentorum eius. „ Innumeras divitias eripuerunt, quibus

ἐκοσμεῖτο τὸ πρόσθεν. " Βεβάρυνται ὑπὲρ πάντα τὰ σκεύη αὐτῆς τὰ ἐπιθυμητά. „
Πολλὴν γοῦν μάλιστα τὴν σπουδὴν ἐποιοῦντο τὰ δοκοῦντα τίμια εἶναι, καὶ ἃ μετὰ πολλῆς
ἔχον τῆς ἐπιθυμίας ἀφελέσθαι παρ' αὐτῶν· τὸ γὰρ βεβάρυνται, ὅμοιόν ἐστι τῷ ἐν τῇ Βασι-
λείαις, ἐβαρύνθη ὁ πόλεμος ἐπὶ Σαοὺλ *, ἵνα εἴπῃ ὅτι κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος ἐπέκειτο * I. Reg. XXXI 3.
μάλιστα οἱ πολέμιοι· οὕτω κἀνταῦθα τὸ βεβάρυνται λέγει, ἵνα εἴπῃ ὅτι πλείων περὶ ἐκεῖνα
ἡ σπουδὴ τοῖς πολεμίοις ἐγίνετο.

" Ἐκτιναγμὸς καὶ ἀνατιναγμὸς, ἐκβρασμὸς καὶ καρδίας θραυσμὸς, καὶ ὑπόλυσις v. 10.
γονάτων, καὶ ὠδῖνες ἐπὶ πᾶσαν ὀσφὺν, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτῶν ὡς πρόσκαυμα χύτρας. „
Βούλεται εἰπεῖν ὅτι ποικίλοις ἐκ τῶν πολεμίων περιβληθήσονται τοῖς κακοῖς ἐκτιναττόμενοι p. 341.
καὶ ἐκβραζόμενοι· ὡς παντελῶς μὲν αὐτοῖς τῆς διανοίας σβεσθῆναι τὸν λογισμόν· ἐκλελυ-
μένους δὲ ὑπὸ τοῦ δέους μὴ δὲ στῆναι δύνασθαι ῥαδίως, ἐν ὀδύναις τε κοιναῖς ἅπαντας εἶναι·
καὶ συντόμως εἰπεῖν τοιούτοις ἐκ τῆς τῶν κακῶν ἀπορίας εἶναι, ὡς μηδὲν ἀπεοικέναι κεκαυμένης
χύτρας ὑπὸ πυρός. Καὶ πάλιν ἐπὶ τὴν μνήμην ἄγων αὐτοὺς τῆς παλαιᾶς δυναστείας. " Ποῦ v. 11.
ἐστι τὸ κατοικητήριον τῶν λεόντων καὶ ἡ νομὴ ἡ οὖσα τοῖς σκύμνοις; " Ἀλλὰ γὰρ οἴχεται δὲ
αὐτῶν καὶ ἡ νομὴ πᾶσα· καὶ γὰρ σκύμνους τὸ αὐτὸ λέγει, τουτέστι τοὺς λέοντας· βούλεται δὲ
εἰπεῖν ὅτι πάλαι μὲν οἱ τὴν Νινευὴ κατοικοῦντες, λεόντων δίκην ἦτε πᾶσι τοῖς λοιποῖς φο-
βεροὶ, καὶ τὰ πανταχόθεν ἐκ τῶν πολέμων λαμβάνοντες ἠθροίζετε παρ' ἑαυτοῖς· νῦν δὲ καὶ
Νινευὴ τὸ κατοικητήριον ὑμῶν οἴχεται, καὶ πάντα σὺν αὐτῇ ὁπόσα τε ἠθροισμένα παρ'
ἑαυτοῖς τὸ πρότερον εἴχετε. " Ποῦ ἐπορεύθη λέων, τοῦ εἰσελθεῖν; „ Σφόδρα διασυρτικῶς·
ὡς γὰρ ἐν πολέμοις αὐτῶν πάντοτε ὄντων, καὶ ἀεί που τισὶν ἐπιόντων ὡς ἐπί τινα θήραν,
ποῦ δή φησι νῦν ἀπελήλυθεν ὁ κρατῶν ὑμῶν; ἐπὶ ποίαν ἀπελήλυθε θήραν; ἵνα εἴπῃ
ὅτι πέπαυται τοῦ πολεμεῖν, ἀπέθετο τὴν ἐξουσίαν καὶ τὴν δύναμιν τὴν πρόσθεν. p. 342.
Διὸ ἐπάγει. " Ἐκεῖ σκύμνοι λεόντων, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐκφοβῶν· λέων ἥρπασε τὰ ἱκανὰ v. 12.

antea ornabatur. " Aggravati sunt super omnem suppellectilem eius desiderabilem. „ Vehementi studio ad pretiosa quaeque ruerunt, multamque diripiendi eam cupiditatem prae se tulerunt. Nam dictio aggravati sunt, idem significat atque in regnorum libris aggravatum est proelium contra Saulem; ut denotetur, illa potissimum parte vires hostium sese intendisse. Ita heic etiam aggravati sunt dicitur, ut intelligamus, potissimum hostium studium circa opes esse versatum.

" Excussio et rediscussio, et ebullitio, et cordis confractio, et genuum dissolutio, et dolores omnium renum, et facies eorum ut adustio ollae. „ Significat fore ut eos inimici variis adficiant malis, crebro excutientes, et eiicientes, ita ut universum iis extinguatur mentis ratiocinium. Timore autem enerves ne stare quidem facile poterunt, et communibus quatientur angoribus: atque ut breviter dicam, tantis ob has clades prementur angustiis, ut ferventis ab igne ollae haud dissimiles visuri sint. " Ubinam est leonum habitaculum, et pascua catulorum? „ Periit leonum habitaculum, et omnia pascua eorum. Nam catuli iidem sunt atque leones. Significat autem, Ninives olim incolas leonum instar cunctis populis fuisse terribiles, et undequaque bellis sibi opes parasse. Nunc vero etiam Ninive, inquit, habitaculum vestrum periit, simulque quidquid opum illic antea congesta habuistis. " Quo abiit leo, ut ingrederetur? „ Valde hoc irridenter. Nam quia Assyrii perpetuis in bellis versati fuerant, semperque aliquos veluti venando persecuuti; quonam, inquit, dux vester abiit? in quam venationem profectus est? Utique dicit finem bellandi factum, et potentiam vimque pristinam fuisse depositam.

τοῖς σκύμνοις αὐτοῦ, καὶ ἀπέπνιξε τοῖς λέουσιν αὐτοῦ, καὶ ἔπλησε θήρας νοσσιὰν αὐτοῦ, καὶ τὸ
κατοικητήριον αὐτοῦ ἁρπαγῆς. „ Πρότερον μὲν γὰρ λεόντων δίκην ἐπῄειτε πᾶσι, καὶ φόβος
ὑμᾶς τοῦ τοιαῦτα ποιεῖν ἐπεῖχεν οὐδείς· δι᾽ ἁρπαγῆς δὲ τὰ ἑτέρων ποιούμενοι, πλοῦτον ἑαυτοῖς
συνελέγετε πλεῖστον, αὐτάρκη καὶ τοῖς ἐξ ὑμῶν εἰς ἀπόλαυσιν, ἀναιροῦντες τε καὶ συμπνί-
γοντες ἑτέρους, ὥσπερ τινὰ θήραν τοῖς γεννήμασι συνελέγετε τοῖς οἰκείοις, ἐξ ἁρπαγῆς καὶ
v. 13. παρανομίας τὸν πλοῦτον αὔξοντες τὸν οἰκεῖον. Τί οὖν; “ Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἐπὶ σὲ, λέγει κύριος
παντοκράτωρ· καὶ ἐκκαύσω ἐν καπνῷ πλῆθός σου, καὶ τοὺς λέοντάς σου καταφάγεται μά-
χαιρα· καὶ ἐξολοθρεύσω ἐκ τῆς γῆς τὴν θήραν σου· καὶ οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἔτι τὰ ἔργα σου. „ Ὑπὲρ
δὴ πάντων ἐκείνων ἀπεφήνατο κατὰ σοῦ νῦν ὁ θεὸς, ὅτι ἐν πυρὶ μὲν ἀναλωθήσεται καὶ
στενοχωρίᾳ πλείστῃ τὸ πλῆθός σου· τοὺς δὲ ἐν σοὶ δοκοῦντας εἶναι δυνατοὺς ἀνελοῦσιν οἱ πο-
λέμιοι· ἀφανισθήσεται δὲ πάντα ὁπόσα συνέλεξας κακῶς, ὡς πᾶσαν μέν σου καταλυθῆναι τὴν
δύναμιν, ἀκουσθῆναι δὲ περὶ σοῦ μηκέτι μηδὲν, ὥς τι πεποιηκότος καὶ ἀπολωλότος καθάπαξ.

ΚΕΦ. Γ΄.

p. 313. v. 1. Εἶτα τὴν τιμωρίαν εἰπὼν, ὀνειδίζει πάλιν τὴν κακίαν· “ Ὦ πόλις αἱμάτων ὅλη ψευ-
δὴς, ἀδικίας πλήρης. „ Πείσεσθε δὴ ταῦτα φησὶν, ὑπὲρ ὧν περὶ φόνους ἅπασαν εἴχετε τὴν
σχολὴν, καὶ πολλοὺς ψεύδει τε καὶ ἀπάτῃ κεχρημένοι ἀδικεῖν ἐπεχειρεῖτε τὰ ἀνήκεστα· οἷόν τι
* IV. Reg. XVIII. 28. ὁ Ῥαψάκης * ἐπὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐποίει ὑποσχέσεσιν ἀγαθῶν αὐτοὺς ἐξαγαγεῖν βουλόμενος.
“ Οὐ ψηλαφηθήσεται θήρα. „ Ἵνα εἴπῃ ὅτι οὐκέτι θήρας ἕξεις καιρὸν, καὶ πολλὰ ζητήσας
οὐκ ἰσχύσεις τι διαπράξασθαι· τοῦτον, ἐκ μεταφορᾶς αὐτὸ τῶν ἐπιμελῶς τι ψηλαφίᾳ ζη-
v. 2. τούντων, εἰρηκώς· διὰ τί; “ Φωνὴ μαστίγων, καὶ φωνὴ σεισμοῦ τροχῶν, καὶ ἵππου διώκοντος,

Idcirco addit: “ ibi catuli leonum erant, nemine territante: leo venabatur catulis suis alimoniam, et catulorum suorum gratia suffocabat: venatione nidum suum complevit, cubile suum rapinis. „ Antea quidem, ait, leonum more passim vim faciebatis, nullusque vos ab ea violentia deterrebat metus. Direptis alienis, ingentes vobis opes comparavistis, quibus vestri quoque liberi fruerentur. Occidistis, suffocastis populos, atque hos praedae instar soboli vestrae utendos obiecistis: rapina et scelere divitias vestras exaggeravistis. Quid porro? “ En ait tibi Dominus omnipotens: incendam fumo multitudinem tuam; leones tuos gladius absumet; venationem tuam exterminabo; et non audientur ultra opera tua. „ Ob ea scelera omnia, de te nunc ita edixit Deus, flammis atque pressuris plurimis consumptum iri populum tuum; fortissimum quemque civium tuorum ab hostibus caesum iri; quaecumque improbe coacervasti, vastatum iri: destructum iri denique dominatum tuum, nullamque tui mentionem deinceps futuram, quasi hominis qui aliquid fecerit, idemque mox funditus perierit.

CAP. III.

Deinde punitione dicta, malitiam rursum obiurgat. “ O sanguinaria civitas, tota mendax, iniquitate plena! „ Patiemini haec, inquit, quia semper caedibus indulsistis, multosque mortales per fraudem atque mendacium iniustis necibus irretire conati estis; veluti Rhapsaces falsis promissionibus nisus est Hierosolymorum cives urbe deducere. “ Non contrectabitur venatio. „ Nempe haud amplius venandi occasio suppetet; multaque moliens, nihil efficere poteris. Idque ait sumpta metaphora ab iis qui curiosa aliquid contrectatione vestigant. Cur? “ Vox verberum et

καὶ ἅρματος ἀναβράσσοντος, ἱππέως ἐλαύνοντος, καὶ στιλβούσης ῥομφαίας, καὶ ἐξαστρα- v. 3.
πτόντων ὅπλων, καὶ πλήθους τραυματιῶν, καὶ βαρείας πτώσεως· „ Ταῦτα γὰρ ὑμᾶς ἀντὶ
ἐκείνων διαδέξεται φησὶ, μάστιγες, καὶ κτύπος τροχῶν, καὶ ἵππων ἐλασία, καὶ ἁρμάτων
θόρυβος πολὺς, καὶ ἱππέων δίωξις, καὶ ξίφη μετὰ τῶν λοιπῶν ὅπλων φοβερὰ καὶ ἰδεῖν τῇ
λαμπρότητι τῇ οἰκείᾳ· ἀφ' ὧν δὴ πολλοὶ μὲν πληγήσονται, πολὺς δὲ θάνατος ἔσται τῶν
ἀναιρουμένων. " Καὶ οὐκ ἦν πέρας τοῖς ἔθνεσιν αὐτῆς. „ Καὶ οὐδὲ στήσεται τοῖς ὑπηκόοις αὐτῆς τὰ
κακὰ, ἀλλ' ἀεί τι τὸ πρῶτον ἕτερον διαδέξεται κακόν. „ Καὶ ἀσθενήσουσιν ἐν τοῖς σώ-
μασιν αὐτῶν ἀπὸ πλήθους πορνείας. „ Πολλῶν δέ φησιν ἀναιρουμένων, εἰς ὀλιγίστους ἄγαν p. 311.
αὐτῶν ὁ ἀριθμὸς περιστήσεται· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ ἀσθενήσουσιν ἐν τοῖς σώμασιν αὐτῶν, ἵνα
εἴπῃ ὅτι ὀλίγα περιλειφθήσεται σώματα· καὶ τὴν αἰτίαν λέγων, ἀπὸ πλήθους πορνείας·
ταῦτα γὰρ πείσονται φησὶν ὑπὲρ ὧν πλεῖστον ὅσον ἐξετράπησαν τοῦ θεοῦ· καὶ τοῦτο πρέπειν
ἄξιον τῶν δοκούντων αὐτῷ.

Εἶτα ὀνειδίζων ἐπάγει. " Πόρνη καλὴ καὶ ἐπίχαρις ἡγουμένη φαρμάκων. „ Σὺ δὴ v. 4.
φησὶν ἥδε ἡ τοῦ προσήκοντος ἐκτετραμμένη, εὐπρεπὴς μὲν ἑαυτῇ φαινομένη διὰ τὴν περιοῦ-
σαν δυναστείαν, ἐπίχαρις δὲ διὰ τοὺς ταύτης ἕνεκέν σε θεραπεύειν ἐσπουδακότας, καὶ δὴ
καὶ πάντων ἔξαρχος τῶν τῆς ἀσεβείας ἐθῶν ἑτέροις ἐγένου. " Ἡ πωλοῦσα ἔθνη ἐν τῇ πορ-
νείᾳ αὐτῆς, καὶ φυλὰς ἐν τοῖς φαρμάκοις αὐτῆς. „ Ὁλόκληρα γὰρ ἔθνη καὶ φυλὰς ὅλας τῇ
ἐξουσίᾳ κατακεχρημένη τῇ οἰκείᾳ, εἰς τὴν αὐτὴν σοι συμμετήγαγες ἀσέβειαν, καὶ πᾶσαν δὴ
τὴν περὶ τὰ τοιαῦτα σπουδήν. " Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπὶ σὲ, λέγει κύριος ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ· v. 5.
καὶ ἀποκαλύψω τὰ ὀπίσω σου ἐπὶ τὸ πρόσωπόν σου· καὶ δείξω ἔθνεσι τὴν αἰσχύνην σου, καὶ
βασιλείαις τὴν ἀτιμίαν σου, καὶ ἐπιρρίψω ἐπὶ σὲ βδελυγμὸν, καὶ τὰς ἀκαθαρσίας σου·
καθίσομαί σε εἰς παράδειγμα. „ Τοιγαροῦν ἐγώ σοι, φησὶν ὁ θεὸς, ἀνάλογον ταῖς τοιαύ- v. 6.
ταις ἀτοπίαις ἐπάξω τὴν τιμωρίαν· περιβαλῶ γάρ σε φησὶν αἰσχύνῃ παντοίᾳ, ὥσπερ ἂν p. 312.

vox commotarum rotarum, et equi persequentis, currusque ferventis, equitis agitantis, gladii splendidi, et armorum luce micantium, multitudinis vulneratae, gravisque ruinae. „ Haec vos, ait, pro superiore fortuna manent, verbera, et rotarum sonitus, et equorum persequutio, et enses, cum ceteris armis vel ipso splendore terribilibus; unde multi caedentur, multaque interfectorum funera erunt. " Et non erat (finis) gentibus eius. „ Subditorum eius mala non interquiescent, sed aliud ex alio consequetur. " Infirmabuntur in corporibus suis a multitudine fornicationum. „ Multis interfectis, ad paucos admodum redigetur illorum numerus. Hic enim significatus est verborum infirmabuntur in corporibus suis. Pauca, inquit, supererunt corpora; causamque rei tradit multitudinem fornicationum. Haec, ait, patientur, quia mirum quantum a Deo recesserunt. Atque haec Dei placita merito ad exitum deducenda sunt.

Deinde conyicians ait: " meretrix pulchra et gratiosa, dux veneficiorum. „ Tu, inquit, illa es quae ab officio recessisti, quaeque speciosa tibi ob imperium videbaris, gratiosa propter eos qui dominatus tui causa te colere certabant; et quidem ceteris quoque impiorum morum auctrix fuisti. " Quae vendis gentes fornicatione tua, et tribus pharmacis tuis. „ Gentes integras tribusque totas, potestate tua abutens, ad impietatis tuae societatem pellexisti. " Ecce ego super te, ait, dominus Deus omnipotens; revelabo posteriora tua super faciem tuam: ostendam gentibus ignominiam tuam, regibus probrum tuum, iaciamque super te abominationem et immunditiam tuam; statuam te in exemplum. „ Quamobrem, ait Deus, congruas

εἴ τις αἰκίζεσθαι τινὰ μέλλων, ἀφελὼν τὴν ἐσθῆτα ἐπὶ τὸ πρόσωπον ἑλκύσειεν ἅπασαν, ὡς
αἰσχρὰν μὲν εἶναι τῆς γυμνώσεως τὴν θέαν, πικρὰν δὲ τὴν τοῦ αἰκισμοῦ τὴν προσδοκίαν· περιβεβλη-
μένος δὲ τῇ ἐσθῆτι τὸ πρόσωπον, μὴ δὲ διορᾶν τὰ προκείμενα δύνασθαι· οὕτω δή φησιν
ἅπαντά σου τὸν κόσμον ἀφελὼν, εἰς ἀτιμίαν καταστήσας τὴν ἐσχάτην, τῇ τῶν πολεμίων ἐκ-
δώσω τιμωρίᾳ· ὥστε πᾶσι μὲν τοῖς ἁπανταχοῦ περιφανῆ σου τὴν αἰσχύνην καὶ τὴν ἀτιμίαν
γενέσθαι, βδελυκτὴν δέ σε καὶ διὰ τῆς ἀκοῆς ἅπασι φαίνεσθαι μόνης, ὑπὲρ ὧν εἰς τοσαύτην
εὐτέλειαν κατενήνεξαι· πτῶμά τι γεγονυῖα πάντων καὶ παράδειγμα τῆς ἐσχάτης ἀτιμίας
v. 7. ἀποδειχθεῖσα τῇ ὑπερβολῇ τῶν κακῶν. “ Καὶ ἔσται πᾶς ὁ ὁρῶν σε, καταβήσεται ἀπὸ σοῦ,
καὶ ἐρεῖ, δειλαία Νινευὴ τίς στενάξει ἐπ' αὐτήν, πόθεν ζητήσω παράκλησιν αὐτῇ; „ οἱ
δὴ ταῦτα λοιπὸν ὁρῶντες, καὶ τὴν προσοῦσαν σοι πρόσθεν εὐπραγίαν εἰδότες σαφῶς, ἀπο-
στάντες τῆς ὑπολήψεως ἐκείνης ἧς εἶχον περὶ σοῦ, εἰς ἔλεον τὸ κατὰ σοῦ μεταστήσουσι μῖσος·
τοῦτο γὰρ λέγει τὸ καταβήσεται ἀπὸ σοῦ, ὥστε καὶ ἐλεεῖν σε τῶν κατεχόντων κακῶν, συλλο-
γιζομένους ὡς οὔτε δυνατὸν τινὰ ἐπαξίως ὀδύρεσθαι τὴν ἐπιγεγονυῖαν σοι συμφορὰν, ἀλλ' οὐδὲ
p. 246. παράκλησιν τινὰ καὶ θεραπείαν εὑρεθῆναι οἷόν τε τῶν τοσούτων κακῶν.
v. 8. “ Ἅρμοσαι χορδὴν, ἑτοίμασαι μερὶς Ἀμμὼν, κατοικοῦσα ἐν ποταμοῖς, ὕδωρ κύκλῳ
αὐτῆς· ἧς ἡ ἀρχὴ θάλασσα καὶ ὕδωρ τὰ τείχη αὐτῆς. „ Τινὲς Ἀμμὼν ἔφασαν ἐνταῦθα
λέγεσθαι τὴν ὀνομαζομένην νῦν Ἀλεξάνδρειαν ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου· καί τοι γε δῆλον ὅτι ἐγγύς
που μετὰ τετρακόσια ἔτη τῆς προφητείας ταύτης Ἀλέξανδρος ὁ τῆς Μακεδονίας γέγονε βασι-
λεὺς, ὃς σὺν πολλοῖς ἑτέροις κατεσχηκὼς τῆς Αἰγύπτου, ἐπώνυμον ἑαυτοῦ τὴν Ἀλεξάνδρειαν
πεποίηκεν· εἰ μὴ ἄρα τίς ἐκεῖνο λέγοι ὅτι καὶ πρὸ τούτου πόλις ἦν αὐτόθι Ἀμμὼν λεγο-
μένη, περὶ ἧς τὰ νῦν ὁ προφήτης φησίν· ἀλλὰ γὰρ, ὃ πολλάκις ἔφην, περιττὴν εἶναι τὴν
τοιούτων ἡγοῦμαι τὴν ἀκριβολογίαν, ὁπότ' ἂν μηδὲν εἰς φανέρωσιν τῆς προκειμένης συντελῇ

huic vesaniae poenas imponam: cooperiam, inquit, te ignominia omnimoda: veluti cum quis aliquem excruciaturus detractam ei vestem in vultum congerit universam, ut turpe sit nuditatis spectaculum, amara autem cruciatuum expectatio; qui quidem capite vestibus obvoluto, ne rem quidem praesentem cernere potest. Prorsus ita, ait, detracto omni ornatu tuo, in extrema te ignominia constitutam, hostibus puniendam tradam. Sic omni genti probrum tuum ac turpitudo exploratissima fiet: tuique nominis vel sola auditio cunctis erit abominabilis, postquam in tantam vilitatem decideris, proculcata ab omnibus, excessuque malorum ad summae ignominiae exemplum proposita. “ Et erit, quicumque viderit, descendet a te, dicetque: Ninive infelix, quis illi ingemiscet? quodnam ei solamen conquiram? „ Qui haec in posterum viderint, ac superioris gloriae tuae probe meminerint, omissa illa de te aestimatione, odium misericordia commutabunt; id enim aiunt verba descendet a te; tuaque mala miserabuntur, mente reputantes fieri non posse ut digne quis inflictam tibi calamitatem deploret, aut solamen aliquod vel remedium excogitet.

“ Apta chordam, compara te pars Ammon, quae incolis flumina: aqua in circuitu eius; initium eius mare, aqua moenia eius. „ Nonnulli dixerunt Ammonem heic appellari Alexandriam Aegypti. Atqui compertum est, quadringentis circiter post hanc prophetiam annis Alexandrum Macedonum regem extitisse, qui occupata cum aliis multis regionibus Aegypto, cognominem sibi Alexandriam condidit. Quod si quis dicat, ante hunc quoque extitisse in eo loco urbem nomine Ammonem, deque hac modo prophetam loqui; profecto, quod saepe iam monui, supervacaneam

διανοίας· ὥστε καὶ ἐπίδειξιν τινὰ κενὴν εἶναι τὴν περὶ τὰ τοιαῦτα ἀκριβολογίαν, ἵνα δὴ δο-
κῶσι τοὺς ἀδηλοτέρους ταῖς ὀνομασίαις ἑρμηνεύειν τόπους· μυθωδέστερον δὲ ἔτι τὸ παρ' αὐτῶν
λεγόμενον ὅτι τῆς Ἀλεξανδρείας τὴν ἀπώλειαν ὁ προφήτης λέγει· ὡς ἂν δείξειεν ὅτι μηδὲν
θαυμαστὸν, εἰ καὶ περὶ τὴν Νινευὴ τι γέγονε τοιοῦτο· οὐ γὰρ ψυχαγωγεῖν ἐν τοῖς λόγοις ὁ προ-
φήτης πειρᾶται τὴν Νινευή· ψυχαγωγίας δὲ ἦν τὸ ἑτέρων συμφορᾶς μεμνῆσθαι, ὡς ἂν ἐκ
ταύτης ὁ πεπονθὼς παρακαλοῖτο· εἰώθαμεν γοῦν ἀεὶ τοὺς πενθοῦντας τῇ μνήμῃ παρα- p 317
καλεῖν τῶν ὁμοίων, ὡς ἂν μὴ ἄγαν ἀθυμοῖεν, καινόν τι τὰ κατ' αὐτοὺς νομίζοντες· εἶναι
τοὐναντίον μὲν οὖν διὰ πάντων δῆλός ἐστιν ὁ προφήτης τῇ μειώσει τῶν προσοισομένων τῇ
Νινευὴ κακῶν, τὴν παλαιὰν αὐτῆς συνάπτων εὐπραγίαν, ἀφ' ἧς δὴ μάλιστα τὸ συμβαῖνον
αὐτῇ κακὸν αὐξάνεσθαι ἤμελλεν· ἀλλὰ γὰρ ταῦτα μὲν ἐκ περιουσίας εἰρήσθω· ὁ δὲ νοῦς τῶν
ῥητῶν οὗτός ἐστιν· εἰσελήλυθεν ἄχρι τῆς Αἰγύπτου ὁ ἀσσύριος, πλεῖστα καὶ τοὺς αὐτόθι διαθεὶς
κακά· ὥστε καὶ τοὺς ἐκπεφευγότας τῶν Ἰσραηλιτῶν καὶ αὐτόθι διάγοντας μεγίσταις περιβα-
λεῖν συμφοραῖς, ὡς ὁ προφήτης δείκνυσιν Ὠσηέ· * διὰ τοῦτο ἰδοὺ πορεύσονται ἐκ ταλαιπω- * Os. IX. 6.
ρίας Αἰγύπτου, καὶ ἐκδέξεται αὐτοὺς Μέμφις, καὶ θάψει αὐτοὺς Μαχμάς· δηλοῖ δὲ ἅπερ ὑπὸ
τῶν ἀσσυρίων εἰσεληλυθότων εἰς τὴν Αἴγυπτον πάσχειν ἤμελλον οἱ ἐπ' αὐτὴν καταπεφευγότες
τῶν Ἰσραηλιτῶν· ὥσπερ τοίνυν ἐν τοῖς ἀνωτέροις τὰ καταληψόμενα τοὺς ἀσσυρίους λέγων
κακὰ, ἐπὶ τὸν Ἰούδαν ἀπέστρεψε τὸν λόγον, ἑορτάζειν αὐτὸν κελεύων ὡς ἐν εἰρήνῃ καθεστῶτα
λοιπὸν, τοῦ τὸν ἐπεληλυθότα αὐτῇ πολέμιον ἀνῃρῆσθαι· οὕτω κἀνταῦθα ἐπὶ τὴν Ἀμμὼν πόλιν
οὖσαν τῆς Αἰγύπτου τρέπει τὸν λόγον, καί φησιν. « Ἀνάλαβε κιθάραν καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἡδονῆς
παρασκεύασαι διὰ ταύτης τὴν μὲν ᾄδειν τὴν ἀπώλειαν, σοῦ δὲ τὴν εἰρήνην· ἡ πανταχόθεν ὕδασι
περιβεβλημένη θαλάττῃ τε ὠχυρωμένη καὶ ποταμοῖς, ὤνησας ἐκ τούτων οὐδὲν, ἐπεληλυθότος p 318
τοῦ ἀσσυρίου· νῦν μέντοι γε πᾶσα τῆς ἐκείνου κακίας λέλυταί σοι ἡ ὑπόνοια· εἶτα ἐπάγει.

esse arbitror super his rebus curiositatem; si quidem nihil ea confert ad rei propositae intelligentiam. Quare subtilior de his disputatio, vana est ostentatio hominum, qui videri volunt incertiorum locorum nomina interpretari. Illud est apud eos fabulosius, cum aiunt de Alexandriae exitio prophetam loqui, ut ostendat nil mirum esse, si idem quoque Ninivae acciderit. Neque enim solari verbis Niniven propheta vult. Porro ad solamen pertinet, alienae calamitatis commemoratio, quasi haec malis exercitum recreet. Revera maestos consolari solemus mentione paria patientium, ne plus aequo animis concidant, quasi aliquid inusitati ipsis acciderit. Contra omnino exploratum est, prophetam eventuris Ninivae malis veterem illius felicitatem adiungere, qua calamitas eius comparatione gravior evadebat. Sed haec superfluitate quadam sermonis dicta sunto. Loci vero sententia est: venit usque in Aegyptum Assyrius, multa ibi quoque mala patravit; et quidem profugos illuc Israhelitas ibidemque degentes maximis incommodis adfecit, ut Oseas propheta demonstrat: propterea ecce fugient ab adversitate Aegypti, recipiet eos Memphis, sepeliet eos Machmas. Significat quae ab Assyriis Aegyptum ingressis perpessuri erant profugi Israhelitae. Sicuti ergo in superioribus, postquam correptura Assyrios mala recitavit, ad Iudae tribum verba convertit, iubens eam festum agere, et pace in posterum frui, quandoquidem adgressori eius extingui contigerat; ita et nunc ad Ammonem Aegypti urbem loquela conversa ait: sume citharam, multoque cum gaudio para te ad canendum fidibus Assyrii exitium tuamque pacem; tu quae aquis undique cincta, mari fluviisque vallata, nihil inde protecta fueras ab Assyrii incursione; nunc demum universa tibi maleficii ab eo patiendi formido sublata est. Deinde addit:

v. 9. " Αἰθιοπία ἡ ἰσχὺς αὐτῆς καὶ Αἴγυπτος, καὶ οὐκέτι πέρας τῆς φυγῆς σου· Φοὺτ καὶ Λίβυες
v. 10. ἐγένοντο βοηθοὶ αὐτῆς· καὶ αὐτὴ εἰς μετοικεσίαν πορεύσεται αἰχμάλωτος, καὶ τὰ νήπια αὐτῆς
ἐδαφιοῦσιν ἐπ' ἀρχαῖς τῶν ὁδῶν αὐτῆς. „ Καὶ γὰρ καὶ οὗτοι φησὶν Αἰθίοπές τε καὶ Λίβυες καὶ
πάντες δὴ ὧν πεποίημαι μνήμην, συμμαχίαν ἔθεντο πρὸς σὲ ἐν ἁπάσαις βοηθεῖν ἐπαγ-
γελλόμενοί σοι ταῖς ἀνάγκαις· ὠφέλησαν δὲ οὐδὲ ἀπὸ τούτων οὐδέν, ἀλλὰ φυγὴν τε ἀσχολουμένη
καὶ αἰχμάλωτος ταῖς τῶν πολεμίων ἀπαγομένη χερσίν, οἳ οὐδὲ τῶν νηπίων τῶν παρὰ σοὶ φειδὼ
ποιησάμενοι ἐρρίφασιν αὐτὰ νεκρὰ κατὰ πᾶσαν ὁδὸν πολυτρόποις ὑποβαλόντες σφαγαῖς· εὔ-
δηλον δὲ ὅτι Αἰθίοπας οὐ τοὺς πόρρω που ἀπῳκισμένους φησίν, ἀλλὰ τοὺς ὅσους ὁμόρους εἶναι
συνέβαινεν Αἰγυπτίοις. " Καὶ ἐπὶ πάντα τὰ ἔνδοξα αὐτῆς βαλοῦσιν κλήρους, καὶ πάντες οἱ
μεγιστᾶνες αὐτῆς δεθήσονται χειροπέδαις· „ Ἅπαντα μὲν γὰρ τὰ παρὰ σοὶ τίμια ἀφελόντες
οἱ πολέμιοι διενείμαντο κλήρους· καὶ τοὺς μέγα δὲ τῶν ἐν σοὶ δύνασθαι νομιζομένους χειρο-
v. 11. p. 240. πέδαις ἐμβαλόντες ἐπὶ τὴν αἰχμαλωσίαν εἷλκον. " Καὶ σὺ μεθυσθήσῃ. „ Ἐπειδὴ τὸν οἶνον
ἐπὶ τιμωρίας λαμβάνειν εἴωθε, βαρυτάτην φησὶν ὑπομένειν τὴν τιμωρίαν· ὥστε δίκην μεθ-
ύοντος τῇδε κἀκεῖσε περιαντλεῖσθαι τοῖς κακοῖς. " Καὶ ἔσῃ παρεωραμένη. „ Λόγος δὲ
οὐδενὶ γενήσεται τοῦ κατὰ σέ. " Καὶ σὺ ζητήσεις σεαυτῇ στάσιν ἐξ ἐχθρῶν σου. „ Ἐπιθυμήσεις
δὲ τινὰ ἄνεσιν τῶν κακῶν λαβεῖν, ὁπόσα δή σοι παρὰ τῶν πολεμίων κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον
v. 12. ἐπάγεσθαι μέλλει. " Πάντα τὰ ὀχυρώματά σου ὡς σύ. „ Καταλυθήσεται γὰρ παραπλη-
σίως σοι πάντα ὁπόσα δὴ πρὸς ἀσφάλειαν οἰκείαν πρότερον εἶχες. " Καὶ σκοποὺς ἔχουσι
ἐὰν σαλευθῶσι, καὶ πεσοῦνται εἰς στόμα ἐσθίοντος. „ Πειράσῃ δὴ διὰ πολλῶν ἀποσκοπεῖν
τὰ ἐσόμενα, ἐπειδ' ἂν τῆς παρουσίας τῶν πολεμίων δέξῃ τὴν ἀκοήν· οἱ δὲ ὀνήσουσί σε οὐδέν·
ἐκτραπέντες γὰρ τῶν ἐντεταλμένων πεσοῦνται ὑπὸ τοῖς πολεμίοις.
v. 13. " Ἰδοὺ λαός σου ὡς γυναῖκες ἐν σοί· τοῖς ἐχθροῖς σου ἀνοιγόμεναι ἀνοιχθήσονται πύλαι

" Aethiopia atque Aegyptus fortitudo eius. Non est terminus fugae tuae. Phut et Libes auxiliares eius sunt. Ipsa in deportationem ibit captiva. Parvulos ipsius solo allident in viarum eius capitibus. „ Nam et hi, inquit, Aethiopes et Libes, ceterique quorum mentionem feci, foedera tecum inierant, seque tibi in omni bellica necessitate adfuturos receperant. Veruntamen nihil opis hinc retulisti; dumque fugam maturares, capta es hostium manibus et abducta: qui sane ne parvulorum quidem tuorum miserti, exanimes abiicient passim in compitis, vario caedium genere enecatos. Constat autem heic Aethiopas dici non illos longe dissitos, sed qui Aegyptiis sunt finitimi. " Super praeclara quaeque eius mittent sortes, cunctique optimates eius manicis vincientur. „ Omnia tibi pretiosa eripientes hostes, sorte inter se diviserunt, cunctosque qui apud te potentatu pollebant manicis iniectis in captivitatem abduxerunt. " Et tu inebriaberis. „ Quia vino significare punitionem scriptura solet, gravissimam illi ait inflictum iri poenam, ut ebrii instar hinc inde obruatur adversitatibus. " Et despicieris. „ Nulla tui ratio habebitur. " Et tu quaeres tibi requiem ab inimicis tuis. „ Optabis levamine aliquo malorum potiri, quae tibi eo tempore ab hostibus tuis accident. " Omnes munitiones tuae sicut tu. „ Aeque ac tu corruent omnia quae olim tutelae tuae gratia tenebas. " Etiamsi speculatores habent, nihilominus quassatae corruent in os vorantis. „ Conaberis quidem multis exploratoribus ventura praenoscere, statim ac propinquantem hostem audieris: sed tamen custodum nullus fructus erit: namque ab imperatis stationibus deiecti in hostium potestatem incident.

" Ecce populus tuus tamquam feminae apud te. Hostibus tuis patefient portae

τῆς γῆς σου, καὶ καταφάγεται πῦρ τοὺς μοχλούς σου. „ Πάντες σου φησὶν οἱ κατὰ τὴν πόλιν ὑπή-
κοοι γυναικῶν δίκην ἐν ὀλολυγαῖς γενήσονται καὶ δέει· ἐπειδ' ἂν τὰς μὲν πύλας ὑπὸ τῶν
πολεμίων ἴδωσιν ἀνοιγείσας· κεκρατημένην δὲ ὑπ' αὐτῶν τὴν πόλιν πάσης τῆς πρότερον
αὐτῇ δοκούσης ἀσφαλείας περιστῆναι ὡς ὑπὸ πυρὸς ἀθρόον ἀναλωθείσης. “ Ὕδωρ περιο- p. 360. v. 14.
χῆς ἐπίσπασαι σεαυτῇ, καὶ κατακράτησον τῶν ὀχυρωμάτων σου. „ Πολλοῖς ἔθος ἐστὶ πρὸ
τῶν τειχῶν τάφρους ἐργάζεσθαι μεγίστας, καὶ πληροῦν ταύτας ὕδατος, ὡς μὴ ῥᾳδίαν ἐπὶ τὰ
τείχη τοῖς πολεμίοις εἶναι τὴν διάβασιν· τοῦτο οὖν λέγει κἀνταῦθα· ὅτι ἐφέλκυσαι τὴν ἐκ τοῦ ὕδα-
τος βοήθειαν, καὶ περίβαλε τούτῳ τὸ τεῖχος τὸ οἰκεῖον, καὶ πάντων τῶν εἰς ἀσφάλειαν σοι
κατεσκευάσθαι δοκούντων, πολλὴν ποίησαι τὴν ἐπιμέλειαν, εἴ πού τι ἐκ τούτων ὄφελος δέξαιο·
λέγει δὲ αὐτὰ εἰρωνικῶς διασύρων, ὡς οὐδενὶ βοηθεῖσθαι κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν οἵων τε ὄντων.
Ἐπάγει γοῦν. “ Ἔμβηθι εἰς πηλὸν, καὶ συμπατήθητι ἐν ἀχύροις· κατακράτησον ὑπὲρ πλίν- v. 15.
θον· ἐκεῖ καταφάγεταί σε πῦρ, ἐξολοθρεύσει σε μάχαιρα· καὶ καταφάγεταί σε ὡς ἀκρὶς,
καὶ βαρυνθήσῃ ὡς βροῦχος· ἐπλήθυνας ἐμπορείας σου ὑπὲρ τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ. „ Ἀλλ' v. 16.
οὐδὲν ἔσται σοι πρὸς σωτηρίαν μηχάνημα τότε· τοὐναντίον μὲν οὖν, ὥσπερ εἴς τινα πηλὸν
ἐμπέσῃ, τὸ μέγεθος τῶν κακῶν δίκην ἀχύρων ἐμποιήσει πλίνθον συμπατούμενον τε καὶ
συναναφυρόμενον τῷ πηλῷ ἐν ἅπασι τοῖς τότε φυρομένοις κακοῖς καὶ αὐτός· ἀναλώσει μὲν
γάρ σε δίκην πυρὸς ὁ πολέμιος· ἀφανισθήσῃ δὲ σφαγαῖς ποικίλαις· βρούχου τε καὶ ἀκρίδος
δίκην ἐπελεύσεταί σοι τῶν πολεμίων τὸ πλῆθος, καταναλίσκοντές σε καὶ βαρεῖαν ἐξερ- p. 361.
γαζόμενοί σοι τῶν κακῶν τὴν πεῖραν· ἄπρακτος δέ σοι πᾶς ὁ πλοῦτος ἐκεῖνος γενήσεται,
ὃν συνέλεξας ὥσπερεὶ τοῖς ἄστροις ἁμιλλώμενος τοῦ οὐρανοῦ.

“ Βροῦχος ὥρμησε καὶ ἐξεπετάσθη, ἐξήλατο ὡς ἀττέλαβος ὁ σύμμικτός σου, ὡς v. 17.
ἀκρὶς ἐπιβεβηκυῖα ἐπὶ φραγμὸν ἐν ἡμέρᾳ πάγους· ὁ ἥλιος ἀνέτειλε, καὶ ἀφήλατο, καὶ οὐκ
ἐγνώσθη ὁ τόπος αὐτῆς. „ Πάντες φησὶν οἱ ὑπήκοοί σου οὓς πολλαχόθεν συνήγαγες αὔξων

regionis tuae; ignis aduret vectes tuos. „ Omnes qui dicto tuo obtemperabant per urbem cives, feminarum ritu ululatibus indulgebunt atque formidini, statim ac portas hostibus patentes viderint, captamque ab his urbem, cuius vetus omnis munitio tamquam igne subito evanescet. “ Aquam obsidionis attrahe tibi, obtine propugnacula tua. „ Multorum mos est prae moenibus foveas maximas effodere easque aquis complere, ne sit expeditus hostibus ad moenia accessus. Id utique nunc ait: pete ab aqua praesidium, atque hac circumda murum tuum; nihilque eorum praetermitte quae tutelae prodesse videntur; si forte hinc aliquid opis impetrare queas. Loquitur vero ironice et subsannans, quoniam haec nulli usui per id tempus futura erant. Ergo addit: “ ingredere lutum, conculcare in paleis, roborare super laterem: ibi vorabit te flamma, perdet te gladius, comedet te quasi locusta, gravaberis ut bruchus. Multiplicasti negotiationes tuas super astra caeli. „ Verumtamen nulla tunc tibi ad salutem machinatio proderit. Immo vero ceu in quoddam lutum in malorum barathrum incides. Palearum instar conficies tu quoque laterem conculcatum atque concretum luto, nempe cunctis tunc haerentibus malis. Quippe ignis instar absumet te hostis; caedibus variis peribis: bruchi et locustae more superveniet tibi hostium agmen, qui te consument, acerbumque tibi malorum sensum efficient: otiosae tibi erunt opes illae, quarum numerum stellis caelestibus parem congesseras.

“ Bruchus irruit et evolavit: exiliit, quasi attelabus, commixtus tuus: ut locusta quae insedit saepem in die gelu. Ortus est sol, et illa avolavit; neque cognitus

ὡς ᾤου τὴν δύναμιν ἑαυτοῦ· τοῦτο γὰρ λέγει σύμμικτον· ὥσπερ τις βροῦχος ἀπέπτη σου παντελῶς, καὶ ἐξεπήδησεν ἀττελάβου δίκην· ἐμιμήσατό τε ἀκρίδα ἐν πάγῳ, ἐπιβεβηκυῖαν φραγμῷ, ἣ ἀκίνητος ἐκ τοῦ κρύους ἐπὶ τῆς στάσεως μένουσα τῆς οἰκείας, ἡλίου φανέντος τε καὶ διαλύσαντος τὸν πάγον, ἀθρόον τῆς πτήσεως τῆς οἰκείας ἀπειληφυῖα τὴν δύναμιν ἀφίπταται, οὐδὲν ἴχνος τῆς στάσεως αὐτῆς καταλιποῦσα τῆς πρότερον· οὕτω γάρ φησι καὶ οὗτοι. πρότερον μὲν ὑπὸ σοὶ καθεστήκεσαν τῷ δέει· καταλαβούσης δέ σε τῆς συμφορᾶς, ὥσπερ ἐν ἐλευθερίᾳ τινὶ γεγονότες, τὸν ἐκ σοῦ χωρισμὸν ἀγαπήσουσιν ἅπαντες. Εἶτα θρηνητικῶς
v. 18. ἐφ' ἅπασιν ὁ προφήτης λέγει· “ οὐαὶ αὐτοῖς· ἐνύσταξαν οἱ ποιμένες σου· βασιλεὺς ἀσσύριος
p. 262. ἐκοίμισε τοὺς δυνάστας σου. ,, Θρήνων φησὶν ἄξιοι πάντες ὑμεῖς· οἱ μὲν γὰρ ἡγούμενοι
ὥσπερ ὕπνῳ τινὶ τῇ τιμωρίᾳ κατενεχθέντες πεπτώκασι· τοιοῦτον δ' ἐστὶ καὶ τὸ παρὰ τῷ μα-
* Ps. LXXV. 7. καρίῳ Δαυίδ, ἐνύσταξαν οἱ ἐπιβεβηκότες ἵπποις· * ὁ δὲ βασιλεὺς ὁ ὑμέτερος ἀπωλείᾳ
παραδοθεὶς συναπώλεσεν ἑαυτῷ πάντας τοὺς παρ' αὐτῷ δυναστεύοντας πρότερον.
“ Ἀπῆρεν ὁ λαός σου ἐπὶ τὰ ὄρη, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐκδεχόμενος. ,, Πρὸς φυγὴν ἅπαντες
v. 19. εἶδον λοιπὸν, ἐπεὶ μηδεὶς ἦν ὁ βοηθεῖν δυνάμενος τοῖς παροῦσι κακοῖς. “ Οὐκ ἔστιν
ἴασις τῆς συντριβῆς. ,, Πᾶσα γὰρ θεραπεία τε καὶ διόρθωσις τῶν σῶν ἀφῄρηται κακῶν. “ Ἐφλέγμανεν ἡ πληγή σου. ,, Ηὐξήθη γάρ σου τὸ κακὸν, ὥστε καὶ μένειν ἀνίατον. “ Πάντες οἱ ἀκούσαντες τὴν ἀγγελίαν σου κροτήσουσι χεῖρας ἐπὶ σὲ, διότι ἐπὶ τίνα οὐκ ἐπῆλθεν ἡ κακία σου διὰ παντός; ,, Ἀλλὰ γὰρ οἱ πανταχοῦ τῶν περὶ σὲ κακῶν δεξάμενοι τὴν ἀκοὴν ἡσθήσονται, τῷ κρότῳ τῶν χειρῶν τῶν οἰκείων ἐπιδεικνύμενοι τῆς σῆς ἀπωλείας τὴν ἡδονήν· ἐπειδὴ γὰρ κοινὸν πρὸς ἅπαντας ἦρου τὸν πόλεμον, καὶ πάντα ὅντινα οὖν βλάπτειν καὶ κακοῦν κατὰ τὴν δύναμιν ἐσπούδαζες τὴν οἰκείαν, διὰ τοῦτο κοινὴν ἅπασιν ἡδονὴν ἐκ τῆς ἀπωλείας γενέσθαι συνέβη τῆς σῆς.

est locus eius. ,, Omnes, inquit, subditi tui, quos multis e locis contraxeras, incrementum, ut arbitrabaris, virium tuarum (id enim significat vox commixtus) bruchi ritu avolaverunt quaquaversus, diffugeruntque instar attelabi. Imitati sunt locustam quae hora gelida saepem insidet: haec enim manet in statione immobilis a frigore, donec orto sole geluque resoluto, vim volandi recuperans, exilit, nullo sui vestigio relicto. Dicit autem: hi pariter qui tibi antea metus causa obtemperabant, mox ubi adversa fortuna laboraveris, tamquam libertate recepta, cuncti a te ovantes recedent. Deinde lugubriter generatimque propheta exclamat: “ vae illis! dormitaverunt pastores tui; rex assyrius consopivit potentes tuos. ,, Flebiles, ait, vos omnes: nam duces, ceu sopore quodam, punitione correpti occubuerunt. Tale est illud apud beatum Davidem: dormitaverunt qui ascendebant equos. Porro rege vestro neci tradito commortui sunt omnes qui apud eum dignitate praestabant. “ Diffugit ad montes populus tuus, neque erat qui eum exciperet. ,, Cuncti iam ad fugam spectabant, quoniam nemo reliquus erat qui praesenti malo suppetias ferret. “ Non est confractionis medela. ,, Cura omnis atque emendatio malorum tuorum sublata est. “ Vulnus tuum intumuit. ,, Crevit calamitas tua, iamque est insanabilis. “ Omnes qui rei nuncium audient, manibus plaudent super te. Ad quem enim non devenerat perpetua malitia tua? ,, Profecto populos omnes fama cladium tuarum oblectabit, hique manuum plausu quantopere pernicie tua laetentur significabunt. Tu enim bellum adversus omnes susceperas, neminemque pro viribus molestia ac detrimento non adficiebas. Hinc tuus interitus commune gaudium omnibus adtulit.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΑΒΒΑΚΟΥΜ ΤΟΥ ΠΡΟΦΗΤΟΥ.

Ἤδη τοῦ ἀσσυρίου τὰς μὲν τὰς δέκα φυλὰς αἰχμαλώτους εἰς τὴν οἰκείαν ἀπαγαγόντος p. 353. χώραν, ἐπεληλυθότος δὲ τῇ Ἱερουσαλήμ, καὶ τὴν φοβερὰν ἐκείνην διὰ τοῦ ἀγγέλου πληγὴν δεξαμένου, μετὰ πολλῆς ὡς εἰκὸς ἐντεῦθεν τῆς ἀτιμίας ὑποστρέψαντος εἰς τὰ οἰκεῖα, ὁ μακάριος Ἀμβακοὺμ * ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας τὴν προφητείαν ποιεῖται ταύτην, εἰς δύο μερίζων τὸν λόγον, εἴς τε τὴν αἰτίασιν τῶν ἐν τῷ λαῷ δυναστευόντων τε καὶ κρινόντων, οἳ πολλαῖς καὶ διαφόροις ταλαιπωρίαις τοὺς πένητας περιέβαλλον, ὑπὲρ ὧν δὴ μάλιστα ἐπαχθήσεσθαι τὰ παρὰ τῶν βαβυλωνίων αὐτοῖς μνημονεύει κακά· καὶ εἰς τὴν αὐτῶν τῶν βαβυλωνίων κατηγορίαν ὡς κεκρατηκότων μὲν τῆς Ἱερουσαλήμ, οὐκ εἰς δέον δὲ τῷ κράτει χρησαμένων, πολλὴν δὲ τὴν ἀμετρίαν τῆς ὠμότητος κατ' αὐτῶν ἐπιδεδειγμένων· ὑπὲρ ὧν δὴ καὶ τούτους τιμωρηθήσεσθαι λέγει· ὥστε κατά γε τὴν διαίρεσιν ταύτην ἐοικέναι τῷ ἐνάτῳ ψαλμῷ δοκεῖν αὐτὴν τὴν προφητείαν, ὃς ἔστι μὲν εἷς τῷ ἀριθμῷ ἐπὶ τῆς ἑλληνικῆς ἐκφωνήσεως, δύο δὲ ἐπὶ τῆς Ἑβραίων γλώττης, ἰδίαν ἑκατέρου τὴν ὑπόθεσιν ἔχοντος· ὡς τοῦ μὲν προτέρου ἀρχὴν μὲν εἶναι τό, ἐξομολογήσομαί σοι κύριε ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου, διηγήσομαι πάντα τὰ θαυμάσιά σου· πέρας δὲ τό, κατάστησον κύριε νομοθέτην αὐτοῖς, γνώτωσαν ἔθνη ὅτι ἄνθρωποί εἰσι· τοῦ δευτέρου δὲ ἀρχὴν μὲν τό, ἵνα τί κύριε ἀφέστηκας μακρόθεν; ὑπερορᾷς ἐν p. 354. εὐκαιρίαις ἐν θλίψεσι; τέλος δέ, τὴν ἑτοιμασίαν τῆς καρδίας αὐτῶν προσέσχε τὸ οὖς σου, κρῖναι ὀρφανῷ καὶ ταπεινῷ, ἵνα μὴ προσθῇ ἔτι τοῦ μεγαλαυχεῖν ἄνθρωπος ἐπὶ τῆς γῆς. Τούτων δὲ ἐν μὲν τοῖς προτέροις τοὺς ἀλλοφύλους αἰτιᾶται, λέγω δὲ τοὺς περιοίκους, ὡς πολλῇ τῇ κατ' αὐτῶν ὠμότητι χρησαμένους, ὑπὲρ ὧν δὴ καὶ τιμωρίαν αὐτοῖς ἐπῆχθαι λέγει παρὰ τοῦ θεοῦ· ἐν δὲ τοῖς δευτέροις, τοὺς ἐν τῷ λαῷ τῷ τε πλούτῳ καὶ τῇ δυναστείᾳ ἐπ' ἀδι-

* In titulo Αββ.

COMMENTARIUS IN HABACUCUM PROPHETAM.

Postquam iam decem tribus Assyrius in suam regionem captivas abduxerat, et deinde expeditione adversus Hierusalem suscepta, terribilem illam ab angelo cladem acceperat, multaque ut par erat cum ignominia illinc in patriam regressus fuerat; beatus Habacucus hoc edidit de Iudaea vaticinium, diviso in partes duas sermone; quarum priore principes iudicesque incusat, qui multis variisque aerumnis pauperes implicuerant; quam ob rem praecipue eventura illis a Babyloniis mala memorat: altera vero pars Babyloniorum ipsorum increpationem continet, qui Hierusalem potiti, haud recte victoria usi erant, sed multum crudelitatis excessum adversus Iudaeos exprompserant; cuius causa punitum iri dicit. Quare secundum hanc divisionem, videtur prophetia haec nono similis psalmo, qui unus est in graeca interpretatione, duo autem in hebraea lingua, cum suo quisque argumento. Et prioris quidem initium est: confitebor tibi, Domine, in toto corde meo; narrabo omnia mirabilia tua. Finis autem: constitue, Domine, legislatorem eis; sciant gentes quoniam homines sunt. Alterius vero psalmi initium est: ut quid, Domine, recessisti longe, despicis in opportunitatibus, in tribulationibus? Finis: praeparationi cordis eorum adtendit auris tua, iudicare pupillo et humili, ut non apponat ultra magnificare se homo super terram. Iam vero in priore psalmo alienigenas increpat, id est finitimos, qui magnopere contra Iudaeos saevierant, ac propterea poenam

κίαν καὶ βλάβην καὶ ἐπήρειαν τῶν πενήτων κεχρημένους, οὓς καὶ αὐτοὺς οὐκ ἔξω τιμωρίας ἔσεσθαι φησί. Τοιοῦτο γάρ τι καὶ νῦν ὁ μακάριος Ἀμβακοὺμ ὁ προφήτης ποιεῖ, μείζονα τὸν λόγον εἰς τὸ κατὰ τῶν παρ' αὐτοῖς ἐπ' ἀδικίᾳ τῶν πενήτων τῇ προσούσῃ κεχρημένους δυναστείᾳ· τούτους γὰρ ἐν τοῖς προτέροις αἰτιασάμενος, λέγει καὶ τὴν ἐπαγομένην αὐτοῖς ὑπὲρ τούτου τιμωρίαν· καὶ εἰς τὸ κατὰ Βαβυλωνίους, ὧν καὶ αὐτῶν πλεῖστα ὅσα διατεθεικότων κακὰ τὸν λαὸν ἐπαχθησομένην ὕστερον τιμωρίαν μηνύει· ἀλλὰ γὰρ τοιαύτης τινὸς οὔσης τῆς ὑποθέσεως τῶν τοῦ προφήτου ῥημάτων, τὰ κατὰ μέρος σκοπητέον λοιπόν· πρόκειται μὲν οὖν ἡ συνήθης προγραφὴ τοῦ βιβλίου τὸ λῆμμα ὃ εἶδεν Ἀμβακοὺμ ὁ προφήτης· ἄρχεται δὲ οὕτως.

ΚΕΦ. Α'.

v. 1. " Ἕως τίνος κύριε κεκράξομαι, καὶ οὐ μὴ εἰσακούσῃς; βοήσομαι πρὸς σὲ ἀδικού-
p. 268. v. 2. μενος, καὶ οὐ μὴ σώσῃς; „ Οὐχ ὡς αἰτίασιν τινὰ τοῦ Θεοῦ προσάγων ὁ προφήτης ταῦτα
φησίν, ἀλλὰ καθὼς ἔθος αὐτοῖς ἐπὶ τῶν τινὰ διαπόρησιν ἐχόντων, ἢ καὶ ἀγανάκτησιν κι-
νούντων δικαίαν κατὰ τῶν ποιούντων, ἐν αἰτιατικῷ λέγειν σχήματι τὴν τῶν πραττομένων τὴν ἀτο-
* Ps. X. 1. πίαν· οὕτω κἀνταῦθα φησίν· ὥσπερ οὖν καὶ ὁ μακάριος λέγει Δαυὶδ τὸ *, ἵνα τί κύριε ἀφέ-
στηκας μακρόθεν, ὑπερορᾷς ἐν εὐκαιρίαις ἐν θλίψεσιν; ἐν τῷ ὑπερηφανεύεσθαι τὸν ἀσεβῆ,
ἐμπυρίζεται ὁ πτωχός· καὶ τὰ ἑξῆς· οὐ γὰρ τὸν θεὸν αἰτιώμενος ταῦτα λέγει, ἀγανακτῶν
δὲ κατὰ τῶν τοιαῦτα ποιούντων, καὶ τινὰ τρόπον διαπορῶν, ἀνθ' ὅτου μὴ δίκας διδόασιν ὀξέως·
* Ps LXXIII. 1. οὕτω καὶ ἀλλαχοῦ· * ἵνα τί ὁ θεὸς ἀπώσω εἰς τέλος, ὠργίσθη ὁ θυμός σου ἐπὶ πρόβατα
νομῆς σου; διαπορῶν γὰρ ἐπὶ τῷ μεγέθει τῶν γεγονότων εἰς τὸν λαόν, κἀνταῦθα φησί· καὶ
* Hier. XII. 1. πολλὰ δὲ τοιαῦτα εὕροι τις ἄν· ὥσπερ οὖν καὶ ὁ μακάριος Ἱερεμίας φησί· * τί ὅτι ὁδὸς
ἀσεβῶν εὐοδοῦται, εὐθήνησαν πάντες οἱ ἀθετοῦντες ἀθετήματα; οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐκεῖ τὸν

ipsis a Deo inflictam dicit: in altero populi ditiores ac principes obiurgat, qui pauperes iniquitate, detrimentis, iniuriisque vexabant; atque hos etiam haud poenam evasuros ait. Idem fere nunc agit beatus Habacucus propheta, bipartito sermone, primo quidem adversus eos qui pauperes iniusta vi opprimebant: his enim apprime increpitis, eventuram delicto poenam praedicit: deinde in Babylonios convertitur, qui cum innumera mala populo iudaico intulissent, punitionem ipsis impositum iri praedicit. Nunc postquam verborum prophetae argumentum exposuimus, sequitur ut partes singulas consideremus. Praeit solitus libello titulus: ASSUMPTIO quam vidit Habacucus propheta. Sic autem exorditur.

CAP. I.

" Usquequo, Domine, clamabo, et non exaudies? vociferabor ad te vim patiens, et non salvabis? „ Non tamquam expostulans, haec ait propheta, sed more illorum, qui in re aliqua anxii, vel etiam iusta indignatione commoti, figurato ad expostulationem sermone de rerum actarum iniquitate queruntur. Ita scilicet hoc se loco gerit propheta. Sicut ergo beatus etiam ait David: ut quid, Domine, recessisti longe, despicis in opportunitatibus in tribulationibus? Dum extollitur impius, incenditur pauper, et reliqua; haud Deum culpans ita loquitur, sed illis irascens qui talia agunt, et quodammodo exaestuans, quod non cito poenas debitas luerint. Ita et alibi: cur, Deus, repulisti in finem? iratus est furor tuus adversus oves pascui tui? etenim magnitudine malorum populo inlatorum attonitus, sic etiam hoc loco loquitur. Velut etiam beatus Hieremias dicit: cur via impiorum prospe-

θεὸν αἰτιώμενος λέγει, ἀγανακτῶν δὲ ἐφ' οἷς ἔπραττον ὅτι μὴ διδόασι δίκας· ἐπείπερ οἱ προφῆται πάντες ὁμοίως ἦσαν πεπεισμένοι· ἐκεῖνο δὴ τὸ παρὰ τοῦ μακαρίου Δαυὶδ
λεγόμενον· * κύριε ἐν τῷ οὐρανῷ τὸ ἔλεός σου, ἡ ἀλήθειά σου ἕως τῶν νεφελῶν, ἡ δικαιο- * Ps. XXXV. 6.
σύνη σου ὡς ὄρη θεοῦ, τὰ κρίματά σου ἄβυσσος πολλή· ἅπερ οὖν ἔφη καὶ τὴν φιλανθρω-
πίαν ἐκπληττόμενος τοῦ θεοῦ ὡς ἀμέτρητον οὖσαν, καὶ τὴν δικαίου τὴν φροντίδα ὅτι πολλήν γε p. 336.
ποιεῖται ταύτην· ἀνέφικτον δὲ εἶναι λέγων τοῦ θεοῦ τὴν δοκιμασίαν καὶ τὴν κρίσιν, καθ' ἣν οὐκ ὀξείας ἐπάγει τοῖς πταίουσι τὰς τιμωρίας, ἀναβάλλεται δὲ αὐτὰς πολλάκις, καί τοι γε ἐν ἀνθρώποις πολλῶν πραχθέντων κακῶς· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὁ προφήτης ἐνταῦθα φησίν, ἀγανακτῶν ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ τῶν ἐν τῷ λαῷ δυναστευόντων, καὶ πολλήν τινα καὶ πολύτροπον τοῖς πένησι τὴν ἐπήρειαν ἐπαγόντων· καὶ σφόδρα μὲν εἰδώς, ὡς τιμωρίας ἄξια τὰ πραττόμενα, ἀθυμῶν δὲ ὅτι τὴν τιμωρίαν ἀναβαλλομένου τοῦ θεοῦ, πολλή τις ἡ κατὰ τῶν πενήτων γίνεται ἀδικία· διὰ τοῦτο ὡς ἂν πολλάκις αἰτήσας τὸν θεὸν τὴν τιμωρίαν ἐπενεγκεῖν τοῖς οὕτω διαπραττομένοις κακῶς, ἀνύσας δὲ πλέον οὐδέν, ἕως τίνος φησὶ κύριε κεκράξομαι καὶ οὐ μὴ εἰσακούσῃς, βοήσομαι πρὸς σὲ ἀδικούμενος καὶ οὐ μὴ σώσῃς; ἀναλαβὼν γὰρ τὸ τῶν ἀδικουμένων πρόσωπον οὕτω φησίν, ὅτι ἄχρι τίνος ἐν ταλαιπωρίαις πολλαῖς ἐξεταζόμενος βοῶ μὲν αἰτῶν τὴν σὴν βοήθειαν, οὐ τυγχάνω δὲ ταύτης;

“ Ἵνα τί μοι ἔδειξας κόπους καὶ πόνους ἐπιβλέπειν ἐπὶ ταλαιπωρίαν καὶ ἀσέβειαν; „ v. 3.
Οὐδὲν γάρ φησιν ἕτερον καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὁρῶ, ἀλλ' ἢ πόνον καὶ συντριβήν, ἣν οἱ δυν-
αστεύοντες ἀσεβεῖ τῇ γνώμῃ τοῖς πένησιν ἐπάγειν πειρῶνται. “ Ἐξεναντίας μου γέγονε κρί- v. 4
σις, καὶ ὁ κριτὴς λαμβάνει· διὰ τοῦτο διεσκέδασται νόμος, καὶ οὐ διεξάγεται εἰς τέλος p. 337.
κρίμα. „ Αἰτιῶμαι γάρ φησιν ἃ πολλάκις εἶδον, ὅτι δίκης συγκροτουμένης παρορᾶται μὲν πανταχόθεν τὸ δίκαιον, πρὸς σχήματα δὲ ὁρῶν ὁ δικαστὴς τούτῳ τὸ πέρας ποιεῖται τῆς δίκης,

ratur, beate agunt omnes reprobantes reprobrationes? Nam ne iste quidem Deum accusans sic loquitur, sed indignans potius quod delictorum poenas non pertulerint. Pari enim prophetae omnes animo erant. Quin et illud apud beatum Davidem dictum: Domine, in caelo misericordia tua, et veritas tua usque ad nubes: iustitia tua, sicut montes Dei: iudicia tua abyssus multa: quae nimirum dicit, benignitatem Dei demirans erga homines tamquam infinitam, et quod multam de viro iusto gerat sollicitudinem: imperscrutabile dicens Dei examen et iudicium, quo seras peccantibus poenas imponit, quas saepe differt, quamquam multa inter homines mala versentur. Eodem prorsus modo heic quoque dicit propheta, iniquitati irascens principum populi, qui multam variamque pauperibus iniuriam faciebant: magnopere quidem cognoscens digna esse suppliciis ea quae fiebant, dolens autem quod Deo ultionem differente, multa adversus pauperes vigeret iniustitia. Propterea, ceu qui saepe expetiverat vindictam de iis capi tam prave agentibus, nihil vero impetraverat; usquequo, inquit, Domine clamabo, et non exaudies? Nam sumpta sibi patientium iniuste persona dicit: quousque tandem miseriis multis exercitus clamo tuum exposcens auxilium, neque tamen id impetro?

“ Quare mihi ostendisti labores et dolores, videre miseriam et impietatem? „ Nil aliud quotidie video nisi laborem atque pressuram, quam mala mente principes pauperibus inferre conantur. “ Contra me factum est iudicium, et iudex accipit. Propterea dissipata est lex, et non deducitur ad finem iudicium. „ Queror itaque quod saepe vidi, nempe iudicio instituto, ius omnino contemni, sed respicientem personas iudicem, hunc sibi proponere sententiae suae scopum, cumulando scilicet

ἐπαύξων τοῦ ἠδικημένου τὴν βλάβην· ἐντεῦθεν γοῦν ἠμέληται μὲν τῶν νόμων τῶν σῶν ἡ
ἀκρίβεια, καὶ λόγος τούτων οὐδεὶς οὐδενί· δίκη δὲ οὐδὲ μία πέρας δέχεται χρηστὸν, ἀλλ᾽
εἰς ἀδικίαν πρόδηλον καταντᾷ. “ Ὅτι ὁ ἀσεβὴς καταδυναστεύει τὸν δίκαιον. „ Οἱ γοῦν
ἀσεβείᾳ συζῶντες καὶ τῶν σῶν νομίμων οὐδένα ποιούμενοι λόγον, πᾶν εἶδος ἐπηρείας κατὰ
τὴν οἰκείαν δυναστείαν ἐπάγουσι τοῖς πενομένοις· δίκαιον γὰρ ἐνταῦθα τὸν ἀδικούμενον πένητα
καλεῖ, ὡς δικαίας γε τῆς ἐκδικίας τευξόμενον. “ Ἕνεκεν τούτου ἐξελεύσεται τὸ κρίμα
διεστραμμένον. „ Ἐντεῦθεν οὐδὲ παρὰ τοῦ κριτοῦ γινόμενον τι μὴ διεστραμμένον ἴδοι τις ἄν·
ἐπειδὴ κἀκεῖνος ἀμελῶν τοῦ δικαίου πρὸς τὸν δυναστεύοντα τὴν πᾶσαν ἔχει ῥοπήν· εἶτα
τὴν τῶν πραττομένων αἰτιασάμενος ἀτοπίαν ἐν τούτοις, ἐπάγει λοιπὸν τὴν τιμωρίαν· ὡς ἂν
μετὰ τὴν ἔντευξιν τὴν πρὸς τὸν θεὸν ἐξ ἀποκαλύψεως θείας ἐγνωκώς τε αὐτὴν καὶ μηνύων
v. 5. ἅπασι δικαίως. “ Ἴδετε οἱ καταφρονηταὶ καὶ ἐπιβλέψατε, καὶ θαυμάσατε· καὶ ἴδετε θαυ-
μάσια, καὶ ἀφανίσθητε· διότι ἔργον ἐγὼ ἐργάζομαι ἐν ταῖς ἡμέραις ὑμῶν, ὃ οὐ μὴ πιστεύσητε
p. 318. ἐάν τις ἐκδιηγῆται. „ Ἀλλὰ γὰρ οὐκ εἰς τὸ παντελὲς ὑμῖν ἐξέσται τοιαῦτα ποιεῖν τῆς κρί-
σεως καταφρονοῦσι τῆς θείας· ὄψεσθε γὰρ θαυμαστήν τινὰ τιμωρίαν ἐπαγομένην ὑμῖν, καὶ
πρὸς ἀφανισμὸν ἀρκοῦσαν παντελῆ, ἐπειδὴ τοιαῦτα ὑμῖν ἐπάξει θεός· τοῦτο γὰρ λέγει,
ἔργον ἐγὼ ἐργάζομαι, ὃ καὶ ἄπιστον ἂν ἐκ μόνης διηγήσεως γένοιτο πρὸ τῆς πείρας· ποῖον
τοῦτο λέγων.

v. 6. “ Διότι ἐγὼ ἐγείρω τοὺς Χαλδαίους τὸ ἔθνος τὸ πικρὸν καὶ τὸ ταχινὸν, τὸ πορευό-
μενον ἐπὶ τὰ πλάτη τῆς γῆς, τοῦ κατακληρονομῆσαι σκηνώματα οὐκ αὐτοῦ. „ Ἐπάξω γὰρ
ὑμῖν τοὺς Βαβυλωνίους τῆς τοσαύτης ὑμῶν ἕνεκεν παρανομίας, ἔθνος ὠμότατον, καὶ μετὰ
πολλοῦ τοῦ τάχους ἐπιτελοῦν ἃ βούλεται, ὃ πᾶσαν διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ δύναμιν μικροῦ
γε ἐπελεύσεται τὴν γῆν, ὡς ἂν περιβάλοιτο κτῆσιν, τὴν μηδαμόθεν αὐτῷ προσήκουσαν μη-
v. 7. δαμῶς. “ Φοβερὸς καὶ ἐπιφανής ἐστι „ πολλοῦ γέμων τοῦ φόβου καὶ καταφανὴς ἅπασιν ἐκ

oppressi detrimentum. Hinc legum tuarum observantia negligitur, nullaque harum ratio habetur: nullius iudicii bonus est exitus, sed manifesta iniquitate laborat. “ Quia impius praevalet adversus iustum. „ Qui igitur impie vivunt, et legitima tua pensi non habent, iniuriarum omne genus pro sua praepotentia in egenos conferunt. Nam iustum hoc loco dicit pro oppresso paupere, qui iustam impetrandi defensionem dignus erat. “ Propterea egredietur iudicium perversum. „ Hinc nihil ne a iudice quidem nisi perversum fieri quisquam videat: nam et iste, aequitate omissa, ad potentem toto sui pondere inclinat. Deinde hanc operum scaevitatem vituperans, poenam mox subdit, quasi hanc in tractatu cum Deo revelatione superna novisset, eamque merito cunctis portenderet. “ Videte, contemptores, et respicite, et admiramini, et spectate mirabilia, et disperdimini: quia opus ego operor in diebus vestris, quod non crederetis si quis narraret. „ Verumtamen haud perpetuo haec a vobis fieri poterunt divini iudicii contemptoribus: videbitis enim miram quandam punitionem vobis impactam, et omnimodo exitio parem: namque ita Deus vobiscum aget: quippe ita valent verba: opus ego operabor, quod incredibile narratu videbitur, ante huius experimentum. Quod quale sit, dicit.

“ Quia ego Chaldaeos suscito, gentem acerbam et velocem, quae ambulat super latitudines terrae, ut possideat tabernacula non sua. „ Adducam contra vos Babylonios, propter tantum scelus vestrum, gentem saevissimam, et ad id quod voluerit exsequendum expeditissimam, quae viribus quibus pollet universam ferme terram occupabit, ut ea sibi subiiciat, quae nullatenus ad se pertinebant. “ Terri-

δύνασθαι μεγάλα. " Ἐξ αὐτοῦ τὸ κρίμα αὐτοῦ ἔσται, καὶ τὸ λῆμμα αὐτοῦ ἐξ αὐτοῦ ἐξε-
λεύσεται. ,, Οὐδὲν τῆς ἑτέρου δεόμενος συμμαχίας, ἀλλ' αὐτὸς οἰκείᾳ τῇ δυνάμει πάντα
διαπραττόμενος, ὥστε καὶ κρίνειν καὶ κατακρατεῖν ὧν βούλεται, ἀθρόον τε ἣν ἂν ἐθέλῃ
τιμωρίαν ἐπάγειν αὐτοῖς. " Καὶ ἐξαλοῦνται ὑπὲρ παρδάλεις οἱ ἵπποι αὐτοῦ, καὶ ὀξύτεροι v. 8.
ὑπὲρ τοὺς λύκους τῆς Ἀραβίας, καὶ ἐξιππάσονται οἱ ἵπποι αὐτοῦ, καὶ ὁρμήσουσι μακρόθεν· p. 330.
καὶ πετασθήσονται ὡς ἀετὸς πρόθυμος ἐπὶ τὸ φαγεῖν. ,, Ἱππικὸν μὲν αὐτῷ παρεσκευα-
σμένον ἐστὶ πρὸς πόλεμον, παρδάλεων τε καὶ τῶν κατὰ τὴν Ἀραβίαν λύκων ὀξύτερον· οἱ δὲ
ἱππεύοντες τοσαύτῃ πρὸς τὸ πολεμεῖν κέχρηνται τῇ προθυμίᾳ, ὥστε θαῤῥοῦντας ἐπὶ γῆν
ἐλαύνειν πόῤῥωθεν κειμένην, καὶ μόνον οὐκ ἐφίπτασθαι τοῖς πόῤῥωθεν αὐτῶν ἀπῳκισμένοις
δοκεῖν, ἀετοῦ δίκην ἐπὶ θήραν ἑτοίμου.

" Συντέλεια ἐπ' ἀσεβεῖς ἥξει ἀνθεστηκότας προσώπῳ αὐτῶν ἐξ ἐναντίας. ,, Οὗτοι v. 9.
πάντας τοὺς ἐν τῷ λαῷ, τοὺς κατὰ τῶν πενήτων ἀσέβειαν ἐπιδεικνυμένους παντελῶς ἀπολέ-
σουσιν, οὐδὲ πρὸς τὸ βραχύτατον ἀντιβλέπειν αὐτοῖς, ἢ ἀνθίστασθαι τολμῶντας. " Καὶ συν- v. 10.
άξει ὡς ἄμμον αἰχμαλωσίαν· καὶ αὐτὸς ἐν βασιλεῦσιν ἐντρυφήσει, καὶ τύραννος παίγνια
αὐτοῦ· καὶ αὐτὸς εἰς πᾶν ὀχύρωμα ἐμπαίξεται, καὶ βαλεῖ χῶμα, καὶ κρατήσει αὐτοῦ. ,, Πολ-
λοὺς μὲν οὖν αἰχμαλώτους ἐργάσεται, ἀναριθμήτους οὐχ ἧττον ἢ ἄμμος· αὐτὸς δὲ τὴν ἰδίαν
ἡδονὴν αὐξήσειν τῷ πολλὰς καθελεῖν βασιλείας· ὧν τὸν ἀφανισμὸν οὐ μετὰ πολλοῦ τοῦ πόνου,
ὡς ἂν παίζων δὲ ποιήσεται ῥᾳδίως· μετὰ πολλῆς δὲ τῆς εὐμαρείας καὶ τῶν ἄγαν ὠχυρωμένων
πόλεων τε καὶ φρουρίων κρατήσει, χῶμα τε ἐγείρων μετὰ πολλῆς τῆς εὐκολίας, καὶ κατασπῶν
πᾶν ὅ τι τεῖχος εἴθ' ἕτερος πως ἠσφαλίσθαι δοκοῦν. " Τότε μεταβαλεῖ τὸ πνεῦμα v. 11. p. 331.
αὐτοῦ, καὶ διελεύσεται, καὶ ἐξιλάσεται. ,, Ἀλλὰ γὰρ μεγίστην τὴν ἐπαχθεῖσαν τιμωρίαν ἰδὼν
ὁ θεὸς, ἅτε παρὰ τοιούτων καὶ οὕτω διακειμένων ἐπαγομένην ἀνδρῶν, μεταβαλεῖ μὲν τὸ

bilis et illustris est ,, multumque terrorem adferens, notaque omnibus ob potentiae suae magnitudinem. " Ex ipsa iudicium eius erit, et assumptio eius ex ipsa egredietur. ,, Nullius auxilio indigens, sed suapte potentia cuncta exsequens, ita ut et decernat, et quod vult obtineat, subitamque pro suo libito poenam hostibus impingat. " Et exilient plus quam pardi equi eius, et velociores lupis Arabiae. Et equitabunt equites eius, et de longinquo irruent, et volabunt quasi aquila ad vorandum percita. ,, Equitatus est illi ad bellum paratus, pardis et Arabiae lupis velocior. Tantus vero est equitum ad bellandum impetus, ut ad longinquas regiones alacriter discurrant, ac volare propemodum videantur iis qui procul habitant, aquilae instar quae in praedam insilit.

" Consummatio in impios veniet resistentes faciei ipsorum ex adverso. ,, Hi cunctos de populo, qui adversus pauperes iniqui fuerunt, funditus perdent: nam ne brevissimo quidem tempore ex adverso intueri hostes aut iis obsistere audebunt. " Et congregabit quasi arenam captivitatem. Et ipse de regibus delicias capiet, et tyrannus ludibria eius: et ipse cuilibet munitioni illudet; et struet aggerem, et capiet illam. ,, Multos itaque faciet captivos, immo innumerabiles quantum arena est. Ipse vero voluptatem suam cumulabit multorum regnorum destructione, quam sine labore multo et quasi ludens patrabit: atque eadem facilitate munitissimas quoque urbes arcesque obtinebit, struens expeditissime aggeres, atque omnia subruens sive moenia sive aliud quidvis tutamen videtur. " Tunc mutabit spiritum, et pertransibit, et propitiabitur. ,, Veruntamen maximam hanc punitionem inspiciens Deus, et quidem a talibus talique animo praeditis inflictam hominibus, suam adversus nos

καθ' ἡμῶν ὀργήν· ὥσπερ δὲ εἰς μέσους ἡμᾶς τῇ κηδεμονίᾳ παρελθὼν, συγγνώμην μὲν ὑπὲρ τῶν πάλαι πεπλημμελημένων δώσει, λύσει δὲ τὴν ἐπικειμένην ἡμῖν διὰ ταῦτα τιμω-
v. 12. ρίαν. " Αὕτη ἡ ἰσχὺς τῷ θεῷ μου· οὐχὶ σὺ ἀπ' ἀρχῆς κύριε ὁ θεός μου ὁ ἅγιος; καὶ οὐ μὴ ἀποθάνωμεν. „ Τοῦτο γὰρ τῆς σῆς δυνάμεως τὸ ἔργον, ὅπερ ἄνωθεν ἐπιδέδειξαι περὶ ἡμᾶς ἅγιος ὢν, καὶ πάντων ὑπερκείμενος τῶν ὄντων, ὑπὲρ ὧν δὲ καὶ ζήσεσθαι προσδοκῶμεν, λυθείσης ἡμῖν τῆς τιμωρίας. " Κύριε εἰς κρίμα τέταχας αὐτὸ, καὶ ἔπλασέ με τοῦ ἐλέγχειν παιδείαν αὐτοῦ. „ Ἄνωθεν γάρ με αὐτὸς εἰς τὴν τῶν ἁμαρτανόντων διέπλασας κρίσιν· ὡς ἂν καὶ παιδεύοιμι διὰ τῶν ἐλέγχων αὐτοὺς, ἔξω τοῦ τοῦ πλημμελεῖν καθίστασθαι
v. 13. ἀδείας· εἶτα πρὸς αὐτὸν ἀποστρέψας τὸν θεὸν τὸν λόγον " καθαρὸς ὁ ὀφθαλμός σου τοῦ μὴ ὁρᾷν πονηρὰ, καὶ ἐπιβλέπειν ἐπὶ πόνους οὐ δυνήσῃ. „ Πολλὴ φροντίς σοι τοῦ δικαίου· ὅθεν οὐδὲ βλέπειν ἀνέχῃ τοὺς τὰ πονηρὰ ἐργαζομένους, πόνων τε καὶ συντριβῆς ἑτέροις καθιστα-
v. 14. μένους αἰτίους. " Τί ἐπιβλέπεις ἐπὶ καταφρονοῦντας; παρασιωπήσῃ ἐν τῷ καταπίνειν
p. 261. ἀσεβῆ τὸν δίκαιον· καὶ ποιήσεις τοὺς ἀνθρώπους ὡς τοὺς ἰχθύας τῆς θαλάσσης, καὶ ὡς ἑρπετὰ οὐκ ἔχοντα ἡγούμενον. „ Οὐ τοίνυν ἀνέχῃ θεωρεῖν τοὺς καταφρονήσει τῆς σῆς τιμωρίας τοιαῦτα διαπραττομένους, οὐδὲ παραπέμπεσθαι τὴν τοσαύτην ἀδικίαν, ὥστε δικαίους μονονουχὶ καταπίνεσθαι ὑπὸ ἀσεβῶν· φανούμεθα γὰρ ἰχθύων τε καὶ ἑρπετῶν οὐκ ἐχόντων ἡγούμενον διαλλάττοντες οὐδὲν, εἰ μὴ τῇ τιμωρίᾳ τῇ σῇ δῆλος γένοιο, ἐπιστάτης τε ἡμῖν καὶ πᾶσαν ἐξέτασιν ἀκριβῆ τῶν ἀνθρωπίνων ποιούμενος πραγμάτων.

Ταῦτα δὲ ἅπαντα περὶ τῶν βαβυλωνίων εἰρηκὼς, ὡς πολλῇ κατὰ τοῦ λαοῦ τῇ ἀφειδίᾳ χρησαμένων, διηγεῖται λοιπὸν αὐτοῦ καὶ τὴν δύναμιν, ᾗ χρώμενος, ὁπόσοις ἂν ἐθέλοι μυ-
v. 15. ρίοις κακοῖς περιβάλλει ῥᾳδίως. " Συντέλειαν ἐν ἀγκίστρῳ ἀνέσπασεν αὐτὸν, καὶ εἵλκυ-
*cod. συναγωγαῖς σεν αὐτὸν ἐν ἀμφιβλήστρῳ αὐτοῦ· καὶ συνήγαγεν αὐτὸν ἐν ταῖς σαγήναις * αὐτοῦ· ἕνεκεν τούτου
v. 16. εὐφρανθήσεται καὶ χαρήσεται· ἕνεκεν τούτου θύσει τῇ σαγήνῃ αὐτοῦ· καὶ θυμιάσει τῷ ἀμφι-

iram omittet: et per medios nos, ut ita dicam, providentiâ suâ transibit, veniam priscis peccatis indulgebit, et impositam horum causa poenam remittet. " Haec est fortitudo Deo meo. Nonne tu a principio Domine Deus sancte meus? Et non moriemur? „ Hoc est potentiae opus, quod desuper pro nobis ostendit ille qui sanctus est, et omni rei existenti superior: quamobrem vivere quoque speramus, post poenae depulsionem. " Domine ad iudicium rem hanc constituisti; et formavit me ut arguam disciplinam eius. „ Nempe ut erudiam correptione mea reliquos homines, ne securi peccent. Deinde ad ipsum Deum convertit sermonem: " purus oculus tuus, ne mala videat, et contemplari molestias non poteris. „ Multa tibi aequi iuris cura est: quare male agentes spectare non sustinebis, et qui molestiarum aliis et contritionis auctores sunt. " Cur aspicis contemptores? Tacebis ne, dum iustum devorat impius? Et facies homines quasi pisces maris, et quasi reptilia non habentia ducem? „ Non ergo spectare patieris eos qui punitionis tuae contemptu haec agunt; neque tantam iniquitatem dissimulabis, ut iusti ab impiis propemodum devorentur. Alioqui videbimur a piscibus atque reptilibus duce carentibus nihil differre, nisi tu punitionis tuae demonstratione, palam fias ceu praeses noster et actuum omnium humanorum scrutator accuratus.

Postquam haec omnia de Babyloniis dixit, qui saeve admodum populum tractaverant; exponit deinceps hostis eiusdem potentiam, cuius ope quotquot vult malis innumeris facile irretit. " Hamo sustulit illum ad consummationem, traxitque eum reti suo, et in sagenis suis adunavit. Propterea laetabitur et gaudebit; pro-

βλήστρῳ αὐτοῦ· „ ὡς γὰρ ἀγκίστρῳ τινὶ καὶ ἀμφιβλήστρῳ τῇ οἰκείᾳ δυνάμει πλείστους ὅσους
περιβαλὼν εἰς παντελῆ παραδίδωσιν ἀπώλειαν· οὕτω τε ἅπαντας ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν ἀθροί-
ζει τὴν οἰκείαν, ὥστε ἥδεσθαι μὲν ἐπὶ τοῖς ἔργοις τοῖς ἰδίοις, κινδυνεύειν δὲ ὡς ἄν τινι θεῷ
τῇ οἰκείᾳ δυνάμει λογίζεσθαι τῶν παρ' αὐτοῦ γινομένων τὸ μέγεθος· τὸ γὰρ θύσει τῇ σα- p. 362.
γήνῃ, καὶ θυμιάσει τῷ ἀμφιβλήστρῳ, τοῦτο λέγει ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἐν τοῖς τοιούτοις τὴν εὐ-
χαριστίαν ἀποπληρούντων τῷ θεῷ· βούλεται οὖν εἰπεῖν ὅτι μονονουχὶ θεοῦ δίκην φαντάζεται
δύνασθαι πάντα κατὰ τὸ δοκοῦν ἑαυτῷ ποιεῖν· καὶ τὴν αἰτίαν λέγων· “ ὅτι ἐν αὐτοῖς ἐλί-
πανεν μερίδα αὐτοῦ, καὶ τὰ βρώματα αὐτοῦ ἐκλεκτά. „ Τῇ γὰρ ἰσχύϊ τῇ οἰκείᾳ λογίζεται
τῶν κατορθωμένων τὸ μέγεθος, ἀφ' ὧν δὴ προσγέγονεν αὐτῷ τὸν πλοῦτον αὐξῆσαι τὸν
οἰκεῖον· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ ἐλίπανε μερίδα αὐτοῦ· ἐντεῦθεν δέ φησι καὶ πάντων δὴ τῶν δοκί-
μων τι καὶ ἐκλεκτῶν τὴν ἀπόλαυσιν ἔχει· ὅπερ ἐστὶ τὸ καὶ τὰ βρώματα αὐτοῦ ἐκλεκτά.
“ Διὰ τοῦτο ἀμφιβαλεῖ τὸ ἀμφίβληστρον αὐτοῦ, καὶ διαπαντὸς ἀποκτείνειν ἔθνη οὐ φείσεται. „ v. 17.
Ἐκ δὲ ὧν κατώρθωσε πολλάκις θαῤῥῶν ἐπὶ τῇ οἰκείᾳ χρῆται δυνάμει, καὶ πολέμοις χρώ-
μενος ἀπαύστοις, πολλὴν ἀφειδῶς τῶν ἐμπιπτόντων ἐργάζεται τὸν φόνον· εἰρηκὼς δὲ τὰ παρὰ
τοῦ Βαβυλωνίου γινόμενα, καὶ διὰ πάντων αὐτοῦ τὴν εἰς τὸν λαὸν παρανομίαν αὐξήσας,
ἐπάγει λοιπόν.

ΚΕΦ. Β'.

“ Ἐπὶ τῆς φυλακῆς μου στήσομαι, καὶ ἐπιβήσομαι ἐπὶ πέτραν. „ Ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἐν v. 1.
πολέμῳ καὶ πολιορκίᾳ τὴν τοῦ τείχους διῃρημένων φυλακὴν, ἐπὶ τῆς φυλακῆς φησὶν ἐγὼ
στήσομαι τῆς ἐμῆς, ἵνα εἴπῃ ὅτι τοῦ ἐμοὶ προσήκοντος οὐκ ἐκστήσομαι, ἀλλὰ γὰρ ἕξομαι τούτου, p. 363.
ἐν ἀσφαλείᾳ γε πλείστῃ καθεστάναι νομίζων εἰ ταῦτα ποιοίην· καὶ σαφέστερον ποιῶν ὃ λέγει
“ καὶ σκοπεύσω τοῦ ἰδεῖν τί λαλήσει ἐν ἐμοὶ, καὶ τί ἀποκριθῶ ἐπὶ τὸν ἔλεγχόν μου. „

pterea immolabit sagenae suae, et turificabit reti suo. „ Quasi hamo aliquo ac reti plurimos potentia sua circumveniens, supremo tradet exitio. Sic autem in potestatem suam cunctos rediget, ut et operibus suis gavisurus sit, ac propemodum quasi Deo aliquo viribus suis propriorum gestorum magnitudinem triboturus. Nam verba, immolabit sagenae, et turificabit reti, dicit sumpta metaphora ab iis, qui in casu eiusmodi, gratias Deo referunt. Vult ergo dicere, illum Dei instar imaginari omnia posse pro suo libito efficere. Causamque exponens “ quia in ipsis, inquit, incrassavit partem suam: et cibi eius electi. „ Propriis viribus rerum bene gestarum magnitudinem tribuit, unde illi opum cumulus accessit. Sic enim valent verba: partem suam incrassavit. Hinc, inquit, rei omnis bonae et electae fructum consecutus est; namque ita verba, cibi eius electi, intelligenda sunt. “ Idcirco extendet rete suum, et caedi populorum numquam parcet. „ Repetitis successibus elatus potentiam suam exercebit, perpetuisque bellis indulgens, multam crudeliter devictorum stragem edet. Iam vero Babylonii gestis narratis eiusque per omnia adversus iudaicum populum scelere exaggerato, pergit dicere.

CAP. II.

“ Super custodia mea stabo, et supra petram ascendam. „ Metaphora sumpta ab iis qui belli tempore et obsidionis custodiendi muri vices sibi distribuunt, super custodia, inquit, mea stabo; pro eo ut dicat, officio meo non deero, sed illud observabo: etenim valde tutum me existimabo, si ita me geram. Atque adhuc aper-

Βούλεται εἰπεῖν ὅτι ἔργον ἡμῶν πρὸς τὸν θεὸν ἀφορᾶν, καὶ τὰ ἐκεῖθεν γινόμενα τε καὶ δεικνύμενα δέχεσθαι· ἐντεῦθεν γάρ μοι καὶ ἀσφάλεια πλείστη προσέσται· διαμενῶ τοίνυν φησὶν ἀφορῶν τί ποτε ἄρα περὶ τῶν γινομένων ἀποφαίνεται θεός· ὡς ἂν ταῦτα μαθὼν ἀποκρίνωμαι καὶ αὐτὸς τὰ δεικνύμενα τῷ λαῷ εἰς ἔλεγχόν τε αὐτοῦ ἑξῆς· ὥσπερ δὲ ἐν τοῖς ἀνωτέροις τὰς ἐν τῷ λαῷ τὰς πλημμελείας εἰπὼν, ὡς ἐξ ἀποκαλύψεως ἐγνωκὼς θείας τὴν ἐπαχθησομένην αὐτοῖς διὰ τῶν βαβυλωνίων τιμωρίαν φησὶν, οὕτω κἀνταῦθα τὰ βαβυλωνίων τὰς παρανομίας εἰρηκὼς, λέγει μὲν ἀναμένειν παρὰ τοῦ θεοῦ μαθεῖν, ὅτι ποτὲ καὶ περὶ τούτων ἀποφαίνεται· ἐπάγει δὲ ἑξῆς τὴν ἐπὶ τούτοις ἀποκάλυψιν αὐτῷ γεγονυῖαν· διὸ φησί
v. 2. “ Καὶ ἀπεκρίθη πρός με κύριος, καὶ εἶπε· γράψον ὅρασιν σαφῶς εἰς πυξίον, ὅπως διώκῃ
ὁ ἀναγινώσκων αὐτά. „ Ἀναμένειν γὰρ εἰρηκὼς μαθεῖν ἅ τινα περὶ τούτων ἀποφαίνεται ὁ
θεὸς, ταῦτα δὴ ἀποκεκρίσθαι πρὸς αὐτὸν φησὶ τὸν θεόν· κελεῦσαι μὲν αὐτῷ ὡς ἐν ὁράσει
θείᾳ εἰς πυξίον γράψαι τὰ δεικνύμενα, ἵνα πᾶσιν ᾖ σαφῆ τε καὶ δῆλα πρὸς ἀνάγνωσιν
p. 301. τὰ εἰρημένα τε καὶ γεγραμμένα· λέγει δὲ τὰ περὶ τῶν βαβυλωνίων ἐσόμενα, ἅπερ ἑξῆς
v. 3. φησίν· εἶτα ἐπάγει. “ Διότι ἔτι ὅρασις εἰς καιρὸν μακρὸν, καὶ ἀνατελεῖ εἰς πέρας καὶ οὐκ
εἰς κενόν. „ Τὰ μὲν γὰρ δειχθέντα οὐ παραυτίκα ἐκβήσεται, ἀλλὰ μετά τινα χρόνον, ὃς
ἀφέστηκε νῦν, ἔσται δὲ πάντως καὶ λήψεται πέρας· ἐπεὶ μὴ δὲ μάτην δέδεικται, ἀλλ' ὡς
v. 4. καὶ ἐσόμενα πάντως. “ Ἐὰν ὑστερήσῃ, ὑπόμεινον αὐτὸν, ὅτι ὁ ἐρχόμενος ἥξει καὶ οὐ μὴ
χρονίσῃ. „ Ὥστε εἰ καί τις ὑπέρθεσις δόξειεν τῶν μηνυθέντων γίνεσθαι, τέως ἀναμείνατε πάντως αὐτὰ, ἐπειδὴ ἅπερ ὡς ἐσόμενά τε καὶ ἐλευσόμενα μεμήνυται, ταῦτα δὴ ἥξει τε καὶ γενήσεται πάντως, οὐ μὴν εἰς ὑπέρθεσιν ἐμπεσεῖται παντελῆ. “ Ἐὰν ὑποστείληται, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐπ' αὐτῷ· ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεώς μου ζήσεται. „ Ὡς εἰ καί τις

tius loquens “ et contemplabor, inquit, ut videam quid in me loquatur, et quid respondeam ad correptionem meam. „ Dicere vult, officii esse nostri ad Deum respicere, et quae inde accidunt et ostenduntur, excipere. Hinc enim mihi plurimum tutamen erit. Perseverabo itaque spectans, quid forte Deus aliquando de rerum eventu revelet: ut hoc cognito, renunciem ego quoque populo ostenta mihi ad illius futuram correptionem. Sicut autem in superioribus, postquam populi peccata recitavit, tamquam divina revelatione illustratus, imponendam populo poenam dixit; ita etiam hoc loco, dictis Babylonii sceleribus, ait se expectare a Deo monitionem, quid aliquando de his quoque patefacturus sit. Mox addit, quam super his acceperat revelationem. Idcirco ait: “ et respondit mihi Dominus dixitque: scribe manifeste visa in buxo, ut persequatur qui legit ea. „ Postquam dixit expectare se a Deo moneri, quale de his oraculum reddat; haec sibi a Deo responsa dicit: iussisse videlicet tamquam ex divina visione in buxo scribere quae ostensa fuerant, ut omnibus perspicua fierent ac patentia legentibus quae dicta erant et scripta; nempe ea quae a Babyloniis eventura erant, et a se inferius dicenda. Tum addit: “ quia adhuc visio in longum tempus, et orietur in finem, et non in vacuum. „ Etenim quae ostensa sunt, haud statim exitum habebunt, sed post aliquod tempus, quod nunc abest; sed tamen omnino erit, ac finem accipiet: non enim haec frustra revelata sunt, sed prorsus ut eventura. “ Si moram fecerit, expecta illum, quia veniens veniet, et non tardabit. „ Quare etiamsi dilatio forte aliqua eorum quae praedicta sunt, fieri videbitur, constanter interim expectate; siquidem quae futura eventuraque praedicta sunt, ea inquam evenient fientque prorsus, neque in perpetuam dilationem incurrent. “ Si se subtraxerit, non bene placebit animae meae

ὀκνήσειεν περὶ τὴν πίστιν τῶν ἐσομένων, καὶ ἀμφιβάλλων εἰ γενήσεται πάντως, σφόδρα μοι
διὰ μίσους ἐστὶν ὁ τοιοῦτος· ἐπειδὴ δίκαιον ἔγωγε ὁρίζομαι τὸν πιστεύοντά τε τοῖς ἐπηγγελ-
μένοις, καὶ τὴν ἐξ αὐτῶν κομιζόμενον ὠφέλειαν.

Ταῦτα περὶ τῆς ἀποκαλύψεως εἰρηκὼς, καὶ προτρεψάμενος πιστεύειν τοῖς δεικνυμένοις,
λοιπὸν ἐπάγων τὰ τῆς ὁράσεως οὕτω φησίν. " Ὁ δὲ κατοιόμενος καὶ καταφρονητὴς ἀνὴρ ἀλα- v. 5.
ζὼν οὐθὲν οὐ μὴ περάνῃ. „ Εὖ ἴστε τοίνυν φησὶν τουτονὶ τὸν πολέμιον τὸν ὑμέτερον, λέγει
δὲ τὸν βαβυλώνιον, τὸν ἀμέτρῳ τῷ οἰήματι κεχρημένον καὶ καταφρονοῦντα τῆς ἀνεξικακίας p. 305.
τῆς θείας, καὶ ἐν τοῖς ἑτέρων ἀλαζονευόμενον δυσπραγίαις, οὐκ εἰς πέρας μὲν αὐτοῦ τὰ ἐπὶ
τῆς ἑαυτοῦ δυναστείας, φοβερὰν δέ τινα τῇ ἀπειλῇ τῇ θείᾳ τὴν μεταβολὴν ὑπομενοῦντα.
" Ὃς ἐπλάτυνε καθὼς ὁ ᾅδης τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ὡς θάνατος οὐκ ἐμπιμπλά-
μενος· καὶ ἐπισυνάξει πρὸς αὐτὸν πάντα τὰ ἔθνη, καὶ εἰσδέξεται πρὸς αὐτὸν πάντας τοὺς
λαούς. „ Ὁ γὰρ δίκην ᾅδου κατὰ πάντων ἐκτείνας ἑαυτὸν, καὶ πάντας μὲν ἀναιρῶν, κατὰ
μίμησιν δὲ θανάτου κόρον τῶν ἀναιρουμένων οὐκ ἔχων, χειρούμενός τε πλείστους, καὶ τοὺς παν-
ταχόθεν ὑπὸ τὴν οἰκείαν ἄγων ἐξουσίαν, φοβεράν τινα τὴν μεταβολὴν διὰ τῆς ὀργῆς ὑπομενεῖ
τῆς θείας. " Οὐχὶ ταῦτα πάντα παραβολὴν κατ' αὐτοῦ λήψονται, καὶ πρόβλημα εἰς δι- v. 6.
ήγησιν αὐτοῦ; καὶ ἐροῦσιν, οὐαὶ ὁ πληθύνων ἑαυτῷ τὰ οὐκ ὄντα αὐτοῦ, ἕως τίνος καὶ βαρύνων
τὸν κλοιὸν αὐτοῦ στιβαρῶς. „ Ἅπαντες δὴ λοιπὸν οἱ πανταχοῦ τὴν κατ' αὐτὸν μεταβολὴν
ἐκπληττόμενοι ὡς ἐν παραβολῇ, πάντες ἐροῦσιν· ἀθλιώτατος δὴ πάντων ὁ τὰ ἑτέρων
ἀφαιρούμενος, καὶ τὸν οἰκεῖον αὔξων πλοῦτον, ὁ βαρὺς τοῖς ὑπηκόοις διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς
ὠμότητος· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ βαρύνων τὸν κλοιὸν αὐτοῦ στιβαρῶς· οὐ γὰρ εἰς τὸ παντελὲς
δυνήσεται τὰ τοιαῦτα ποιεῖν· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ ἕως τίνος, ὃ διὰ μέσου κειμένου, πρὸς p. 306.
ἅπαντα ἀποδίδοται, ἵνα εἴπῃ, ὅτι οὐκ εἰς τὸ παντελὲς γενήσεται τοιοῦτος, μεταβολὴν τῶν
κατ' αὐτὸν δεξομένων, διὰ τὴν ἐπαγομένην αὐτῷ παρὰ τοῦ θεοῦ τιμωρίαν.

super eum; iustus autem ex fide mea vivit. „ Si quis ad fidem futuris rebus praebendam torpuerit, et ancipiti animo erit, hic mihi valde est invisus: ego enim iustum illum esse definio, qui promissionibus credit, et utilitatem ex eis capit.

His circa revelationem dictis, atque ad credendum ostensis hortatus, deinceps visionem evolvens ait: " vir autem praesumptiosus et contemptor atque superbus, nihil perducet ad finem. „ Probe ergo cognoscite hunc hostem vestrum, Babylonium designans, immodica arrogantia elatum, divinaeque patientiae contemptorem, et aliorum calamitatibus exultantem, hunc inquam dominationis suae negotium felici exitu non conclusurum, sed terribilem quandam a divina vindicta conversionem experturum. " Qui dilatavit sicut infernus animam suam, et mortis instar est insatiabilis; qui adunabit sibi omnes gentes, et cunctos populos ad se recipiet. „ Qui quasi infernus adversus omnes vim suam extendit, passim interficiens, et mortis imitator nullam occisorum satietatem cepit, captivans plurimos, et ubique omnes sub suam potestatem redigens, hic formidabilem quandam abs divina ira subversionem patietur. " Nonne haec omnia parabolam adversus eum sument, et problema de ipso narrabunt? dicentque: vae qui sibi non sua multiplicat! Quousque collare suum adgravabit vehementer? „ Cuncti postea quotquot ubique sunt, rerum eius conversione attoniti, tamquam in parabola, dicent: miserrimus ille omnium qui alienae rei rapina suas opes auget, qui gravis subditis fit ob suae saevitatis pondus: id enim significat dictio, collare suum graviter adgravans. Profecto haud poterit ad extremum usque haec agere: namque id denotatur vocabulo quousque, quod in me-

v. 7. Εἶτα πῶς καὶ τίνα τρόπον λέγων “ ὅτι ἐξαίφνης ἐξαναστήσονται δάκνοντες αὐτόν,
καὶ ἐκνήψουσιν οἱ ἐπίβουλοί σου, καὶ ἔσῃ αὐτοῖς εἰς διαρπαγήν. ,, Ἀναφανήσονται γὰρ παρὰ
πᾶσαν ἐλπίδα πολέμιοι, λέγει δὲ τοὺς Πέρσας, οἳ ὥσπερ δήγμασι ταῖς ἐφόδοις ταῖς οἰκείαις
διασπάσουσί σου τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἐξουσίαν, μετὰ πολλῆς μὲν τῆς ἐπιμελείας τὰ πρὸς βλά-
v. 8. βην σὴν ἐργαζόμενοι· δι' ἁρπαγῆς δὲ καὶ τὰ σοὶ προσόντα τιθέμενοι πάντα. “ Διότι σὺ
ἐσκύλευσας ἔθνη πολλά, σκυλεύσουσί σε πάντες οἱ ὑπολελειμμένοι λαοὶ δι' αἵματα ἀν-
θρώπων, καὶ ἀσεβείας γῆς καὶ πόλεως καὶ πάντων τῶν κατοικούντων αὐτήν. ,, Ὅνπερ γὰρ
τρόπον αὐτὸς ἐπιὼν ἀφῄρει τὰ ἑτέρων, τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ἀφαιρεθήσεται καὶ τὰ σοὶ προσ-
όντα παρὰ τῶν εἰς τιμωρίαν σὴν καταλελειμμένων· ὑπὲρ ὧν ἀνεῖλες τε πλείστους τῶν τῷ
θεῷ προσηκόντων, καὶ ἠσέβησας εἴς τε τὴν γῆν τὴν θείαν καὶ τὴν πόλιν, καὶ πάντας δὴ τοὺς
οἰκοῦντας αὐτήν, λέγει δὲ περί τε τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τῶν κατ' αὐτὴν ἁπάντων. Εἶθ' ὡς ἂν
ἐπεμβαίνων αὐτῷ δικαίως πεπονθότι τοιαῦτα, λέγει τὰς παρανομίας ὑπὲρ ὧν τὴν τοιαύ-
v. 9. p. 367. την δέδεκται τιμωρίαν “ Ὦ ὁ πλεονεκτῶν πλεονεξίαν κακὴν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, τάξαι εἰς
v. 10. ὕψος νοσσιὰν αὐτοῦ, τοῦ ἐκσπασθῆναι ἐκ χειρὸς κακῶν· ἐβουλεύσω αἰσχύνην τῷ οἴκῳ σου,
συνεπέρανας λαοὺς πολλούς, καὶ ἐξήμαρτεν ἡ ψυχή σου. ,, Αὐτὸς ἤθελες, φησίν, ὁ ἀμέτρῳ κε-
χρημένος τῇ πλεονεξίᾳ ἐπὶ τῷ τὸν πλοῦτον αὔξειν τὸν οἰκεῖον ἐκ τῶν ἀλλοτρίων κακῶν, ὑψηλήν
τε τῆς οἰκείας βασιλείας ἀποδεῖξαι τὴν σύστασιν· εἶτα ταῦτα μὲν ἐποίεις, ὅπως δ' ἂν δυν-
ηθείσης τῶν ἐπαγομένων σοι κακῶν ἀπαλλαγὴν εὑρέσθαι τινά, συνιδεῖν οὐ δεδύνησαι· ἀλλὰ
γὰρ πολλοὺς ἀδικῶν παρανομῶν τε εἰς ἅπαντας ἀδεῶς, οὐ πλοῦτον, ὡς ᾤου, αἰσχύνην δὲ
ὡς ἡ ἔκβασις δεδήλωκε τῷ οἴκῳ συνήγαγες τῷ σαυτοῦ· ὑπὲρ γὰρ ἁπάντων ὧν διαπε-
πραγμένος ὤφθης, τὴν τιμωρίαν δέδωκας ταύτην.
v. 11. “ Διότι λίθος ἐκ τοίχου βοήσεται, καὶ κάνθαρος ἐκ ξύλου φθέγξεται αὐτά. ,, Τοι-

dio positum, ad omnia refertur: quasi dicatur: haud in perpetuum hoc statu erit, sed conversionem res eius patientur, propter infligendam ipsi a Deo poenam.

Deinde qualiter quomodoque ea fient dicit: “ quia subito consurgent qui mordeant eum, et vigilabunt insidiatores tui, et eris in rapinam eis. ,, Emergent praeter omnem expectationem hostes, damnis tuis intenti, bona tua omnia diripientes. “ Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes reliqui populi, propter sanguinem hominum, et impietatem regionis ac civitatis, et cunctorum incolarum eius. ,, Quemadmodum ipse impetu facto aliena rapuisti, ita vicissim tua diripientur ab iis qui puniendi tui causa relicti sunt: quia tu nempe plurimos Dei famulos interfecisti, et adversus Dei regionem ac civitatem impie egisti, contra omnes denique illius incolas, Hierusalem scilicet, et quicquid ad eam pertinebat. Posthinc quasi ei iuste insultans talia passo, scelera recitat, quorum causa poenam huiusmodi luit. “ O qui ampliat avaritiam malam domui suae, ut ponat in excelso nidum suum, ut eruatur de manu malorum! Cogitasti confusionem domui tuae, consumpsisti populos multos, et peccavit anima tua. ,, Tu, inquit, immodica habendi cupiditate percitus, ob opes tuas ex alienis damnis augendas, sublimemque regni tui conditionem ostentandam; dum haec ageres, haud tamen potuisti discernere quomodo imponendorum tibi malorum pondus vitares: sed multos interim laedens, atque in omnes secure peccans; haud divitias, ut credebas, sed ignominiam, ut reapse exitus ostendit, domui tuae conciliasti: nam ob haec omnia quae fecisse te constat, hanc poenam persolvisti.

“ Quia lapis de pariete clamabit, et scarabeus de ligno loquetur ea. ,, Igitur

γαρουῦ ἐκ τοῦ μεγέθους τῶν κακῶν, καὶ ἐκ τῶν οἰκοδόμων ἃς κακῶς ἀνήγειρας ἀναπέμπονται ὡσπερεὶ φωναὶ τινὲς κατηγοροῦσαι σου τὴν πλεονεξίαν, τῶν τε λίθων μονονουχὶ φωνὴν ἀφιέντων κατὰ σου τοιαύτην, καὶ τῶν σκωλήκων δὲ σὺν αὐτοῖς ὁπόσοις ἐν μέσαις τε τῶν λίθων τε καὶ πλίνθων ἁρμογαῖς ἐμφωλεύειν ἔθος, ἢ καὶ ἐν μέσοις πολλάκις εὑρίσκεσθαι τοῖς ξύλοις· κάνθαρον γὰρ ἐνταῦθα λέγει τὰ ἔν τε ξύλοις εὑρισκόμενα, ἔν τε τοίχοις ἐν μέσῳ p. 359.
τῶν πλίνθων εἰωθότας ἐμφωλεύειν, ὡς ἂν τις εἴποι ζωΰφιά τε καὶ σκώληκας οὕτως ὀνομάζων, ὡς ἂν κοινῇ ταύτῃ προσηγορίᾳ καλουμένων ἁπάντων τῶν τοιούτων· ἔστι δέ τινα ἐν τοῖς καταγαίοις εἰωθότα μᾶλλον ἐν μέσῳ τῆς νοτίδος εὑρίσκεσθαι ἃ κανθαρίδας καλοῦσι· τινὲς δὲ ἔφασαν τὸν σύρον πάσσαλον λέγειν· ἀλλ᾽ ἀνόητον εἴη ἂν ἀφέντας τῆς ἑβραΐδος τὴν φωνὴν καθ᾽ ἣν ὁ προφήτης ἐφθέγξατο, ἣν περ οὖν ἡμῖν διὰ τῆς οἰκείας ἑρμηνείας σαφῆ κατέστησαν ἄνδρες ἑβδομήκοντα, δόκιμοί τε καὶ ἀκριβῶς τῆς γλώττης ἐπιστήμονες ἐκείνης, σύρῳ προσέχειν μεταβεβληκότι τὴν ἑβραίων εἰς τὴν σύρων· εἶτα πολλάκις τὸ πταῖσμα τὸ οἰκεῖον, νόμον βουληθέντι θεῖναι φωνῆς, ὥς δοκεῖ μοι, μὴ συνεὶς ὅ τι ποτὲ λέγει, τὴν κάνθαρον πάνυ γε εἰωθότα ἐμφωλεύειν τοῖς τοίχοις τὸ πάσσαλος τεθεικέναι, ἵνα δοκῇ τινα τὸ λεγόμενον ἀκολουθίαν ἔχειν· καί τοι γε πάσσαλον ἐκ ξύλου φθέγγεσθαι ἀνακόλουθον ἄγαν· ἐπειδὴ ἐκ τοίχου μὲν, ἐνδεχόμενον· ἐκ ξύλου δὲ, οὐκέτι· οὐ γὰρ ὥσπερ ἐκ λίθων συντίθεται τοῖχος, οὕτως ἐκ πασσάλων ξύλον.

Οὐ μέν τοι γε προφήτης ἐπειδὴ καὶ ἐκ τῶν τοίχων ἔτι τε τῶν ἐνόντων αὐτοῖς ἔφη τὴν κατηγορίαν γίνεσθαι κατ᾽ αὐτοῦ, καλῶς ἐπήγαγεν. “ Οὐαὶ ὁ οἰκοδομῶν πόλιν ἐν αἵμασι, v. 12.
καὶ ἑτοιμάζων πόλιν ἐν ἀδικίαις· οὐ ταῦτά ἐστι παρὰ κυρίου παντοκράτορος· καὶ ἐξέλιπον v. 13.
λαὸν ἱκανὸν ἐν πυρὶ, καὶ ἔθνη πολλὰ ὠλιγοψύχησεν· ὅτι πλησθήσεται ἡ γῆ τοῦ γνῶναι τὴν p. 360. v. 14.
δόξαν κυρίου, ὡς ὕδωρ πολὺ κατακαλύψαι θαλάσσας. „ Οὐκ ἂν σε θρηνήσειεν ἐκ φόνων

ex cumulo malorum, nec non ex aedificiis quae contra fas struxisti, voces veluti quaedam mittuntur quae tuam avaritiam accusant, saxis ipsis propemodum sic contra te clamantibus, nec non et vermibus quotquot in mediis saxis laterumque iuncturis latitare solent, et intra ligna saepe comperiri. Etenim scarabaeum hoc loco appellat animalcula quae in lignis occurrunt, et in muris intra lapides lateresve cubitant, quasi inquam hoc nomine dicat animalcula quaevis et vermes, ceu si omnia communi hac appellatione vocitentur. Sunt etiam subterranea quaedam in media praecipue rubigine inveniri solita, quas cantharidas vocant. Nonnulli vero dixerunt, apud syrum interpretem paxillum legi. Atqui stultum est omissa hebraica lingua, qua propheta locutus est, cuius vocabulum propria interpretatione septuaginta viri nobis declararunt, probati nimirum illi et eius linguae accurate periti, syro adtendere qui hebraicum scriptum ad Syrorum sermonem transtulit: qui saepe errorem suum, pro linguae regula vult obtrudere, quantum mihi videtur, quid dicat minime intelligens: itaque pro scarabaeo passim in muris cubitare solito, paxillum posuit, ut quandam sermonis sequelam retinere videretur. Atqui paxillum ex ligno loqui, non est consentaneum: nam si ex muro potest, ex ligno nequaquam: non enim sicut ex lapidibus murus conficitur, ita ex paxillis lignum.

Ergo propheta, quandoquidem ex muris et ex haerentibus illic animalculis accusationem fieri contra Babylonium dixit, praeclare addidit: “ vae qui aedificat civitatem in sanguinibus, et praeparat urbem in iniquitatibus! Non sunt haec a Domino omnipotente. Et defecerunt populi multi in igne, et gentes multae animo conciderunt. Quia replebitur terra, ut cognoscat gloriam Domini: quasi aqua multa

καὶ ἀδικιῶν κατασκευάζοντα πόλεις; οὐ γὰρ συνορᾷς ἅτινα ὑπὲρ τούτων ἐπενεχθήσεταί σοι
παρὰ τοῦ Θεοῦ κακά. πολλοὺς μέν τινας καὶ ἀμυθήτους ὥσπερ πυρὶ τῇ σαυτοῦ κατηνάλωσας
ὠμότητι· πολλοὺς δὲ πρὸς αὐτὸ τὸ τέλος ἤγαγες τοῦ βίου ταῖς ἀνηκέστοις συμφοραῖς· ὑπὲρ ὧν
δὴ ταῦτα νῦν ὑπομένεις, ὥστε ἅπαντας τοὺς κατὰ γῆν ἀνθρώπους ἐπιγνῶναι τῆς θείας οἰκο-
νομίας τὸ μέγεθος τοιαῦτα ἐργαζομένης· οὕτω τέ σοι τὰ τοσαῦτα δυνηθέντι καὶ πεποιη-
κότι, φοβερὰν ἐπάγοντι τὴν τιμωρίαν, καὶ πρέπουσάν γε τῷ πλήθει τῶν ἡμαρτημένων ὑπὸ
v. 15. σοῦ. Καὶ πάλιν ὀνειδιστικῶς λέγων· “ὦ ὁ ποτίζων τὸν πλησίον αὐτοῦ ἀνατροπὴν θολεράν,
καὶ μεθύσκων ὅπως ἐπιβλέπῃ ἐπὶ τὰ σπήλαια αὐτῶν.„ Εἶπον πολλάκις ὅτι τὸν οἶνον καὶ
τὸ πίνειν αὐτὸν ἐπὶ τὰς συμφορὰς λέγει· σὺ οὖν, φησὶν, ἦσθα ὁ πᾶσιν ἀνθρώποις πόμα
θολερὸν προσάγων, μεθύσκειν τε καὶ ἀνατρέπειν τὸν πίνοντα δυνάμενον παντελῶς· ἵνα εἴπῃ,
τιμωρίαν βαρυτάτην ἅπασιν ἐπάγων· ταῦτα δὲ φησὶ ἐποίεις τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμῶν, καὶ
p. 270. τοὺς θησαυροὺς τοὺς ἀλλοτρίους ἀνερευνώμενος καὶ σαυτοῦ ποιεῖν ἐθέλων.
v. 16. “Πλησμονὴν ἀτιμίας ἐκ δόξης πίε καὶ σὺ· καρδία σαλεύθητι, καὶ σείσθητι.„ Ἃ πε-
ποίηκας ἑτέροις, δίκαιος ἂν εἴης παθεῖν· ἵν᾿ ἐξ ἁπάσης ἐκείνης τῆς δόξης ἀτιμίας
πληρωθεὶς, διασαλευόμενός τε καὶ καταπίπτων ὡς ὑπό τινος μέθης τῇ τῆς τιμωρίας γινο-
μένοις ὑπερβολῇ. “Ἐκύκλωσεν ἐπὶ σὲ ποτήριον δεξιᾶς κυρίου, καὶ συνήχθη ἀτιμία ἐπὶ
τὴν δόξαν σου.„ Ἐπήγαγε γάρ σοι τὸ οἰκεῖον ποτήριον ὁ θεὸς, ἵνα εἴπῃ τὴν ἐκ τῆς οἰκείας
ἀποφάσεως τιμωρίαν, ὥστε σοι τὴν δόξαν εἰς ἀτιμίαν πλείστην πανταχόθεν ἀθροιζομένην
v. 17. ἐπὶ σὲ μεταβεβλῆσθαι λοιπόν. “Διότι ἀσέβεια τοῦ Λιβάνου καλύψει σε, καὶ ταλαιπωρία
θηρίων πτοήσει σε, δι᾿ αἵματα ἀνθρώπων, καὶ ἀσεβείας γῆς καὶ πάντων τῶν κατοικούντων
αὐτήν.„ Ὡς γὰρ εἰς τὸν λαὸν ἠσέβησας, νῦν δώσεις δίκην δικαίως, ὥσπερ ὑπό τινων
θηρίων τῶν ἐπιόντων σοι πολεμίων· εἰς φόβον καὶ ταλαιπωρίαν κατασταθήσῃ πολλήν· ὑπὲρ

operiens maria. „ Quis te non defleat urbes caedibus et iniquitatibus aedificantem? Neque enim cernis quaenam tibi huius rei causa a Deo inferentur mala. Tu quidem multos, quot nemo recitabit, quasi igne crudelitate tua consumpsisti: multos ad vitae exitum intolerandis aerumnis deduxisti: quamobrem nunc haec sustines: ut ita omnes per orbem terrarum homines agnoscant magnam Dei providentiam talia operantem, tibique ob facinora tantam poenam imponenti, peccatorum tuorum multitudini convenientem. Rursusque cum exprobratione. “ O qui propinat, inquit, proximo suo subversionem turbidam, et inebriat ut inspiciat in speluncas eorum! „ Dixi iam saepe, vinum et ipsam potationem pro aerumnis dici. Tu ergo es, qui universis hominibus turbidum potum propinas, inebriare ac subvertere potantes omnino valentem: id est gravissimum supplicium cunctis infers. Haec faciebas, inquit, dum aliena concupisceres, et alienos thesauros scrutareris, ut in rem tuam sevocares.

“ Saturitatem ignominiae de gloria bibe et tu: cor commovetor et concutitor. „ Quae igitur aliis fecisti, dignus ipse pati es; ut post omnem illam gloriam ignominia obrutus, nutans et concidens, quasi crapula quadam, a magnitudine punitionis fias. “ Circumdedit te calix dexterae Domini, et aggesta est ignominia super gloriam tuam. „ Adduxit tibi calicem suum Deus, pro eo ut dicat decretam a se poenam, ut gloria tua in ignominiam plurimam undique in te congestam deinceps convertatur. “ Quia impietas Libani operiet te, et miseria bestiarum terrebit te, propter sanguines hominum, et impietates terrae et urbis eiusque incolarum. „ Sicut enim adversus populum impie egisti, nunc poenam lues, hostibus ferarum

ὧν ἀνεῖλες τε ἀνθρώπων κατὰ τὴν Ἱερουσαλήμ, καὶ ἠσέβεις εἴς τε τὴν γῆν τὴν θείαν καὶ τὴν πόλιν, οὐδὲ μίαν τῶν οἰκούντων αὐτὴν φειδὼ ποιεῖσθαι βουλόμενος. Καὶ ἐπειδήπερ αὐτῷ τὴν εἰς τὸν λαὸν καὶ τὴν πόλιν καὶ τὸν ναὸν ὠνείδισεν ἐν τούτοις πλημμέλειαν, ἀκολούθως ἐπάγει. « Τί ὠφελεῖ γλυπτόν, ὅτι ἔγλυψαν αὐτό; ἔπλασαν αὐτὸ χώνευμα φαντασίαν ψευδῆ, ὅτι πέποιθεν ὁ πλάσας ἐπὶ τὸ πλάσμα αὐτοῦ ποιῆσαι εἴδωλα κωφά. » Ἀλλὰ γὰρ ἠμέ- v. 18.
λεις μέν, φησίν, τοῦ ὄντος θεοῦ· καὶ ἐπλημμέλεις ἀδεῶς εἰς τὰ αὐτῷ γε προσήκοντα· p. 371
ὑπὸ δὲ τῶν εἰδώλων ὠφεληθήσεσθαι ᾤου· ὃ τῶν ἀνθρωπίναις εἰργασμένον χερσὶν ἐν ἀπατηλῇ τινὶ φαντασίᾳ θεραπεύειν ἔσπευδες, ὠφεληθήσεσθαί τι οἰόμενος ἀπὸ εἰδώλων ἀφώνων ἀνθρωπίνᾳ πλασθέντων χειρί.

Εἶτα ἀκολούθως ἐπάγει. « Οὐαὶ ὁ λέγων τῷ ξύλῳ, ἔκνηψον, ἐξεγέρθητι· καὶ τῷ λίθῳ,
ὑψώθητι· καὶ αὐτό ἐστι φαντασία· τοῦτο δέ ἐστιν ἔλασμα ἐκ χρυσίου καὶ ἀργυρίου, καὶ πᾶν v. 19.
πνεῦμα οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ· ὁ δὲ κύριος ἐν ναῷ ἁγίῳ αὐτοῦ· εὐλαβείσθω ἀπὸ προσώπου v. 20.
αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ. » Πῶς οὖν οὐκ ἐλεεινότατος εἴης ἂν ὡς ἐγρηγορότι τῷ ξύλῳ διαλεγόμενος, καὶ βοήθειαν ὡς ἐξ ὑψηλοῦ ζητῶν τοῦ εἰδώλου, ὃ φαντάζει μὲν τὸν ὁρῶντα μόνον ὡς ἐξ ὕλης κατεσκευασμένον τιμίας, ἔρημον δὲ ζωτικῆς πάσης ἐστὶ δυνάμεως· πολλῷ γὰρ ἦν ἄμεινόν σοι, τούτων μὲν καταφρονεῖν καὶ μηδένα λόγον αὐτῶν ποιεῖσθαι, ἀναλογίζεσθαι δὲ τοῦ θεοῦ τὸ μέγεθος, ἔχοντος μὲν φοβερὸν καὶ ἀπόρρητον ναὸν τὸ τῶν οὐρανῶν οἰκητήριον, κεκτημένου δὲ ναὸν καὶ ἐπὶ γῆς διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων χρείαν· πρὸς ὃν οὐ σὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς κατὰ γῆν ἀνθρώπους ἀφορῶντας, μετὰ πολλοῦ προσῆκον ἦν τοῦ δέους καὶ τὴν ἔννοιαν ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς τὴν ἐκείνου. Ἐν μὲν δὴ τούτοις συμπεραίνει τὴν τῶν προειρη-
μένων ἡμῖν τὴν προφητείαν ὁ μακάριος Ἀμβακούμ, τῶν τε ἐν τῷ λαῷ καταδυναστευόν- p. 372
των τοὺς πένητας καθαψάμενος, καὶ τὴν ἐπαχθησομένην αὐτοῖς διὰ τῶν Βαβυλωνίων ἐφόδου

ritu tibi ingruentibus, atque in miseria multa constituèris; propter homines a te Hierosolymis interfectos, et quia sceleste contra Dei regionem urbemque egisti, nemini parcens incolarum eius. Iam postquam illi peccata adversus populum templumque exprobravit, consequenter subdit: " quid prodest sculptile, quia sculpserunt illud? Fecerunt illud conflatile, vanum simulacrum: quoniam confidit fictor in figmento suo, muta facere idola. „ Tu quidem verum Deum negligebas: peccabas secure contra res vel homines ad eum pertinentes: ab idolis te adiutum iri putabas: quod humanae manus vano simulamento formaverant tu adorare studebas, iuvari te ab idolis mutis et humana manu formatis sperans.

Postea consentaneo sermone prosequitur. " Vae qui dicit ligno: expergiscere, surge; et lapidi, extollere: nihil vero aliud quam phantasia est; id est auri argentive lamina, nullusque in eo spiritus est. Dominus autem in templo sancto suo: revereatur a facie eius universa terra. „ Quid ni ergo miserrimus sis, qui lapidem ceu vigilantem alloqueris; et auxilium, quasi ex alto, ab idolo exposcis; quod phantasiam tantummodo spectanti obiicit, ceu pretiosa materia constans, sed tamen vi omni vitali caret. Multo tibi melius erat, haec contemnere ac flocci facere; et cogitare potius de Dei magnitudine, qui tremendum arcanumque habet in caelo habitaculum, et in terris quoque templum possidet hominum usui accommodatum: ad quem non te solum, sed et omnes per orbem homines respicere multa cum reverentia oporteret, eiusque memoriam mente tenere. Atque in his conclusit illam de qua nos hactenus egimus prophetiam beatus Habacucus; principes simul qui pauperes opprimebant increpans, simulque inferendam illis a Babyloniis poenam

τιμωρίαν εἰπών· καὶ μετ' ἐκεῖνο τῶν αὐτῶν τε τῶν βαβυλωνίων εἰρηκὼς καὶ τὴν ὠμότητα ἣν περί τε τοὺς λοιποὺς καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐχρήσαντο τούς τε οἰκειῶτας αὐτῆς, ὅπως τε κἀκεῖνοι δίκας τῆς οἰκείας δεδώκασι παρανομίας.

ΠΡΟΣΕΥΧΗ ΑΜΒΑΚΟΥΜ.

Τρέπει δὲ ἐπὶ προσευχὴν ἐντεῦθεν τὸν λόγον, ἐν σχήματι προσευχῆς τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ
v. 1. περὶ τὸν λαὸν ἐσόμενα μηνύων ἀγαθά· ἄρχεται δὲ οὕτως. “ Κύριε εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν
σου, καὶ ἐφοβήθην. „ Ἀκοὴν λέγει τὴν γεγενημένην αὐτῷ παρὰ τοῦ θεοῦ ἀποκάλυψιν· ὥσπερ
* Is. LIII. 1. καὶ ὁ μακάριος Ἡσαΐας * τό, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ μακάριος Δαυίδ *, κλινῶ
* Ps. XLVII. 5. εἰς παραβολὴν τὸ οὖς μου· * ὧν περ οὖν καὶ ἐν τοῖς ἀνωτέροις πεποιήμεθα μνήμην· κἀνταῦθα τοίνυν τοῦτο φησὶν ὅτι δεξάμενός σου τὴν ἀποκάλυψιν, δι' ἧς ἐγνώρισας, ὅπως μὲν τιμωρήσῃ τοὺς ἐν τῷ λαῷ παρανομοῦντας διὰ βαβυλωνίων, ὅπως δὲ πάλιν τοῖς βαβυλωνίοις ἀνάλογον οἷς πεπλημμελήκεσαν ἐπάξεις τὴν τιμωρίαν, φόβου πᾶς ἐπληρώθην εἰ-
v. 2. p. 372. κότως. “ Κύριε κατενόησα τὰ ἔργα σου καὶ ἐξέστην. „ Ἀναλογισάμενος γὰρ ὅσα ποικίλως διαπεπράττῃ περὶ τοὺς ἀνθρώπους ἀνεξικακίᾳ τε τῇ δεούσῃ κεχρημένος, καὶ ἀδιορθώτως πταίοντας μετὰ λόγου τοῦ προσήκοντος τιμωρούμενος, εἰς ἔκστασιν ἐλήλυθα ἐπὶ τῷ θαύματι τῶν οὕτως ἀπορρήτως παρὰ τῆς σῆς οἰκονομουμένων σοφίας. “ Ἐν μέσῳ δύο ζώων γνωσθήσῃ. „ Ἰδοὺ γὰρ καὶ νῦν ὥσπερ ἐν δύο ζώοις τοῖς τε ἐν τῷ λαῷ πλημμελοῦσι καὶ τοῖς βαβυλωνίοις μετ' ἐκείνους, ἐξ ὧν περὶ ἑκατέρους πεποίηκας, τήν τε δύναμιν καὶ τὴν σοφίαν καὶ τὴν περὶ τὸ δίκαιον ἐπιμέλειαν ἐγνώρισας σαυτοῦ. “ Ἐν τῷ ἐγγίζειν τὰ ἔτη ἐπιγνωσθήσῃ, ἐν τῷ παρεῖναι τὸν καιρὸν ἀναδειχθήσῃ. „ Νῦν μὲν γὰρ αὐτὰ δι' ἀποκαλύψεως κατέστησας ἡμῖν

dicens. Postea Babyloniorum ipsorum narravit saevitiam, quam et in celeros et contra Hierusalem eiusque cives exprompserant, et quo pacto et isti nequitiae suae poenas meritas dederint.

ORATIO HABACUCI.

Convertit deinde ad orationem verba propheta, et sub orantis specie eventura populo a Deo bona praedicit. Sic autem incipit. “ Domine, audivi auditionem tuam, et timui. „ Auditionem dicit factam sibi a Deo revelationem; sicut etiam apud beatum Isaiam: quis credidit auditioni nostrae? Item beatus David: inclinabo in parabolam aurem meam: cuius rei in superioribus quoque mentionem fecimus. Hoc igitur etiam loco ait: accepta ego revelatione tua, qua me docuisti, quomodo puniturus sis Babyloniorum manu peccantes in populo; et quomodo vicissim Babyloniis congruam delictis eorum poenam sis impositurus; pavore sum repletus, et merito. “ Domine, consideravi opera tua, et obstupui. „ Considerans quanta multifariam feceris erga homines idonea patientia utens, et eos qui sine paenitentia prolapsi sunt conveniente ratione puniens, stupore sum correptus, arcanae tuae providentiae sapientiam admirans. “ In medio duorum animalium cognoscêris. „ Ecce enim et nunc, quasi in duobus animalibus, id est populi peccatoribus, et mox in Babyloniis, ex iis quae circa utrosque fecisti, potentiam tuam atque sapientiam iustitiaeque curam ostendisti. “ Cum appropinquaverint anni, cognoscêris; cum tempus aderit, demonstraberis. „ Nunc haec nota nobis revelando fecisti: sed adve-

γνώρισμα· παραγινομένου γὰρ τοῦ καιροῦ, καθ' ὃ προσήκει αὐτὰ κατὰ τὸ δοκοῦν σοι πέρας λαβεῖν, μείζονά τε καὶ σαφεστέραν αὐτοῖς ἔργοις τῆς οἰκείας δυνάμεως καὶ σοφίας, τὴν ἐπίδειξιν ποιήσῃ. “ Ἐν τῷ ταραχθῆναι τὴν ψυχήν μου, ἐν ὀργῇ ἐλέους μνησθήσῃ. ,, Τότε φανήσεταί σου καὶ τῆς φιλανθρωπίας ἡ ὑπερβολὴ περὶ τοὺς τῆς Ἰουδαίας, ὧν ὑπὸ τῆς ὀργῆς τῆς σῆς τῆς τε ἐπαχθείσης αὐτοῖς ὑπὲρ ὧν πεπλημμελήκασι τιμωρίας διατεταραγμένων τὴν ψυχὴν καὶ οὐδὲ ἐν ἑαυτοῖς ὄντων, μνήμην τῆς φιλανθρωπίας τῆς οἰκείας ποιησάμενος, ἀπαλλάξεις τε αὐτοὺς τῶν κακῶν, καὶ ἐπανάξεις ἐπὶ τὰ οἰκεῖα παρὰ πᾶσαν ἀνθρωπίνην ἐλπίδα.

“ Ὁ θεὸς ἀπὸ Θαιμὰν ἥξει, ὁ ἅγιος ἐξ ὄρους κατασκίου. ,, Θαιμὰν μὲν τὴν μητρό- v. 3. p. 374.
πολιν λέγει τῆς Ἰδουμαίας· ὄρος δὲ κατάσκιον τὸ τῆς Ἱερουσαλήμ, ὥσπερ πανταχόθεν τῆς
θείας ἠξιωμένον σκέπης· τότε οὖν φανήσῃ ἀπὸ Θαιμάν τε τῆς Ἰδουμαίας ἐρχόμενος, οὓς
τιμωρήσῃ ὑπὲρ τῆς εἰς ἡμᾶς πλημμελείας, καὶ ἐκ τοῦ ἁγίου ὄρους τῆς Σιὼν ὃ λαμπρὸν διὰ
τῆς ἐπανόδου πᾶσιν ἐργάσῃ τῆς ἡμετέρας. “ Ἐκάλυψεν οὐρανοὺς ἡ ἀρετὴ αὐτοῦ, καὶ τῆς αἰνέ-
σεως αὐτοῦ πλήρης ἡ γῆ. ,, Τῷ γοῦν μεγέθει τῶν παρ' αὐτοῦ γινομένων καὶ οὐρανὸν πληρώσει
καὶ γῆν· ὥστε ἅπαντας πρὸς ὕμνον τρέπεσθαι λοιπόν, θαυμάζοντας τήν τε σοφίαν καὶ τὸ
μέγεθος τῶν παρ' αὐτοῦ γινομένων· κατὰ διαίρεσιν γὰρ κἀνταῦθα τὸ κοινὸν λέγει, ὅπερ οὖν
ἐπὶ πολλῶν ἐδείξαμεν ἤδη ἰδίωμα τῆς θείας ὑπάρχον γραφῆς· καὶ γὰρ καὶ οὐρανοὺς καὶ γῆν
κεκαλύφθαι λέγει τῇ ἀρετῇ τοῦ θεοῦ, ἵνα εἴπῃ τὸ σύμπαν· καὶ τὴν αἴνεσιν αὐτοῦ τῶν γεγονότων
ἕνεκεν παρὰ παντὸς χρῆναι πληροῦσθαι φησί. “ Καὶ φέγγος αὐτοῦ ὡς φῶς ἔσται. ,, Τῇ μὲν v. 4.
ἐν ἐπιφανείᾳ τῇ οἰκείᾳ φησὶν ἅπαντα πληρώσει φωτός. “ Κέρατα ἐν χερσὶν αὐτοῦ ὑπάρχει
αὐτῷ. ,, Δείξει δὲ αὐτὸν ἀρκούντως ἔχοντα ἀμύνειν μὲν τοῖς οἰκείοις, χειροῦσθαι δὲ τοὺς
ἐχθραίνειν αὐτοῖς ἐπιχειροῦντας· ἐκ μεταφορᾶς τῶν τοῖς κέρασι μαχομένων ζώων οὕτως
εἰπών. “ Καὶ ἔθετο ἀγάπησιν κραταιὰν ἰσχύος αὐτοῦ· ,, ἅπερ οὖν διαπράξεται διὰ τὸ p. 375.
μεγίστῃ τῇ περὶ ἡμᾶς ἀγάπῃ κεχρῆσθαι. “ Πρὸ προσώπου αὐτοῦ πορεύσεται λόγος· ,, πρὸ v. 5.

niente tempore, quo ea oportet te volente exitum habere, maiorem ac manifestiorem potentiae ac sapientiae tuae operibus ipsis facies demonstrationem. “ Cum turbata fuerit anima mea, tu in ira misericordiae recordaberis. ,, Tunc summa tua apparebit benignitas erga Iudaeae incolas, cum eos, propter inflictam peccatorum poenam, turbatos animis et vix sui compotes, misericordiae tuae memor, aerumnis subtrahes, et praeter omnem humanam spem postliminio in patriam restitues.

“ Deus de Thaeman veniet, sanctus de monte umbroso. ,, Thaeman dicit Idumaeae metropolim: montem autem umbrosum, illum in quo Hierusalem, utpote Dei protectionem undique sortitum. Tunc ergo apparebis de Thaeman Idumaeorum veniens, quos propter suas erga nos iniurias iam puniveris; de sancto autem Sionis monte, quatenus eum reditu nostro clarissimum cunctis feceris. “ Operuit caelos virtus eius, et laudis eius plena est terra. ,, Operum suorum magnitudine caelum terramque replebit, in tantum ut cuncti ad hymnum convertantur, sapientiam ac magnitudinem gestorum ab ipso admirantes. Nam hoc etiam loco quod commune est per diaeresim dicit, quem non infrequentem divinae scripturae idiotismum esse ostendimus. Scilicet caelos terramque ait virtute Dei opertos, ut omnia dicat: laudemque eius propter res gestas ab omnibus cumulari oportere. “ Splendor eius quasi lux erit. ,, Adventu suo, inquit, cuncta lumine implebit. “ Cornua in manibus eius. ,, Ostendet habere se idoneas ad suos defendendos vires, et his infestos domandos: metaphoram porro ab animalibus quae cornibus decertant, sumpsit. “ Et posuit dilectionem robustam fortitudinis suae. ,, Haec nimirum faciet,

μὲν οὖν τῶν πραγμάτων, ἀποφαίνεται τὸ ἐσόμενον, ὅπερ οὖν πάντοτε διὰ τῶν προφητῶν
ποιῶν, οὐχ ἧττον καὶ νῦν πεποίηκε δι' ἐμοῦ. " Καὶ ἐξελεύσεται εἰς παιδείαν κατὰ πόδας αὐτοῦ. „
Ἀκολουθεῖ δὲ καὶ τὸ ἔργον, ὥστε δι' ἀμφοτέρων τοὺς ἀνθρώπους παιδεύεσθαι τὸ δέον· δι'
ὧν τε προείρηται τὸ ἐσόμενον, καὶ εἰς ἔργον ἐκβέβηκεν ὕστερον.
v. 6. " Ἔστη, καὶ ἐσαλεύθη ἡ γῆ. „ Φανεὶς μόνον σαλεύει τὴν γῆν· ὡς τὸ, ὁ Θεὸς ἔστη ἐν
* Ps. LXXXI. 1. συναγωγῇ * θεῶν· ἵνα εἴπῃ ὅτι ὤφθη ἐν μέσῳ αὐτῶν. " Ἐπέβλεψε, καὶ ἐτάκη ἔθνη·
διεθρύβη τὰ ὄρη βίᾳ, καὶ ἐτάκησαν βουνοὶ αἰώνιοι πορείας αἰωνίους αὐτοῦ. „ Ἀπιδὼν δὲ μόνον
ἔθνη τε ἀπόλλυσιν ὅλα, καὶ ὄρη καὶ βουνοὺς διαθρύπτει ἐκ πολλοῦ γε συνεστάναι κατὰ τὴν
ἰσχὺν δοκοῦντα τὴν οἰκείαν· ἐπειδὴ ἄνωθεν αὐτῷ τοιαῦτα διαπράττεσθαι ἔργον, καὶ διὰ τοιού-
v. 7. των ἔργων τῆς οἰκονομίας τὴν πορείαν ἐπιδείκνυσθαι τῆς οἰκείας. " Ἀντὶ δὲ κόπων εἶδον σκη-
νώματα Αἰθιόπων, πτοηθήσονται σκηναὶ γῆς Μαδιάμ. „ Καὶ γὰρ πάλαι πρότερον ἡνίκα
κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἦμεν δουλεύοντες, ὅτε βουληθεὶς ἀπήλλαξας ἡμᾶς τῆς ὑπ' Αἰγυπτίοις δου-
λείας, εἴδομεν ἐρήμους τὰς οἰκήσεις Αἰθιόπων τε, καὶ Μαδιηναίων καὶ πάντων γε ὁπόσοι τὴν
v. 8. ἔχθραν ᾑροῦντο τότε τὴν καθ' ἡμῶν. " Μὴ ἐν ποταμοῖς ὠργίσθης κύριε, ἢ ἐν ποταμοῖς
p. 376. ὁ θυμός σου, ἢ ἐν θαλάσσῃ τὸ ὅρμημά σου; „ Ἔθος σοι κατὰ ποταμῶν καὶ θαλάσσης τὴν
ὀργὴν ἐπιδείκνυσθαι τὴν οἰκείαν· τὸ γὰρ μὴ ἐν ποταμοῖς, ἀντὶ τοῦ οὐκ ἐν ποταμοῖς καὶ θα-
λάσσῃ πάντοτε τὴν ὀργὴν καὶ τὸν θυμὸν ἐπιδεῖξαι βουληθεὶς τὸν οἰκεῖον· ἐπάγει γοῦν. " Ὅτι
ἐπιβήσῃ ἐπὶ τοὺς ἵππους σου, καὶ ἡ ἱππασία σου σωτηρία. „ Ὅτ' ἂν γὰρ βουληθῇς, φησὶν,
ὥσπερ ἐφ' ἵππων τινῶν ἐπιβαίνων ταῖς ἀοράτοις καὶ λειτουργικαῖς δυνάμεσιν ἐπιτάττεις· οἱ
δὲ πάντας μὲν ἀθρόως τιμωροῦνται τοὺς ἐναντίους· σωτηρία δὲ ἐντεῦθεν ἐπιγίνεται τοῖς σοῖς.
v. 9. " Ἐντείνων ἐντενεῖς τὸ τόξον σου ἐπὶ τὰ σκῆπτρα, λέγει κύριος. „ Συνεχέσι δὲ τῶν τιμω-

magnitudine suae erga nos dilectionis utens. " Ante faciem eius ibit verbum. „ Rebus ipsis praeit futuri revelatio, quae quum omnibus a Deo prophetis facta fuerit, nunc mihi quoque haud secius oblata fuit. " Et egredietur ad correptionem per vestigia eius. „ Subsequitur vero opus ipsum; ita ut utroque modo erudiantur ad officium homines. Quae res futurae sunt praedictae, eae postea nactae sunt exitum.

" Stetit; et commota est terra. „ Tantum apparens, terram commovet. Veluti est illud: Deus stetit in synagoga deorum; id est in medio eorum apparuit. " Aspexit, et extabuerunt gentes: contriti sunt violenter montes, tabuerunt colles aeterni a gressibus aeternis eius. „ Vel solo aspectu gentes omnes pessum dat, et montes collesque conterit, qui tanto tempore vi propria videbantur perstare. Namque haec caelitus facere mos eius est, et his operibus regiminis sui cursum demonstrare solet. " Pro laboribus vidi tabernacula Aethiopum, pavebunt tentoria terrae Madiam. „ Namque et olim cum in Aegypto serviremus, postea quam tibi libuit nos ex illo servitio expedire, deserta vidimus et habitationes Aethiopum, ac Madianitarum, et quotquot tunc inimicitiam adversus nos susceperunt. " Num fluminibus iratus es, Domine, num (inquam) adversus flumina furor tuus, et contra mare impetus tuus? „ Mos tibi est adversus flumina et mare iram tuam demonstrare: id est contra innumerabiles populos soles iratus potentiam tuam ostendere. Nam locutio num fluminibus, ponitur pro non fluminibus atque mari iram semper furoremque tuum vis demonstrare. Addit itaque: " quia ascendes super equos tuos; et equitatio tua, salvatio. „ Nam cum volueris, inquit, tamquam equos quosdam conscendens, invisibilibus ministrisque virtutibus imperas: hae vero cunctos subito puniunt adversarios: atque hinc populo tuo salus creatur. " Intendens intendes arcum tuum super

είαις κατακοντίζεις τοὺς ἐν βασιλείᾳ καὶ δυναστείᾳ καθεστάναι δοκοῦντας. " Ποταμοῖς
ῥαγήσεται ἡ γῆ. „ Ὥστε τῶν ποταμῶν τὴν ἀναίρεσιν ἐκ τῆς ὀργῆς ἀθρόον γινομένην τῆς σῆς
διαῤῥῆξαι τὴν γῆν· ἔθος γὰρ τοῦτο τῇ γῇ μειωθέντων ὑπομένειν τῶν ὑδάτων ἀπὸ τῆς ἐπακο-
λουθούσης ξηρότητος ὕστερον. " Ὄψονταί σε καὶ ὠδινήσουσι λαοί. „ Ἐν ὀδύναις ἔσονται v. 10.
πλεῖστοι, οὐδὲ τὴν πρόσοψιν ἐνεγκεῖν δυνηθέντες τὴν σήν. " Σκορπίζων ὕδατα πορείας. „ p. 377.
Ἀφανίζεις γὰρ βουληθεὶς ἅπασαν ὕδατος διέξοδον. " Ἔδωκεν ἡ ἄβυσσος φωνὴν αὐτῆς,
ὕψος φαντασίας αὐτῆς. „ Τότε δὴ καὶ ἄβυσσος ὥσπερ τινὰ φωνὴν κατὰ τὸ μέγεθος ἀφήσει
τὸ οἰκεῖον, τῷ νεύματι κλονουμένη τῷ σῷ. " Ἐπήρθη ὁ ἥλιος, καὶ ἡ σελήνη ἔστη ἐν τῇ v. 11.
τάξει αὐτῆς. „ Ἐπειδὴ δύειν λέγει τὸν ἥλιον τοῖς ἐν ἀνάγκαις, ἐνταῦθα τοῦτο βούλεται εἰ-
πεῖν, ὅτι τοῖς παρὰ σοῦ ἐν εὐπραγίᾳ καθισταμένοις φωτεινὰ κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν φανεῖται
ὁ ἥλιός τε καὶ ἡ σελήνη. " Εἰς φῶς βολίδες σου πορεύσονται· „ περιφανῶς καὶ μετὰ πολλῆς
τῆς λαμπρότητος ἐπάξεις τὰς πληγὰς τοῖς ἐναντίοις. " Εἰς φέγγος ἀστραπῆς ὅπλων σου. „
Ἀστραπῆς δίκην ἐκλάμψει σου τὰ ὅπλα, ἵνα εἴπῃ ἡ κατὰ τῶν πολεμίων ἰσχύς. " Ἐν ἀπειλῇ v. 12.
σου ὀλιγώσεις γῆν, καὶ ἐν θυμῷ κατάξεις ἔθνη. „ Πᾶσαν τὴν γῆν μετὰ τῶν οἰκούντων αὐτὴν
ὀργισθεὶς ἀποφάσει μόνῃ παντελῶς ἀπολλύεις.

" Ἐξῆλθες εἰς σωτηρίαν τοῦ λαοῦ σου, τοῦ σῶσαι τοὺς χριστούς σου. „ Ἅπαντα γὰρ πράτ- v. 13.
τεις ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ οἰκείου λαοῦ ἅτε ἐξειλεγμένων παρὰ σοῦ· χριστοὺς γὰρ ἐνταῦθα τοὺς
ἐξειλεγμένους λέγει, οὐ τοὺς κεχρισμένους· ὡς ὁ μακάριος Δαυὶδ * περί τε τοῦ Ἀβραὰμ καὶ * Ps. CIV. 15.
τοῦ Ἰσαὰκ καὶ τοῦ Ἰακὼβ, λέγων μὴ ἅπτεσθε τῶν χριστῶν μου, καὶ ἐν τοῖς προφήταις μου μὴ
πονηρεύεσθε· χριστοὺς οὐχ ὡς κεχρισμένους, ἀλλ' ὡς ἐξειλεγμένους αὐτοὺς εἰρηκώς. " Ἔβαλες p. 378.
εἰς κεφαλὰς ἀνόμων θάνατον. „ Ὑπὲρ τούτου θανάτῳ περιβαλεῖς τοὺς ἐναντίους. " Ἐξή-
γειρας δεσμοὺς ἕως τραχήλου εἰς τέλος. „ Καὶ δεσμίους αὐτοὺς ἡττηθέντας ἀποφανεῖς. " Διε- v. 14.

sceptra, dicit Dominus. „ Perpetuis castigationibus pulsas eos qui in regno ac potestate constituti videntur. " Fluminibus scindetur terra. „ Fluminibus repente ab ira tua extinctis, terra scindetur. Mos enim est ut hoc terra patiatur, imminutis aquis et consequente mox siccitate. " Videbunt te, et dolebunt populi. „ Plurimi doloribus corripientur, neque ferre poterunt aspectum tuum. " Dispergens aquas itineris. „ Praecludis, si forte volueris, omnem aquae exitum. " Dedit abyssus vocem suam, altitudo phantasiae eius. „ Tunc quidem abyssus etiam vocem quandam pro sua magnitudine edet, nutu tuo concussa. " Elevatus est sol, et luna stetit in ordine suo. „ Quoniam sol occidere dicitur augustiatis, nunc vult dicere, fore ut illis, quos tu in prosperitate constituisti, sol et luna secundum propriam naturam splendidi appareant. " In luce iacula tua ibunt. „ Splendide multaque cum claritate plagas adversariis tuis impones. " In splendore coruscationis armorum tuorum. „ Fulguris instar splendebunt arma tua, id est contra hostes fortitudo. " In comminatione tua imminues terram, et in furore tuo detrahes gentes. „ Universam terram cum incolis suis cum iratus fueris uno decreto pessum das.

" Egressus es in salutem populi tui, ad salvandos christos tuos. „ Omnia pro salute proprii populi agis, qui constat ex electis tuis: christos enim heic electos appellat, non vero unctos. Sicut beatus David de Abrahamo, Isaaco, et Iacobo loquens, nolite inquit tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari; christos videlicet eos appellans, non quia unctos, sed quia electos. " Misisti in capita iniquorum mortem. „ Propterea adversarios morte occupabis. " Suscitasti vincula usque ad collum, in finem. „ Superatos a te, vinctos etiam ostentabis.

κόψας ἐν ἐκστάσει κεφαλὰς δυναστῶν. „ Τοὺς πρότερον δυναστεύοντας οὕτω τῇ σαυτοῦ ὀργῇ σφοδρῶς διέτεμες, ὥστε ἅπασιν ἐγγενέσθαι θαῦμα. " Σεισθήσονται ἐν αὐτῇ. „ Σαλευόμενοι τιμωρίᾳ. " Διανοίξουσι χαλινοὺς αὐτῶν ὡς ἐσθίων πτωχὸς λάθρα. „ Διανοῖξαι τὸ στόμα αὐτῶν εἰς πεπαῤῥησιασμένην οὐ τολμήσουσι λαλιάν· δίκην δὲ πένητος κεκλοφότος τι καὶ
v. 15. λαθραίως ἐσθίοντος ὡς ἂν μὴ ἁλῷ, μετὰ πολλοῦ φθέγξονται τοῦ δέους. " Καὶ ἐπεβίβασας τοὺς ἵππους σου ἐπὶ τὴν θάλασσαν ταράσσοντας ὕδατα πολλά. „ Ἐπαφῆκας τὰς ἀοράτους
v. 16. δυνάμεις τῷ πλήθει τῶν πολεμίων, μεγίστην αὐτοῖς ταραχὴν ἐνεργαζομένας. " Ἐφυλαξάμην, καὶ ἐπτοήθη ἡ καρδία μου ἀπὸ φωνῆς προσευχῆς χειλέων μου· καὶ εἰσῆλθε τρόμος εἰς τὰ ὀστᾶ μου, καὶ ὑποκάτωθέν μου ἐταράχθη ἡ ἕξις μου. „ Πολλάκις γοῦν ἐπὶ τοῖς πραττομένοις κακοῖς τὴν ἡσυχίαν ἑλόμενος ἄγειν τῇ προσευχῇ χρησάμενος, καὶ περὶ τῶν μελλόντων ἐντεῦθεν ἀποκάλυψιν λαβών, φόβῳ τε κατεσχέθην τὴν διάνοιαν, καὶ τρόμος
p. 370. ὅλον με δι' ὅλου κατεῖχεν. " Ἀναπαύσομαι ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως τοῦ ἀναβῆναι εἰς λαὸν παροικίας μου. „ Καὶ γὰρ ἐθαύμαζον μαθὼν πρᾶγμα ἄπιστον ἐσόμενον τῇ δυνάμει τῇ σῇ· ὅτι ἐκ τοσαύτης θλίψεως καὶ τοσούτων κακῶν, ἐν οἷς διὰ τῆς αἰχμαλωσίας ἐξητάσθην, ἐν ἀναπαύσει τε ἔσομαι καὶ ἀπαλλαγῇ τῶν δεινῶν· καὶ δὴ καὶ ἐπὶ τὴν παροικίαν τὴν ἡμετέραν ἀπελεύσομαι μετὰ τοῦ λαοῦ τοῦ οἰκείου.

v. 17. " Διότι συκῆ οὐ καρποφορήσει, καὶ οὐκ ἔσται γεννήματα ἐν ταῖς ἀμπέλοις· ψεύσεται ἔργον ἐλαίας· καὶ τὰ πεδία οὐ ποιήσει βρῶσιν· ἐξέλιπεν ἀπὸ βρώσεως πρόβατα, καὶ οὐχ ὑπάρχουσιν βόες ἐπὶ φάτναις. „ Ἑώρων γάρ φησι καὶ τὴν κατὰ τῶν ἐναντίων ὀργὴν φοβεράν τινα οὖσαν, ἀφ' ἧς οὐ τὰ ἐκ τῶν πολεμίων αὐτοὺς μόνον συνεῖχε κακά, ἀλλὰ γὰρ καὶ ὑπὸ ἀκαρπίας κατείχοντο παντελῶς, οὐκ ἐκ γεννημάτων, οὐκ ἐκ ξύλων καρπὸν κομίσασθαι οἷοί τε
v. 18. ὄντες· προσαπολέσονται δὲ καὶ τὰ κτήνη πάντα, ἐρημίᾳ νομῆς τε καὶ βρωμάτων. " Ἐγὼ δὲ ἐν τῷ κυρίῳ ἀγαλλιάσομαι, χαρήσομαι ἐπὶ τῷ θεῷ τῷ σωτῆρί μου. „ Καὶ τὰ μὲν

" Praecidisti in stupore capita principum. „ Eos qui antea dominabantur, tam vehementer ira tua concidisti, ut omnibus stupor fuerit. " Relaxabant frena sua, sicut pauper comedens in absconso. „ Resolvere ora sua ad liberum sermonem non audebunt; sed more pauperis, qui subfuratus aliquid latenter comedit, ne forte deprehendatur, multo cum timore loquentur. " Et superduxisti in mare equos tuos, turbantes aquas multas. „ Immisisti invisibiles potestates tuas adversus hostium multitudinem, multam illis turbationem commoventes. " Custodivi, et expavit venter meus a voce orationis labiorum meorum, et ingressus est tremor in ossa mea, et subter me conturbata est habitudo mea. „ Saepe igitur circa mala quae agebantur silentium tenere malens, et orationi vacare, futurorum eventuum revelatione accepta, timor mentem meam occupavit, et toto corpore contremui. " Requiescam in die tribulationis, ut ascendam ad populum incolatus mei. „ Miratus sum audita incredibili per potentiam tuam re futura; quod nempe ex tali tribulatione tantisque malis, quibus in captivitate exercitus fui, requiem consequar et molestiarum depulsionem: quin etiam ad incolatus nostri locum pergam cum proprio populo.

" Quoniam ficus non fructificabit, et non erunt germina in vitibus, mentietur opus olivae, et arva non afferent escam: destituit esca oves, et non sunt boves in praesepibus. „ Videbam, inquit, iram quoque adversus contumaces terribilem, ob quam illos non hostili tantum calamitas corripuit, sed etiam sterilitate omnimoda occupati fuerunt, nullum de germinibus lignisve carpere fructum valentes. Peribunt insuper iumenta omnia, pascui et alimoniae defectu. " Ego autem in Domino

περὶ ἐκείνους ἔσται τοιαῦτα· ἡμῖν δὲ τῇ σῇ βοηθείᾳ ἡδονή τε προσέσται καὶ σωτηρία· τὸ γὰρ ἐγὼ δὲ, ἐκ προσώπου τοῦ οἰκείου περὶ τοῦ κοινοῦ λέγει λαοῦ, ὅπερ σύνηθες πολλαχοῦ τοῖς προφήταις ποιεῖν· ὡς καὶ ὁ μακάριος Δαυὶδ τὰς αἰτήσεις ἐκ προσώπου τοῦ αὐτοῦ ποιού- p. 230.
μενος φαίνεται· ὡς ὅταν λέγῃ· * ἐπὶ σοὶ κύριε ἤλπισα, μὴ καταισχυνθείην εἰς τὸν αἰῶνα· * Ps. XXX.
καὶ κύριε εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου, καὶ ἡ κραυγή μου πρὸς σὲ ἐλθέτω· * ταῦτα γὰρ ἐκ τοῦ * Ps. CI. 2
κοινοῦ λέγει τῶν ἐπὶ τῆς αἰχμαλωσίας ὄντων, ὡς ἂν ἑκάστου ἁρμοδίως τῇ φωνῇ χρησαμένου ταύτῃ· κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ νῦν ὁ προφήτης ὡς ἀπὸ τοῦ κοινοῦ λέγει ταῦτα, ἐπειδὴ καὶ περὶ τῶν τοῦ κοινοῦ προσεσομένων διαλέγεται. " Κύριος ὁ θεός μου, δύναμίς μου· καὶ τάξει v. 19
τοὺς πόδας μου ὡσεὶ ἐλάφου· καὶ ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ ἐπιβιβᾶ με, τοῦ νικῆσαι ἐν τῇ ᾠδῇ αὐτοῦ. „ Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ τὴν ἐν ἅπασι δύναμίν μοι χαριζόμενος· ὃς ἀφήσει μὲν ἡμᾶς μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους τῆς αἰχμαλωσίας, δίκην ἐλάφων ὀξεῖαν τὴν ἐκεῖθεν ἀναχώρησιν ποιουμένους· ὑψηλοτέρους δὲ ἡμᾶς πάντων ἀποφαίνει, ὥστε μηδὲν ἕτερον ἡμῖν ἁρμόττειν λοιπὸν, ἢ τὸ ἐν ᾠδαῖς καὶ ὕμνοις εἶναι τοῖς ὀφειλομένοις τῷ θεῷ· ὑπὲρ ὧν τὴν κατὰ τῶν ἐχθρῶν τῶν ἡμετέρων νίκην παρὰ πᾶσαν ἀνθρωπίνην ἐλπίδα δέδωκεν ἡμῖν.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΣΟΦΟΝΙΟΥ ΤΟΥ ΠΡΟΦΗΤΟΥ.

Οὐ πόῤῥω τοῦ μακαρίου Ἀμβακὴμ τῷ χρόνῳ τὴν προφητείαν ταύτην ὁ μακάριος πεποίηται Σοφονίας· ἐπὶ γὰρ Ἰωσίου τοῦ βασιλέως τῆς Ἰουδαίας, καθὼς ἡ βίβλος δηλοῖ, προφητεύει τὰ παρόντα· μεθ' ὃν βραχέος διεληλυθότος χρόνου, ἐπεληλύθασί τε τῇ Ἱερουσα- p. 231
λὴμ οἱ Βαβυλώνιοι, καὶ πλεῖστα ὅσα κατὰ τῆς Ἰούδα διαθέντες φυλῆς, καὶ πολλοὺς μὲν ἀνε-

exultabo, laetabor in Deo salvatore meo. „ Et res quidem illorum ita se habebunt; nobis autem, te suppetias ferente, voluptas erit atque salus. Nam pronomen ego, dicit in propria persona de universo populo; qui mos prophetarum perfrequens est. Sicut etiam beatum Davidem preces pro communi populi persona facientem videmus; veluti cum ait: in te Domine speravi, non confundar in aeternum. Item: Domine exaudi orationem meam, et clamor meus ad te veniat. „ Haec enim ex communi dicit captivorum persona; ita ut singuli prece hac commode uti queant. Eodem nunc modo propheta tamquam ex communi persona loquitur, quandoquidem et de communi utilitate agit. " Dominus Deus, virtus mea: et ponet pedes meos quasi cervi, et ad excelsa me deducit, ut vincam in cantico ipsius. „ Is mihi in omnibus vires suppeditat, qui nos celeriter admodum captivitati subducet: nam more cervorum celerem inde faciemus reditum. Sublimes autem nos prae omnibus ostendet; ita ut nobis nihil aliud supersit, quam canticis atque hymnis Deum celebrare: quandoquidem victoriam nobis de hostibus, praeter omnem humanam spem, concessit.

COMMENTARIUS IN SOPHONIAM PROPHETAM.

Haud procul beati Habacuci tempore prophetiam hanc beatus fecit Sophonias: nam sub Iosia rege Iudaeae, sicut liber demonstrat, praesentia vaticinatur. Post quem brevi interposito spatio, expeditionem fecerunt adversus Hierusalem Babylonii, plurimisque cladibus Iudae tribum adfecerunt, interfectis multis, plurimis in

λόντες, πλείστους δὲ ἀπαγαγόντες αἰχμαλώτους, αὐτήν τε ἐπόρθησαν τὴν Ἱερουσαλήμ, καὶ δὴ καὶ πυρὶ τόν τε ναὸν τὸν θεῖον καὶ τῶν τῆς πόλεως οἰκοδομημάτων τὰ κάλλιστα κατέφλεξαν ἅπαντα· ἔτι καὶ τὸ τεῖχος αὐτῆς παντελῶς καθελόντες, ὡς μὴ δὲ ἀσφάλειάν τινα τοῖς ἐνοικοῦσιν, εἴπερ οὖν τινὲς ἐπιθυμοῖεν τούτου, δύνασθαι ἔχειν· αὕτη μὲν οὖν ἡ συνήθης προγραφὴ τοῦ βιβλίου.

ΚΕΦ. Α΄.

v. 1. “ Λόγος κυρίου ὃς ἐγένετο πρὸς Σοφονίαν τὸν τοῦ Χουσὶ, υἱὸν Γοδολίου, τοῦ Ἀμορίου, τοῦ
Ἐζεκίου, ἐν ἡμέραις Ἰωσίου υἱοῦ Ἀμὼς βασιλέως Ἰούδα· „ ἐν οἷς δεδήλωκε τόν τε προ-
φήτην ὅς τις ἐστὶ καὶ ὅθεν καταγόμενος καὶ ἔν τινι καιρῷ ποιεῖται τὴν προφητείαν· ἄρχεται
v. 2. δὲ τῆς τῶν ἐσομένων προρρήσεως οὕτως. “ Ἐκλείψει ἐκλιπέτω πάντα ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς,
λέγει κύριος. „ Γεγόνεισαν μὲν γὰρ αἰχμάλωτοι παντελῶς αἱ δέκα φυλαί· κατεστηκότες
δὲ ἐκείνων Ἀσσύριοι ἐπῆλθον μὲν καὶ τῇ Ἱερουσαλὴμ ὡς αἱρήσοντες καὶ ταύτην· ὡς δὲ τὴν
φοβερὰν ἐκείνην ἐδέξαντο διὰ τοῦ ἀγγέλου πληγὴν, μετὰ πολλοῦ μὲν τοῦ δέους εἶδον οἱ λοιποὶ
πρὸς φυγὴν ὁπόσοι γε τῆς διὰ τοῦ ἀγγέλου τιμωρίας γεγόνεισαν ἐκτός· ἐν εἰρήνῃ δὲ βαθείᾳ
p. 282 τὰ κατὰ τὴν Ἱερουσαλὴμ γέγονεν ἐκ τούτου· ἐπειδὴ τοίνυν τοὺς τῆς Ἰούδα φυλῆς τούς τε τὴν Ἱε-
ρουσαλὴμ οἰκοῦντας, οὐ τῆς τιμωρίας τῶν Ἀσσυρίων τὸ μέγεθος ἐσωφρόνισεν, οὐ τῶν δέκα
φυλῶν ἐφόβησεν ἡ αἰχμαλωσία, μεμενήκασι δὲ οὐδὲν ἔλαττον ἐκείνων, παρανομίᾳ τε
καὶ ἀσεβείᾳ συζῶντες καὶ οὗτοι, ἀναγκαίως ἐντεῦθεν ἤρξατο τοῦτο λέγων, ὅτι ἀνάγκη καὶ
τοὺς ὑπολοίπους ἐκλιπεῖν τοῦ λαοῦ, ἀφαιρεθέντας μὲν τῆς γῆς τῆς ἐπαγγελίας, ἀπαχθέντας
δὲ εἰς αἰχμαλωσίαν· ἐπειδὴ καὶ οὗτοι μεμενηκότες, οὐδὲν ἐκείνων ἔλαττον ὤφθησαν ἀσε-
βοῦντες· καλῶς δὲ καὶ ἐν ἀποφάσει τὴν μήνυσιν ποιεῖται· ὡς ἂν δεικνὺς ὅτι τούτων ἀξίους

captivitatem abductis, ipsa vastata Hierusalem, templo divino inflammato, et pulcherrimis urbis aedificiis igne crematis: denique moenibus etiam funditus dirutis, ne quod munimen incolae, si forte aliqui vellent, habere possent. Sequitur vero consuetus libri titulus.

CAP. I.

* Graece filium. “ Verbum Domini, quod factum est ad Sophoniam filium Chusi, filii * Godoliae, filii Amariae, filii Ezeciae, in diebus Iosiae filii Amosi regis Iudae. „ Ex his demonstratur quis fuerit propheta et a quibus stirpem ducat, et quo tempore prophetiam faciat. Exorditur autem futurorum praedictionem sic. “ Defectione deficiant omnia a facie terrae, dicit Dominus. „ Captivae iam cunctae erant decem tribus; victores autem illarum Assyrii adgressi sunt etiam Hierusalem, ceu hanc pariter capturi. Postquam autem terribilem illam experti sunt ab angelo cladem, reliqui cum ingenti metu, quotquot extra angeli animadversionem fuerunt, in fugam conversi sunt. Exin alta in pace fuit Hierusalem. Quoniam itaque Iudae tribum et Hierusalem cives magnitudo poenae Assyriis impositae non emendavit, nec decem tribuum captivitas terrefecit, perstiteruntque haud minus illis iniuste impieque viventes, hinc necessario exorsus est dicens, necesse fore ut reliqua etiam populi pars deficiat, de terra promissionis abrepta, et in captivitatem traducta: quandoquidem hi etiam qui illic remanserant, haud minus illis visi sunt peccatores. Egregie autem cum absoluta sententia facit praedictionem, ut ostendat, dignos illos semet malis his, per ea quae gesserant, effecisse; unde et Deus talia de

ἑαυτοὺς δι' ὧν ἔπραττον πεποιήκασιν· ὅθεν δὴ καὶ ἀποφήνασθαι περὶ αὐτῶν τοιαῦτα προσ-
ῆκται θεός· εἶτα καθολικῶς εἰπὼν ἐκλιπέτω πάντα, ἐπάγει κατὰ μέρος· « Ἐκλιπέτω ἄν- v. 3.
θρωπος, καὶ κτήνη ἐκλιπέτω, τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ καὶ οἱ ἰχθύες τῆς θαλάσσης· καὶ ἀσθενή-
σουσιν οἱ ἀσεβεῖς· καὶ ἐξαρῶ τοὺς ἀνόμους ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, λέγει κύριος. » Ὑπερ-
βολικῶς μὲν τοῖς ἀνθρώποις καὶ τοῖς κτήνεσι τά τε πετεινὰ καὶ τοὺς ἰχθύας συνῆψεν· ἢ
καὶ τροπικῶς καθὼς εἴωθεν λέγειν· ἵνα πετεινὰ μὲν εἴπῃ τοὺς δυναστείας ὑπεραιρομένους
τῶν λοιπῶν, ἰχθύας δὲ τοὺς ἐν τῷ δήμῳ διὰ ταπεινότητα ἕρποντας πολλήν· καὶ τὴν αἰτίαν
δὲ ἐπάγων « καὶ ἀσθενήσουσιν οἱ ἀσεβεῖς, καὶ ἐξαρῶ τοὺς ἀνόμους ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς,
λέγει κύριος. » Οἱ γὰρ ἀσεβείᾳ καὶ ἀνομίᾳ συζῶντες, εἰς παντελῆ καταντήσουσιν ἀσθένειαν, p. 383.
ὑπὸ τῇ τῶν πολεμίων πεπτωκότες χειρί· οἱ λοιποί τε αἰχμαλωσίᾳ ληφθέντες, ἀφαιρεθή-
σονται τῆς γῆς, ἣν παρ' ἐμοῦ λαβόντες μετὰ πολλῆς κατεῖχον τῆς παρανομίας.

Εἶτα καὶ περὶ τίνων λέγει σαφέστερον ποιῶν « καὶ ἐκτενῶ τὴν χεῖρά μου ἐπὶ Ἰούδαν v. 4.
καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς κατοικοῦντας Ἱερουσαλήμ. » Κατά τε τῆς φυλῆς, κατά τε τῆς πό-
λεως ἐπάξειν εἰρηκὼς τὴν τιμωρίαν, ἀναγκαίως δὲ καὶ τὰς τῆς τοσαύτης τιμωρίας λέγων
αἰτίας. « Καὶ ἐξαρῶ ἐκ τοῦ τόπου τὰ ὀνόματα τῶν Βααλίμ, καὶ τὰ ὀνόματα τὰ τῶν ἱερῶν v. 5.
μετὰ τῶν ἱερέων, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας ἐπὶ τὰ δώματα τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τοὺς
ὀμνύοντας κατὰ τοῦ κυρίου, καὶ τοὺς ὀμνύοντας κατὰ τοῦ Μελχόμ, καὶ τοὺς ἐκκλίνοντας ἀπὸ τοῦ v. 6.
κυρίου, καὶ τοὺς μὴ ζητοῦντας τὸν κύριον, καὶ τοὺς μὴ ἀντεχομένους τοῦ κυρίου. » Ἀφελῶ
γὰρ παντελῶς τοῦ τόπου τούτου, τοὺς μὲν τῇ σφαγῇ, τοὺς δὲ τῇ αἰχμαλωσίᾳ, συναφανίζων
αὐτοῖς καὶ τὰ εἴδωλα πάντα, τήν τε ἐπ' αὐτοῖς θεραπείαν, μετὰ τῶν ἱερατεύειν αὐτοῖς δο-
κούντων, πρὸς ἅπασί τε τοὺς ἐπὶ τῶν δωμάτων τοὺς κατ' οὐρανὸν φωστῆρας θεραπεύειν
ἐσπουδακότας· δικαίαν γὰρ δὴ μάλιστα οὗτοι δέξονται τὴν τιμωρίαν, οἱ περὶ τὸν ναὸν οἰκοῦν-
τες τὸν ἐμὸν οὐκ αἰσχύνονται περὶ τὴν τῶν εἰδώλων ἀσχολούμενοι θεραπείαν· ἀλλὰ ποτὲ μὲν p. 384.

iis decernere adductus sit. Iam postquam generaliter dixit, deficiant omnia, pergit dicere particulatim. " Deficiat homo, et iumenta deficiant, nec non caeli volucres, et maris pisces: et infirmabuntur impii, et auferam iniquos a facie terrae, dicit Dominus. „ Hyperbolice quidem hominibus ac iumentis volucres quoque et pisces copulavit: vel etiam tropice, ceu solet loqui; ita ut volucres dicat illos qui principatu inter ceteros homines eminent, pisces vero plebeios qui valde humiliter repunt. Mox et causam addens " et infirmabuntur, inquit, impii, et auferam iniquos de facie terrae, dicit Dominus. „ Qui impie iniusteque vivunt, ad extremam deducentur infirmitatem, quia sub hostilis manus ictu cadent: reliqui vero mancipio capti, abducentur a regione, quam a me acceptam non sine multis sceleribus retinebant.

Deinde de quibus haec dicat, clarius explanans " extendam, inquit, manum meam super Iudam, et super omnes Hierusalem incolas. „ Postquam de tribu et urbe capturum se poenas dixit, necessario tantae animadversionis causas recitat. " Et auferam de loco isto nomina Baalim, et nomina delubrorum cum sacerdotibus, et qui adorant super tecta exercitum caeli, et qui iurant per Dominum, et qui iurant per Melchomum, et qui declinant a Domino, et qui Dominum non quaerunt, et qui non retinent Dominum. „ Eiciam omnino de loco hoc, partim caedi tradens, partim captivitati; idola simul omnia destruens, et illorum culturam, cum iis qui sacerdotes eorundem videbantur; postremo illos qui super tecta luminaribus caeli cultum exhibere studebant. Sed iustam apprime ii patientur poenam, qui circa templum meum versantes, non erubescunt idolorum cultui vacare: sed modo

τῆς ἐμῆς ἐνδείκνυνται θεραπείας φροντίζειν ὅτ' ἂν αὐτοῖς ὀμνύειν κατ' ἐμοῦ δοκῇ, ποτὲ δὲ κατὰ τῶν εἰδώλων ὀμνύουσι· Μελχὸμ γὰρ τὸ εἴδωλον λέγει· ἵν' ἀφ' ἑνὸς, καθὼς εἴωθεν, ἅπαντα εἴπῃ τὰ εἴδωλα.

Ἀλλὰ γὰρ πολλὰς μὲν οἶδα μυθολογίας παρεὶς τῶν πρὸς τὸν Σύρον κεχηνότων, ὡς ἂν μὴ φλυαριῶν δοκοίην ἐμπιμπλᾶν τὴν θείαν γραφήν· ἐν καιρῷ δὲ νῦν ἐνόμισα διὰ τούτου ποιήσασθαι μνήμην, εἰς ἔλεγχον εἴ τε τοῦ νῦν οὐ δεόντως παρ' αὐτῶν λεγομένου, εἴ τε καὶ τῶν λοιπῶν, ἃ λεγόντων αὐτῶν παρῆκα δι' ἣν ἔφην αἰτίαν· λέγουσι γὰρ ὅτι Μελχὸμ ἐνταῦθα τὸν βασιλέα βούλεται εἰπεῖν· Μελχὸμ γὰρ τοῦ βασιλέως λεγομένου κατὰ τὴν Σύρων καὶ Ἑβραίων γλῶτταν, πλανηθέντας τοὺς ἑρμηνεύσαντας, ἀντὶ τοῦ βασιλέως, Μελχὸμ εἰπεῖν, ὅπερ ἐστὶν τὸ εἴδωλον· οὓς ἐχρῆν πρὸ πάντων ἐκεῖνο συνιδεῖν ὅτι κατὰ μὲν τὴν Ἑβραίων γλῶτταν εἴρηται τὰ τῆς θείας γραφῆς, ἡρμήνευται δὲ ταῦτα εἰς μὲν τὴν Σύρων παρ' ὅτου δήποτε (οὐδὲ γὰρ ἔγνωσται μέχρι τῆς τήμερον ὅστις ποτὲ οὗτός ἐστιν·) εἰς δὲ τὴν Ἑλλήνων ἑβδομήκοντα μετενηνόχασιν ἄνδρες πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ, ἐπιστήμονες μὲν ἀκριβῶς τῆς γλώττης τῆς οἰκείας, ἐπιστήμονες δὲ καὶ τῶν θείων γραφῶν, ὑπό τε τοῦ ἱερέως καὶ παντὸς τοῦ ἰσραηλι-
p. 295. τικοῦ λαοῦ δοκιμασθέντες, ὡς ἂν πάντων μάλιστα πρὸς τὴν ἑρμηνείαν ἄξιοι· ὧν τήν τε ἑρμηνείαν καὶ τὴν ἔκδοσιν καὶ οἱ μακάριοι ἀπόστολοι δεξάμενοι φαίνονται προδήλως, οἳ καὶ τοῖς ἀπὸ ἐθνῶν πεπιστευκόσιν οὐδ' ὅλως προσέχουσι πρότερον τοῖς τῆς παλαιᾶς διαθήκης, παρέδωκαν τὰς θείας γραφὰς ἐπὶ τῆς Ἑλλήνων κειμένας γλώττης κατὰ τὴν τῶν ἑβδομήκοντα ἑρμηνείαν· παρ' ὧν δὲ καὶ παραλαβόντες αὐτὰς νῦν ἔχομεν ἅπαντες οἱ ἐξ ἐθνῶν τῷ δεσπότῃ πεπιστευκότες Χριστῷ, ἔν τε ταῖς ἐκκλησίαις ἀναγινώσκοντες καὶ κατ' οἶκον ἔχοντες· πῶς οὖν οὐκ ἀνόητον νομίζειν ὅτι οἱ μὲν ἑβδομήκοντα καὶ τοσοῦτοι καὶ τοιοῦτοι καὶ οὕτω δεδοκιμασμένοι διεσφάλλοντο περὶ λέξιν, οἱ δὲ πρὸ πάσης ἑρμηνείας ᾔδεισαν πάντως τὸ ἐν

quidem, cultus mei se memores ostendentes, per me iurant: modo autem per idola quoque iurant: etenim Melchomum idolum nominat, ut ex uno, prout solet, cuncta denotet idola.

Multas memini me praetermittere fabulas eorum qui ad syriacam interpretationem respiciunt, ne ineptiis viderer divinam implere scripturam. Nunc vero opportune existimo rei huius facere mentionem, ob coarguendum tum id quod ab ipsis nunc incongrue dicitur, tum etiam cetera huiusmodi, quae ab iisdem dicta, ego tamen ob eam quam retuli causam praetermisi. Dicunt igitur vocabulum Melchomum hoc loco regem significare; quia Melchom rex dicitur in Syrorum atque Hebraeorum lingua; sed interpretes errore deceptos, pro rege Melchomum dixisse, quod est idolum. Atqui illud in primis oportebat considerare, divinam scripturam hebraico sermone fuisse dictatam, ad Syrorum autem usum translatam fuisse abs quolibet homine (neque enim ad hunc usque diem quis ille fuerit rescitum est.) In Graecorum autem linguam septuaginta viri converterunt, seniores de populo, peritissimi linguae propriae, periti pariter divinarum scripturarum, a pontifice cunctoque populo israhelitico probati, ceu prae ceteris omnibus interpretando idonei: quorum interpretationem atque editionem beatos quoque apostolos receptam habuisse apparet; qui etiam accedentibus ad fidem ex ethnicis, et vetus antea testamentum prorsus ignorantibus, divinas tradiderunt scripturas, Graecorum lingua expressas, secundum septuaginta virorum interpretationem: a quibus eas acceptas nunc omnes tenemus, qui ex ethnicis in Christi partes concessimus; easque et in ecclesiis legimus, et domi habemus. Quid ni ergo insanum sit existimare, septuaginta viros

τῇ θείᾳ κειμένου γραφῇ, καὶ εἴ τε βασιλέα λέγει, εἴ τε εἴδωλον; ἀξιοπιστότερον δὲ ἁπάντων ἐκείνων ὑπειλῆφθαι προσῆκεν ἵνα τινὰ ἀφανῆ εἰς τὴν Σύρων γλῶτταν μεταβεβληκότα τὰ Ἑβραίων, ὥς γε φασί· πρὸς τῷ κἀκεῖνο δῆλον εἶναι, ὅτι τὸ τῶν εἰδώλων ἕνεκεν θεραπείας αὐτοὺς ὁ θεὸς αἰτιᾶται ἐν τούτοις διὰ τοῦ προφήτου· καὶ ἐπειδὴ περὶ τὸν ναὸν τὸν θεῖον ὄντες τοιαῦτα διεπράττοντο, τοῦτο αὐτοῖς ἐπιμέμφεται, ὅτι καὶ τὸν τοῦ ναοῦ θεὸν θεραπεύειν ἐδόκουν, τουτέστι τὸν τοῦ παντὸς κύριον, καὶ τῆς τῶν εἰδώλων οὐκ ἀπείχοντο θεραπείας· τοῦ δὲ εἰδώλου τούτου μέμνηται καὶ ὁ μακάριος Ἀμὼς ὁ προφήτης ὡς ὑπὸ Ἀμμανιτῶν θερα- p. 306.
πευομένου, λέγων οὕτως· καὶ πορεύσεται Μελχὸμ ἐν αἰχμαλωσίᾳ, οἱ ἱερεῖς αὐτοῦ, καὶ οἱ ἄρχοντες αὐτῶν ἐπὶ τὸ αὐτό, λέγει κύριος· τοῦτο λέγων ὃ καὶ πολλαχοῦ φαίνεται διὰ τῶν προφητῶν εἰρημένον, ὅτι ἡ κατ' ὀργὴν οἷαν ἐπαγομένη τιμωρία τοῖς ἀλλοφύλοις ἄχρι τῶν εἰδώλων καὶ τῶν ἱερατευόντων αὐτοῖς ἐξετείνετο. Ὅτι δὲ ἅπασαν τὴν περὶ τὰ εἴδωλα θεραπείαν ἐκ τῶν παρὰ τοῖς Ἕλλησι θρησκευομένων δαιμόνων εἵλκυσαν οἱ Ἰσραηλῖται, δῆλον ὡς ὁ μακάριος λέγει Δαυίδ· * καὶ ἐπεμίγησαν ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἔμαθον τὰ ἔργα αὐτῶν, * Ps. CV. 35.
καὶ ἐδούλευσαν τοῖς γλυπτοῖς αὐτῶν· δεικνὺς ὅτι τὴν ἐκείνων ἠσπάσαντο εἰδωλολατρείαν· ὡς τὸν αὐτὸν φαίνεσθαι τρόπον καὶ τὴν περὶ τὸ εἴδωλον, ὃ Μελχὸμ ἐκαλεῖτο, θεραπείαν αὐτοὺς ποιεῖσθαι.

Ὁ μέν τοι γε προφήτης τοῖς εἰρημένοις οὕτως ἐπάγει. “ Καὶ τοὺς ἐκκλίνοντας ἀπὸ τοῦ κυρίου, καὶ τοὺς μὴ ζητοῦντας τὸν κύριον, καὶ τοὺς μὴ ἀντεχομένους τοῦ κυρίου. „ Βουλόμενος εἰπεῖν ὅτι ἀπὸ τούτων δήλους ἑαυτοὺς καθιστῶσιν ἀπηλλοτριωμένους παντελῶς τῆς ἐμῆς εὐνοίας, καὶ μηδένα λόγον ἐθέλοντας ἐμοῦ τε καὶ τῶν ἐμοὶ δοκούντων ποιεῖσθαι· πρόδηλον γὰρ ὡς τῆς ἐμῆς γνώσεως ἀντεχόμενοι γνησίως, οὐκ ἄν ποτε προσεῖχον εἰδώλοις· εἰρη-

tales tantosque adeoque probatos, errasse in vocabulo; qui et ante quamlibet interpretationem probe sciebant quid esset in divina scriptura, et utrum regem ea diceret an idolum? Nam maiore fide dignum, prae ceteris cunctis, iudicare oporteret, unum quemlibet obscurum hominem qui in Syrorum linguam convertit hebraicum textum, ut aiunt. Praeter quam quod illud etiam patet, nempe de idolorum cultu Deum Israhelitas hoc loco accusare per prophetam. Et quia circa divinum templum incolentes, haec agebant; hoc illis exprobrat, quod quum templi Deum venerari viderentur, id est universi mundi dominum, ab idolorum tamen non abstinebant obsequio. Porro huius idoli beatus quoque meminit Amosus propheta, ceu ab Ammanitis adorati. Dicit enim: et vadit Melchom in captivitatem, eiusque sacerdotes, et principes populi simul, dicit Dominus. Hoc dicens, quod saepenumero apud prophetas legere est, quod nempe qualibet ex indignatione, imponenda alienigenis poena, usque ad idola horumque sacerdotes deveniet. Quod autem omnem idolorum superstitionem, a cultis apud ethnicos daemonibus Israhelitae contraxerint, exploratum est, dicente beato Davide: et commixti sunt inter gentes, et didicerunt opera eorum, et servierunt sculptilibus eorum; quibus verbis demonstrat, idololatriam suam Israhelitas ab ethnicis condidicisse. Pari ergo modo apparet eos circa idolum, quod Melchom nuncupabatur, superstitionem exercuisse.

Age vero propheta post superiora ita pergit dicere. “ Et eos qui declinant a Domino, et qui non quaerunt Dominum, et qui non retinent Dominum. „ Significans nimirum, eos ita agendo, manifeste ostendere se omnino alienos ab amore Dei, nullamque huius, et praeceptorum eiusdem habere rationem. Perspicuum est enim, quod si fideliter scientiam mei retinerent, nequaquam idolis adhaererent.

v. 7. κὼς δὲ δικαίας τῆς τιμωρίας τὰς αἰτίας, ἐπάγει. " Εὐλαβεῖσθε ἀπὸ προσώπου κυρίου τοῦ
p. 237. θεοῦ, διότι ἐγγὺς ἡμέρα κυρίου· ὅτι ἡτοίμασε κύριος τὴν θυσίαν αὐτοῦ, ἡγίακε τοὺς κλη-
τοὺς αὐτοῦ. ,, Ἀλλ' ἐπειδὴ ἀμελῶς περὶ τὸ θεῖον ἐσχήκατε, νῦν γοῦν ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀνάγ-
κης φοβηθήσεσθε τὸν τοῦ παντὸς κύριον, ὅτε τὴν τιμωρίαν ὑμῖν ἀξίαν ἐπάγει τῶν πλημμελη-
μάτων· οὐδὲ γὰρ ἀφέστηκεν ὁ καιρὸς ἐκεῖνος, ἀλλὰ καὶ μάλα γε ἐγγύθεν ἐστὶν, ἐν ᾧπερ
* Ita hic cod. ὑμᾶς τῇ τῶν πολεμίων παραδώσει θυσίᾳ, οὓς οἰκείῳ προστάγματι ἀφώρισέν τε καὶ κέκληκεν
ἐπὶ τούτῳ· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ ἡγίασε * τοὺς κλητοὺς αὐτοῦ, ἵνα εἴπῃ ὅτι ἀφωρισμένους ἔχει
τοὺς εἰς τὴν θυσίαν ταύτην κεκλημένους, λέγει δὲ τοὺς πολεμίους, οἳ καταθύσουσιν ὑμᾶς.
v. 8. " Καὶ ἔσται ἐν ἡμέρᾳ θυσίας κυρίου, καὶ ἐκδικήσω * ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον
* cod. ἐκδικήσειν. τοῦ βασιλέως, καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς ἐνδεδυμένους ἐνδύματα ἀλλότρια· καὶ ἐκδικήσω ἐπὶ πάντας
ἐμφανῶς ἐπὶ τὰ πρόπυλα ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, τοὺς πληροῦντας τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ αὐτῶν
ἀσεβείας καὶ δόλου. ,, Ἐν ἐκείνῳ δὴ τῷ καιρῷ τοὺς ἄρχειν ἐν ὑμῖν δοκοῦντας τιμωρήσομαι·
αὐτόν τε παντελῶς ἀφανιῶ τοῦ βασιλέως τὸν οἶκον, ἅτε πρὸς αἰχμαλωσίαν ἀπάγεσθαι μέλ-
p. 238. λοντος τοῦ τότε βασιλεύειν ὑμῶν δοκοῦντος· καὶ πάντας δὲ καθάπαξ τιμωρήσομαι τοὺς οὕτω
πρὸς τὴν ἑλληνικὴν μίμησιν ἑαυτοὺς ἐκδεδωκότας, ὡς καὶ τῶν ἱματίων ζηλοῦν τὴν χρῆσιν τὴν
τῷ νόμῳ μὲν ἀπηγορευμένην, τοῖς ἔθνεσι δὲ ἁρμοδίαν· πάντας δή φησι περιφανῶς τιμω-
ρήσομαι πρὸ τῶν τοῦ ναοῦ προθύρων, εἰς ὃν ἠσέβουν, εἰσιόντες μὲν τῷ δοκεῖν εἰς ἐμὴν θερα-
πείαν, μεθ' ὑποκρίσεως δὲ καὶ δόλου ποιεῖσθαι τὴν εἴσοδον τολμῶντες, εἴ γε τῆς μὲν εὐσεβείας
οὐδένα λόγον ἐβούλοντο ποιεῖσθαι, τοῖς εἰδώλοις δὲ προσανεῖχον σπουδῇ.

v. 10. " Καὶ ἔσται ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, λέγει κύριος, φωνὴ κραυγῆς ἀπὸ πύλης ἀποκεν-
τούντων, καὶ ὀλολυγμὸς ἀπὸ τῆς δευτέρας, καὶ συντριμμὸς μέγας ἀπὸ τῶν βουνῶν. ,, Τότε
δὴ φοβερὰ μέν τις γενήσεται φωνὴ ἀπὸ τῆς πύλης λαβοῦσα τὴν ἀρχὴν, διὰ τῶν εἰσιόντων τὸ

Iam postquam dixit iustae animadversionis causam, prosequitur. " Timete a facie domini Dei, quia prope est dies domini Dei, quia paravit Dominus hostiam suam, et sanctificavit vocatos suos. ,, Sed quoniam Deum neglexistis, necessario nunc timebitis universalem Dominum, cum dignam poenam peccatis vestris imponet. Non enim abest tempus illud, immo proximum est, quo vos hostibus quasi victimas tradet: quos ille hostes proprio mandato ad hoc elegit vocavitque. Id enim significant verba, sanctificavit vocatos suos, quasi dicat habere se iam delectos, quos ad hanc hostiam mactandam vocavit; hostes nimirum intelligens, qui et vos immolabunt. " Et erit in die hostiae Domini, et ulciscar super principes, et super domum regis, et super omnes qui induti sunt veste peregrina. Et ulciscar manifeste super vestibula in die illa, qui complent domum Dei sui impietate ac dolo. ,, Tempore illo puniam eos qui principes vestri videntur, ipsamque regis domum funditus destruam, quia in captivitatem abducendus est is qui tunc rex vester videbitur: atque in omnes prorsus animadvertam, qui tantopere imitationi ethnicorum semet tradiderunt, ut etiam vestium illarum usum affectaverint, quae a lege vetitae, gentibus congruunt. Cunctos, inquam ante vestibula templi puniam, contra quod impie egerunt; dum illuc ingrederentur quidem ob simulandum cultum meum, sed nonnisi cum hypocrisi et dolo introire illuc auderent: siquidem nullam verae religionis rationem habere voluerunt, sed idolis potius studiose adhaerere.

" Et erit die illa, dicit Dominus, vox clamoris a porta caedentium, et ululatus a secunda, et contritio magna a collibus. ,, Tunc sane vox quaedam terribilis exaudietur, a porta incipiens, propter hostes irrumpentes multamque occidionem

πολεμίων, καὶ πολὺν ἐργαζομένων τὸν φόνον· διαδέξεται δὲ τὴν φωνὴν ἐκείνην ὀλολυγή τις
ἀφόρητος τῶν κατ' οἰκίας συντριβομένων τε καὶ ἀπολλυμένων ποικίλως, ἔτι καὶ τῶν ἐν ὑψη-
λοτέροις τόποις ἐλπίδι φυγῆς καταφευγόντων (τοῦτο γὰρ λέγει βουνοὺς) οὐ μόνον οὐδὲν ὠφε-
λεῖσθαι δυναμένων ἐντεῦθεν, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὴν ἐσχάτην δεχομένων τιμωρίαν· οἷς ἀκολούθως
ἐπάγει. " Θρηνήσατε οἱ κατοικοῦντες τὴν κατακεκομμένην. ,, Ἐνταῦθα δή φησι θρηνεῖν v. 11
ἅπαντας ἄξιον τοὺς οἰκοῦντας τὴν Ἱερουσαλήμ, ἣν διαφόρως διὰ τῶν οἰκούντων κατακό-
ψουσιν οἱ πολέμιοι, τάς τε οἰκοδομὰς αὐτῆς διατέμνοντες, καὶ τοὺς κατοικοῦντας διασφάτ-
τοντες. " Διότι * ὡμοιώθη πᾶς ὁ λαὸς Χαναάν, ἐξωλοθρεύθησαν πάντες οἱ ἐπηρμένοι * cod. διὰ τῆς
ἀργυρίῳ. ,, Ἐπειδὴ γὰρ τὸν Χαναναίων ἐμιμήσαντο τὸν τρόπον, διὰ τοῦτο παραπλησίως ἐκεί- p. 389.
νοις καὶ τὴν τιμωρίαν ἐδέξαντο ἀπολλύμενοι παντελῶς, ὃν περ δὴ τρόπον ἀπώλοντο κἀκεῖνοι
ἡνίκα τοῖς Ἰσραηλίταις παρεδίδου τὴν γῆν ὁ θεός· συναφανισθήσονται γὰρ δὴ πάντες τοῖς
λοιποῖς καὶ οἱ μέγα φρονοῦντες ἐπὶ πλούτῳ θεωροῦντες ἑαυτούς, μηδὲν ἐκ τῆς εὐπορίας
κέρδος λαβόντας· τοὐναντίον μὲν οὖν ἐν τῇ ἀφαιρέσει τῶν οἰκείων παραπλήσιοι γεγονότες
τοῖς παντελῶς πενομένοις.

" Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐξερευνήσω τὴν Ἱερουσαλὴμ μετὰ λύχνου. ,, Ἐπειδὴ τοῖς v. 12.
τὰ ἐνδότατα καὶ σκότῳ πως κατειλημμένα ζητοῦσιν, ἔθος λύχνῳ κεχρῆσθαι πρὸς ἀκρι-
βεστέραν ἔρευναν τῶν ἀποκεκρυμμένων, τοῦτο λέγει ὅτι μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας ἐξερευνη-
θήσεται πάντα τὰ τῆς Ἱερουσαλήμ, ὡς μηδὲν τῶν ἐνόντων διαλαθεῖν τοὺς πολεμίους· ὅπερ
ἀκολούθως ἐπήγαγεν τὸ ἐξωλοθρεύθησαν πάντες οἱ ἐπηρμένοι ἀργυρίῳ· δεικνὺς ὅτι ὑπὸ
πάντα τῶν εὐπόρων ἀφαιρεθήσεται τὰ ὄντα, οὐδενὸς λαθεῖν τῶν πολεμίων τὴν ἔρευναν δυν-
αμένου. " Καὶ ἐκδικήσω ἐπὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς καταφρονοῦντας ἐπὶ τὰ φυλάγματα αὐτῶν
τοὺς λέγοντας ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, οὐ μὴ ἀγαθοποιήσῃ κύριος, οὐδὲ μὴ κακώσῃ. ,,
Τιμωρήσομαι γάρ φησι τούτους, οἳ τῶν μὲν προσταγμάτων τῶν ἐμῶν καὶ τῆς θεραπείας κατ- p. 390.

facientes. Excipiet vero vocem illam ululatus intolerabilis hominum per domos contritorum varieque pereuntium; insuperque eorum qui ad celsiora loca spe evadendi confugient (id enim dicit vocabulum collibus) neque tamen quicquam opis invenient, sed extremum supplicium perferent. Quibus consentanee subdit. " Plangite qui habitatis concisam. ,, Nunc, inquit, lamentari dignum est habitatores Hierusalem, quam varia caede incolarum hostes concident, eiusque aedificia perfringent, et inquilinos trucidabunt. " Quia universus populus assimilatus est Chanaani, disperierunt omnes qui elati erant argento. ,, Quandoquidem Chananaeorum mores imitati sunt, ideo par illis sustinuere supplicium, pessum dati; quemadmodum scilicet et illi perierunt cum regionem Israhelitis tradidit Deus. Simul peribunt cum reliquis, illi qui superbiebant, divitiis se fultos cernentes: nullum a suis opibus emolumentum habebunt: sed contra omnino bonis suis spoliati, pauperrimis similes fient.

" Et erit in die illa, scrutabor Hierusalem cum lucerna. ,, Quoniam eorum, qui intima et in tenebris condita quaerunt, mos est lucerna uti ad accuratiorem latentium rerum vestigationem, idcirco sic loquitur, fore nempe ut multa cum sedulitate vestigentur res omnes Hierusalem, ut nihil opum eius hostes lateat. Quo fit ut consentanee subiungat, disperierunt omnes elati argento; significans fore ut cuncti divitum thesauri diripiantur, cum nihil hostium vestigationem vitaturum sit. " Et ulciscar super viros, qui contemnunt custodias suas, qui dicunt in cordibus suis, utique ne faciat bene Dominus, et non faciat male. ,, Hos inquit puniam qui praecepta mea cultumque omnino aspernantur, quibus custodiri ac servari ab omni

ἐφρόνουν παντελῶς τῆς ἐμῆς, ἀφ' ὧν δὴ φυλάττεσθαι καὶ διατηρεῖσθαι ἐκ πάσης ἠδύναντο
ἐπηρείας· διακειμένους δὲ ὅτι μὴ οἷόν τέ τι κακὸν αὐτοῖς ἐπενεχθῆναι τοιαῦτα παρανομοῦ-
σιν· τὸ γὰρ οὐ μὴ ἀγαθοποιήσῃ κύριος, κατὰ ὑπόκρισιν ἀναγνωστέον, ἀντὶ τοῦ ἀγαθοποιήσει.
v. 13. « Καὶ ἔσται ἡ δύναμις αὐτῶν εἰς διαρπαγὴν, καὶ οἱ οἶκοι αὐτῶν εἰς ἀφανισμόν· καὶ οἰκο-
δομήσουσιν οἰκίας, καὶ οὐ μὴ κατοικήσωσιν ἐν αὐταῖς· καὶ καταφυτεύσουσιν ἀμπελῶνας, καὶ
v. 14. οὐ μὴ πίωσι τὸν οἶνον αὐτῶν· ὅτι ἐγγὺς ἡμέρα κυρίου ἡ μεγάλη, ἐγγὺς καὶ ταχεῖα σφόδρα. »
Πᾶσα μὲν οὖν αὐτῶν ἡ δύναμις ὑπὸ τῶν πολεμίων περιαιρεθήσεται· ἀφανισθήσονται δὲ
καὶ πάντες αὐτῶν οἱ οἶκοι· καὶ οὔτε τῶν οἴκων ἀπολαύσουσιν, οὓς μετὰ πολλῆς οἰκοδομήσαντες
ἐπιμελείας, οὔτε τῶν γεωργιῶν τῶν οἰκείων λήψονται τὸν καρπόν· ἐπειδὴ πάρεστιν καὶ πλησίον
ἄγαν ἐστὶν ἡμέρα τοῦ θεοῦ, καθ' ἣν ἐκβήσεται πάντα ἅπερ οὖν ἀποπέφανται κατ' αὐτῶν
ὁ θεός. « Φωνὴ ἡμέρας κυρίου πικρὰ καὶ σκληρὰ τέτακται. » Μεμήνυται γὰρ ὁ καιρὸς τῆς
v. 15. ἀποφάσεως τῆς θείας πολλῆς πικρίας τε καὶ τραχύτητος γέμων. « Δυνατὴ ἡμέρα ὀργῆς. »
Ἰσχυρὸς ἄγαν τῆς ἡμέρας ἐκείνης ὁ θυμός. « Ἡ ἡμέρα ἐκείνη, ἡμέρα θλίψεως καὶ ἀνάγ-
κης, ἡμέρα ἀωρίας καὶ ἀφανισμοῦ, ἡμέρα σκότους καὶ γνόφου, ἡμέρα νεφέλης καὶ ὁμίχλης,
v. 16. p. 301. ἡμέρα σάλπιγγος καὶ κραυγῆς ἐπὶ τὰς πόλεις τὰς ὀχυρὰς, καὶ ἐπὶ τὰς γωνίας τὰς ὑψηλάς. »
Τότε γὰρ ἀνάγκη τε καὶ θλίψις ἔσται πολλὴ, καὶ θάνατοι ἄωροι τῶν ἐν νηπίᾳ σφαζο-
μένων τῇ ἡλικίᾳ· ἀφανισμός τε ἀνθρώπων πολὺς, ὡς ἐντεῦθεν ἅπαντας δοκεῖν σκότῳ
γνόφῳ ἤ τινι νεφέλῃ περικεχύσθαι καὶ ὁμίχλῃ· ἥ τε γὰρ πολεμικὴ σάλπιγξ, καὶ ἡ μετὰ ταύτης
φωνὴ τῶν πολεμίων μέγιστον ἠχήσει προσημαίνουσα τήν τε ἰσχυρῶν πόλεων καὶ τῶν μεγίστων
v. 17. οἰκιῶν τὴν καθαίρεσιν. « Καὶ ἐκθλίψω τοὺς ἀνθρώπους, καὶ πορεύσονται ὡς τυφλοὶ, ὅτι τῷ
κυρίῳ ἐξήμαρτον· καὶ ἐκχεῶ τὸ αἷμα αὐτῶν ὡς χοῦν, καὶ τὰς σάρκας αὐτῶν ὡς βόλβιτα. »
Τῇ μὲν γὰρ ὑπερβολῇ τῆς θλίψεως διοίσουσι τυφλῶν οὐδέν· οὐδὲ τὰ περὶ ποδῶν ὁρᾷν οἷοί
τε ὄντες· πείσονται γὰρ ἅπαντα συντόμως εἰπεῖν, ἐπειδήπερ ἄγαν ἠσέβησαν εἰς θεὸν ὑπὲρ

detrimento poterant: contraque existimant fieri non posse ut mali aliquid eis accidat talia peccantibus. Nam dictio ne bene faciat, figurate legenda est pro, bene faciet. « Et erit fortitudo eorum in direptionem, et domus eorum in dissipationem: et aedificabunt domos, et non habitabunt in eis; et plantabunt vineas, et non bibent vinum earum: quia iuxta est dies Domini magna, iuxta est et velox nimis. » Universa, inquit, eorum fortitudo ab hostibus extinguetur, destruentur cunctae domus eorum: neque aedificiis fruentur quae sedula cura extruxerant, neque de arvis suis fructum carpent. Quoniam adest propeque est Dei dies, quo cuncta evenient quae de illis decrevit Deus. « Vox diei Domini amara et dura posita est. » Praedicitur tempus divini decreti amaritudine multa et asperitate plenum. « Potens dies irae. » Validus admodum diei illius furor. « Dies illa, dies tribulationis et angustiae, dies intempestivitatis et exitii, dies tenebrarum et caliginis, dies nebulae et turbinis, dies tubae et clamoris super urbes munitas et super angulos excelsos. »

Tunc enim angustiae erunt, et tribulatio multa, et immaturae mortes in tenera occisorum aetate, caedes hominum multa, ita ut abhinc videantur omnes tenebris, caligine, et nebula quadam ac turbine circumfundi. Nam et bellica tuba, et hanc subsecutus hostium clamor altissime resonabit, munitarum urbium ac palatiorum exitium portendens. « Et tribulabo homines, et ambulabunt ut caeci, quia Domino peccaverunt: et effundam sanguinem eorum sicut pulverem, et carnes eorum sicut stercora boum. » Tribulationis excessu, non erunt caecis dissimiles, ne illa quidem quae ante pedes sunt videre valentes. Atque ut summatim dicam nihil non

ὧν αἵματός τε ἔκχυσις ὡς ἐκ πολλοῦ γενήσεται φόνου· αἵ τε τῶν ἀποθνησκόντων σάρκες
ἀτάφων μενόντων τῶν ἀναιρουμένων, ὡσεὶ κόπρος τις κατὰ παντὸς ῥιφήσεται τόπου. “ Καὶ τὸ v. 19.
ἀργύριον καὶ τὸ χρυσίον αὐτῶν οὐ μὴ δυνηθῇ ἐξελέσθαι αὐτοὺς ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς κυρίου,
καὶ ἐν πυρὶ ζήλου αὐτοῦ καταναλωθήσεται πᾶσα ἡ γῆ· διότι συντέλειαν καὶ σπουδὴν ποιήσει
ἐπὶ πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν. „ Ὄνησις αὐτοῖς οὐδεμία τοῦ πλούτου γενήσεται ὃν
συνήγαγον ἀδίκως, ἐπειδὴ ταῦτα πάντα κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον δεύτερα τῆς ὀργῆς ἔσται τῆς p. 392.
θείας, ἣ πυρὸς δίκην πᾶσαν μὲν καταναλώσει τὴν γῆν, πάντας δὲ τοὺς ἐνοικοῦντας αὐτὴν
μετὰ πολλοῦ γε ἀπολέσει τοῦ τάχους· εἶτα μετὰ τὴν μήνυσιν τῶν κακῶν, εὐέλπιδας αὐτοὺς καθὼς
εἴωθεν ὁ προφήτης ποιῶν, ἐπάγει.

ΚΕΦ. Β'.

“ Συνάχθητε καὶ συνδέθητε τὸ ἔθνος τὸ ἀπαίδευτον πρὸ τοῦ γενέσθαι ὑμᾶς ὡς ἄν- v. 1.
θος παραπορευόμενον ἡμέρας, πρὸ τοῦ ἐπελθεῖν ἐφ᾽ ὑμᾶς ὀργὴν θυμοῦ κυρίου. „ Ἀλλὰ v. 2.
γὰρ ἅπαντες ὑμεῖς οἱ μέχρι τοῦ δεῦρο τὴν τῶν προσηκόντων οὐ δεξάμενοι παιδείαν, νῦν γοῦν
συνελθόντες, κοινὰς τὰς δεήσεις τῷ θεῷ προσαγάγετε, ὡς ἂν μὴ δίκην ἄνθους ἀθρόον
ἀφανιζομένου παντελῆ τὴν ἀπώλειαν ὑπομείνητε, ὁλοτελῶς ἐφ᾽ ὑμᾶς ἐνεχθείσης τῆς ὀργῆς
τῆς θείας. “ Ζητήσατε τὸν κύριον πάντες ταπεινοὶ γῆς. „ Καὶ οἱ παρὰ πάντας τοὺς τὴν γῆν v. 3.
οἰκοῦντας ταῖς ἐπενεχθείσαις ὑμῖν συμφοραῖς τεταπεινωμένοι, ἐπιμεληθέντες τῆς εὐσεβείας,
τὸν ἔλεον αἰτήσατε τὸν θεῖον. “ Κρίμα ἐργάζεσθε καὶ ζητήσατε δικαιοσύνην. „ Νῦν ὀρθοὶ
τοῦ προσήκοντος γενόμενοι κριταί, καὶ διακρίνοντες ἐκ τοῦ χείρονος τὸ κρεῖττον ἐπιμε-
λεῖσθε τοῦ δικαίου. “ Ζητήσατε πραότητα καὶ ἀποκρίνεσθε αὐτά, ὅπως σκεπασθῆτε ἐν ἡμέρᾳ
ὀργῆς κυρίου. „ Ἐπιείκειαν ἕλεσθε καὶ ἀνεξικακίαν, ἀνθ᾽ ἧς πρότερον κατὰ τῶν πενεστέρων

patientur, quia graviter in Deum peccaverunt. Ea propter et sanguinis effusio, tamquam multae occisionis erit, et occisorum carnes, insepultis mortuis manentibus, quasi fimus quidam omni loco iactabuntur. “ Et argentum aurumque eorum non poterit liberare eos in die irae Domini, et igne zeli eius consumetur universa terra: quia consummationem et festinationem faciet super omnes terrae habitatores. „ Nihil ipsis proderunt divitiae quas iniuste coacervaverunt: quia haec omnia tempore illo divinae cedent irae, quae ignis instar universam consumet terram, cunctos autem habitatores eius multa cum festinatione pessum dabit. Deinde post malorum praedictionem, in spem illos pro more suo propheta erigens, pergit dicere.

CAP. II.

“ Congregamini, simulque orate, gens inerudita, ante quam fiatis ut flos pertransiens diurnus, ante quam veniat super vos ira furoris Domini. „ Agesis enim omnes qui hactenus officii vestri disciplinam non excepistis, nunc congregati communes Deo preces extollite, ne forte floris instar repente marcescentis, supremum exitium patiamini, tota in vos irruente divina ira. “ Quaerite Dominum cuncti humiles terrae. „ Vos qui prae ceteris terrae incolis, calamitatibus inflictis humiliati fuistis, nunc resumpto verae pietatis studio, misericordiam implorate divinam. “ Iudicium operamini et iustitiam quaerite. „ Nunc facti iusti debitae honestatis iudices, discernentesque a deteriore melius, iustitiae date operam. “ Quaerite mansuetudinem, et respondete ea, ut protegamini in die irae Domini. „ Mansuetudinem eligite et patientiam, secus ac olim iniustac pauperum oppressioni operam de-

p. 302. ἐπιτηδεύετε ἀδικίας, καὶ δὴ σπεύδετε περὶ τὸν τρόπον ἔχειν σπουδήν· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ καὶ ἀποκρίνεσθε αὐτά, ὡς ἂν προσγένοιτο ὑμῖν ἐν τῷ καιρῷ τῆς τιμωρίας τυχεῖν τινὸς παρὰ τῆς θείας βοηθείας· εἶτα λέγει τὰς κατὰ τῶν ἀλλοφύλων τιμωρίας ὑπὲρ τῆς εἰς αὐτοὺς ἀδικίας ἐπάγεσθαι μελλούσας ὡς ἂν μείζονα τὴν περὶ αὐτοὺς κηδεμονίας τοῦ θεοῦ ποιήσαιτο τὴν ἀπόδειξιν.

v. 4. "Διότι Γάζα διηρπασμένη ἔσται, καὶ Ἀσκάλων εἰς ἀφανισμόν, καὶ Ἄζωτος μεσημβρίας ἐκριφήσεται, καὶ Ἀκκαρὼν ἐκριζωθήσεται." Πάντες γὰρ οἱ ἀλλόφυλοι, ὑπὲρ ὧν καθ' ὑμῶν πεποιήκασι, τιμωρίαν δέξονται οὐ τὴν τυχοῦσαν· τὸ γὰρ μεσημβρίας κατὰ κοινοῦ λέγει ἀντὶ τοῦ προδήλως, ὡς μηδένα τὸ γινόμενον λαθεῖν· ἃ γὰρ περὶ ἑκάστης λέγει τῶν πόλεων, εἴ τι Γάζης εἴ τι Ἀσκάλωνος, εἴ τε τῶν λοιπῶν, κατὰ κοινοῦ περὶ πασῶν λέγει διῃρημένῳ τῷ λόγῳ, καθὼς εἴωθε· βούλεται γὰρ εἰπεῖν ὅτι πᾶσαι τῶν ἀλλοφύλων αἱ πόλεις διαρπαγήσονταί τε καὶ ἀφανισθήσονται, καὶ τῆς οἰκείας εὐπραγίας ἀπορριφεῖσαι παντελῆ δέξονται τὴν
v. 5. ἀπώλειαν. "Οὐαὶ οἱ κατοικοῦντες τὸ σχοίνισμα τῆς θαλάσσης πάροικοι Κρητῶν· λόγος
v. 6. κυρίου ἐφ' ὑμᾶς Χαναὰν γῆ ἀλλοφύλων· καὶ ἀπολῶ ὑμᾶς ἐκ κατοικίας· καὶ ἔσται Κρήτη νομὴ
ποιμνίων, καὶ μάνδρα προβάτων." Ἐπειδὴ παραλίας εἶναι τὰς πόλεις συνέβαινε, σχοίνι-
p. 304. * Ps. CIV. 11. σμα θαλάσσης αὐτὰς κέκληκεν, ὡς ὁ μακάριος λέγει Δαυὶδ λέγων· * σοὶ δώσω τὴν γῆν Χαναάν, σχοίνισμα κληρονομίας ὑμῶν· ἵνα εἴπῃ ὅτι εἰς κτῆσιν ὑμῖν ἀφοριῶ τὴν Χαναναίων γῆν, ἐκ μεταφορᾶς τῶν σχοίνῳ μετρούντων τε καὶ διοριζόντων τὴν γῆν· οὕτως οὖν κἀνταῦθα λέγει τὸ σχοίνισμα τῆς θαλάσσης, ἀντὶ τοῦ οἱ τὴν παραθαλάττιον οἰκοῦντες μερίδα· τὸ δὲ πάροικοι Κρητῶν λέγει, ἐπειδή τινες ἐκ Κρήτης κατ' ἐμπορίαν αὐτόθι παραγεγονότες ὡς εἰς
* Amos I. 5. παραθαλασσίας πόλεις, οἰκεῖν εἵλοντο παρ' αὐτοῖς· ὡς καὶ παρὰ τῷ Ἀμὼς λέγει· * κατακόψω φυλὴν ἐξ ἀνδρῶν Χαρράν, περὶ τῶν ἐκεῖθεν τῇ Δαμασκῷ παροικούντων λέγων· οὕτως γὰρ καὶ ἐνταῦθα παροίκους Κρητῶν καλεῖ, ἵνα εἴπῃ τοὺς παρ' αὐτοῖς οἰκοῦντας Κρητῶν·

distis: quin adeo spondete, morum horum fore vos studiosos: id enim valet dictio, respondete ea; ut tempore punitionis consequamini aliquam a Deo opem. Postea recitat inferendas alienigenis castigationes, propter illorum adversus Israhelitas iniquitatem, ut sic maiorem Dei erga hos tutelam demonstret.

" Quia Gaza diripietur, et Ascalon in desolationem, et Azotus meridie proiicietur, et Accaron eradicabitur. ,, Alienigenae omnes, propter ea quae adversus vos egerunt, non vulgare supplicium perferent. Iam meridie, commune aliis vocabulum, dicit pro manifeste, ita ut res neminem lateat: nam quae de singulis dicit urbibus, sive Ascalone, sive reliquis, communiter de omnibus dicit, etsi diviso sermone, ut solet. Vult enim dicere, cunctas alienigenarum urbes direptum destructumque iri, et omni sua proprietate deiectas supremum excidium passuras. " Vae qui habitatis funiculum maris, advenae Cretenses! Verbum Domini super vos, terra Chanaan. Et perdam vos de habitatione. Et erit Creta pascua gregum, et ovile pecorum. ,, Quia maritimae urbes illae erant, ideo funiculum maris eas appellavit, sicut etiam beatus David ait his verbis: dabo tibi terram Chanaan, funiculum hereditatis vestrae: pro eo ut dicat: possessioni vestrae addicam Chananaeorum regionem, sumpta metaphora ab iis qui funiculis metiuntur ac dividunt terras. Ita nunc etiam funiculum maris dicit, pro maritimae partis incolis. Denique advenas Cretenses dicit, quia nonnulli ex Creta mercaturae causa illuc progressi utpote ad urbes maritimas, ibi habitare maluerunt. Sicut etiam apud Amosum dicitur: concidam tribum ex viris Charran, loquens scilicet de illius regionis advenis circa Damascum incolentibus. Sic nunc quoque Cretensium advenas dicit, pro ea parte

βούλεται οὖν εἰπεῖν ὅτι ἀθλιώτατοι πάντων πάντες ὑμεῖς οἱ τὴν παραθαλάττιον οἰκοῦντες μερίδα μετὰ καὶ τῶν παροικούντων ὑμῖν Κρητῶν· ἀποπέφανται γὰρ κατὰ πάντων ὑμῶν ὁ θεὸς τῶν οἰκούντων τὴν Χαναναίαν ἀλλοφύλων· ὅτι ὑμᾶς τε ἀπολέσει παντελῶς, καὶ τὴν ἐκ τῶν Κρητῶν παρ' ὑμῖν οἰκουμένην χώραν, νομή τε ποιμνίων καὶ οἴκησις προβάτων, διὰ τῆς ἐρημίας παραδώσει τῆς πολλῆς.

"Καὶ ἔσται τὸ σχοίνισμα τῆς θαλάσσης τοῖς καταλοίποις οἴκου Ἰούδα· ἐπ' αὐτοὺς νεμή- v. 7.
σονται ἐν τοῖς οἴκοις Ἀσκάλωνος, δείλης καταλύσουσι ἀπὸ προσώπου τῶν υἱῶν Ἰούδα, ὅτι
ἐπέσκεπται αὐτοὺς κύριος ὁ θεὸς αὐτῶν, καὶ ἀπέστρεψε τὴν αἰχμαλωσίαν αὐτῶν. „ Οἱ γὰρ p. 395.
περισωζόμενοι φησὶν ἐκ τῆς τοῦ Ἰούδα φυλῆς, πάσης δὴ τῆς παραθαλαττίου καθέξουσι μερίδος, καὶ πᾶσαν αὐτὴν ὡς οἰκείαν νεμήσονται χώραν, ὥς τε τοὺς τῆς Ἀσκάλωνος· βούλεται δὲ ἐκ μιᾶς τὰς ὅλας τῶν ἀλλοφύλων πόλεις εἰπεῖν, καθὼς εἴωθεν ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον καλῶν, ὑφορωμένους τὴν υἱῶν Ἰούδα τὴν ἰσχύν, μετὰ πολλοῦ τοῦ δέους τοῖς οἰκείοις διάγειν· τὸ γὰρ δείλης καταλύσουσι, τοῦτο λέγει· ἐπειδὴ γὰρ τὸ μεσημβρίας εἴληφεν ἐπὶ τοῦ προφανῶς, τὸ δείλης ἔλαβεν ἐπὶ τοῦ δέους· ὡς τῶν λανθανόντων φευγόντων μὲν τὸν ἡμερινὸν καιρόν, ἐπὶ δὲ τὸν ἑσπέριον καταρρεῖν εἰωθότων ἐλπίδι τοῦ λαθεῖν· ταῦτα δὲ φησὶν ἔσται, ἐπειδ' ἂν ἐπισκεψάμενος ὁ θεὸς τοὺς τῆς Ἰούδα φυλῆς ἀπαλλάξειέν τε αὐτοὺς τῆς αἰχμαλωσίας, καὶ πρὸς τὰ οἰκεῖα πάλιν μετὰ τῆς ἰδίας ἐπαναγάγοι βοηθείας.

Εἶτα ἀπὸ τῶν ἀλλοφύλων ἐφ' ἑτέρους μετάγων τὸν λόγον "Ἤκουσα ὀνειδισμοὺς Μωάβ, v. 8.
καὶ κονδυλισμοὺς υἱῶν Ἀμμὼν ἐν οἷς ὠνείδιζον τὸν λαόν μου, καὶ ἐμεγαλύνοντο ἐπὶ τὰ ὅρια
αὐτοῦ· διὰ τοῦτο ζῶ ἐγὼ λέγει κύριος τῶν δυνάμεων ὁ θεὸς Ἰσραὴλ ὅτι Μωὰβ ὡς Σόδομα v. 9.
ἔσται, καὶ υἱοὶ Ἀμμὼν ὡς Γόμορρα. „ Καὶ τὰ παρὰ Μωαβιτῶν καὶ Ἀμμανιτῶν εἰς τοὺς
ἐμοὺς γινόμενα ἑώρων, ἅτε ἔλεγον αὐτοῖς ὀνειδίζοντες ὡς οὐδὲν ἐκ τῆς ἐμῆς ὠφελουμένοις p. 396.
θεραπείας, ἴσα τε αὐτοῖς κατὰ τὴν δύναμιν τὴν οἰκείαν ἐπῆγον κακά· ὥστε καὶ μεθ' ὑπερβαλ-

incolarum quae Cretâ erat oriunda. Vult ergo dicere: infelicissimi omnium cuncti vos, qui maritimam partem habitatis cum Cretensibus advenis. Decrevit contra vos omnes Deus, o Chananaeam habitantes alienigenae, perditurum se vos omnino, nec non a Cretensibus apud vos habitatam regionem (quae pascuum fiet gregum, et statio ovium) in solitudinem vastam rediget.

" Et erit funiculus maris reliquis de domo Iudae: super ipsos pascentur in domibus Ascalonis, ad vesperam requiescent a facie filiorum Iudae, quia visitat eos dominus Deus eorum, et avertit captivitatem ipsorum. „ Nam qui servati fuerint, inquit, de Iudae tribu, totam tenebunt maritimam partem, illamque omnem quasi suam incolent regionem usque Ascalonem. Vult autem ex una cunctas alienigenarum urbes dicere, more suo a parte totum significans, timentes filiorum Iudae fortitudinem, multo cum pavore in proprio solo degentes. Nam dictio, ad vesperam requiescent, hoc significat. Sicut enim meridie dixit pro manifeste, ita vesperam pro timore: quasi ii qui latere student diurnum tempus vitent, vespertino autem discurrere soleant, latitandi spe. Haec, inquit, erunt cum Deus Iudae tribum visitans avertet eos a captivitate, atque in patriam rursus auxilio suo restituet.

Deinde ab alienigenis ad alios sermonem transferens, ait. " Audivi opprobria Moab, et contumelias filiorum Ammon, quibus exprobrabant populo meo, et magnificabantur super terminos eius. Propterea, vivo ego dicit Dominus, quia Moab sicut Sodoma erit, et filii Ammon quasi Gomorrha. „ Moabitarum quoque et Ammanitarum adversus meos videbam facinora, et quod eis conviciantes dicerent, nul-

λύσης τῆς μεγαλαυχίας τῶν ὁρίων ἐφάπτεσθαι τῶν ἐμῶν, ὡς ἂν αὐτοῖς προσήκειν ὀφειλόντων
λοιπόν· ὑπὲρ ὧν δὴ Σοδόμων τε καὶ Γομόῤῥων μιμήσονται τὴν ἐρημίαν. " Καὶ Δαμασκὸς
ἐκλελειμμένη ὡς θημωνία ἅλωνος καὶ ἠφανισμένη εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ οἱ κατάλοιποι λαοῦ
μου διαρπῶνται αὐτοὺς, καὶ οἱ κατάλοιποι ἔθνους μου κληρονομήσουσιν αὐτούς. „ Καὶ ἡ Δα-
μασκὸς δέ φησιν, ὡς ἂν θημωνία ἐν ἅλωνι συντριβεῖσα ἀφανισθείη, ὥστε ἀφανὴς γενήσεται
ἐξ ὄγκου μεγίστου καὶ ὑπερηφανίας πολλῆς εἰς ταπεινότητα καταχθεῖσα μεγίστην· ὥστε τοὺς
ὑπολιμπανομένους τῶν ἐμῶν καὶ τῆς ἐπανόδου τυχόντας, ἐν διαρπαγῇ τε ποιήσασθαι πάντας
v. 10. αὐτοὺς καὶ κτῆσιν ἰδίαν ἔχειν τὰ ἐκείνων. " Αὕτη αὐτοῖς ἀντὶ τῆς ὕβρεως αὐτῶν, διότι ὠνεί-
δισαν καὶ ἐμεγαλύνθησαν ἐπὶ τὸν λαὸν κυρίου παντοκράτορος. „ Ταῦτα γάρ φησι πεί-
σονται ὑπὲρ ὧν ἐτόλμησαν εἰς θεὸν, καὶ ἐξύβριζον ὀνειδίζοντες τοῖς ἐμοῖς ἐπ' ἐμοὶ κατ-
επαιρόμενοι αὐτῶν ὡς ἂν ἐν συμφοραῖς ὄντων ἐσχάταις.

v. 11. " Ἐπιφανὴς ἔσται κύριος ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἐξολοθρεύσει πάντας τοὺς θεοὺς τῶν ἐθνῶν
p. 397. τῆς γῆς· καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ ἕκαστος ἐκ τόπου αὐτοῦ πᾶσαι αἱ νῆσοι τῶν ἐθνῶν. „
Περιφανῆ τινα ποιήσεται τὴν οἰκείαν ἐκδικίαν ὁ θεὸς, ὥστε πάντας τοὺς ἀλλοφύλους μετὰ τῶν
παρ' αὐτοῖς θρησκευομένων ἀπολέσαι θεῶν· ἅπαντάς τε τοὺς πανταχοῦ λοιπὸν ἀνθρώ-
πους, ἔν τε ἐν πόλεσιν ἔν τε ἐν νήσοις, πολλὴν ἐπὶ τοῖς παρὰ τοῦ θεοῦ γινομένοις τὴν ἔκπλη-
ξιν λαβόντας, κοινὴν αὐτῷ τὴν προσκύνησιν ἀποδιδόναι, ἐν τοῖς ἰδίοις ἑκάστου τόποις ὁμο-
v. 12. λογοῦντος τῆς δυνάμεως αὐτοῦ τὴν ὑπερβολήν. " Καὶ ὑμεῖς Αἰθίοπες τραυματίαι ῥομφαίας
* cod. ξίφη. μου ἐστέ. „ Καὶ αὐτοὶ δὲ ξίφει * διὰ τῶν ἐμῶν τιμωρηθήσεσθε ὑπὲρ ὧν πεπλημμελήκατε εἰς
αὐτούς· Αἰθίοπας δὲ καὶ νῦν τοὺς πλησιάζοντας Αἰγύπτῳ λέγει· ταυτὶ μὲν οὖν καθ' ὁμοιό-
τητα τοῦ μακαρίου Ἀμὼς τοῦ προφήτου φησὶν, ὃς τά τε τῷ Ἰσραὴλ, τά τε τῇ Ἱερουσαλὴμ
συμβησόμενα λέγων, μέμνηται καὶ τῶν ἀλλοτρίων ὁπόσα πείσονται καὶ αὐτοὶ, Δαμασκηνοί τε

lum iis fore emolumentum cultus mei; quanta denique mala viribus suis intulerunt. Atque ita gloriabundi fines meos invaserunt, ceu futuros in posterum iuris ipsorum. Quamobrem Sodomorum atque Gomorrhae experientur vastitatem. " Et Damascus derelicta sicut acervus areae, ac dissipata in aeternum. Et qui reliqui fuerint de populo meo diripient eos, et residui gentes meae possidebunt eos. „ Damascus etiam, inquit, quasi acervus in area contritus et conculcatus destruetur, atque ignobilis fiet, ex tumore maximo multaque superbia in imam detracta humilitatem: ita ut qui reliqui de meis fuerint, reditumque sortiti, cunctos sint direpturi, et alienas opes pro suis possessuri. " Haec erunt eis pro contumelia sua, quia conviciati sunt et magnificati sunt super populum Domini omnipotentis. „ Haec, inquit, patientur propter suam adversus Deum audaciam, et propter contumelias quibus mihi populoque meo conviciati sunt, insultantes ei scilicet tamquam extremis malis demerso.

" Apparebit Dominus super eos, et disperdet omnes deos gentium terrae, et adorabunt eum singuli de loco suo, cunctae insulae gentium. „ Illustrem faciet ultionem suam Deus, ita ut alienigenas omnes cum cultis ab eis diis disperdat: quo fiet ut reliqui omnes ubique homines, in urbibus insulisque, Dei facinoribus attoniti, commune illi obsequium exhibeant, in sua quisque statione summam illius potentiam confitentes. " Et vos Aethiopes vulnerati gladio meo. „ Vos quoque gladio a meis puniemini, propter ea quae adversus hos peccastis. Aethiopes autem nunc etiam dicit illos Aegypto finitimos. Sic autem loquitur beatum imitans prophetam Amosum, qui dum Israhelis nec non Hierusalem futuros casus recitat, me-

λέγω καὶ Τύριοι, Ἰδουμαῖοι καὶ Ἀμμανῖται, καὶ πάντες δὲ ὁπόσων πεποίηται μνήμην· τὸν αὐτὸν γὰρ δὴ τρόπον καὶ ὁ μακάριος Σοφονίας τὰ περὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐσόμενα παρὰ τῶν Βαβυλωνίων ἐν τούτοις λέγων, μέμνηται καὶ τῶν ὅσα τοῖς ἀλλοφύλοις κατ' ἐκεῖνον συμβαίνειν ἔμελλεν τὸν καιρόν· ὅθεν δὴ μετὰ τὰ προῤῥηθέντα ἐπὶ τοὺς ἀσσυρίους τε καὶ τὴν Νινευὴ μετάγει τὸν λόγον· ἐπειδὴ τότε Βαβυλώνιοι καὶ τὴν ἀσσυρίων καθεῖλον ἀρχήν, τὴν βασι-
λεύουσαν ἐν αὐτοῖς πόλιν, τὴν Νινευὴ λέγω, ἐκπορθήσαντές τε καὶ ἐρημίᾳ παντελεῖ παρα- p. 398.
δόντες· ὅθεν ἐπάγει.

“ Καὶ ἐκτενεῖ τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ βοῤῥᾶν, καὶ ἀπολεῖ τὸν ἀσσύριον, καὶ θήσει τὴν Νι- v. 13.
νευὴ εἰς ἀφανισμὸν ἄνυδρον ὡς ἔρημον, καὶ νεμήσεται ἐν μέσῳ αὐτῆς ποίμνια καὶ πάντα τὰ θηρία τῆς γῆς, καὶ χαμαιλέοντες καὶ ἐχῖνοι ἐν τοῖς φατνώμασιν αὐτῆς κοιτασθήσονται, καὶ θηρία φωνήσει ἐν τοῖς διορύγμασιν αὐτῆς, καὶ κόρακες ἐν τοῖς πυλῶσιν αὐτῆς· διότι κέδρος τὸ ἀνάστημα αὐτῆς. ,, Καὶ γὰρ καὶ παρὰ τῶν ἀσσυρίων τότε δὴ λήψομαι δίκας, μετὰ τοιαύτης γνώμης ἐπελθεῖν ἐπιχειρησάντων τῇ Ἱερουσαλήμ· ἀφανιῶ γὰρ αὐτῶν καὶ Νινευὴ τὴν βασιλίδα πόλιν· ὥστε γενέσθαι μὲν αὐτὴν ἔρημον παντελῶς, ἐν μέσῳ δὲ αὐτῆς ποίμνιά τε νέμεσθαι, καὶ θηρία διάγειν, καὶ τὰ λοιπὰ δὴ ζῷα ὁπόσα ἐν τοῖς ἐρημοτάτοις ἐμφωλεύειν εἴωθεν τόποις· ταύτην γὰρ δώσει δίκην δικαίαν ὑπὲρ ὧν μέγα κατὰ πασῶν ἐφρόνει τῶν πόλεων, ὡσανεὶ κέδρου δίκην πρὸς τὰ λοιπὰ κειμένης φυτὰ ὑπερφέρουσα τῶν ἁπάντων.
“ Αὕτη ἡ πόλις ἡ φαυλίστρια ἡ κατοικοῦσα ἐπ' ἐλπίδι, ἡ λέγουσα ἐν καρδίᾳ αὐτῆς, ἐγώ v. 15.
εἰμι, καὶ οὐκ ἔστι μετ' ἐμὲ ἔτι. ,, Εὔδηλον δὲ ὅτι ἐκ τῆς πόλεως τῶν ἐνοικούντων τὸ φρόνημα λέγει· οὐ γὰρ δὴ περὶ τῶν ἀψύχων λίθων ταῦτα φησίν· αὕτη τοίνυν φησὶν ἔστιν ἡ φαυλίστρια,
ἀντὶ τοῦ ἡ πάντα μὲν ἐκφαυλίζουσα, καὶ μηδὲν εἶναι τοὺς λοιποὺς ἡγουμένη πρὸς ἑαυτήν, p. 399.
ἀρκεῖν δὲ ἑαυτῇ πρὸς ἅπαντα ὑπειληφυῖα· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ κατοικοῦσα ἐπ' ἐλπίδι, ἀντὶ τοῦ ἐλπίδα περὶ ἑαυτῆς ἔχουσα ὡς οὐδὲν οὐδέποτε πεισομένη παρ' ἑτέρου κακόν· διακειμένη

minit simul alienigenarum, qualia scilicet passuri sint Damasceni, Tyrii, Idumaei, Ammanitae, ceterique omnes quorum facit mentionem. Eodem igitur modo beatus Sophonias postquam eventura urbi Hierusalem a Babyloniis mala praedixit, memorat etiam quotquot his ab aliis gentibus clades erant per illud tempus superventurae. Quapropter post ante dicta sermonem transfert ad Assyrios et Niniven: quia nimirum tunc Babylonii Assyriorum imperium deleverunt, regia ipsorum urbe Ninive subversa et vastitati omnimodae tradita. Unde addit.

“ Et extendet manum suam super aquilonem, et perdet Assyrium, et ponet Niniven in desolationem inaquosam quasi desertum. Et pascentur in medio eius greges, et omnes bestiae terrae, et chamaeleontes et ericii in praesepibus eius cubabunt: et bestiae clamabunt in foveis eius, et corvi in portis eius, quia cedrus altitudo eius. ,, Profecto etiam ab Assyriis poenas reposcam, qui tali cum proposito Hierusalem adgressi sunt. Etenim ipsorum regiam urbem Niniven adeo destruam, ut plane deserta fiat, et in medio eius pascantur greges, et ferae habitent, et quotquot animalia solent in desertissimis locis cubitare. Has autem iustas dabit poenas, quia contra omnes superbiebat civitates, quasi cedrus inter reliquas arbores caput extollens. “ Haec est civitas vilipendens, quae habitat in spe, quae dicit in corde suo: ego sum, et non est post me amplius. ,, Patet prophetam urbis nomine incolarum superbiam denotare: neque enim de insensatis lapidibus haec dicit. Haec est ergo, inquit, urbs vilipendens, id est omnium contemptrix, et omnes reliquas prae se flocci faciens, sibique ipsi ad omnia sufficere existimans. Id enim signifi-

τε φησὶν, ὡς μόνη τε οὖσα, καὶ οὐδὲ ἐν τῷ εἶναι κεῖσθαι ἀξίαν οὖσαν τὴν λοιπῶν πόλεων πρὸς αὐτήν· εἶτα ὀνειδιστικῶς ταῦτα εἰπὼν, καὶ τὴν κατὰ πάντων ὀνειδίσας ὑπεροψίαν αὐτῇ, κάλλιστα ἐπάγει. « Πῶς ἐγένετο εἰς ἀφανισμὸν νομὴ θηρίων; πᾶς ὁ διαπορευόμενος αὐτῆς συριεῖ, καὶ κινήσει τὰς χεῖρας αὐτοῦ. » Ἀλλὰ γὰρ οἵαν ὑπομεμένηκας τὴν μεταβολὴν, ὅπως ἢ εἰς ἐρημίαν καταστὰς νομὴ γέγονας θηρίων; ὥστε ἅπαντας τοὺς παριόντας συρίττειν τε ἐπὶ σοὶ καὶ κινεῖν τὰς χεῖρας, θαυμάζοντάς σε τῆς τοσαύτης μεταβολῆς· καὶ τί λέγει;

ΚΕΦ. Γ'.

v. 1. « Ὦ ἡ ἐπιφανὴς καὶ λελυτρωμένη πόλις· ἡ περιστερὰ οὐκ εἰσήκουσε φωνῆς, οὐδὲ ἐδέ-
v. 2. ξατο παιδείαν, ἐπὶ τῷ κυρίῳ οὐκ ἐπεποίθει καὶ πρὸς τὸν θεὸν αὐτῆς οὐκ ἤγγισεν. » Ταῦτα
φησὶν ἐροῦσιν, ὁπόση τις ἦν ἡ ταύτης περιφάνεια, ὅπως ἁπάντων ἐκεχώριστο τῶν κακῶν;
τοῦτο γὰρ λέγει, λελυτρωμένη· ὁπόση τις αὐτῆς ἦν ἡ εὐπρέπεια; τὴν γὰρ περιστερὰν τοῦτο φησὶν,
ἐπειδὴ πως τερπνὸν ἐν ὀρνέοις εἶναι δοκεῖ τὸ ζῶον καὶ σοβαρῶς βαδίζον· οὕτω καὶ ὁ μακάριος
* Ps. LXVII 14. p. 400. λέγει Δαυίδ· * ἐὰν κοιμηθῆτε ἀνὰ μέσον τῶν κλήρων, ἐκεῖ πτέρυγες περιστερᾶς περιηργυ-
ρωμέναι, καὶ τὰ μετάφρενα αὐτῆς ἐν χλωρότητι χρυσίου· ἀπολαβόντας τὴν γῆν τῆς ἐπαγγε-
λίας, ἁπάντων φανεῖσθαι τοὺς Ἰσραηλίτας τερπνοτέρους λέγων τῇ τῆς περιστερᾶς ὁμοιώσει·
οὕτω κἀνταῦθα εἰπεῖν ἠβουλήθη, ἀντὶ τοῦ ὡραία ἡ ἐπιτερπής· ὡς καὶ ὁ μακάριος Ναοὺμ ὀνει-
* Nah. III. 4. δίζων αὐτῇ λέγει τὸ *, πόρνη καλὴ καὶ ἐπίχαρις· τοιαύτη φησὶν οὖσα, τῆς τοῦ πεμφθέντος
πρὸς αὐτὴν προφήτου φωνῆς οὐκ εἰς τέλος ἤκουσεν, οὐδὲ παντελῆ τὴν ἐκεῖθεν ἐδέξατο διδα-
σκαλίαν· πρὸς μικρὸν ἢ μεταβάλλεσθαι δοκοῦσα, αὖθις ἐπὶ τὴν ἑαυτῆς ἀνέδραμε κακίαν·
οὐδὲ γοῦν λόγον τινὰ τοῦ τὸν προφήτην ἀποστείλαντος ἐποιήσατο θεοῦ, οὐδὲ ἐδοκίμασεν αὐτῷ

cant verba habitans in spe, id est spem fovens nihil umquam mali se abs quolibet passuram: unicam semet existimans, nullamque urbem esse dignam quae secum comparetur. His non sine convicio dictis, eiusque adversus omnes superbia obiurgata, egregie addit: " quomodo facta est in solitudinem, in pascuum bestiarum? Omnis qui per eam transibit, sibilabit manusque suas commovebit. Hem qualem experta es conversionem, in tantum ut pascuum bestiarum evaseris! ut omnes qui iuxta te transeunt, exsibilent, manusque suas erga te intendant, tantam mirantes conversionem! Quid vero dicentes?

CAP. III.

" O illustris et redempta civitas, columba! Non exaudivit vocem: non admisit disciplinam: in Domino non est confisa, et Deo suo non appropinquavit. „ Sic omnes, inquit, dicent: quanta fuit huius celebritas! quantum omni calamitate aberat! Id quippe denotat dictio, redempta. Quanta eius pulchritudo erat! hoc enim denotat columbae vocabulum, quod animal videtur inter aves apprime delectabile et cum dignitate incedens. Sic etiam beatus ait David: si dormiatis inter medios cleros, ibi alae columbae deargentatae, et dorsum eius cum pallore auri. Dicit nimirum post adquisitam promissionis terram, Israelitas videri prae ceteris delectabiles, ad columbae similitudinem. Ita hoc etiam loco dicere voluit pro, pulchra et speciosa. Velut etiam beatus Nahumus ei convicians ait: meretrix pulchra et gratiosa. Talis quum esset (Ninive) missi ad eam prophetae noluit vocem usque ad finem audire, neque perfectam admisit disciplinam; sed tantisper visa converti, rursus ad eandem recurrit nequitiam. Nihil pensi Deum habuit qui prophetam miserat, neque

λοιπὸν προσανέχειν, τοιαύτην εἰληφυῖα πεῖραν· τοὐναντίον μὲν οὖν ἀπέστη τοῦ θεοῦ παντελῶς, καὶ πρὸς πόλεμον αὐτοῦ κατέστη, μετὰ τὴν τῶν δέκα φυλῶν ἀναίρεσιν ἐπεληλυθυῖα τῇ Ἱερουσαλήμ, ἐν ἧπερ εἶναι τὸν τοῦ θεοῦ συνέβαινε τὸν ναόν· ἐνταῦθα πάλιν οἱ θαυμαστοὶ μυθολόγοι τῶν Σύρων ἰωνᾶ φασὶ λέγεσθαι κατὰ τὴν Σύρων γλῶτταν ἡ περιστερά· ὁ μὲν οὖν προφήτης, Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου πόλιν αὐτὴν βούλεται λέγειν διὰ τὸ αὐτόθι κηρύξαι· ὁ ἑρμηνεύσας δέ, περιστερὰν αὐτὴν εἶπε διασφαλείς· περὶ μὲν οὖν τοῦ μὴ τοὺς ἑβδομήκοντα ἐσφάλθαι, τὸν p. 401.
δὲ εἰς τὴν Σύρων γλῶτταν ἡρμηνευκότα τὴν γραφὴν πολλῷ δικαιότερον ἂν νομισθῆναι τοῦτο πεπονθέναι, εἴρηται πρόσθεν ἡμῖν ἀρκούντως· ἐκεῖνο δὲ οἱ θαυμαστοὶ μυθολόγοι πῶς οὐ συνεῖδον ὅτι ὀνειδίζων τῇ πόλει λέγει, ὦ ἡ ἐπιφανὴς καὶ λελυτρωμένη πόλις, ἡ περιστερά· τοιαῦτα γὰρ καὶ τὰ ἑξῆς, οἷόν ἐστι καὶ παρὰ τῷ Ναοὺμ τό, πόρνη καλὴ καὶ ἐπίχαρις· ὁμοίως γὰρ αὐτῇ κἀνταῦθα ὀνειδίζει ἐφ' ᾗ πρόσθεν ἐσεμνύνετο εὐπρεπείᾳ· Ἰωνᾶ δὲ πόλιν αὐτὴν τοῦ προφήτου διὰ τὸ ἐξ ἐκείνου σεσῶσθαι, οὐκ ἄν ποτε ὀνειδίζων ἔφη· ἀλλ' οἱ μὲν οὐ νενοηκότες τὸ εἰρημένον, ἐπὶ συριακούς τε καὶ γραώδεις ἐτράποντο μύθους.

Ὁ δὲ προφήτης ἀκολούθως καὶ τὰ ἑξῆς ἐπάγει, τὴν παλαιὰν εὐπραγίαν αὐτῆς εἰρωνι- v. 3.
κῶς τε ἅμα λέγων καὶ ὀνειδιστικῶς. “Οἱ ἄρχοντες αὐτῆς ἐν αὐτῇ ὡς λέοντες ὠρυόμενοι.„ Οὕτω δυνατοὶ καὶ κατὰ πάντων θρασυνόμενοι. “Οἱ κριταὶ αὐτῆς ὡς λύκοι τῆς Ἀραβίας, οὐχ ὑπελείποντο εἰς τὸ πρωΐ·„ Ὀξεῖς περὶ τὸ πέρας ἐπιτιθέναι τοῖς πράγμασιν, ὥστε αὐθήμερον ἅπαντα τέμνειν, καὶ μηδὲν ἀτελὲς εἰς τὴν ἑξῆς ἀφιέναι. “Οἱ προφῆται αὐτῆς πνευ- v. 4.
ματοφόροι ἄνδρες καταφρονηταί.„ Καὶ οἱ ἐν αὐτῇ δέ φησι μαντεύεσθαι ἐπαγγελλόμενοι, μετὰ πολλῆς ὑπεροψίας τὰ δοκοῦντα ἐφθέγγοντο. “Οἱ ἱερεῖς αὐτῆς βεβηλοῦσι τὰ ἅγια, καὶ ἀσεβοῦσιν εἰς τὸν νόμον.„ Καὶ οἱ δοκοῦντες δὲ παρ' αὐτοῖς ἱερατεύειν, εἴς τε τὸν νόμον τὸν p. 402.
ἐμὸν εἴς τε τὸν ναὸν ἠσέβουν, διήγειρον ἐπὶ ταῦτα τοὺς πειθομένους αὐτοῖς πάσας ἔχοντες

illi obedire deinceps voluit, quamquam tale tantumque experimentum ceperat. Sed contra potius a Deo prorsus recessit, immo bellum in eum commovit, cum post decem tribuum excidium, Hierusalem adorta est, qua in urbe templum Dei erat. Rursus heic mirabiles Syrorum mythologi aiunt: IONA Syrorum lingua appellari columbam. Sophoniam igitur, voluisse hanc appellare prophetae Ionae urbem, qui illic praedicavit: at graecum interpretem columbam non sine errore dixisse. Sed enim quod non septuaginta viri erraverint, sed ipse potius scripturae syrus interpres errores passus credendus sit, dictum a nobis antea satis fuit. Illud vero quomodo hi miri mythologi non intelligunt, quod per convicium dicit: o illustris et redempta civitas, columba! Haec sunt enim et alia huiusmodi, veluti apud Nahumum: meretrix pulchra et gratiosa; similiter nunc etiam exprobrat illam qua antea gloriabatur formositatem. Verumtamen Ionae prophetae urbem, propterea quod ab illo salvata fuit, numquam eam si conviciaretur, dixisset. At isti dictione non intellecta, ad syriacas anilesque fabulas conversi sunt.

“ Verum propheta consentanee sequentia quoque addit, priscam illius felicitatem ironice simul et cum convicio memorans: “ principes eius in ea veluti rugientes leones. „ Adeo potentes, et adversus omnes asperi. “ Iudices eius ut lupi Arabiae, nihil dimittebant in mane. „ Ad rem conficiendam celeres, ut una eademque die cuncta concidant, nihilque non confectum in posterum relinquant. “ Prophetae eius spiritu perciti, viri contemptores. „ Qui apud ipsam, inquit, vaticinari spondent, multo cum fastu visa sibi loquebantur. “ Sacerdotes eius contaminant sancta, peccant in legem. „ Qui apud eos fungi sacerdotio videbantur,

v. 5. τῶν συνήθων· οἷς ἀκολούθως ἐπήγαγεν. " Ὁ δὲ κύριος δίκαιος ἐν μέσῳ αὐτῶν, καὶ οὐ μὴ
ποιήσῃ ἄδικον· πρωῒ δώσει κρίμα αὐτοῦ εἰς φῶς. „ Ἀλλὰ γὰρ οὐδὲν ὄφελος αὐτοῖς γέ-
γονεν τῆς παρανομίας ἐκείνης· καὶ γὰρ καὶ ἀκόντων αὐτῶν ἐν μέσῳ θεὸς ὑπῆρχεν, εἰ καὶ μη-
δένα λόγον αὐτοῦ ποιεῖσθαι ἐβούλοντο· ὃς πολλὴν ἔχων τοῦ δικαίου φροντίδα, οὐδὲ νῦν ἀνέ-
ξεται τῆς παρὰ τούτων ἐπιτελουμένης ἀδικίας ἐπὶ πολὺ κρατούσης· ἄδικον δὲ ἡγησάμενος
τὸ ἀτιμωρήτους ἀφεῖναι τοιούτους ὄντας, ὀξεῖαν κρίσιν τὴν κατ' αὐτοὺς ποιήσεται, καὶ πρόδη-
λον αὐτοῖς ἐπάξει τὴν ὑπὲρ τῶν ἐπταισμένων τιμωρίαν· τὸ γὰρ πρωῒ πρωῒ τὴν ἄγαν ταχύτητα
v. 6. λέγει· εἶτα τίνα τὰ ἐκ τούτου γινόμενα λέγων " ἐν διαφθορᾷ κατέσπασα ὑπερηφάνους,
ἠφανίσθησαν γωνίαι αὐτῶν, ἐξερημώσω τὰς ὁδοὺς αὐτῶν τὸ παράπαν τοῦ μὴ διοδεύεσθαι·
ἐξέλιπον αἱ πόλεις αὐτῶν παρὰ τὸ μηδένα ὑπάρχειν μηδὲ κατοικεῖν. „ Διαφθορᾷ μὲν γὰρ
αὐτοὺς διὰ τὴν ὑπερηφανίαν αὐτῶν παραδέδωκα· ἀφανιῶ δὲ πάσας αὐτῶν τὰς πόλεις· εἰς
p. 403. τοσαύτην τε ἐρημίαν ἄξω τὰ παρ' αὐτοῖς, ὥστε καὶ τὰς ὁδοὺς λοιπὸν ἀδήλους εἶναι ἐρημίᾳ τῶν
διοδευόντων, ἥπερ συμπαραδώσω καὶ τὰς πόλεις αὐτῶν ἁπάσας, ὥστε μηδένα οἰκοῦντα
εὑρίσκεσθαι ἐν αὐταῖς· ἀλλὰ γὰρ δηλώσας ἐν τούτοις καὶ τὴν Νινευῆ τὴν ἐρημίαν, τήν τε τῆς ἀσ-
συρίων ἀρχῆς τὴν καθαίρεσιν, τρέπει πρὸς τοὺς τῆς Ἰουδαίας τὸν λόγον καὶ φησίν.
v. 7 " Εἶπον· πλὴν φοβεῖσθέ με, καὶ δέξασθε παιδείαν, καὶ οὐ μὴ ἐξολοθρευθῆτε ἐξ
ὀφθαλμῶν αὐτῆς διὰ πάντα ὅσα ἐξεδίκησα ἐπ' αὐτήν. „ Ἤδη μὲν οὖν προλαβὼν
διεμαρτυράμην ὑμῖν διὰ τῶν προφητῶν, ὥστε ἐν φόβῳ μὲν ἔχειν ἐμέ, ἅτε ῥᾳδίως ὑμᾶς
εἰ πταίοιτε καὶ τιμωρεῖσθαι δυνάμενον, δέξασθαι δὲ τὴν προσαγομένην ὑμῖν διδασκαλίαν
ἐπαγγειλάμενος· οὔτε ἀφανίζειν ὑμᾶς, εἰ ταῦτα ποιοῖτε, τῆς προσόψεως τῆς ἐμῆς ἀφαι-
ρεθέντας τῶν τόπων, ἐν οἷς περ διατέτακται τῆς θεραπείας ὑμᾶς ἐπιμελεῖσθαι τῆς ἐμῆς· οὔτ'

contra legem meam contraque templum impie agebant; et quos obsequentes habebant, ad haec ipsa scelera studiose concitabant. Quamobrem consequenter subdit: " Dominus autem iustus in medio eorum, et nihil aget iniquum: mane proferet iudicium suum in lucem. „ At enim nihil eis profuit illa iniquitas: namque in medio eorum versabatur Deus, etiamsi eum flocci faciebant: qui tamen magnopere iustitiae tenax, ne nunc quidem horum iniquitatem diu dominari sinet: etenim quum iniquum reputet impunes dimittere huiusmodi homines, properatum iudicium de his exercebit, publicamque imponet eis peccatorum punitionem. Nam duplicata dictio, mane mane, summam celeritatem denotat. Deinde rei effectum significans " in corruptela, inquit, traxi superbos, dissipati sunt anguli eorum, desertas omnino faciam vias eorum, ita ut nemo illuc pertranseat: defecerunt civitates eorum, quia nemo superest vel inhabitat. „ Corruptelae tradidi illos propter superbiam: destruam cunctas ipsorum civitates, resque illorum ad tantam solitudinem redigam, ut ipsae viae incognitae futurae sint transeuntium penuria; quod ipsum cunctis quoque urbibus eveniet, quia nullus deinceps incola invenietur in eis. Iamvero postquam his verbis Ninives desolationem ostendit, et assyriaci imperii eversionem, vertit ad Iudaeos sermonem, aitque.

" Dixi: verumtamen timete me, et excipite disciplinam, atque ita non peribitis ex oculis illius, propter ea omnia, quae ultus sum contra eam. „ Iampridem testatus vobis sum per prophetas, ut me timeretis, qui facile possum si peccaveritis punire; atque ut data monita reciperetis denunciavi, numquam vos, si ita vos gesseritis, me destructurum, neque a locis quos ego aspectu meo dignos iudico, expulsurum: denique nihil eorum gesturum, quae nunc peccatorum vestrorum mul-

ἔτι διαπράξασθε τούτων ἃ νῦν ἐπήγαγεν ὑμῖν εἰς ἐκδικίαν ὧν πεπλημμελήκατε πολλάκις.
“ Ἑτοιμάζου, ὄρθρισον, διέφθαρται πᾶσα ἡ ἐπιφυλλὶς αὐτῶν. ,, Ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τότε τὸ
δέον παρελίπετε καὶ πεπόνθατε τοιαῦτα, νῦν γοῦν ἑαυτοὺς παρασκευάσατε εἰς τὸ μετὰ πά-
σης ἐπιμελείας τε καὶ σπουδῆς τῶν παρ᾽ ἐμοῦ διατεταγμένων ἀντέχεσθαι, ἅτε καὶ τῆς κηδε-
μονίας μου τῆς περὶ ὑμᾶς ἀπόδειξιν ἔχοντες τὸ πᾶσαν παντελῶς ἀφαιρεθῆναι τὴν δύναμιν
τῶν ἐχθρῶν. “ Διὰ τοῦτο ὑπόμεινόν με, λέγει κύριος, εἰς ἡμέραν ἀναστάσεώς μου εἰς μαρ- v. 8. p. 404.
τύριον. ,, Καὶ διατηρεῖτε δὴ πρὸς ἐμὲ ἀφορῶντες, καὶ τὴν παρ᾽ ἐμοῦ βοήθειαν ἀναμένοντες
ἣν κατὰ καιρὸν ὑμῖν παρέξω, ὡς ἐκ νεκρῶν ὑμᾶς ἀνιστῶν, καὶ ἀπαλλάττων μὲν τῆς αἰχμα-
λωσίας, ἐπανάγων δὲ πάντας ὑμᾶς ἐπὶ τὰ οἰκεῖα· ταῦτα γὰρ πάλαι τε διὰ τῶν προφητῶν
καὶ νῦν ὑμῖν ἐπήγγελμαι παρέξειν, ὡς ἂν μαρτυρίαν τῆς ἀληθείας τῶν παρ᾽ ἐμοῦ προηγορευ-
μένων ἔχοιτε τὴν γινομένων τὴν ἔκβασιν.

“ Διότι τὸ κρίμα μου εἰς συναγωγὰς ἐθνῶν τοῦ εἰσδέξασθαι βασιλεῖς τοῦ ἐκχέαι ἐπ᾽
αὐτοὺς πᾶσαν ὀργὴν θυμοῦ μου· διότι ἐν πυρὶ ζήλου μου καταναλωθήσεται πᾶσα ἡ γῆ. ,,
Τότε γὰρ δὴ μάλιστα σαφῆ τὴν κρίσιν ἐπιδείξομαι τὴν ἐμὴν ἣν ὑπὲρ ὑμῶν ποιήσομαι, τῶν
πανταχόθεν ἀθροιζομένους τῶν ἐθνῶν ὑπὸ τιμωρίαν ἄγων· πολλοὺς γὰρ δὴ βασιλέας τε
καὶ σατράπας σὺν τοῖς οἰκείοις στρατοπέδοις ἐπὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ χωροῦντας εἰσδέξομαι,
τουτέστιν ἐλθεῖν ἐάσω, ὥστε σαφῆ μέν μου τὴν κηδεμονίαν τὴν περὶ ὑμᾶς αὐτῶν ποιῆσαι τῶν
πραγμάτων· πολλὴν δὲ τινὰ τὴν ἐπ᾽ αὐτοὺς ὀργὴν ἐκχέαι, πᾶσάν τε αὐτὴν κατ᾽ αὐτῶν
κινῆσαι· ἐπειδὴ ὡσανεὶ διὰ πυρὸς ἀναλώσω πάντας αὐτοὺς ζήλῳ τινὶ λαμβανόμενος,
ὅτι κατὰ τῶν οἰκείων τῶν ἐμῶν τετολμήκασι τοσοῦτον· λέγει δὲ τῶν περὶ τὸν Γὼγ ἕνεκεν, οὓς μετὰ p. 405.
τὴν ἐπάνοδον ἐπεληλυθότας αὐτοῖς ἀναριθμήτους ὄντας ἀπώλεσεν ἅπαντας. “ Ὅτι τότε v. 9.
μεταστρέψω ἐπὶ λαοὺς γλῶσσαν εἰς γενεὰς αὐτῶν, τοῦ ἐπικαλεῖσθαι πάντας τὸ ὄνομα κυ-
ρίου, τοῦ δουλεύειν αὐτῷ ὑπὸ ζυγὸν ἕνα. ,, Θαῦμα γοῦν κοινὸν ἅπαντας λήψεται τῶν

titudine commotus ira vindice perpetravi. “ Praeparare, consurge diluculo, corrupta est frondositas eorum. ,, Sed quia tunc officium vestrum deseruistis, ideoque haec pertulistis; nunc vosmet comparate ad obediendum mandatis meis sedulitate omni ac studio; quippe qui meae erga vos providentiae demonstrationem habetis, hostium vestrorum potentiae supremum exterminium. “ Propterea expecta me, dicit Dominus, in diem resurrectionis meae in testimonium. ,, Ad me continenter respicite, meumque auxilium expectate quod suo tempore conferam, dum vos tamquam a mortuis suscitabo, et expediam captivitate, atque ad propria unumquemque loca reducam. Quippe haec olim per prophetas, et nunc denuo collaturum me vobis spondeo, ut veritatis promissionum mearum testis vobis sit rerum exitus.

“ Quia iudicium meum ad congregationes gentium, ut corripiam reges, ut effundam super eos totam iram furoris mei: quia in igne zeli mei consumetur universa terra. ,, Tunc maxime ultionem meam manifestam reddam, quam pro vobis facturus sum, cum gentes undique coacervatas poenae subiiciam. Multos enim reges atque satrapas cum suis exercitibus adversus Hierusalem irruentes excipiam, id est venire permittam, ut meam mox erga vos tutelam rebus ipsis demonstrem: multam in eos iram effundam, totoque impetu intorquebo: quia tamquam igne omnes consumam zelo quodam correptus, propterea quod contra populum meum talia ausi sunt. Insuper de Gogi quoque exercitibus verba facit, quos post Israhelitarum reditum cum infinito numero incursionem facientes perdidit. “ Quia tunc convertam super populos linguam in generationes eorum, ut invocent omnes nomen Do-

πανταχοῦ τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τῇ καινότητι τῶν γινομένων, ὥστε ὡσανεὶ μιᾷ γλώττῃ κεχρη-
μένους αὐτοὺς ἐν διαφόροις τε καθεστῶτας τόποις, καὶ εἰς διάφορα συντελοῦντας ἔθνη, συμ-
φώνως θεόν τε ὁμολογεῖν τὸν τῶν Ἰσραηλιτῶν θεὸν, ὥσπερ ὑφ᾽ ἑνὶ ζυγῷ πάντας κατα-
στάντας μακαριστὴν ἡγεῖσθαι τὴν ὑπ᾽ αὐτοῦ δουλείαν, ἀφ᾽ ὧν αὐτοί γε ἀξιοῦσθαι μέλλετε
v. 10. παρ᾽ ἐμοῦ. “ Ἐκ περάτων ποταμῶν Αἰθιοπίας προσδέξομαι αὐτοὺς ἱκετεύοντας, μετὰ τῶν
διεσπαρμένων οἴσουσι θυσίας μοι. ,, Ἐλεύσονται γοῦν τῇ δουλείᾳ προστρέχοντες τῇ ἐμῇ
ἀπὸ τῆς Αἰθιοπίας μερῶν, οἱ μεθ᾽ ὑμῶν δὴ τῶν νῦν μὲν διεσπαρμένων ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ,
ἐπανεληλυθότων δὲ τότε, κοινάς μοι προσάξουσι τὰς θυσίας.

v. 11. “ Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ οὐ μὴ καταισχυνθῇς ἐκ πάντων τῶν ἐπιτηδευμάτων σου ὧν
ἠσέβησας εἰς ἐμὲ, ὅτι τότε περιελῶ ἀπὸ σοῦ τὰ φαυλίσματα τῆς ὕβρεώς σου, καὶ οὐκ ἔτι
μὴ προσθῇς τοῦ μεγαλαυχῆσαι ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν σου. ,, Κατ᾽ ἐκεῖνον δὴ τὸν καιρὸν
οὐχ ὑπομενεῖς οὐδὲν τῶν ὅσα διὰ τὰς ἀσεβείας σου πάσχουσα νῦν αἰσχύνῃ περιβέβλησαι
πλείστῃ· πάντα γὰρ ὅσα πεποιήκατε ἐκφαυλίζοντες τὰ ἐμὰ, καὶ παντοίας ὕβρεώς μοι
p. 606. διὰ τῆς περὶ τὰ εἴδωλα θεραπείας γινόμενοι πρόξενοι, περιελῶ δὴ ἐξ ἁπάντων ὑμῶν,
ἅτε καὶ τὰς ἐπὶ τούτοις ἐπαχθείσας ὑμῖν τιμωρίας ἀφαιρῶν· ὡς μηκέτι μὴ δὲ ὑμᾶς ἐν τῷ
ὄρει τῷ πρὸς θεραπείαν ἐμὴν καθεστῶτι μετὰ ὑπερηφανίας διάγειν τοσαύτης, ἀμελοῦντας
v. 12. μὲν τῶν κατ᾽ ἐμὲ, θεραπείαν δὲ πᾶσαν προσάγοντας τοῖς εἰδώλοις. “ Καὶ ὑπολείψομαι
ἐν σοὶ λαὸν πρᾷον καὶ ταπεινόν. ,, Ἐπανάξω γὰρ ὑμᾶς πεπαιδευμένους ἐκ τῆς αἰχμαλω-
σίας· ὥστε πρᾳότητι καὶ ταπεινότητι συζῶντας δι᾽ εὐλαβείας ἔχειν τὰ ἐμά· ὅθεν ἐπάγει.
v. 13. “ Καὶ εὐλαβηθήσονται ἀπὸ τοῦ ὀνόματος κυρίου οἱ κατάλοιποι τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ οὐ ποιή-
σουσιν ἀδικίαν, καὶ οὐ λαλήσουσι μάταια· καὶ οὐ μὴ εὑρεθῇ ἐν τῷ στόματι αὐτῶν γλῶσσα
δολία· διότι αὐτοὶ νεμήσονται, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἐκφοβῶν αὐτούς. ,, Διαμενεῖτε γὰρ οἱ ἐπαν-

mini, ut ei tamquam uno sub iugo serviant. ,, Admiratio omnes communis corripiet ubique gentium, propter actarum rerum novitatem, ita ut cuncti una veluti lingua utentes, qui diversis habitant regionibus, et in varias scissi sunt gentes, una voce Deum esse confiteantur, Israhelitarum Deum, et tamquam uni iugo subiecti beatum existiment ei servire, ea nimirum beneficia cernentes quibus ego vos dignaturus sum. “ Usque a finibus fluminum Aethiopiae excipiam supplicantes mihi: cum dispersis (meis) mihi victimas adferent. ,, Venient itaque, meoque servitio accedent, ab Aethiopum regionibus, qui vobiscum nunc captivitate dispersis, tunc autem reducibus, communiter mihi victimas adducent.

“ In die illa non confundèris ab omnibus adinventionibus tuis, quibus impie egisti in me: quia tunc auferam a te vilipendia contumeliae tuae, et ultra non adiicies ut glorieris super montem sanctum meum. ,, Illo quidem tempore nihil experieris eorum, quae nunc impietatis tuae causa patiens pudore plurimo obrueris. Cuncta enim quae egistis, obsequium meum negligentes, mihique omne genus iniuriae per idolorum servitutem inferentes, haec inquam procul omnibus vobis faciam, poenas simul ob ea vobis impositas auferens: ut vos deinceps in monte qui cultui meo est addictus, tali cum superbia non consistatis, mei quidem obliti, cultum vero omnem exhibentes idolis. “ Et relinquam in te populum mansuetum et humilem. ,, Reducam vos satis eruditos ex captivitate, ut iam mansuete humiliterque viventes, pie cultu meo fungamini. Unde addit: “ et verebuntur a nomine Domini reliquiae Israhelis, et non facient iniquitatem, et non loquentur vana, et non invenietur in ore eorum lingua dolosa: quoniam ipsi pascentur, et non erit

ληλυθότες ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας ἐν φόβῳ μὲν ἔχοντες τὴν ἐμὴν ὀνομασίαν, ἀδικίας δὲ ἀπε-
χόμενοι πάσης, καὶ τῆς ἀτοπίας καθαρεύοντες ἧς δὴ μετῄειτε πρότερον· φυλάξεσθε δὲ τότε
καὶ τὸ δολερᾷ τῇ διανοίᾳ προσποιεῖσθαι μὲν τὴν ἐμὴν θεραπείαν, προσκεῖσθαι δὲ τοῖς εἰδώ-
λοις· ἐντεῦθεν γοῦν ὑμῖν προσέσται καὶ τὸ μετὰ πάσης ἀδείας νέμεσθαί τε καὶ ἀπολαύειν τῶν
οἰκείων, ἐν ἀπάσῃ τε διάγειν ἀναπαύσει, μηδενὸς ὑμᾶς ἐκταράττειν τε καὶ ἀφιστᾷν τῶν οἰ-
κείων τόπων οἵου τε ὄντος. Ταῦτα ὑποσχόμενος αὐτοῖς προέσεσθαι ἐκ τῆς ἐπανόδου, ἐπάγει v. 14. p. 407.
λοιπόν. " Χαῖρε θύγατερ Σιὼν σφόδρα· κήρυσσε θύγατερ Ἱερουσαλήμ, εὐφραίνου καὶ κατά- v. 15.
τερπε ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου θύγατερ Ἱερουσαλήμ· περιεῖλε κύριος τὰ ἀδικήματά σου·
λελύτρωταί σε κύριος ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν σου· βασιλεύσει κύριος ἐν μέσῳ σου· οὐκ ὄψει κακὰ
οὐκέτι. „ Ἐν ἡδοναῖς δὲ λοιπὸν δίαγε παντοίαις ὦ Ἱερουσαλήμ, μετ' εὐφροσύνης καὶ τέρ-
ψεως διάγουσα παντελῶς· ἀφελὼν γάρ σου πάντα τὰ παρανομήματα ὁ θεός, ἀναγκαίως
σε καὶ τῆς ἐχθρῶν ἀφεῖλε δυναστείας, ὑφ' ἧς ἐπεπτώκεις, τῆς τιμωρίας διδοῦσα δίκας· ἔσται
τε κύριος ἐν σοὶ λοιπὸν διὰ τῆς εἰς σὲ κηδεμονίας τὴν οἰκείαν βασιλείαν δεικνύων· ὡς μηδὲν
ἔτι σοι προσεγγίσαι οἷόν τε εἶναι κακόν.

" Ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐρεῖ κύριος τῇ Ἱερουσαλήμ· θάρσει Σιών, μὴ παρειέσθωσαν v. 16.
αἱ χεῖρές σου· κύριος ὁ θεός σου ἐν σοί, δυνατὸς σώσει σε, ἐπάξει ἐπὶ σὲ εὐφροσύνην, v. 17.
καὶ καινιεῖ σε ἐν τῇ ἀγαπήσει αὐτοῦ, καὶ εὐφρανθήσεται ἐπὶ σοὶ ἐν τέρψει ὡς ἐν ἡμέρᾳ ἑορ-
τῆς, καὶ συνάξει τοὺς συντετριμμένους. „ Τότε δὲ πάσης ἐκλύσεως ἀπαλλάξει τὴν Ἱερουσα- v. 18.
λὴμ ὁ θεός, αὐτὸς αὐτὴν διὰ τῆς οἰκείας περισώζων δυνάμεως, ἐν πολλῇ τε καθιστὰς εὐ-
φροσύνῃ ἀνακαινιεῖ τὴν περὶ ὑμᾶς ἀγάπην· τοιαῦτα δὴ πράττων τε καὶ ἐπιδεικνύμενος τῆς
ὑμετέρας ἕνεκεν σωτηρίας, οἷά περ ἐπεδείξατο ποτὲ μετὰ πολλῶν τεράτων τε καὶ θαυμά-
των ἐξαγαγὼν ὑμᾶς τῆς Αἰγύπτου· οὕτω γὰρ δὴ καὶ νῦν ὑμᾶς ὑπὸ τῆς αἰχμαλωσίας συντρι- p. 408.
βέντας ἀπαλλάξει τε τῶν κατεχόντων κακῶν, καὶ ἀποδώσει τοῖς οἰκείοις πάλιν. " Οὐαὶ τῆς v. 19.

qui exterreat eos. „ Perseverabitis autem vos reduces e captivitate nomen meum timori habentes, ab iniquitate omni abstinentes, et omni vitio purgati, cui antea fuistis obnoxii: cavebitis autem quominus cultum meum dolosa mente simuletis, dum idolis adhaeretis. Hinc vobis continget ut secure prorsus pascamini, vestrisque bonis fruamini, atque in alta requie vivatis, nemine vos turbare vestrisque sedibus abducere valente. Haec illis post reditum fore vaticinatus, deinde addit. " Laetare valde, filia Sion: praedica, filia Hierusalem: exulta et delectare toto corde tuo, filia Hierusalem: abstulit Dominus peccata tua, redemit te Dominus de manu inimicorum tuorum: regnat Dominus in medio tui: non videbis mala ulterius. „ In omnimoda deinceps voluptate versare, o Hierusalem, cum omni laetitia et delectatione vitam exige: nam cum tua omnia peccata Deus deleverit, necessario te ab inimicorum potentatu subduxit, quibus eras subiecta dum iustas poenas lueres. Erit vero apud te abhinc Deus, per suum erga te patrocinium, proprium regnum demonstrans. Quare nulla iam ad te propinquare calamitas poterit.

" Tempore illo dicet Dominus Hierusalem: confide, Sion, non dissolvantur manus tuae. Dominus Deus tuus in te: potens salvabit te, et renovabit te caritate sua, et laetabitur in te delectatione, quasi in die sollemni. Et congregabit confractos. „ Tunc ab omni infirmitate tuebitur Hierusalem Deus, ipse illam sua virtute salvabit, atque in multa hilaritate constituens, suam erga vos caritatem instaurabit: paria illis faciens et ostentans vestrae salutis causa, qualia olim ostentavit, cum non sine prodigiis multis atque miraculis Aegypto vos eduxit. Sic nunc etiam vos cala-

ἔλαβεν ἐπ' αὐτὴν ὀνειδισμόν; ἰδοὺ ἐγὼ ποιῶ ἐν σοὶ ἕνεκεν ἐμοῦ, λέγει κύριος. „ Ἀλλὰ
γὰρ ἐλεεινότατοι οἱ τι πεπλημμεληκότες εἰς αὐτήν, εἰς ἣν ὑπὲρ ὑμῶν τὴν οἰκείαν ἐπιδείξεται
δύναμιν ὁ θεός· ὥστε καὶ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ὀνομαστοὺς ὑμᾶς ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν ὑμῶν
γε ἕνεκεν εἶναι. “ Ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ σώσω τὴν ἐκπεπιεσμένην, καὶ τὴν ἀπωσμένην εἰσ-
δέξομαι· „ τιμωρήσομαι μὲν γὰρ ἐκείνους, περισώσω δὲ τοὺς ὑπὸ τηλικούτων κακῶν πι-
v. 20. εσθέντας, τοὺς ἀπωσμένους τε τῶν οἰκείων ἐπανάξω πάλιν ἐπὶ τὰ οἰκεῖα. “ Καὶ θήσομαι
αὐτοὺς εἰς καύχημα, καὶ ὀνομαστοὺς ἐν πάσῃ τῇ γῇ· “ ὥστε αὐτοὺς ἐκ τῶν παρ' ἐμοῦ περὶ
αὐτοὺς γιγνομένων ἐν θαύματί τε καὶ ἐπαίνοις παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις εἶναι. “ Καὶ κα-
ταισχυνθήσονται ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ὅτ' ἂν καλῶς ὑμῖν ποιήσω, καὶ ἐν τῷ καιρῷ ὅτ'
ἂν εἰσδέξωμαι ὑμᾶς. „ Περιβληθήσονται γὰρ αἰσχύνῃ πάσῃ οἱ ὑμέτεροι πολέμιοι, ἐπειδ'
ἂν τὰ κάλλιστα περὶ ὑμᾶς διαπραττόμενος, εἰς τὰ οἰκεῖα πάλιν ὑμᾶς ἐπαναγάγω.
“ Διότι δώσω ὑμᾶς ὀνομαστούς, καὶ εἰς καύχημα ἐν πᾶσι τοῖς λοιποῖς τῆς γῆς, ἐν τῷ ἐπι-
στρέφειν με τὴν αἰχμαλωσίαν ὑμῶν ἐνώπιον ὑμῶν, λέγει κύριος. „ Τοσαῦτα γὰρ καὶ τηλι-
καῦτα περὶ ὑμᾶς τε καὶ ὑπὲρ ὑμῶν κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἐργάσομαι τῶν ὑμετέρων, ὥστε ἅπαντας
p. 400. τοὺς πανταχοῦ διὰ μνήμης τε ἔχειν ὑμᾶς καὶ ἐπαίνων, θαυμάζοντας ᾧ τινι δὴ τῷ τρόπῳ
τῆς τοιαύτης αἰχμαλωσίας ὑμᾶς ἀπαλλάξας ἐπανήγαγον εἰς τὰ οἰκεῖα.

mitate contritos ab urgentibus malis liberabit, et in patriam restituet. “ Vae, qui acceperit super eam opprobrium? Ecce ego facio in te propter me, dicit Dominus. „ Profecto infelicissimi erunt qui aliquid adversus Hierusalem egerint, cuius gratia Deus potentiam suam expromet; in tantum ut apud omnes homines famosi evadatis ob collatam vobis caelestem opem. “ Tempore illo salvabo oppressam, et expulsam recipiam. „ Puniam illos, salvabo autem tot malis obrutos, et sua patria expulsos postliminio in eam reducam. “ Et ponam eos in gloriam, et famosos in universa terra. „ Hos certe, ob ea quae ipsorum causa feci, admiratione ac laudibus omnes homines prosequentur. “ Et confundentur tempore illo quando bene vobis fecero, et tempore quo suscepero vos. „ Pudore omnino suffundentur inimici vestri, cum rebus vestris egregie consulens, in patriam vos restituam. “ Quia faciam vos illustres atque nobiles inter reliquos omnes terrae populos, cum convertero captivitatem vestram coram vobis, dicit Dominus. „ Tot tantaque circa vos proque vobis adversus vestros inimicos agam, ut ubique omnes memoraturi sint vos ac laudaturi, mirantes quomodo tali vos captivitate expeditos in patriam restituerim (1).

(1) Postquam de vero Sophonia egimus, in Hebraeorum armarium christianaeque Ecclesiae canonem recepto, non piget alium quoque commemorare sed apocryphum Sophoniam, quem citant Clemens alex. strom. lib. V. 11, et S. Athanasius in S. scripturae synopsi n. 76. Immo et Virgilius tolosanus grammaticus a nobis editus AA. class. T. V. p. 20. quaedam Sufphoniae hebraei (falsi tamen) verba insperato nobis recitat.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΑΓΓΑΙΟΥ ΤΟΥ ΠΡΟΦΗΤΟΥ.

Ὠσηὲ μὲν καὶ Ἰωὴλ καὶ Ἀμὼς καὶ Μιχαίας οἱ μακάριοι προφῆται κοινὸν πρὸς ἅπαντα τὸν ἰσραηλιτικὸν λαὸν ἐποιοῦντο τὸν λόγον, τούς τε τῶν δέκα φυλῶν ὧν ἐβασίλευεν ἡ Σαμάρεια, καὶ μὴν καὶ τοὺς τῆς Ἰούδα φυλῆς, τούς τε τὴν Ἱερουσαλὴμ οἰκοῦντας, ἀμφοτέρους ὁμοίως· ἐπί τε ταῖς ἀσεβείαις καὶ ταῖς παρανομίαις ἐλέγχοντες αἷς διεπράττοντο ποικίλως· προστιθέντες δὲ καὶ τὰ ὑπὲρ τούτων αὐτοῖς ἀμετανοήτως πταίουσι συμβησόμενα κακά, τά τε ταῖς δέκα φυλαῖς πρότερον ὑπὸ τῶν ἀσσυρίων συμβάντα, καὶ τὰ τοῖς τῆς Ἰούδα φυλῆς ὑπὸ βαβυλωνίων ὕστερον γεγονότα· οἷς περ αὖ καὶ τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον αὐτῶν μεταβολὴν ἐπισυνῆπτον ταῖς προρρήσεσι τῶν ἑαυτῶν, ὅτι τε ἀφεθέντες τῆς αἰχμαλωσίας ἐπὶ τὴν χώραν πάλιν ἀνελεύσονται τὴν οἰκείαν. Ἀβδιοῦ μὲν τοῦ μακαρίου τοῖς Ἰδουμαίοις κατὰ τὸν τῆς ἐπανόδου καιρὸν ἐπαχθησομένην λέγοντος τιμωρίαν· Ἰωνᾶ δὲ τοῦ μακαρίου τὴν καταστροφὴν ἀπειλήσαντος νινευίταις, εἰ μὴ τῆς ἑαυτῶν μεταβάλοιντο κακίας· τοῦ μακαρίου δὲ Ναοὺμ σαφῶς p. 410.
τήν τε πολιορκίαν τῆς Νινευὴ, καὶ τὴν καθαίρεσιν ἁπάσης τῆς τῶν ἀσσυρίων βασιλείας μηνύοντος προδήλως, ἣν ὑπὸ βαβυλωνίων ἔμελλον ὑπομένειν. Ἀμβακοὺμ δὲ καὶ Σοφονίας οἱ μακάριοι προφῆται ἤδη τῶν ἐν ταῖς δέκα φυλαῖς ἐκπορθηθέντων τε ὑπὸ τῶν ἀσσυρίων καὶ παντελῆ τήν τε αἰχμαλωσίαν καὶ τὴν ἐκ τῶν τόπων τῶν οἰκείων μετάστασιν δεξαμένων, τοὺς τῆς Ἰούδα φυλῆς μόνους, τούς τε ἐπὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ οἰκοῦντας, ἐπὶ ταῖς ἀσεβείαις αὐτῶν ἐλέγχουσι καὶ ταῖς παρανομίαις, λέγοντες τὴν διὰ τῶν βαβυλωνίων ἐπὶ τούτοις ἐπαχθησομένην αὐτοῖς παρὰ τοῦ θεοῦ τιμωρίαν, οὐ μετὰ πολύν γε ἐσομένην τὸν χρόνον, ἀλλ' ὡς εὐθύ γε καὶ παραχρῆμα τῶν μηνυομένων κακῶν ἐπελευσομένων αὐτοῖς ἁπάντων, καὶ ἐγγυτέραν γε τῶν ἐσομένων τὴν ἔκβασιν Σοφονίου μηνύοντος ἔσεσθαι τοῦ προφήτου.

COMMENTARIUS IN AGGAEUM PROPHETAM.

Beati prophetae Oseas et Iohel et Amosus atque Michaeas ad universum pariter Israhelitarum populum verba fecerunt, nempe et ad decem tribus, quarum metropolis Samaria erat, itemque ad Iudae coniunctim tribum civesque Hierosolymorum; quos omnes peccatis deditos et diversorum criminum reos aeque obiurgabant; adiectis impendentium malorum minis, si sine paenitentia delinquerent: ceu reapse illis accidit, decem scilicet primo tribubus ab Assyriis, deinde Iudae tribui a Babyloniis. Sed tamen cum his praedictionibus felicem quoque rerum conversionem spondebant prophetae, nempe quod populus captivitate expeditus in patriam reversurus esset. Beatus autem Abdias poenas Idumaeis circa reditus tempus infligendas narrat. Beatus Ionas excidium Ninivitis minatur, nisi a sua malitia resipuerint. Beatus Nahumus Ninives obsidionem, universique imperii Assyriorum eversionem praecinit, quam a Babyloniis experturi erant. Beati prophetae Abacucus ac Sophonias postea quam decem tribus Assyrii iam populati fuerant, suisque sedibus abreptas in captivitatem transtulerant, Iudae tribum, quae sola erat reliqua, civesque urbis Hierosolymorum de sua iniquitate legumque violatione coarguunt, atque adfuturam aiunt a Babyloniis ultionem, haud equidem sero pede, sed iam proximam, cum malorum omnium, quae praedicta fuerant, cohorte: et sane propinquum rerum exitum Sophonias propheta canit.

Ἀγγαῖος δὲ ὁ μακάριος προφήτης, οὗ δὴ πρόκειται νῦν ἡμῖν θεοῦ χάριτι ποιεῖσθαι
τὴν σαφήνειαν, οὐ τῆς αἰχμαλωσίας μόνον ἤδη γεγενημένης τῆς ὑπὸ Βαβυλωνίων τοῖς κατὰ τὴν
Ἱερουσαλὴμ ἐπαχθείσης ποιεῖται τὴν προφητείαν, ἀλλὰ γὰρ ἀπαλλαγέντων μὲν τῶν Ἰσραηλι-
τῶν ἤδη τῆς αἰχμαλωσίας, ἐπανεληλυθότων δὲ πάλιν εἰς τὴν χώραν τὴν οἰκείαν παρὰ πᾶσαν
p. 411. ἀνθρωπίνην ἐλπίδα χάριτι θείᾳ, τοῖς λόγοις κέχρηται τοῖς οἰκείοις, τοὺς ἐπανεληλυθότας
τε καὶ ἐπὶ τῆς οἰκείας διάγοντας χώρας τῆς τοσαύτης χάριτος παραδόξως τετυχηκότας
ἐλέγχων ἐπὶ τῇ περὶ τὴν οἰκοδομὴν τοῦ ναοῦ ῥᾳθυμίᾳ· οὗ τῆς οἰκοδομῆς πρόδηλον ὡς οὐχ
ἑαυτοῦ γε ἕνεκεν εἶχε φροντίδα πολλὴν ὁ θεός, ὡς αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ φησίν· ὁ οὐρανός μοι
* Is. LXVI. 1. θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου· * ποῖον τοῦτον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι, λέγει κύ-
ριος; ἢ τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου ἐστί; καί τοι γε μικρὸν καὶ τοῦτο, εἰ πρὸς τὸ μέ-
γεθος τὰ εἰρημένα σκοποῖτο τὸ θεῖον, ἁπάντων γε τῶν ὄντων προδήλως ὑπερκείμενον,
οὐδ᾽ ὁπόσον εἰπεῖν τε ἢ νοῆσαι δύναιτο ἄν τις· ἀλλ᾽ ὑπὲρ αὐτῶν γε τῶν Ἰσραηλιτῶν ὁ τῶν
ἀνθρωπείων ψυχῶν κηδόμενος, τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ πολὺν ποιεῖται τὸν λόγον· ἐπειδὴ
γὰρ διετάξατο μὲν ἐν ἐκείνῳ τῷ τε τόπῳ καὶ τῷ ναῷ συνιόντας τὴν καθήκουσαν αὐτῷ τοῖς
νομικοῖς παραγγέλμασιν ἀκολούθως ἀποδιδόναι θρησκείαν, διὰ πάντων δὲ τούτων ἐπὶ τῆς
εὐσεβείας ἐβούλετο συνέχεσθαι τὸν λαόν, ὡς ἂν προσηκόντως ἐκεῖθεν κατὰ καιρὸν ὀφθείη τὸν
δέοντα ὑπὲρ τῆς ἁπάντων σωτηρίας ὁ δεσπότης τὸ κατὰ σάρκα Χριστός, ἀναγκαίως τῆς κατα-
σκευῆς ἐπιμέλειαν ἐποιεῖτο τοῦ ναοῦ, ὡς ἂν ὁ λαὸς διὰ τῆς ἐν αὐτῷ συναγωγῆς τὴν βελτίωσιν
δέχοιτο, ὑπὲρ ἁπάντων ὡς ἔφην ἀνθρώπων τῆς οὕτω πολλῆς τε καὶ μεγίστης ἀξιούμενος
ἐπιμελείας· ὡς γὰρ θυσιῶν ἀνέχεται καὶ τῶν ἄλλων δὴ τῶν τοιούτων ὁ θεός, οὐθὲν τούτων δεό-
p. 412 μενος καθάπαξ αὐτός, διὰ τὴν ἡμετέραν χρείαν, οὕτω καὶ τῆς περὶ τὸν ναὸν εἴχετο φροντίδος,
οὐχ ἑαυτοῦ γε ἕνεκεν, ἀλλ᾽ ὑπὲρ ἐκείνων, οὓς αὐτόθι συνιέναι τε καὶ τὴν καθήκουσαν τῷ θεῷ

Beatus vero Aggaeus propheta, cuius nunc explanandi cum Dei gratia consilium a nobis susceptum est, vaticinium suum non modo circa recentem Hierosolymorum a Babyloniis captorum calamitatem facit; verum etiam solutos iam servitute Israhelitas, atque in patriam praeter omnem humanam spem Dei gratia restitutos, oratione sua reduces alloquitur, qui in propriis laribus versabantur, tantoque beneficio mirabiliter usi fuerant; atque eorum in templi aedificatione segnitiem obiurgat: quod templum ut aedificaretur, haud equidem sui causa tantam curam gerebat Deus, qui ceteroquin ait: " caelum mihi thronus, terra autem scabellum pedum meorum. Quae est ista domus quam mihi aedificatis, ait Dominus, aut quisnam locus quietis meae? ,, Profecto nihil non parvum est, si quae diximus cum Dei magnitudine comparentur, quae res omnes creatas tantum excedit, quantum homini nec fari licet. Verumtamen Deus, cui animarum cura est, Israhelitarum potius causa de templi aedificatione tantopere laborabat. Nam quia in mandatis dederat, ut eo in loco temploque congregati congruum legitimis institutionibus cultum sibi persolverent; atque his caerimoniis exerceri a populo religionem volebat, ut apte illinc tempore suo ad communem peragendam salutem Christus dominus in carne emergeret; ideo de hoc aedificio sollicitus necessario erat; nempe ut conventibus in eo celebrandis mores suos emendaret populus, cui prae ceteris ut dixi hominibus tantam Deus curam dignanter impertiebat. Nam sicuti sacrificia et cetera eiusmodi Deus recipit, non quia ipse his egeat, sed utilitatum nostrarum causa; sic etiam templi studium prae se ferebat, non equidem sui gratia sed Iudaeorum, quos illic congregari iustamque Deo religionem persolvere, prae

θεραπείαν ἀποδιδόναι προσῆκον ἦν ὑπὲρ ἁπάντων γε ἀνθρώπων, ὥσπερ οὖν ἔφθην πρόσθεν εἰπών· ἔχει δέ τινα καὶ μελλόντων ἐσομένων τὸ βιβλίον τὴν περὶ τούτων γνῶσιν φημί, ἣν ἀπ' αὐτῶν τῶν γεγραμμένων ἄμεινον ἴδοι τις ἄν· ὁ δὴ τοιοῦτος μὲν ὁ τοῦ βιβλίου σκοπός· προσεκτέον δὲ τοῖς κατὰ μέρος λοιπόν.

ΚΕΦ. Α'.

« Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ ἔτει ἐπὶ Δαρείου τοῦ βασιλέως, ἐν τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ, μιᾷ τοῦ v. 1.
μηνός, ἐγένετο λόγος κυρίου ἐν χειρὶ Ἀγγαίου τοῦ προφήτου λέγων. » Ἐν δευτέρῳ μὲν
ἔτει Δαρείου Περσῶν βασιλεύοντος τοῦ τετάρτου μετὰ Κῦρον ὃς πρῶτος Μήδων τε καὶ Περσῶν
κατὰ ταυτὸν ἐβασίλευσεν, ἐπανεληλυθότων ἤδη εἰς τὰ οἰκεῖα τῶν τε τῆς Ἰούδα φυλῆς καὶ τῶν
λοιπῶν ὁπόσοι περ αὐτοῖς συνανελθεῖν προθυμίαν ἔσχον, καὶ δὴ καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀπει-
ληφότων τὴν οἴκησιν, Ἀγγαῖον τὸν μακάριον προφήτην ἀποκαλύψεως ἠξιῶσθαι θείας φη-
σίν, ἐπὶ τῷ τὴν τῶν προσηκόντων διάλεξιν πρὸς τοὺς ἀνεληλυθότας ποιήσασθαι τῶν Ἰουδαίων,
καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τῆς οἰκοδομῆς καταμελοῦντας ἐλέγξαι τοῦ ναοῦ, ὃν δὴ μάλιστα ἐπ-
ανεληλυθότας ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας μετὰ πολλῆς ἀνεγεῖραι τῆς προθυμίας προσῆκον ἦν.
Ἐπισημαίνεται δὲ καὶ τὸν μῆνα καὶ τὴν ἡμέραν καθ' ἣν ἐξ ἀποκαλύψεως θείας ὁ προφήτης
ἐχρῆτο τοῖς πρὸς Ἰουδαίους λόγοις, ὡς ἂν τεταγμένως δείξειεν ὅπως μὲν αὐτοῖς τῆς οἰκοδο- p. 412.
μῆς ἀμελοῦσι τὰ τοῦ ναοῦ πράγματα διακεῖσθαι συνέβαινεν, ὅσην δὲ μετάστασιν ἐπὶ τὸ
κρεῖττον ἔλαβον ἡνίκα τῆς περὶ τὸν ναὸν οἰκοδομῆς τὴν προσήκουσαν ἔχειν ἤρξαντο φροντ-
ίδα. Τίνα δὲ ἦν ἅπερ εἰπεῖν πρὸς αὐτοὺς ὁ προφήτης ἐκελεύσθη παρὰ τοῦ θεοῦ, ἑξῆς φησίν.
« Εἰπὸν πρὸς Ζοροβάβελ τὸν τοῦ Σαλαθιὴλ ἐκ φυλῆς Ἰούδα, καὶ πρὸς Ἰησοῦν τὸν τοῦ v. 2.
Ἰωσεδὲκ τὸν ἱερέα τὸν μέγαν λέγων· τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ λέγων· ὁ λαὸς οὗτος
λέγουσιν, οὐχ ἥκει ὁ καιρὸς τοῦ οἰκοδομῆσαι τὸν οἶκον κυρίου. » Κελεύει γὰρ αὐτῷ πρός τε

ceteris ut paulo ante dixi hominibus, aequum erat. Futurarum praeterea rerum mentio aliqua in libello est; quarum notitiam ex ipsis scriptis cognoscere praestat. Hoc est igitur argumentum libri, qui iam singillatim explanandus est.

CAP. I.

“ Anno Darii regnantis secundo, mense sexto, die una (prima) mensis, factus est sermo Domini in manu Aggaei prophetae dicens. „ Anno secundo Darii Persarum regis, quarti post Cyrum illum qui primus Medorum simul atque Persarum imperium tenuerat, quum iam in patriam se recepissent quotquot ex Iudae tribu et ex reliquis sponte cum illa redire voluerant, quumque ii Hierosolymorum urbem iam incolerent, beatus Aggaeus prophetas divina revelatione collustratus dicitur; ut is nimirum reduces Iudaeos de officiis admoneret, atque apprime negligentiam eorum in aedificando templo obiurgaret, qui sane excitandi illius maximum studium debuissent expromere. Significat etiam mensem ac diem, quo secundum Dei revelationem propheta ad populum loqui orsus est: ut deinde ordinatim dicat quid eis acciderit ob neglectum templi aedificium; quantoque meliore in statu tunc fuerint, cum structuram illam alacri animo urgere coeperunt. Iam quaenam iis propheta dicere a Deo iussus fuerit, in sequentibus declarat. “ Loquere ad Zorobabelem Salathielis filium de tribu Iudae, et ad Iesum Iosedeci filium sacerdotem magnum dicens: haec ait Dominus omnipotens dicens: populus iste dicit, non venit tempus aedificandi domum Domini. „ Mandat ei, ut Zorobabeli qui de Iudae

τῷ Ζοροβάβελ ὃς τῆς Ἰούδα φυλῆς ὑπάρχων, ἔκ τε τοῦ μακαρίου Δαυὶδ καταγόμενος κατὰ τὰς ἐπαγγελίας τὰς θείας ἐβασίλευε τότε τοῦ λαοῦ· καὶ μὴν καὶ πρὸς τὸν Ἰωσεδὲκ Ἰησοῦν, ὃς τὸ τῆς ἀρχιερωσύνης ἔργον ἀκολουθίᾳ γένους κατὰ τὴν μωσαϊκὴν διάταξιν ἐκ τοῦ Ἀαρὼν καταγόμενος ἐκτελεῖν ἐπεπίστευτο, εἰπεῖν ταῦτα ἅπερ οἷον ἐπ' ἐλέγχῳ τῆς περὶ τὸν ναὸν τοῦ λαοῦ ῥαθυμίας διδάξαι προσῆκον ἦν· ταῦτα γὰρ δὴ πρὸς τούτους μάλιστα ὡς ἡγουμένους εἰκότως ἐλέγετο· ἅτε καὶ τοὺς λοιποὺς διεγείρειν ἐπὶ τὸ πρᾶγμα ὀφείλοντας, φαίνεται οὐκ αὐτοῖς ἐν τῷ λόγῳ καταμεμφόμενος, ἀλλὰ τῷ λαῷ· ὡς δῆλον εἶναι ὅτι οἱ μὲν τὴν προσήκουσαν
p. 414. εἶχον περὶ τὸ πρᾶγμα προθυμίαν, ἐκτελεῖν δὲ ὅπερ ἐβούλοντο ἀδυνάτως εἶχον, οὐκ ἐθέλοντος αὐτοῖς τοῦ λαοῦ πρὸς τοῦτο συμπράττειν· διόπερ τούτοις τὰ ἐπ' ἐλέγχῳ τοῦ λαοῦ συντείνοντα λέγει, ὡς ἂν οὗτοί τε μᾶλλον ἐπὶ τὸ ἔργον διεγερθεῖεν, κἀκεῖνοι δὲ διόρθωσιν δέξαιντο τὴν προσήκουσαν, εἰς τὸ πάσῃ τῇ προθυμίᾳ τὰ συντείνοντα εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ ναοῦ διαπράττεσθαι, καὶ μετὰ πολλῆς γε πείθεσθαι τοῖς ἡγουμένοις τῆς ἑτοιμότητος, περὶ ἅπερ ἂν αὐτοῖς περὶ τούτου κελεύωσιν, ὡς κατὰ βούλησιν θείαν τὸ ἐπίταγμα ποιούμενοι.

Τρεπόμενος δὲ ἐπὶ τὸν ἔλεγχον τοῦ λαοῦ, καλῶς ἐκ τῆς πεπλασμένης αὐτῶν ἀπολογίας ποιεῖται τὴν ἀρχήν, ᾗπερ κεχρημένοι εὐπροσώπως καταμελεῖν ἐδόκουν τοῦ ἔργου· λέγουσι γάρ φησιν οὔπω παρεῖναι τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ τὸν καιρόν, ὡς ἂν δικαίως ἀμελοῦντες φαίνοιντο τοῦ ἔργου· εἶτα πεπλασμένην ἐλέγχων τὴν ἀπολογίαν ἐκ κακίας εὑρημένην εἰς προ-
v. 3. κάλυμμα τῆς ῥαθυμίας, ἐπάγει. “ Καὶ ἐγένετο λόγος κυρίου ἐν χειρὶ Ἀγγαίου τοῦ προφήτου
v. 4. λέγων· εἰ καιρὸς μὲν ὑμῖν ἐστι τοῦ οἰκεῖν ἐν οἴκοις ὑμῶν κοιλοστάθμοις, ὁ δὲ οἶκος οὗτος ἐξηρήμωται; ,, Εἶτα φησίν· περὶ μὲν τὰς οἰκοδομὰς τὰς οἰκείας οὕτως ἐσπουδάκατε, οὐ μόνον μετὰ πολλῆς αὐτὰς ἀνεγείροντες τῆς προθυμίας, ἀλλὰ καὶ καλλωπίζοντες αὐτὰς σὺν πάσῃ δυνάμει· τῷ δὲ ναῷ μόνῳ καιρὸς οἰκοδομῆς οὐ πάρεστιν; οὐδὲ αἰσχύνεσθε τὸν πάν-

tribu ortus, et de beati Davidis posteris, iuxta divinas promissiones regnabat in populo; item Iesu Iosedeci filio, cui sacerdotalis operis, ob seriem generis iuxta mosaicam constitutionem, utpote ex Aarone oriundo, administratio commissa fuerat, mandat haec dicere, quae ad reprehendendam circa templum segnitiem apta erant. Porro haec praesertim ducibus merito dicebantur, qui reliquum populum ad opus extimulare debebant: et nihilominus non tam duces quam populum obiurgare propheta videtur: constabat enim duces convenientem operis curam gessisse, haud tamen voti compotes fieri, renuente populo ad id cooperari: quamobrem his ea quae ad populi obiurgationem pertinebant dicit, ut et ipsi magis ad opus excitarentur, et populus congruam correptionem acciperet, quo omni alacritate aedificii laboribus instarent, suisque ducibus multa cum docilitate obedirent, quatenus sibi hoc in negotio praeciperent, tamquam Dei iussa facturis.

Iam vero ad populi reprehensionem conversus, praeclare ex ipsorum simulata excusatione initium ducit, qua utentes, specioso cum praetextu existimabant se posse opus negligere. Aiunt enim, inquit, nondum tempus aedificandi templi adesse, ita ut merito cessare ab opere viderentur. Deinde falsam hanc defensionem coarguens ex nequitia ortam ad desidiae obtentum, pergit dicere. “ Et factum est verbum Domini in manu Aggaei prophetae, dicens: si tempus quidem vobis est habitandi in domibus vestris laqueatis, domus autem haec deserta est. ,, Deinde ait: ad vestras quidem aedificationes sedulo incumbitis, quas non solum studiosa opera excitatis, verum etiam totis viribus exornatis: solius autem templi exstruendi tempus adhuc non adest? Neque vos pudet, causam vobis cuiuslibet boni Deum, in

ὑμῖν τῆς συντελείας αἴτιον ἐν τοσαύτῃ τυγχάνοντα περιορῶντες ἐρημίᾳ, ὡς τὰ μὲν οἰκή- p. 415.
ματα ὑμῶν καὶ γεγονέναι μετὰ τὸ κεκαλλωπίσθαι μετὰ πολλῆς ἄγαν τῆς ἐπιμελείας, τὸν ναοῦ
δὲ τῶν τόπον ἐρημίᾳ παραδεδόσθαι ἔτι, μηδὲν ὑμῶν εἰς οἰκοδομὴν αὐτοῦ ποιῆσαι καθάπαξ
ἑλομένων. “ Καὶ νῦν τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ· τάξατε τὰς καρδίας ὑμῶν εἰς τὰς v. 5.
ὁδοὺς ὑμῶν. „ Ἀναλογίσασθε φησὶ τὰ καθ' ἑαυτοὺς καὶ δοκιμάσατε μὲν ἃ πεπράχατε,
τοῦ ναοῦ καταῤῥαθυμοῦντες τοῦ θείου, τίνα δὲ ὑμῖν ἐκ τούτου συμβέβηκεν· εὔδηλον γὰρ ὅτι ὁδοὺς
αὐτῶν τὰς πράξεις αὐτῶν καλεῖ, καθὼς εἴωθεν.

Εἶτα λέγει. “ Ἐσπείρατε πολλὰ, καὶ εἰσηνέγκατε ὀλίγα· ἐφάγετε, καὶ οὐκ εἰς πλη- v. 6.
σμονήν· ἐπίετε, καὶ οὐκ εἰς μέθην· περιεβάλεσθε, καὶ οὐκ ἐθερμάνθητε ἐν αὐτοῖς· καὶ ὁ τοὺς
μισθοὺς συνάγων, συνήγαγεν εἰς δεσμὸν τετρυπημένον. „ Ἐννοήσατε γὰρ ἐν ὅσῃ διὰ τὴν ῥα-
θυμίαν ἐκείνην κατέστητε ἐνδείᾳ τε καὶ σπάνει τῶν ἀναγκαίων· ὡς ἀπὸ πολλῶν μὲν σπερ-
μάτων βραχὺν συλλέγειν καρπὸν, ἀπολαύειν δὲ μὴ τροφῆς μὴ πότου μὴ ἐνδυμάτων πρὸς
κόρον τῆς κατεπειγούσης χρείας, ἅτε πάντων σπανιζόντων ὑμῖν τῶν ἀναγκαίων· ἐκ δὲ τούτου
καὶ τὰ μισθώματα ὑμῖν, ὡς εἰκὸς, ὅσα περ ἐποιεῖσθε ἀγροὺς τε ἐκμισθοῦντες, καὶ ὁπόσα δὴ
τοιαῦτα εἰς οὐδὲν ἐγένετο ὄφελος· ἐπειδὴ τῶν καρπῶν ἀπολλυμένων, οὐδὲ τὰ μισθώματα
ὑμῖν παρὰ τῶν ἐκλαμβανόντων τελεῖσθαι δυνατὸν ὑπῆρχεν· ὥσπερ δὲ ἐν βαλλαντίῳ ἢ p. 416.
ῥάκει ἢ τινι ὅλως ἀποδέσμῳ εἰ τετρυπημένον εἴη, συλλέγεσθαι ἀργύριον οὐδαμῶς δυνατὸν,
διεκπίπτον καὶ ἀπολλύμενον πάντως, οὕτως τῇ τῶν καρπῶν ἀπωλείᾳ καὶ τὰ μισθώματα
ὑμῖν συνδιαφθείρεσθαι ἀναγκαῖον ὑπῆρχεν. “ Τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ· θέσθε τὰς v. 7.
καρδίας ὑμῶν εἰς τὰς ὁδοὺς ὑμῶν· ἀνάβητε ἐπὶ τὸ ὄρος, καὶ κόψατε ξύλα, καὶ οἴσατε, καὶ v. 8.
οἰκοδομήσατε οἶκον, καὶ εὐδοκήσω ἐν αὐτῷ καὶ ἐνδοξασθήσομαι, εἶπε κύριος. „ Ἀλλὰ
γὰρ ταῦτα ἀναλογισάμενοι, διορθώσασθε μὲν τὰ νῦν παρ' ὑμῶν ἀμελούμενα, καὶ φροντίσατε

tanta vastitate relinquere? ita ut vestrae quidem domus non aedificentur tantummodo, verum etiam omni cum sedulitate exornentur; area vero templi prorsus deserta sit, nihil vobis ad eius structuram conferre volentibus. “ Et nunc haec dicit Dominus omnipotens: ponite corda vestra ad vias vestras. „ Reputate, inquit, res vestras, et facta explorate, qui divinum templum negligitis; et quaenam vobis proinde contigerint. Patet autem prophetam vocabulo viae, illorum opera, prout solet, designare.

Postea dicit: “ seminastis multa, et intulistis pauca: comedistis, et non ad saturitatem: bibistis, et non ad ebrietatem: induistis vos, et non estis calefacti in eis: et qui mercedes congregabat, coacervavit eas in sacculum pertusum. „ Considerate, in quantam vestrae ignaviae causa deveneritis egestatem et rei necessariae penuriam: ita ut de multis seminibus exiguum fructum collegeritis, et neque esca neque potu neque vestimento satis frui potueritis, neque urgentem egestatem satiare, quia vobis necessaria omnia defuerunt. Hinc etiam pensiones vestrae, quotquot locandis agris vel aliis huiusmodi comparavistis, ad nihilum redactae fuerunt: etenim pessumdatis fructibus, ne pensiones quidem a redemptoribus dari potuerunt. Sicut autem in crumena aut panniculo aut quovis alio involucro, quod pertusum fuerit, coacervari argentum nequit, quod omnino efflueret ac periret, sic etiam pereuntibus fructibus, vestras quoque pensiones deperire necesse fuit. “ Haec ait Dominus omnipotens: ponite corda vestra ad vias vestras: ascendite in montem, et praecidite ligna, et deferte, aç templum aedificate, et delectabor in eo, et glorificabor, ait Dominus. „ Eia ergo haec reputantes, facite quae hactenus neglexistis,

τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ· ξύλα τε ἐκτεμόντες, καὶ τὰ λοιπὰ δὴ τὰ πρὸς τὴν οἰκοδομὴν ἐπιτήδεια μετὰ πολλῆς εἰσενέγκαντες τῆς προθυμίας· ἀρεσθεὶς δὲ καὶ αὐτὸς τῇ γινομένῃ παρ' ὑμῶν οἰκοδομῇ τοῦ ναοῦ, τοιαῦτα εἰς ὑμετέραν εὐεργεσίαν ἐργάσομαι, ἃ παρὰ πᾶσι με ποιήσει γνώριμον, ὡς μάλιστα τοὺς εὐνοίᾳ μοι πείθεσθαι βουλομένους δυνάμενον ὠφελεῖν.

Εἶτα πάλιν ὑπομιμνήσκων αὐτοὺς ὧν τὸ πρότερον διὰ τὴν ῥᾳθυμίαν ὑπέμενον, καὶ
v. 9. εἰπὼν “ ἐπεβλέψατε εἰς πολλά, καὶ ἐγένετο ὀλίγα, καὶ εἰσηνέχθη εἰς τὸν οἶκον, καὶ ἐξεφύ-
σησα αὐτά. ,, Ἵνα εἴπῃ ὅτι οὔτε τοὺς καρποὺς ὑμῖν ἐκ τῆς γῆς παρέχεσθαι εἴων· καὶ τὰ
v. 10. δοκοῦντα γίνεσθαι, ἀπόλλυον· ἑτέρως ἐπάγει. “ Διὰ τοῦτο τάδε λέγει κύριος παντοκρά-
p. 417. τωρ, ἀνθ' ὧν ὁ οἶκός μου ἐστὶν ἔρημος, ὑμεῖς δὲ διώκετε ἕκαστος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, διὰ
v. 11. τοῦτο ἀνέξει ὁ οὐρανὸς ἀπὸ δρόσου, καὶ ἡ γῆ στελεῖται τὰ ἐκφόρια αὐτῆς ἐφ' ὑμᾶς· καὶ ἐπάξω
ῥομφαίαν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἐπὶ τὰ ὄρη, καὶ ἐπὶ τὸν σῖτον, καὶ ἐπὶ τὸν οἶνον, καὶ ἐπὶ τὸ ἔλαιον,
καὶ ἐπὶ πάντα ὅσα ἐκφέρει ἡ γῆ, καὶ ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἐπὶ τὰ κτήνη, καὶ ἐπὶ πάντας
τοὺς πόνους τῶν χειρῶν αὐτῶν. ,, Βούλεται δὲ διὰ τούτων αὐτοὺς ὧν ἀμελοῦντες τοῦ ναοῦ πεπόν-
θεισαν ὑπομνῆσαι· ὅτε γάρ φησι τὸν οἶκον τὸν ἐμὸν ἐν ἐρημίᾳ τυγχάνοντα περιορῶντες, περὶ
τὴν οἰκοδομὴν τῶν οἴκων ἐσπουδάζετε τῶν ἰδίων, τότε φησὶν ὅ τε ὑετὸς ἐπείχετο, καὶ ἡ γῆ τὸν
καρπὸν οὐκ ἐδίδου, καὶ ὥσπερ τινὶ ξίφει πάντας τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς ἠφάνιζον καρπούς, ἀπο-
λλύμενος καὶ ἀνθρώπων καὶ κτηνῶν πολλάκις, πάντα τε συντόμως εἰπεῖν ἀπολλὺς ὑπὲρ ὧν
ἐπονεῖτε· ἐπὶ γὰρ τῇ προτροπῇ τοῦ ἀναβῆναι καὶ κόψαι ξύλα ἐνεγκεῖν τε καὶ φροντίσαι τῆς
οἰκοδομῆς, ταῦτα ἐπήγαγε, τῇ μνήμῃ τῶν γεγονότων φοβῶν αὐτοὺς μὴ ῥᾳθύμως δέξασθαι
τὸ ἐπίταγμα· ἐπάγει γοῦν.

v. 12. “ Ἤκουσε Ζοροβάβελ ὁ τοῦ Σαλαθιὴλ ἐκ φυλῆς Ἰούδα, καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ἰωσεδὲκ ὁ
ἱερεὺς ὁ μέγας, καὶ πάντες οἱ κατάλοιποι τοῦ λαοῦ, τῆς φωνῆς κυρίου τοῦ θεοῦ αὐτῶν, καὶ τῶν

et de templo exstruendo solliciti estote, ligna praecidentes, ac reliqua aedificationi idonea multo cum animi fervore parantes. Ego vero vicissim hoc vestro templi aedificio delectatus, ea vobis beneficia conferam, quae me palam ostendent, illos maxime iuvare valentem qui benivolo obsequio mihi obediunt.

Rursus postea commemorans, quae antea propter suam segnitiem pertulerunt, ait: “ respexistis ad multa, et facta sunt pauca; et illata sunt in domum, et exsufflavi ea. ,, Id est ne fruges quidem vobis a terra suppeditari sivi: et quae natae videbantur, eas pessumdedi. Tum pergit dicere. “ Propterea haec ait Dominus omnipotens: quia domus mea deserta est, vos autem properatis unusquisque in propriam domum, idcirco abstinebit caelum a rore, et terra subtrahet procreationes suas vobis. Et inducam gladium super terram, et super montes, et super triticum, et super vinum, et super oleum, et super omnia quae tellus germinat, et super homines, et super iumenta, et labores quoslibet manuum vestrarum. ,, His verbis vult eis in memoriam revocare quae ob neglectum templum mala pertulerant. Dum enim, inquit, templum meum in vastitate iacere sinentes, vestrarum aedium extructioni operam dabatis; tunc inquit imber prohibitus fuit, tellus fruges negavit, et quodam veluti gladio cunctos ego terrae fructus destruxi, hominibus quoque ac iumentis haud raro percussis; cunctis denique, ut summatim dicam, laboribus vestris pessumdatis. Iam praeter exhortationem ut ad praecidenda ac deferenda ligna ascenderent, et aedificii curam gererent, haec addidit, praeteritorum nimirum memoria terrens illos quominus segniter mandatum exciperent. Addit igitur.

“ Et audivit Zorobabel Salathielis filius de tribu Iudae, et Iesus Iosedeci filius

λόγων Ἀγγαίου τοῦ προφήτου, καθότι ἐξαπέστειλεν αὐτὸν κύριος ὁ θεὸς αὐτῶν πρὸς αὐτούς,
καὶ ἐφοβήθη ὁ λαὸς ἀπὸ προσώπου κυρίου. „ Δεικνὺς ὅτι οὐκ ἀνωφελεῖς οἱ λόγοι γεγόνασι
πρὸς αὐτούς, πάντες γὰρ τὴν ἐκ τῶν εἰρημένων φοβηθέντες ἀπειλὴν ἐνέδυσαν πρὸς τὸ δέον· p. 418.
ὥστε καὶ ἀποσταλέντα παρὰ τοῦ θεοῦ τὸν προφήτην εἰπεῖν πρὸς αὐτοὺς " ἐγώ εἰμι μεθ' ὑμῶν, v. 13.
λέγει κύριος. „ Ὡς ἂν δείξειεν ὅτι ἅμα μετεβάλοντο τὸν τρόπον, καὶ περὶ τὴν οἰκοδομὴν
τοῦ ναοῦ τὴν σπουδὴν εἶχον, καὶ εὐθὺς ἐπηγγείλατο θεὸς ἐν ἅπασιν αὐτοῖς τὴν ἑαυτοῦ παρέχειν
κηδεμονίαν· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ εἰμὶ μεθ' ὑμῶν, λέγει κύριος· ἀντὶ τοῦ συνών τε ὑμῖν καὶ
κηδόμενος καὶ πᾶσαν χρείαν ὑμῖν πληρῶν. " Καὶ ἐξήγειρε κύριος τὸ πνεῦμα Ζοροβάβελ v. 14.
τοῦ Σαλαθιὴλ ἐκ φυλῆς Ἰούδα, καὶ τὸ πνεῦμα Ἰησοῦ τοῦ Ἰωσεδὲκ τοῦ ἱερέως τοῦ μεγάλου, καὶ
τὸ πνεῦμα τῶν καταλοίπων παντὸς τοῦ λαοῦ, καὶ εἰσῆλθε, καὶ ἐποίουν ἔργα ἐν τῷ οἴκῳ κυρίου
παντοκράτορος θεοῦ αὐτῶν. „ Οὐ γὰρ ἐπηγγείλατο μόνον αὐτὸς τὴν οἰκείαν κηδεμονίαν ὁ
θεός, ἀλλὰ καὶ τὴν προθυμίαν κατὰ ταυτὸν τῶν τε ἡγουμένων ἐπέρρωσε καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ,
ὥστε πάντα δὴ τὰ λοιπὰ παρωσαμένους περὶ τὴν οἰκοδομὴν ἀσχολεῖσθαι τοῦ ναοῦ, καὶ τὸ ὅπως
ἂν αὐτοῖς εἰς τέλος ἀφίκοιτο τὸ ἔργον· εἶτα καὶ τὴν προθυμίαν αὐτῶν ἐπὶ πλεῖον ἐπιρρωννὺς
ὁ θεὸς ἐπιφαίνεται πάλιν τῷ προφήτῃ ταυτὶ λέγων.

ΚΕΦ. Β'.

" Εἰπὸν δὴ πρὸς Ζοροβάβελ τὸν τοῦ Σαλαθιὴλ ἐκ φυλῆς Ἰούδα, καὶ πρὸς Ἰησοῦν τὸν v. 1.
τοῦ Ἰωσεδὲκ τὸν ἱερέα τὸν μέγαν, καὶ πρὸς πάντας τοὺς καταλοίπους τοῦ λαοῦ, λέγων· τίς v. 2.
ἐξ ὑμῶν ὃς εἶδε τὸν οἶκον τοῦτον ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ τῇ ἔμπροσθεν; καὶ πῶς ὑμεῖς βλέπετε v. 3 p. 419.
αὐτὸν νῦν καθὼς οὐχ ὑπάρχοντα ἐνώπιον ὑμῶν; καὶ νῦν κατίσχυε Ζοροβάβελ, λέγει κύριος· v. 4.
καὶ κατίσχυε Ἰησοῦ ὁ τοῦ Ἰωσεδὲκ ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας· καὶ κατισχυέτω πᾶς ὁ λαὸς τῆς γῆς, λέγει v. 5.

sacerdos magnus, et reliqui omnes de populo, vocem domini Dei sui, et sermones Aggaei prophetae, prout miserat eum dominus Deus eorum ad ipsos, timuitque populus a facie Domini. „ Ostendit haud inaniter facta verba ad eos fuisse; etenim cuncti praedictas minas verentes ad officium redierant: ita ut missus a Deo propheta dixerit eis: " ego vobiscum sum, ait Dominus. „ Nempe ut ostendat, quod simul ac mores immutarunt, et aedificando templo studium impenderunt, statim Deus promiserit, se patrocinium ad omnia exhibiturum. Etenim hoc denotant verba: vobiscum sum, ait, Dominus; id est vobis adsum, consulens, et quidquid vobis opus est suppeditans. " Et suscitavit Dominus spiritum Zorobabelis filii Salathielis de tribu Iudae, et spiritum Iesu filii Iosedeci, sacerdotis magni, et reliquorum de omni populo, qui ingressus est ad opus faciendum in domo domini omnipotentis Dei sui. „ Nimirum haud suum tantummodo patrocinium promisit Deus, sed alacritatem simul ducum concitavit universique populi, ut ceteris cunctis omissis aedificando templo vacarent, utque pro viribus ad finem opus perducerent. Posthinc alacritatem illorum magis adhuc confirmans, Deus prophetae apparet, haec dicens.

CAP. II.

" Loquere Zorobabeli Salathielis filio de tribu Iudae, et Iesu Iosedeci filio, et reliquis omnibus de populo, dicens: quis ex vobis vidit domum istam in gloria sua priore? et quomodo videtis ipsam nunc, quasi non sit coram vobis? Et nunc confortare, Zorobabel, dicit Dominus: confortare item, Iesu Iosedeci fili, sacerdos magne: confortetur denique universus terrae populus, dicit Dominus omnipotens:

κύριος παντοκράτωρ, καὶ τὸ πνεῦμά μου ἐφέστηκεν ἐν μέσῳ ὑμῶν. „ Εἰ γάρ τις ὑμῶν φησὶ τὴν παλαιὰν τοῦ οἴκου τούτου δόξαν ἠπίστατο, καὶ οἷα περ τὰ περὶ αὐτὸν παρ' ἐμοῦ γεγονότα πολλάκις, εἴ τε περὶ τὸν λαὸν τῆς ἐν αὐτῷ τελουμένης σπουδῆς ἕνεκεν, συνεῖδεν ἂν ὁπόση τῶν τότε καὶ νῦν ἐστιν ἡ μεταβολή· νῦν γὰρ ἐκεῖνα μὲν οὐκ εἰδότες ὑμῶν οἱ πολλοί, τὰ παρόντα δὲ ὁρῶντες, ὡς ἂν οὐκ ὄντα διὰ τὴν κατέχουσαν αὐτὸν ἐρημίαν ὁρᾶτε· ἀλλὰ γὰρ ἐπιμείνατε τῇ περὶ τὴν οἰκοδομὴν προθυμίᾳ, καὶ πάντα δὴ μετὰ τῆς προσηκούσης ἐπιτελεῖτε σπουδῆς εἰς ἐκπλήρωσιν τοῦ ναοῦ· αἰσθήσεσθε γὰρ τῆς ἐμῆς κηδεμονίας τότε, καὶ οἷον τὰ καθήκοντα ἐν τῷ ναῷ περὶ τὸν θεὸν πληροῦντες, τεύξεσθε τῶν λοιπῶν· ἔσομαι δὲ φησὶν ἐν ὑμῖν, δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων δεικνύμενος, καὶ τῆς χάριτος τεύξεσθε τῆς ἐξ ἐμοῦ μόνον οὐκ ἐφεστώσης ὑμῖν, οἰκονομούσης τε καὶ διοικούσης τὰ καθ' ὑμᾶς· τὸ γὰρ πνεῦμά μου, τὴν χάριν τὴν ἐξ αὐτοῦ λέγει.

Ἐπειδὴ πνεύματος ἁγίου ὑπόστασιν ἰδίαν ὡς ἐν προσώπῳ γνωριζομένην οἰκείῳ
p. 120. παρὰ τὸν θεὸν οἱ τῆς παλαιᾶς οὐκ ἠπίσταντο διαθήκης (1), πάντων τῶν πρὸ τῆς δεσπότου Χριστοῦ παρουσίας θεὸν εἰδότων καὶ κτίσιν, ἕτερον δὲ οὐδένα τι, καὶ τῆς θείας γραφῆς τοῦτο παιδευούσης τοὺς οἰκείους ἐν τῷ τότε καιρῷ, ἐν ἀοράτῳ δὲ κτίσει μοναδικὸν μὲν οὐδὲν ἐπισταμένης· ἀγγέλους δὲ καὶ δυνάμεις κοινῶς καλούσης ἁπάσας τὰς ἀοράτους καὶ λειτουργικὰς οὐσίας, ἃς ὑπηρετεῖσθαι ἐν ἅπασιν ἐδίδασκε τοῖς νεύμασι τοῖς θείοις· πνεῦμα τοίνυν ἅγιον ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει παρὰ τὸν θεὸν εἰδέναι οὐκ ἠδύναντο· οὔτε γὰρ ἐν λειτουργικοῖς ἀριθμεῖν οἷόν τε

et spiritus meus adstitit in medio vestri. „ Si quis vestrûm, inquit, veterem domus huius gloriam novit, et qualia ego huius causa saepe fecerim, vel pro populo qui eiusdem sollicitudinem gessit, utique agnosceret quantum illa priora a praesentibus differant. Nunc plerique vestrum illa ignorantes, et praesentia tantum spectantes, nihil propemodum vos videre putatis, propter obsidentem templum hoc solitudinem seu ruinam. Verumtamen si perseverante alacritate aedificationi eius instabitis, atque omnia ad eius complementum studiose contuleritis, meam enimvero providentiam sentietis; et quasi omne officium erga Dei templum praestiteritis, reliquorum beneficiorum compotes eritis. Eroque vobiscum, inquit, factis ipsis id demonstrans; meamque gratiam consequemini, vobis quodammodo adstantem, vestrasque res administrantem atque regentem. Nam verba spiritus meus, gratiam ab eo collatam significant.

Quandoquidem Spiritus sancti hypostasim propriam, tamquam in singulari persona agnitam apud Deum veteris testamenti homines non agnoverunt; cuncti autem ante Christi domini adventum, et Deum et creationem sciebant, sed praeterea nihil; divina tunc scriptura adseclas suos ita docente; in invisibili autem creatura nihil unicum agnoscente, sed angelos atque virtutes cunctas appellante invisibiles ac ministrantes substantias, quas subservire per omnia tradebat divinis nutibus. Spiritum sanctum itaque in propria hypostasi apud Deum agnoscere nequibat: nam neque inter ministrantes numerari poterat quod erat unicum, neque cum Deo

(1) Sequitur Theodori disputatio, quod veteris aetate testamenti Spiritus sancti persona nota non fuerit; quam suam opinionem idem nobis oggessit etiam retro p. 83. Atqui Nicetas aquileiensis, Theodoro ferme contemporaneus, ex hoc ipso Aggaei loco contrariam Theodoro tuetur sententiam in egregio de Spiritu sancto tractatu, quem nos ex vaticano codice edidimus, in Script. vet. tom. VII. Ait enim p. 325: *de Spiritu sancto, quod adsit ubique, dicit propheta ex persona Domini « ego in vobis, et spiritus meus stat in medio vestrum. »* Ibidemque alia recitat testimonia Iobi, Davidis, Salomonis. Quod argumentum latius tractarunt alii patres, de quibus videndus Petavius de Trin. lib. II. 7. De hac re rursum nos disseremus ad Zachariae capitulum I.

εἰς τὸ μοναδικὸν, ὥστε θεοῦ συντάττειν ἐν ἰδίῳ τι λέγοντας προσώπῳ· ἐπεὶ μηδὲν ᾔδεισαν
τοιοῦτο· ταῦτα δὲ ἡμᾶς ὁ δεσπότης Χριστὸς ἐξεδίδαξεν, ὃς τοῖς ἑαυτοῦ παρέδωκεν ἀποστό-
λοις, τὸ πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ
πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ἀφ' ὧν δὴ μανθάνομεν πατρὸς τι πρόσωπον
ἴδιον, καὶ υἱοῦ πρόσωπον ἴδιον, καὶ πνεύματος ἁγίου πρόσωπον ἴδιον, τῆς θείας καὶ ἀϊδίου
οὐσίας ἕκαστον τούτων εἶναι νομίζοντες ὁμοίως, ἅτε μιᾶς μὲν τῆς μαθητείας οὔσης τῆς ἐπὶ δι-
δασκαλίᾳ τῆς θείας ἐξεπαιδεύοντο γνώσεως· ἑνὸς δὲ τοῦ βαπτίσματος τοῦ ἐπ' ὀνόματι τού-
των πληρουμένου· ἡ παλαιὰ δὲ, ὡς ἔφην, πνεῦμα ἅγιον ἐν ἰδίῳ προσώπῳ καὶ ὑποστάσει
ἰδίᾳ, κεχωρισμένως τοῦ θεοῦ οὐκ ἠπίστατο· πνεῦμα δὲ ἅγιον ἐκάλει, ἤτοι πνεῦμα θεοῦ, τὴν
χάριν αὐτοῦ, ἢ τὴν ἐπιστασίαν, ἢ τὴν κηδεμονίαν, ἢ τὴν περί τι διάθεσιν, ἢ εἴ τι τοιοῦτον· ποῦ p. 431.
πορευθῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου; καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ φύγω; βούλεται γὰρ εἰπεῖν ὅτι
ἔξω τῆς ἐπιστασίας σου γενέσθαι οὐ δυνατὸν, ἐπειδὴ πάρει τοῖς πᾶσιν· ἐπάγει γοῦν πρὸς τὸν
θεὸν, οὐκέτι πνεύματος μεμνημένος· ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺ ἐκεῖ εἶ· ἵνα εἴπῃ
ὅτι ὅπου ποτ' ἂν ὦ, ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν καθέστηκα τὴν σὴν, καθ' ἣν ὅπως ἂν ἐθέλῃς τοῖς
πᾶσι παρὼν τὰ κατ' ἐμὲ διοικεῖς· τὸ πνεῦμά σου τὸ ἀγαθὸν ὁδηγήσει με ἐν γῇ εὐθείᾳ·
ἵνα εἴπῃ, ἀγαθότητι πάντοτε τὰ κατ' ἐμὲ διοικήσας, κατὰ ταύτην με καὶ νῦν ἐπανάξεις·
τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον μὴ ἀνταφέλῃς ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ἵνα εἴπῃ τὴν ἐξαίρετόν σου καὶ ἐξειλεγ-
μένην κηδεμονίαν ἀπ' ἐμοῦ μὴ ἀφέλῃς· οὕτως καὶ ἐνταῦθα λέγει· καὶ τὸ πνεῦμά μου ἐφέ-
στηκεν ἐν μέσῳ ὑμῶν· ἵνα εἴπῃ ἡ χάρις ἡ ἐμὴ, καὶ ἡ περὶ ὑμᾶς διάθεσις σύνεστιν ὑμῖν,
ἐφεστῶσα τε καὶ τὴν ἑαυτῆς ὑμῖν παρέχουσα ὠφέλειαν· ὡς γὰρ τὴν ψυχὴν ἐπὶ τοῦ θεοῦ λέγει, οὐχ
ὑπόστασίν τινα, τὴν δὲ περί τι διάθεσιν οὕτως ὀνομάζων· οἷον ὅτ' ἂν λέγῃ τὰς νεομηνίας
ὑμῶν καὶ τὰ σάββατα μισεῖ ἡ ψυχή μου, ἵνα τὴν διάθεσιν εἴπῃ καθ' ἣν ἐμίσει τὰ παρ'

collocari quicquid in peculiari persona consistere dicebatur: nihil enim huiusmodi tunc scitum erat: sed id demum nos edocuit Christus dominus, qui apostolis suis mandavit, euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris et filii et Spiritus sancti: unde discimus patris personam propriam, et filii personam propriam, et Spiritus sancti personam propriam, unumquemque horum divinam ac sempiternam aeque habere substantiam censentes; quandoquidem una est doctrina, qua in divinae scientiae traditione imbuebantur: unum item baptisma in nomine horum collatum. At scriptura vetus, ut dixi, Spiritum sanctum in propria persona, et in propria hypostasi, seorsum a Dei generali notione nescivit: Spiritum vero sanctum sive spiritum Dei, gratiam ipsius vocabat, vel imperium ac providentiam, vel erga aliquid affectionem, vel quidvis huiusmodi. Quo a spiritu tuo ibo? et a facie tua quo fugiam? Vult enim dicere fieri non posse, ut extra tuum imperium sim, quoniam omnibus rebus ades. Pergit itaque dicere de Deo, omissa spiritus mentione: si ascendero in caelum, tu ibi es; ubicumque fuero, sub potestate tua sum constitutus, qua quomodocumque volueris cunctis praesens, res meas gubernas. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam; id est bonitate tua res meas gubernans, hac ipsa me nunc reduces. Spiritum sanctum suum ne auferas a me; id est peculiare selectumque patrocinium a me non auferas. Sic etiam hoc loco ait: spiritus meus adstitit in medio vestri; id est gratia mea meusque erga vos affectus vobiscum est, praesidens suamque vobis opem praebens. Sicut videlicet animam in Deo dicit, non quasi quandam hypostasim, sed affectum erga aliquid ita nominans. Veluti cum dicit: calendas vestras, et sabbata odit anima mea; adfe-

αὐτῶν γινόμενα μοχθηρῶν ὄντων τὸν τρόπον· οὕτως καὶ τὸ πνεῦμα λέγει· ἀλλὰ γὰρ ταῦτα μὲν ὑπὲρ πλεῖον εἰρήσθω τῆς ἀκριβείας.

Ὁ δέ γε Θεὸς ἐπειδὴ διήγειρε μὲν ἐν τοῖς προειρημένοις τὸν λαὸν διὰ τοῦ προφήτου
p. 622. περὶ τὸ ἔργον τῆς οἰκοδομῆς αὐτάρκως καὶ προθυμοτέρους εἰργάσατο, ἑώρα δὲ συλλογιζο-
μένους πόθεν ἂν αὐτοῖς προσγένοιτο τοσαῦτα ἔτι πενομένοις ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας, ἀφ᾽
ὧν δυνατὸν κατὰ τὸ προσῆκον τε ἀπαρτισθῆναι τὸν ναὸν καὶ πᾶσαν αὐτῷ τὴν προσήκουσαν
εὐπρέπειαν ἀποδοθῆναι, οἵαν δὴ τὸ πρότερον εἶχεν ἐν οἰκοδομαῖς τε καὶ σκεύεσιν ἁγίοις
v. 6. καὶ τοῖς λοιποῖς, ἐπάγει " Θαρσεῖτε μὴ δὴ φοβεῖσθε· „ περὶ τούτων φησὶ καὶ πῶς ἔσται,
μὴ φοβεῖσθε. " Διότι τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ· ἔτι ἅπαξ ἐγὼ σείω τὸν οὐρανὸν καὶ
v. 7. τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηράν· καὶ συσσείσω πάντα τὰ ἔθνη· καὶ ἥξει τὰ ἐκλεκτὰ
πάντων τῶν ἐθνῶν· καὶ πλήσω τὸν οἶκον τοῦτον δόξης, λέγει κύριος παντοκράτωρ· διότι
v. 9. μεγάλη ἡ δόξα τοῦ οἴκου τούτου, ἡ ἐσχάτη ὑπὲρ τὴν πρώτην, λέγει κύριος παντοκράτωρ· καὶ
v. 10. ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ δώσω εἰρήνην, λέγει κύριος παντοκράτωρ, καὶ εἰρήνην ψυχῆς εἰς περι-
ποίησιν παντὶ τῷ κτίζοντι, τοῦ ἀναστῆσαι τὸν ναὸν τοῦτον. „ Περὶ δὲ τῆς σπάνεως τῶν ἐπιτη-
δείων φησὶ μὴ φροντίζετε· μόνον γὰρ οὐχ ἅπαντα συσσείσας τὰ ἔθνη, πολλά τε καὶ πολλοῦ
γέμοντα πλούτου, ἐφ᾽ ὑμᾶς ἐλθεῖν ἐάσω· λέγει δὲ τὸν περὶ τὸν Γώγ, ὧν ἐληλυθότων τότε
δὴ τῆς δόξης τοῦ οἴκου τούτου τὸ μέγεθος ἐκφανὲς ποιήσω διὰ τῆς κηδεμονίας τῆς ἐμῆς· καὶ
p. 623. γὰρ καὶ τὸ ἀργύριον τὸ προσὸν ἐκείνοις, καὶ τὸ χρυσίον, καὶ πάντα δὴ συντόμως εἰπεῖν τὰ
προσόντα ἐκείνοις ἐμά· ἅτε δὴ πάντα ὄντα ἐμά· ἐπεὶ καὶ πᾶσα ἔργον ἡ κτίσις ἐμόν·
ἅπερ οὖν ἀφελών, εἰς ὑμᾶς μεταστήσω, οὐκ ἀδικῶν τοὺς ἔχοντας οἵ γε εἶχον τὰ μὴ αὐτῶν·
τὰ ἐμὰ δὲ εἰκότως διδοὺς τοῖς ἐμοῖς· ὥστε τὴν τότε δεικνυμένην περὶ τὸν οἶκον τοῦτον δόξαν
ἀφ᾽ ὧν διαπράττομαι, δεχόμενός τε ὑμῶν τὰς ἐν αὐτῷ δεήσεις, καὶ παρέχων ὑμῖν τὸ κατὰ
τῶν πολεμίων κράτος, τοσούτων τε ὄντων καὶ τοιούτων, ὡς ἀριθμὸν μὲν αὐτοὺς τῷ πλήθει

ctionem illam significans, qua illorum opera oderat improbis moribus praeditorum. Ita spiritum quoque dicit. Verum de his satis superque dictum sit.

Et Deus quidem cum excitasset in praedictis populum per prophetam ad aedificii opus, satisque eum promptum effecisset, cernebat tamen eum reputantem, undenam sibi pauperi ex captivitate facultas foret digne templum exstruendi, et congruum ornatum addendi, qualem antea habuerat in structuris ac vasis sanctis et reliquis; ideoque addit: " confidite, neque metuatis. „ Haec, inquit, quomodo futura sint, ne ambigatis. " Quia haec dicit Dominus omnipotens: adhuc ego caelum concutio et terram ac mare et aridam: et commovebo omnes gentes: et venient electa quaeque omnium gentium: et implebo domum hanc gloria, dicit Dominus omnipotens: quia magna erit gloria domus huius, posterior prae priore, dicit Dominus omnipotens: et hoc in loco dabo pacem, dicit Dominus omnipotens, et pacem animae in adquisitionem omni aedificanti, ut templum hoc exstruat. „ De penuria necessariorum, inquit, ne solliciti sitis: ego enim cunctas paene commovens gentes, magno numero multisque praeditas opibus, ad vos venire permittam. Dicit autem Gogi populum, quo adveniente, tunc maxime domus huius gloria inclarescet propter meam tutelam: nam illorum argentum et aurum, et quicquid, ut summatim dicam, ii habent, meum est, quoniam nihil in mundo meum non est, quia creatura omnis opus meum est: quae ego ipsis erepta ad vos transferam, nullam iis iniuriam faciens qui non sua possidebant; sed mea iure meritoque meis conferens; ita ut gloriam meam in hoc templo per ea quae geram ostensurus sim, preces ve-

νικᾷν, ἀκαταγώνιστοι δὲ εἶναι διὰ δύναμιν τε καὶ πολεμικὴν ἐμπειρίαν· τοῖς πᾶσι δοκεῖν μείζονα φαίνεσθαι τῆς ποτὲ περὶ τὸν οἶκον τοῦτον φανείσης δόξης· ἅτε καὶ τοῦ ἔργου μείζονος ὄντος ἢ πρότερον ἐπί τε τῶν Ἀσσυρίων, ἢ καί τινων ἑτέρων ἐγένετο· διὰ τὸ οὐ πλήθει μόνον, ἀλλὰ καὶ δυνάμει καὶ ἐμπειρίᾳ πολεμικῇ τοὺς νῦν ὑπεραίρειν τῶν πάλαι· ὧν δὴ πάντων τῇ ἐμῇ δυνάμει παραδόξως περιγεγονότες ἐν εἰρήνῃ παντελεῖ γενήσεσθε, ἀθόρυβοί τε τὰς ψυχὰς διαμένοντες διὰ τὸ παντὸς ἀπηλλάχθαι πολεμίου, καὶ πλεῖστα ὅσα ἐκ τῶν τοῖς πολεμίοις προσόντων λάφυρα συναγαγόντες· ἃ περιποιήσαντες ἑαυτοῖς, εὔκολον ἕξετε βουληθέντες τὴν δύναμιν τοῦ τὸν ναὸν τοῦτον κατασκευάσαι τε καὶ ἀνεγεῖραι, ὡς ἂν τὴν οἰκείαν εὐπρέπειαν ἔχοι, τῶν τῶν ἐν αὐτῷ συνιόντων ἕνεκεν εὐχῆς τε καὶ θεραπείας.

Διὰ δὴ πάντων τῶν προειληφότων ἀρκούντως αὐτοὺς προτρεψάμενος τε καὶ παρορ- p. 424.
μήσας ἐπὶ τὸ ἔργον τῆς οἰκοδομῆς, καὶ δὴ καὶ ταῖς ἐπαγγελίαις εὐέλπιδας ποιήσας, ὅτι πολ-
λῆς μεθέξουσι τῆς εὐπορίας κεκρατηκότες τῶν πολεμίων, ὡς ἂν ἅπαντα πρός τε τὴν οἰκοδομὴν
τοῦ ναοῦ καὶ πρὸς ὅ τι ἂν ἐθέλοιεν ἄφθονα ἔχοιεν· τὸ λοιπὸν καλῶς ἔχειν ἡγήσατο καὶ τὴν ἐν ἑτέ-
ροις διόρθωσιν αὐτοῖς προσαγαγεῖν ἐν οἷσπερ ἡμάρτανον· λέγει δὲ οὕτως. "Τῇ τετράδι καὶ v. 11.
εἰκάδι τοῦ ἐνάτου μηνός, ἔτους δευτέρου ἐπὶ Δαρείου, ἐγένετο λόγος κυρίου πρὸς Ἀγγαῖον
τὸν προφήτην λέγων· τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ· ἐπερώτησον τοὺς ἱερεῖς νόμον λέγων· v. 12.
ἐὰν λάβῃ ἄνθρωπος κρέας ἅγιον ἐν τῷ ἄκρῳ τοῦ ἱματίου αὐτοῦ, καὶ ἅψηται τὸ ἄκρον τοῦ v. 13.
ἱματίου αὐτοῦ ἄρτου ἢ ἑψήματος ἢ οἴνου ἢ ἐλαίου καὶ παντὸς βρώματος, εἰ ἁγιασθήσεται;
καὶ ἀπεκρίθησαν οἱ ἱερεῖς, καὶ εἶπον οὐχί. καὶ εἶπεν Ἀγγαῖος· ἐὰν ἅψηται μεμιασμένος v. 14.
ἐπὶ ψυχῇ ἀπὸ πάντων τούτων, εἰ μιανθήσεται; καὶ ἀπεκρίθησαν οἱ ἱερεῖς καὶ εἶπον, μιαν-
θήσεται· καὶ ἀπεκρίθη Ἀγγαῖος καὶ εἶπεν· οὕτως ὁ λαὸς οὗτος, καὶ οὕτως τὸ ἔθνος τοῦτο v. 15.

stras illic excipiens, vobisque adversus hostes vires suppeditans, tales tantosque qui et omnem numerum exsuperant, et bellica peritia invicti sunt: quo fiet ut cunctis maior appareat praesens, quam praeterita templi huius gloria: quia maius hoc videbitur facinus, quam prius illud sub Assyriis vel quibusdam aliis: propterea quod non multitudine tantum sed vigore etiam atque peritia praesentes hostes priscis antecellant. Quibus omnibus virtute mea mirabiliter superatis, in omnimoda pace vivetis, tranquillo animo propter cuiuslibet hostis depulsionem, plurimisque manubiis inde reportatis, quarum potiti facilem habebitis copiam pro vestro libito templum hoc exstruendi et in altum attollendi, ut decus suum habeat, propter eos qui orandi et cultum exhibendi causa convenient.

Iam postquam praedictis omnibus satis eos adhortatus est, atque ad operam aedificandi impulit, promissionibus etiam in spem erexit, fore ut multa beatitate fruantur facti hostibus superiores, et quod omnia ad templi aedificationem idonea habituri affatim sint. Ceterum recte illos posthinc victuros putavit, et in reliquis curaturos peccatorum suorum emendationem. Sic autem dicit. " Quarta et vigesima mensis noni, anno secundo sub Dario, factus est sermo Domini ad Aggaeum prophetam dicens: haec dicit Dominus omnipotens: interroga nunc sacerdotes legem, dicens: si sumpserit homo carnem sanctam in summitate vestimenti sui, et tetigerit summitas vestimenti eius panem aut rem coctam aut vinum aut oleum, aut quemlibet cibum, num sanctificabitur? Responderuntque sacerdotes et dixerunt: nequaquam. Dixitque Aggaeus: si tetigerit animo pollutus de omnibus his, num contaminabitur? Responderuntque sacerdotes: contaminabitur. Responditque Aggaeus, et dixit: sic populus iste, et sic gens haec coram me, dicit Dominus; et

ἐνώπιον ἐμοῦ, λέγει κύριος· καὶ οὕτως πάντα τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτῶν· καὶ ὃς ἐὰν ἐγγίσῃ ἐκεῖ (1), μιανθήσεται. „ Βούλεται μὲν αὐτοὺς ἐλέγχειν ὡς τῶν σκευῶν τῶν ἱερατικῶν, καὶ τῶν λοιπῶν δὴ τῶν τῇ τοῦ θείου θεραπείᳲ προσηκόντων ἀμελῶς καὶ προχείρως ἐφαπτομένους,
p. 426. καὶ οὐ μετὰ τοῦ προσήκοντος δέους, ὑπὲρ οὗ δὴ τοῖς ἱερεῦσι προσαγαγεῖν τὴν ἐρώτησιν ταύτην προσέταξε τῷ προφήτῃ, ἅτε ἐν ἐκείνοις ὂν τὸ τὰ τοιαῦτα ἐν ἀμελείᾳ ποιεῖσθαι, ἢ μετὰ τοῦ προσήκοντος δέους· κάλλιστα δὲ καὶ τὴν ἐρώτησιν ἀπὸ εὐτελῶν ἐποιήσατο, ἵνα μειζόνως τὸ κατὰ τὰ σκεύη τὰ ἅγια πλημμέλημα αὐξήσῃ· λέγει τοίνυν ὅτι εἴ τις κρέας ἅγιον τὸ ἀπὸ θυσίας ἤ τινος προσφορᾶς ἡγιασμένον ἐν μέρει τινὶ τοῦ ἱματίου ἐμβάλῃ τοῦ οἰκείου, εἶτα τοῦτο δὴ τὸ ἄκρον ἑτέρου τινὸς ἅψεται οἴνου ἢ ἐλαίου ἢ ὅτου δή ποτε τῶν βρωτῶν, ἆρα ἅγιον ἔσται τὸ τοιοῦτο διὰ τὴν τοῦ ἄκρου τοῦ ἱματίου ἀφὴν, ἐν ᾧπερ ἀπέκειτο τὸ κρέας; οἱ δὲ ἀκολούθως ἔφασαν ὅτι μὴ ἅγιον γίνεται τὸ τοιοῦτο, ὡς οὐκ αὐτάρκως ἔχοντος τοῦ ἄκρου τοῦ ἱματίου διὰ τὸ ἐγκείμενον κρέας ἅγιον ἑτέρῳ βρωτῷ τὸν ἁγιασμὸν παρέχειν· εἶτα πάλιν ἐρωτᾷ, ἐὰν δέ τις μεμιασμένος ἐφ' ὅτῳ δήποτε ἅψηται τῶν τοιούτων, μιαίνει ἆρα πάντως αὐτὰ, ἢ οὔ; οἱ δὲ ἔφασαν μιαίνειν· ἠβουλήθη δὲ διὰ τούτων εἰπεῖν ὅτι, ὥσπερ τὸ ἄκρον τοῦ ἱματίου, οὐ διὰ τὸ ἐπικείμενον ἅγιον ἁγιάζειν δύναται τὸ προσεγγίζον, ὁ μεμιασμένος δὲ ἁπτόμενος τῶν τοιούτων μιαίνει πάντως αὐτὰ, οὕτω χρὴ νομίζειν καὶ ὑμᾶς
p. 428. ἁπτομένους προχείρως, καὶ οὐ μετὰ τοῦ προσήκοντος σεβάσματος τῶν ἱερατικῶν σκευῶν, ἢ τῶν ὅπως ποτὲ τῷ θεῷ προσηκόντων, ὅτι οὐχ ὁ ἐκείνων ἁγιασμὸς ὑμᾶς ἁγιάζει, ὁ δὲ ὑμέτερος τρόπος μεμιασμένος ὢν ὕβριν προστρίβεται τοῖς ἁγίοις, εἴπερ ἄνευ αὐτοῦ ἔξω τοῦ προσήκοντος ἐφαπτόμενοι φαίνοισθε· ὅθεν καὶ ὁ προφήτης ἀποκρίνεται ὡς τοῦ θεοῦ εἰπόντος, ὅτι τοιοῦτο δὴ καὶ τὸ παρ' ὑμῶν γινόμενον ἐστιν, ὅτ' ἂν ἅπτησθε τινὸς τῶν ἐμοὶ προσ-

sic omnia opera manuum eorum: et quicumque appropinquaverit illuc, contaminabitur. „ Vult illos reprehendere, qui sacra vasa, et reliqua divino cultui congrua negligenter indifferenterque tangebant, et non cum conveniente pavore: qua super re sacerdotes ipsos interrogari a propheta Deus iubet, in quorum arbitrio erat haec vel negligenter vel cum debito metu tractare. Egregie vero interrogationem vilibus in rebus facit, ut adversus sacra vasa peccatum magis augeat. Ait igitur: quod si quis sanctam carnem de victima aut qualibet oblatione, in partem aliquam vestimenti sui coniecerit; deinde huius vestis summitas aliud aliquid contigerit sive vinum sive oleum, sive quamlibet aliam escam, num id inquam sanctum evadet propter summi vestimenti contactum, in quo caro reposita erat? Illi vero congruenter responderunt, rem huiusmodi sanctam non fore, quatenus non sufficiebat vestis summitas, in qua caro sancta inclusa esset, communicando alteri escae sanctificationem. Mox denuo interrogat: si quis quomodocumque pollutus res huiusmodi attigerit, num illas omnino contaminat? Illi vero dixerunt, contaminat. Voluit autem per haec dicere, quod vestimenti quidem summitas propter rem sanctam inclusam sanctificare proximum aliquid nequeat; sed quod homo pollutus si quid eiusmodi tangat, plane illud contaminet: ideoque credendum, quod si vos temere, et sine debita religione vasa sacra, vel quicquid divino cultui addictum est, tetigeritis, haud illorum sanctitas vos sanctificet, sed vita vestra inquinata contumeliam rebus sanctis aspergat, siquidem illas absque debita reverentia contrectare videamini. Quamobrem etiam propheta respondet, tamquam Deo loquente, hoc ipsum

(1) Ita graecus textus etiam vaticanus, cum arabico. Sed melius in hebraico, syro atque lat. vulgato dicuntur contaminari omnia illic oblata.

κοίτας ἁγίων· ὥστε προσήκειν ὑμᾶς εἰδέναι ὅτι πᾶς ἐγγίζων ἐμοὶ (ἐγγίζειν γὰρ ἐμοὶ λέγω,
τὸ τῶν ἐμοὶ προσηκόντων τινὸς καὶ ἀνακειμένων ἐφάπτεσθαι) εἰ προχείρως καὶ ἐν ἀμελείᾳ
καὶ καταφρονήσει τοῦτο ποιοίη, οὐ μόνον οὐδενὸς ἀπολαύει κέρδους ἐκ τῆς ἀφῆς, ἀλλὰ γὰρ καὶ
μολύνεται προσαδικούμενος καὶ προσβλαπτόμενος, ὑπὲρ ὧν τῶν οὕτως ἁγίων ἥψατο προ-
χείρως. " Ἕνεκεν τῶν λημμάτων αὐτῶν τῶν ὀρθρινῶν ὀδυνηθήσονται ἀπὸ προσώπου πο-
νηριῶν αὐτῶν, καὶ ἐμισεῖτε ἐν πύλαις ἐλέγχοντας. ,, Λημμάτων αὐτῶν, ἵνα εἴπῃ ὡς ἐπε-
λαμβάνοντο πράττοντες οὐ δέοντας· ὑπὲρ γὰρ ὧν φησὶν ἐπεχειρεῖτε πράξεσιν ἀτόποις, ὄρ-
θριοι εἰς τοῦτο διανιστάμενοι, καὶ μετὰ πάσης τὰ ἄτοπα τῆς σπουδῆς ἐπιτελοῦντες, τῇ βαρύ-
τητι τῶν προσγεγονότων ὑμῖν περιπεπτώκατε κακῶν, καὶ πολλῷ γε πλέον ἐπειδὴ τὸν παρὰ
τῶν προφητῶν ἔλεγχον οὐκ ἐδέχεσθε· ἐδυσχεραίνετε δὲ πρὸς αὐτοὺς ἐπὶ ταῖς πύλαις ἑστῶτας, p. 427.
ὡς ἂν κοινὴν ἅπασι τοῖς εἰσιοῦσι τε καὶ ἐξιοῦσι τὴν ἀπὸ τῶν λεγομένων προσάγειν ἐνδιόρθωσιν.
" Καὶ νῦν θέσθε δὴ ἐπὶ τὰς καρδίας ὑμῶν ἀπὸ τῆς ἡμέρας ταύτης καὶ ὑπεράνω πρὸ v. 16.
τοῦ θεῖναι λίθον ἐπὶ λίθον ἐν τῷ ναῷ κυρίου· τίνες ἦτε ὅτι ἐνεβάλλετε εἰς κυψέλην εἴκοσι
σάτα, καὶ ἐγίνετο δέκα σάτα κριθῆς· καὶ εἰσεπορεύετο εἰς τὸ ὑπολήνιον ἐξαντλῆσαι πεν- v. 17.
τήκοντα μετρητὰς καὶ ἐγίνοντο εἴκοσιν· ἐπάταξα ὑμᾶς ἐν ἀφορίᾳ καὶ ἐν ἀνεμοφθορίᾳ καὶ v. 18.
ἐν χαλάζῃ πάντα τὰ ἔργα τῶν χειρῶν ὑμῶν· καὶ οὐκ ἐπεστρέψατε πρός με, λέγει κύριος
παντοκράτωρ· τάξατε δὴ τὰς καρδίας ὑμῶν ἀπὸ τῆς ἡμέρας ταύτης καὶ ἐπέκεινα, ἀπὸ τῆς v. 19.
τετράδος καὶ εἰκάδος τοῦ ἐνάτου μηνός, καὶ ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἧς ἐθεμελιώθη ὁ ναὸς κυρίου·
θέσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν εἰ ἔτι ἐπιγνωσθήσεται ἐπὶ τῆς ἅλω· καὶ εἰ ἔτι ἡ ἄμπελος καὶ ἡ v. 20.
συκῆ καὶ ῥοὰ καὶ τὰ ξύλα τῆς ἐλαίας τὰ οὐ φέροντα καρπόν, ἀπὸ τῆς ἡμέρας ταύτης εὐλο-
γήσω. ,, Παραθέσει πάλιν τῶν τε πρότερον, ὅτε περ ἠμέλουν τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ, καὶ τῶν
νῦν ἐξότε περ σπουδάζειν ἤρξαντο περὶ τὸ ἔργον, ἠβουλήθη δεῖξαι τῶν γεγονότων περὶ αὐτοὺς

ab iis fieri quotiescumque res sanctas cultui meo addictas tetigerint. Quamobrem scire debetis, quemlibet mihi propinquantem (propinquare autem mihi illum dico, qui res meas mihive oblatas attingit) si temere ac socorditer aut contemptim id agat, non modo nullum ex contactu capere emolumentum, verum etiam inquinari non sine sua culpa ac damno, propterea quod temere res adeo sanctas contrectaverit. " Propter munera sua matutina dolebunt a facie iniquitatum suarum: et oderatis arguentes in portis. ,, Munera dicit quae non recte agendo accipiebant. Propter improbos actus vestros, quos diluculo consurgentes, omnimoda sedulitate exercebatis, in gravia mala incidistis, praesertim quia prophetarum reprehensionem aequo animo non tulistis; indignatus his dum in portis consisterent, ut communem cunctis ingredientibus et exeuntibus dictis suis suaderent emendationem.

" Et nunc ponite in cordibus vestris a die hac et supra, ante quam poneretur lapis super lapidem in templo Domini; quinam fueritis, quando mittebatis in cypselen viginti sata, et fiebant decem sata hordei: et ingrediebamini torcular ut hauriretis quinquaginta amphoras, et fiebant viginti. Percussi vos sterilitate, et aëris corruptione, et grandine omnia opera manuum vestrarum; et non reversi estis ad me, dicit Dominus. Apponite nunc corda vestra a die ista et supra, a quarta et vigesima noni mensis, et a die qua fundamenta iacta sunt templi Domini. Ponite in cordibus vestris, utrum adhuc cognoscetur super aream, et num adhuc viti et ficui et malogranato, et arboribus oleae, quae fructum negant, ex hac die benedicam. ,, Comparatione instituta superioris temporis, quo templi aedificationem negligebant, et praesentis quo urgere opus coeperant, ostendere voluit rerum quae

τὴν διαφοράν· καὶ ἐν ὅσῃ μὲν ἀμελοῦντες ἀφορίᾳ γεγόνεισαν, ὅσων δὲ ἀγαθῶν ἐν πείρᾳ
κατέστησαν ἐπειδὴ τῇ τοῦ ναοῦ προσεῖχον οἰκοδομῇ προθυμίαν ἔχοντες πολλήν· ἀναλογίσασθε
p. 128. οὖν φησὶ τὰ τῆς ἡμέρας ἀνώτερα, ὅτε οὔπω τῆς οἰκοδομῆς ἐφροντίζετε τοῦ ναοῦ, ἐν οἵοις ἦτε,
ὅτε συνήγετε μὲν δράγματα ἱκανὰ καρπὸν εἴκοσι σάτων ἀποδιδόναι, μόγις δὲ ἐξεδίδοτο
δέκα ἐκ τοῦ τῶν καρπῶν διεφθάρθαι· καὶ μὴν καὶ τὸν ἀμπέλου καρπὸν συνελέγετε πρὸς πεν-
τήκοντα μετρητῶν ἀρκοῦντα φοράν, καὶ μόγις ἐκομίζεσθε εἴκοσι διὰ τὸ κἀκεῖνα ἐξηρᾶνθαι
τῷ ἀέρι· κἀγὼ μὲν ἐπήγαγον ὑμῖν πληγὰς ἀφορίας τε καὶ ἀνεμοφθορίας, καὶ δὴ καὶ χα-
λάζῃ πάντας ὑμῶν ἠφάνισα τοὺς πόνους· ἐμείνατε δὲ ἀκαμπεῖς καὶ πρὸς ἐκεῖνα· ἀλλὰ ταῦτα
μὲν περὶ τούτου φησίν· ἀναλογίσασθε δὲ ἐπ' ἐκείνοις οἷά περ ὑμῖν ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης
προσγέγονεν ἐν ἥπερ περὶ τὴν οἰκοδομὴν ἐσπουδάσατε τοῦ ναοῦ· εὑρήσετε γὰρ οὔτε τὸν τῆς ἅλω-
νος καρπόν, οὔτε τὸν τῶν δένδρων, παραθέσει τοῦ τότε ἐπιγνωσθῆναι δυνάμενον· πρότερον
μὲν γὰρ ὑμῖν οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἐδίδοτο καρπός· ἐξότε δὲ περὶ τὸν ναὸν ἐσπουδάσατε τὸν ἐμόν,
πάντα εὐλογίας πληρώσας τὰ προσόντα ὑμῖν, ἄφθονον ἔχειν ἐποίησα τῶν καρπῶν τὴν ἀπό-
λαυσιν· εἶτα τούτοις αὐτοὺς πάλιν προτρεψάμενος καὶ διεγείρας περὶ τὸ ἔργον τῇ μνήμῃ τῶν
παλαιῶν καὶ τῇ παραθέσει τῶν ὕστερον, διὰ τὴν πενίαν ἀμφιβάλλοντας ἔτι τῆς οἰκείας, παρα-
θαρρύνει πάλιν καὶ φησὶν οὕτως.

p. 129. v. 21. “Καὶ ἐγένετο λόγος κυρίου ἐκ δευτέρου πρὸς Ἀγγαῖον τὸν προφήτην, ἐν τῇ τετράδι
v. 22. καὶ εἰκάδι τοῦ μηνός, λέγων· εἰπὸν πρὸς Ζοροβάβελ τὸν τοῦ Σαλαθιὴλ ἐκ φυλῆς Ἰούδα,
v. 23. λέγων· ἔτι ἅπαξ ἐγὼ σείω τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηράν· καὶ καταστρέψω
θρόνους βασιλέων, καὶ ἐξολοθρεύσω δύναμιν βασιλέως ἐθνῶν, καὶ καταστρέψω ἅρματα,
καὶ ἀναβάτας· καὶ καταβήσονται ἵπποι καὶ ἀναβάται αὐτῶν, ἕκαστοι ἐν ῥομφαίᾳ πρὸς τὸν

ipsis obvenerant differentiam: et in quanta neglectùs tempore versati fuissent sterilitate, et quanta bona experti postquam exstruendo templo multam contulissent sedulitatem. Ergo, inquit, reputate superiora tempora, cum nondum aedificandi templi curam susceperatis, in quibusnam rerum adiunctis versaremini, cum nimirum manipulos colligebatis viginti satorum fructui suppeditando idonea, vix autem extabant decem propter frugum corruptelam. Et quidem etiam vitis fructum tantum colligebatis quantum amphoris quinquaginta implendis satis erat; attamen vix viginti efficiebatis, quia et hic ab aëre exustus fuerat. Sane ego vobis immisi sterilitatis aërisque pestilentis plagas, quin etiam grandine vestros omnes labores perdidi: vos autem post illa quoque contumaciam vestram retinuistis. Sed ea, inquit, praeteriti temporis sunt. Nunc vero considerate, quaenam vobis ex illa die evenerint, qua ad templi aedificationem coepistis incumbere: comperietis enim, neque areae fructum, neque arborum, comparandum cum superiore: ex his enim antea nullus vobis proventus extabat: postquam vero templi mei curam geritis, omnia vestra benedictionibus meis cumulans, uberem vobis effeci frugum usum. Iam postquam ita eos cohortatus fuerat, atque ad opus excitaverat veterum rerum memoria, et posteriorum adiectione, propter suam adhuc ambigentes penuriam, rursus animos eis addit dicens.

“ Et factum est verbum Domini secundo ad Aggaeum prophetam quarta et vigesima mensis, dicens: loquere ad Zorobabelem Salathielis filium de tribu Iudae, dicens: adhuc ego semel commoveo caelum et terram ac mare et aridam. Et subvertam thronos regum, et perdam fortitudinem regis gentium, subvertamque currus et ascensores: et descendent equi et ascensores eorum, unusquisque cum gladio

ἀδελφὸν αὐτοῦ. „ Τὰ αὐτὰ τοῖς προτέροις λέγει· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, καὶ ἐγένετο λόγος κυρίου ἐκ δευτέρου πρὸς Ἀγγαῖον· καίτοι γε φαίνεται ἐν τοῖς ἀνωτέροις πολλάκις ἀποκάλυψίν τε θείαν δεξάμενος ὁ προφήτης καὶ κατὰ ταύτην διαλεχθεὶς τῷ λαῷ· ἀλλὰ τοῦτο φησὶν ἐκ δευτέρου, ὅτι τὰ περὶ τοῦ Γὼγ νῦν πάλιν αὐτὸς ἐπαγγέλλεται, ἵνα μὴ διὰ τὸ μέγεθος ἀπιστῶσι τῷ λεγομένῳ, ἀναμφίβολον δὲ ἔχωσι τὴν γνώμην, ἐκ τοῦ μὴ μόνον ἅπαξ ἀλλὰ καὶ δεύτερον ἐπαγγείλασθαι τὰ αὐτὰ τὸν θεόν· εἶπε γὰρ αὐτῷ, φησὶν, ὅτι μονονουχὶ συσσείσας ἅπαντα καταστροφὴν ἐργάσομαι πολλῶν βασιλέων θρόνοις βασιλικοῖς κοσμουμένων, τὴν δύναμίν τε πᾶσαν αὐτῶν ἀφανίζων, καὶ καταστρέφων τὰ ἅρματα σὺν τοῖς ἐπαναβεβηκόσιν αὐτοῖς· ὥστε εἰς ἀλλήλους αὐτοὺς συμπεσόντας, τούς τε ἵππους καὶ τοὺς ἐπιβεβηκότας τῶν ἵπ- p. 430.
πων, ἀλλήλων γενέσθαι σφαγέας, καὶ πολὺν ἀποτελεσθῆναι τὸν φόνον, ἀναιρουμένων αὐτῶν ὑπ' ἀλλήλων· ὅπερ οὖν ἐργάσομαι, ὥστε δῆλον ἐξ ἁπάντων γενέσθαι, ὅτι οὐ τῆς ὑμετέρας διὰ χειρὸς ἔργον ἡ τροπὴ τοῦ πολέμου καὶ ἡ νίκη, ὑπὸ δὲ τῆς δυνάμεως ἀποτετέλεσται τὸ πᾶν τῆς ἐμῆς.

" Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγει κύριος παντοκράτωρ, λήψομαί σε Ζοροβάβελ τὸν τοῦ v. 21.
Σαλαθιὴλ τὸν δοῦλόν μου, λέγει κύριος· καὶ θήσομαί σε ὡς σφραγῖδα· διότι σε ᾑρέτισα, λέγει κύριος παντοκράτωρ. „ Τότε δή φησιν, ὦ Ζοροβάβελ, τῆς οἰκείας ἀξιώσας ἡγούμενον τοῦ ἰσραηλιτικοῦ λαοῦ, πάντων κρατῆσαι παρασκευάσω· ὥστε ἐξ αὐτῶν δῆλον γενέσθαι τῶν ἔργων, ὅτι ψήφῳ τῇ ἐμῇ βασιλεύς τε ᾕρησαι βεβαίως, καὶ ἀρεσκείᾳ τῇ ἐμῇ εἰς τὴν ἀξίαν προκεχείρισαι ταύτην· παντὸς συνιέντος ἂν ῥᾳδίως ὅτι δυνηθῆναι σε ταῦτα οὐδαμῶς οἷόν τε ἦν, εἰ μὴ κατὰ γνώμην ἐμὴν τὸ βασιλεύειν ἔχων, ἐμῇ τῇ ῥοπῇ καὶ τὴν τοσαύτην κατεπράξω νίκην· ἐπειδὴ γὰρ ἡ σφραγὶς ἐπιτιθεμένη ἀσφάλειάν τινα τοῖς ἐμβαλλομένοις παρέχειν δοκεῖ, τοῦτο λέγει τὸ θήσομαί σε ὡς σφραγῖδα, ἀντὶ τοῦ δείξω σε ἀσφάλειαν καὶ βεβαίωσιν οὖσαν παντὸς τοῦ λαοῦ, ἅτε τούτων τῇ ἡγεμονίᾳ τυγχάνοντος τῇ σῇ, ἐπειδὴ

adversus fratrem suum. „ Similia prioribus dicit; talia quippe sunt verba: et factum est verbum Domini secundo ad Aggaeum. Atqui in superioribus apparet saepe divinam revelationem accepisse prophetam, et secundum illam populo locutum. Sed nunc ait " secundo „ quia res Gogi denuo denunciat, ut qui propter illarum magnitudinem discredebant, sententiam firmam susciperent, quoniam haud semel tantummodo, verum etiam secundo, denunciabat eas Deus. Dicit enim ei: en ego propemodum omnia concutiens, subversionem patrabo multorum regum thronis regalibus praeditorum, omnem illorum potentiam destruens, et currus cum ascensoribus suis subvertens; ita ut invicem impingentes tum equi tum equorum ascensores, mutui occisores fiant, multamque caedem efficiant alter alterum interimentes. Quod quidem ego agam, ut palam omnibus fiat, haud manuum vestrarum opus hanc esse belli conversionem atque victoriam, sed potentiae meae viribus omnia esse confecta.

" Die illa, dicit Dominus omnipotens, assumam te Zorobabelem Salathielis filium, servum meum, dicit Dominus: et ponam te tamquam signaculum; quia te elegi, dicit Dominus omnipotens. „ Tunc vero te, ait, o Zorobabel, meo dignans auxilio ducem populi israhelitici, cunctis dominari faciam: ita ut ex ipsis operibus exploratum fiat, te suffragio meo regem stabilem electum, meoque beneplacito ad hanc adsumptum dignitatem; ut nemo non facile intelligat, te nullatenus talia potuisse patrare facinora, nisi voluntate mea rex factus, ope pariter mea victoriam tantam retulisses. Nam sicut signaculum impositum tutelam quandam suppositae rei conferre videtur, ideo dicit ponam te tamquam signaculum, id est ostendam te esse

* Joh. VI. 27. ψήφῳ πρὸς τοῦτο ᾕρησαι τῇ ἐμῇ· οὕτως καὶ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις λέγει· * τοῦτον γὰρ ὁ πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ θεός, ἀντὶ τοῦ τοῦτον βεβαίως ἀπέδειξε πρόξενον ἅπασιν ἀνθρώποις τῶν μεγί- * I. Cor. IX. 2. στων ἀγαθῶν· καὶ ὁ μακάριος δὲ Παῦλος· * ἡ γὰρ σφραγὶς τῆς ἐμῆς ἀποστολῆς ὑμεῖς ἐστε, ἀντὶ p. 431. βεβαιοῦτέ μοι τὴν ἀποστολὴν ὑμεῖς οἱ πεπιστευκότες· τὸν αὐτὸν οὖν τρόπον κἀνταῦθα λέγει, τὸ θήσομαί σε ὡς σφραγῖδα, ἀντὶ τοῦ βεβαίαν ἀποδείξω τὴν βασιλείαν τὴν σὴν ἐπ' ἀσφαλείᾳ ἁπάντων τῶν οἰκείων, ἀρεσκείᾳ προβεβλημένην τῇ ἐμῇ· εἰκότως δὲ ἁπανταχοῦ κοινῇ πρός τε τὸν Ζοροβάβελ καὶ τὸν Ἰησοῦν διαλεγόμενος, ἐνταῦθα πρὸς τὸν Ζοροβάβελ μόνον ἐποιήσατο τὸν λόγον, ἐπειδήπερ τοῦ πολέμου τὴν ἡγεμονίαν τῷ βασιλεῖ μάλιστα προσήκειν ἔχειν.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΖΑΧΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΠΡΟΦΗΤΟΥ.

Κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν Ἀγγαίῳ προφήτῃ δῆλός ἐστι καὶ ὁ μακάριος προφητεύων Ζαχαρίας· ἐν ἔτει γὰρ δευτέρῳ Δαρείου, καθὼς ἐξ αὐτῆς ἐστι μαθεῖν τῆς θείας γραφῆς, ἐκεῖνός τε κατὰ ἀποκάλυψιν θείαν ἄρξασθαι λέγει τῆς προφητείας, καὶ μὴν καὶ οὗτος ὁμοίως, ὡς μετὰ τὴν ἐπάνοδον τοῦ ἰσραηλιτικοῦ λαοῦ ἀπὸ τῆς Βαβυλῶνος εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐπαναχθέντος ἀμφοτέρους προδήλως φαίνεσθαι ποιουμένους τὴν προφητείαν. Κύρου γὰρ τοῦ πρώτου Περσῶν τε καὶ Μήδων κατὰ ταὐτὸν βασιλεύσαντος ἐπανελθεῖν εἰς τὴν οἰκείαν ἐπιτρέψαντος χώραν, ἀνε- p. 432. ληλύθει μὲν πλῆθος εἴς τε τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὴν Ἰουδαίαν οὐκ ὀλίγον ἡγουμένου τοῦ Ζορο-βάβελ, οἳ καὶ τοὺς θεμελίους κατεβάλοντο τοῦ ναοῦ καὶ τὸ θυσιαστήριον ἀνήγειραν ἐν αὐτῷ· ὡς δὲ τὸ ἔργον ἀχθῆναι πρὸς πέρας ἐκωλύετο, νῦν μὲν διὰ τὴν τῶν ἐνοχλούντων αὐτοῖς κακίαν, αὖθις δὲ διὰ τὴν αὐτῶν ἐκείνων ῥᾳθυμίαν, Ἀγγαῖος μὲν ὁ μακάριος προφήτης κατὰ

tutelam totiusque populi firmamentum, qui talia ducatu tuo consecutus est, qui meo suffragio ad id officii electus es. Sic etiam in evangeliis dicitur: hunc enim pater signavit Deus, id est hunc firmiter praebuit Deus datorem cunctis hominibus maximorum bonorum. Tum et beatus Paulus: signaculum apostolatus nostri vos estis, id est firmatis mihi apostolatum vos qui credidistis. Eodem itaque modo heic etiam dicit: ponam te ut signaculum, id est stabile ostendam regnum tuum, quod ob tuorum omnium tutelam, voluntate mea constitutum fuit. Iam quum ubique communiter Zorobabelem simul et Iesum allocutus sit, merito nunc Zorobabelem solum alloquitur, quandoquidem belli ducatus regi praecipue conveniebat.

COMMENTARIUS IN ZACHARIAM PROPHETAM.

Sub idem tempus, quo beatus Aggaeus in prophetis versabatur, beatum etiam Zachariam vaticinium suum cecinisse compertum est. Namque anno Darii secundo, ut ex ipsis cognoscere licet divinis litteris, aiebat ille se post acceptam revelationem initium facere prophetandi; et nunc iste similiter. Quare post reditum israhelitici populi, qui Babylone in Iudaeam se recepit, prorsus constat utrumque prophetiam edere. Quum enim Cyrus, qui primus Persis simul et Medis imperitavit, reverti in patriam Iudaeis concessisset, non exigua vis populi in urbem Hierusalem atque in Iudaeam regressa est, duce Zorobabele. Atque hi reduces fundamenta templi iecerunt, in eoque altare excitaverunt. Sed enim postquam opus impediri coeptum est, partim molestorum hostium malitia, partim ipsa Iudaeorum desidia,

θείαν ἀποκάλυψιν ἐμέμψατό τε αὐτοῖς περὶ τῆς ῥᾳθυμίας, καὶ μοχθηρίᾳ γνώμης ἀμελοῦντας ἐλέγξας τοῦ ἔργου, ἀφ' ὧν περὶ μὲν τοὺς ἑαυτῶν ἐσπούδαζον οἴκους, ὅπως ἂν αὐτοὺς μὴ ποιοῖεν μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ πολλῆς ἐργάζοιντο τῆς εὐπρεπείας, τοῦ δὲ οἴκου κατημέλουν τοῦ θείου, διήγειρεν ἅπαντας ἐπὶ τὸ ἔργον, ὡς αὐτὴ δείκνυσιν ἡ τοῦ προφήτου βίβλος.

Ζαχαρίας δὲ ὁ μακάριος κατὰ ἀποκάλυψιν θείαν καὶ αὐτὸς ὁμοίως βεβαιοῖ μὲν τὴν οἰκείαις προρρήσεσι τὴν ἐπάνοδον τοῦ λαοῦ· πιστοῦται δὲ τὸ καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐπὶ τῆς οἰκείας ἔσεσθαι πάλιν εὐπρεπείας, βασιλέως τε ἐν αὐτῇ τὴν κατὰ θείαν γεγενημένου ψῆφον, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἠξιωμένου, διέποντός τε τὰ κατ' αὐτὴν καὶ προμαχοῦντος ἁπάντων εἰς τοὺς κατὰ τῶν ἀλλοφύλων πολέμους· τῆς ἱερωσύνης τε πάλιν μετὰ τῆς παλαιᾶς φαιδρότητος τὸν οἰκεῖον ἀπολαβούσης κόσμον· ὡς ἂν διὰ τούτων καὶ τοὺς ἀνεληλυθότας ἤδη πείσειεν βεβαίαν αὐτοῖς p. 413. ἐσομένην ἡγεῖσθαι τὴν ἐπὶ τῶν τόπων οἴκησιν, περὶ ἧς εἰκὸς ἦν αὐτοὺς καὶ ἐπανεληλυθότας ἀμφίβολον ἔτι τὴν γνώμην ἔχειν, εἰ μενοῦσιν βεβαίως, εἴτε διὰ τὴν γεγενημένην βαρύτητα τῆς αἰχμαλωσίας, ἣν οὐκ ἄν ποτε ἤλπισαν ὑπομένειν, εἴτε καὶ διὰ τὸ τῆς ἐπανόδου παράδοξον· καὶ δὴ καὶ ἑτέρους τῶν ἐπὶ τῆς αἰχμαλωσίας ὄντων ἔτι διδάξειεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐπανελευσομένους· ὃ δὴ μάλιστα καὶ τοῖς ἀνελθοῦσι τοῦ βεβαίου τῆς ἐπανόδου πίστις ἐγένετο· φαίνεται δὲ πολλάς τινας καὶ διαφόρους ἀποκαλύψεις βλέπων, ὧν ἑκάστης τὴν δύναμιν ἐξηγεῖται· μηνύει δὲ καὶ τὴν περὶ τὸν Γὼγ τὴν ἔφοδον, τήν τε ἀπώλειαν αὐτῶν ἐσομένην παντελῶς· καὶ ὅτι παραδόξως καὶ παρὰ πᾶσαν ἀνθρωπίνην ἐλπίδα κρατήσουσιν αὐτῶν Ἰουδαῖοι ὑπὸ τῷ Ζοροβάβελ βασιλευόμενοί τε καὶ στρατηγούμενοι· μέμνηται δὲ καὶ τῶν μετ' ἐκεῖνο προσεστομένων αὐτοῖς λυπηρῶν, ἃ κατὰ τοὺς τῶν Μακκαβαίων αὐτοῖς ἐγένετο χρόνους ὑπὸ τῶν διαδόχων τῆς μακεδονικῆς βασιλείας.

Θαυμάζειν δὲ οὐ προσήκεν, εἴ τινα καὶ γεγονότα ἤδη, ὡς ἐσόμενα δι' ἀποκαλύψεως

tunc beatus Aggaeus propheta divina instinctus revelatione segnitiem illorum obiurgabat, atque operis neglectum vecordiae eorumdem imputabat, qui privatos quidem lares non solum sedulo exstruebant, verum omni quoque elegantia exornabant; Dei vero habitaculum negligebant: et sic omnes ut instarent operi perurgebat; quam rem ipse prophetae liber demonstrat.

Iam et beatus Zacharias, divina accepta revelatione, suis pariter praedictionibus confirmat populi reditum; fidemque insuper facit, fore ut rursus urbs Hierusalem proprium decus recuperet, rege ibi divina sententia electo, caelestique gratia instructo, ita ut et urbem gubernet, et exterorum hostium bellis resistat: denique ait sacerdotium denuo cum vetere hilaritate dignitatem suam recepturum. Atque ita reducibus quoque firmam fore in patria stationem suadebat: namque adhuc dubitare eos verisimile erat, utrum domi essent mansuri nec ne, sive propter acerbam captivitatem quam numquam se perpessuros putavissent, sive propter ipsius reditus mirum prodigium. Denique etiam reliquos, qui adhuc in captivitate versabantur, redituros in Iudaeam spondebat; quae res in primis stabile fore postliminium, his qui iam redierant, testimonii loco erat. Videtur autem complures diversasque revelationes vidisse, quarum singillatim vim enarrat. Significat etiam bellicam Gogi incursionem, eiusque futuram internecionem; quippe cuius vires Iudaei praeter omnem spem debellaturi erant, rege Zorobabele ac duce. Mala quoque his superventura memorat, quae Maccabaeorum aetate a macedonici imperii successoribus contigerunt.

Neque est mirandum siqua iam praeterita, tamen instar rei futurae, in reve-

δηλοῖ· ὡς ὅταν λέγῃ, ὅτι τέσσαρα κέρατα διασκορπίσαντα τὸν Ἰσραὴλ εἶδε συντριβόμενα·
ταῦτα γὰρ εὔδηλον, ὅτι οὐκ ἔσεσθαι ἔμελλεν, ἀλλ' ἐγεγόνει· εἰ μὲν γὰρ τοὺς Ἀσσυρίους καὶ Βα-
p. 434. βυλωνίους καὶ Μήδους καὶ Πέρσας σημαίνει διὰ τῶν τεσσάρων κεράτων, ὡς ὁ ἐνίων βούλεται
λόγος, πρόδηλον μὲν ὅτι καὶ Ἀσσύριοι καὶ Βαβυλώνιοι δεδώκασιν ἤδη δίκας κατὰ τὸν καιρὸν
ἐκεῖνον. Μήδους δὲ Κῦρος καθεῖλε· μεθ' ὃν τέταρτος γέγονε Δαρεῖος· παρὰ Περσῶν δὲ
οὐδὲ γέγονέ τι χαλεπὸν τοῖς Ἰσραηλίταις· τοὐναντίον μὲν οὖν εὖ ὑπὸ τῆς βασιλείας ἔπαθον
ἐκείνης, πρότερον μὲν αὐτοὺς Κύρου τοῦ πρώτου βασιλεύσαντος ἀφέντος τῆς αἰχμαλωσίας,
μετ' ἐκεῖνο δὲ Δαρείου τοῖς λοιποῖς τῶν Ἰουδαίων τοῦ ἀνελθεῖν εἰς τὰ οἰκεῖα παρασχόντος τὴν
ἄδειαν· εἰ δὲ καὶ ἕτερα τις βούλοιτο σημαίνεσθαι τὰ τέσσαρα κέρατα κακῶς διατεθεικότα
τοὺς Ἰσραηλίτας ἐπὶ τοῦ τῆς αἰχμαλωσίας καιροῦ, πρόδηλον ὅτι κἀκεῖνα πέρας εἰλήφει·
ἀλλ' ἔοικεν ὁ προφήτης τῶν τοιούτων διὰ τοῦτο μνημονεύειν, ὡς ἂν καὶ τῆς θείας χάριτος διὰ
τοῦτο νῦν αὐτῷ τοῦτο δεικνυούσης, ἵν' ἐκ τῆς ἀποκαλύψεως τῆς θείας αὐτός τε βεβαίαν ἔχῃ
τῶν γεγονότων τὴν πίστιν, καὶ τοὺς ἀκούοντας δὲ ἀκριβῶς πεπεῖσθαι διδάσκῃ, ὅτι μένει μὲν
ἡ τῶν λελυπηκότων αὐτοὺς τιμωρία· μένει δὲ καὶ αὐτοῖς βέβαια τὰ τῆς δοθείσης εὐεργεσίας·
εἴρηται δὲ ταῦτα ἡμῖν οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἵνα μὴ ἐπὶ τῆς κατὰ μέρος ἑρμηνείας ὁρῶντες τινὰ
μηνυόμενα, ὡς ἂν ἐσόμενα, ἃ γέγονεν ἤδη, θαυμάζωμεν ἢ διαπορῶμεν περὶ τοῦ σχή-
p. 435. ματος τῶν λεγομένων· τὰ μὲν δὴ τῆς ὑποθέσεως ἐν τούτοις· κατὰ μέρος δὲ προσεκτέον λοιπὸν,
* καθὼς ἂν ἡ θεία χάρις διδῷ.

ΚΕΦ. Α΄.

v. 1. “ Ἐν τῷ ὀγδόῳ μηνὶ ἔτους δευτέρου ἐπὶ Δαρείου, ἐγένετο λόγος κυρίου πρὸς Ζαχα-
ρίαν τὸν τοῦ Βαραχίου, υἱὸν Ἐδδὼ, τὸν προφήτην, λέγων. „ Τὸν μὲν χρόνον ἐδήλωσεν ἐν

latione ostenduntur: veluti cum quatuor cornua, quae Israhelem disperserant, confracta vidit propheta: namque hoc non futurum, sed iam peracta fuerat. Sive enim Assyrios, Babylonios, Medos, Persasque his quatuor cornibus innuit, ut nonnullorum opinio fert, satis constat Assyrios ac Babylonios ante id tempus poenas luisse. Medos item imperio a Cyro spoliatos scimus: post quem reliquus est quartus Darius. Porro a Persis nihil molestum Israhelitis accidit; immo omnia secus ab istorum regno experti sunt; Cyro primum imperii auctore captivitatem solvente; deinde Dario Iudaeis reliquis ut in patriam redirent largiente. Quod si quis aliud quid his quatuor cornibus, quae Israhelitis captivitatis tempore nocuerunt, significari arbitratur, constat id quoque iam tum finem fecisse. Sed enim videtur propheta idcirco horum meminisse (divina scilicet gratia ob id ipsum haec eadem ei demonstrante) ut a caelesti revelatione certum ipse rerum peractarum testimonium acciperet; suosque auditores omnino certiores faceret de decreta inimicis eorum poena, et de beneficii impetrati constantia. Atque haec ego non temere praefatus sum, sed ut dum in cursu interpretationis quaedam forte ceu futura occurrent, quae iam evenerant, ne miremur, neque de rei, quae dicitur, oblata specie ambigamus. De prophetiae argumento hactenus. Superest ut res singulas, prout divina gratia concesserit, persequamur.

CAP. I.

“ Octavo mense anni secundi, imperante Dario, factus est sermo Domini ad
* Gr. Alium, ut p. 26 Zachariam Barachiae, filii * Eddonis, prophetam. „ His verbis tempus significat,

τούτοις καθ' ὃν ἠξιώθη τῆς ἀποκαλύψεως τῆς θείας· τίνα δὲ ἅπερ ἐκελεύσθη πρὸς τὸν λαὸν
εἰπεῖν, ἑξῆς ἐπάγει. " Ὠργίσθη κύριος ἐπὶ τοὺς πατέρας ὑμῶν ὀργὴν μεγάλην. ,, Πρέπον v. 2.
τῷ καιρῷ τὸ προοίμιον ἐποιήσατο ὁ προφήτης· ἐπειδὴ γὰρ νεαρὰν καὶ ἔναυλον τὴν τῆς αἰχ-
μαλωσίας κακῶν εἶχον τὴν μνήμην, ἄρτι τε αὐτῆς ἀπαλλαγέντες καὶ εἰς τὰ οἰκεῖα ἐπανελ-
θεῖν δυνηθέντες, εἰκότως πρὸ παντὸς λόγου τῆς συμφορᾶς αὐτοὺς ὑπομιμνήσκει τῆς ἀρτίως
γεγενημένης· ὡς ἂν τῇ μνήμῃ τῶν γεγονότων φυλάττοιντο εἰς πεῖραν τῶν αὐτῶν καταστῆναι
πάλιν. ἴστε γάρ, φησίν, ὀργισθεὶς ἡλίκην τοῖς πατράσι τοῖς ὑμετέροις ἐπήγαγον τιμωρίαν,
οἵων τε αὐτοὺς διὰ τὴν ἀπείθειαν ἐν πείρᾳ κατέστησα κακῶν, ἀφελὼν μὲν τῆς γῆς τῆς οἰκείας,
ἀπαγαγὼν δὲ αἰχμαλώτους εἰς γῆν ἀλλοτρίαν, ἣν οὔπω πρότερον εἶδον. " Καὶ ἐρεῖς πρὸς v. 3.
αὐτούς, τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ· ἐπιστρέψατε πρός με, λέγει κύριος τῶν δυνάμεων·
καὶ ἐπιστραφήσομαι πρὸς ὑμᾶς, λέγει κύριος τῶν δυνάμεων· καὶ μὴ γίνεσθε καθὼς οἱ πα- v. 4.
τέρες ὑμῶν, οἷς ἐνεκάλουν αὐτοῖς οἱ προφῆται οἱ ἔμπροσθεν λέγοντες, τάδε λέγει κύριος p. 636.
παντοκράτωρ, ἀποστρέψατε δὴ ἀπὸ τῶν ὁδῶν ὑμῶν τῶν πονηρῶν, καὶ ἀπὸ τῶν ἐπιτηδευμάτων
ὑμῶν τῶν πονηρῶν· καὶ οὐκ ἤκουσαν, καὶ οὐ προσέσχον τοῦ εἰσακοῦσαί μου, λέγει κύριος παν-
τοκράτωρ. ,, Ἀλλὰ νῦν γοῦν ἀποστάντες τῆς μιμήσεως τῶν πατέρων τῶν οἰκείων, πρός με
ἀποβλέψατε, καὶ πρὸς τὰ παρ' ἐμοῦ λεγόμενα ὑμῖν καὶ συμβουλευόμενα τεταμένον ἔχετε
τὸ ὄμμα, ὡς ἂν καὶ αὐτὸς ἐφορᾶν ὑμῖν καὶ δι' ἐπιμελείας ἔχειν τὰ καθ' ὑμᾶς ἑλοίμην·
φυλάξασθε δὲ πᾶσαν μίμησιν τὴν πρὸς τοὺς πατέρας τοὺς ὑμετέρους· οἳ πολλὴν καὶ συχνὴν
παρὰ τῶν προφητῶν τῶν πρότερον γενομένων συμβουλὴν δεξάμενοι καὶ παραίνεσιν, ὥστε
τῆς κακίας ἀποστῆναι τῆς οἰκείας, καὶ κερδᾶναι τὴν ὑπὲρ τῶν κακῶς πεπραγμένων αὐτοῖς
τιμωρίαν, οὔτε προσέχειν οὔτε λόγον τινὰ ποιεῖσθαι τῶν διδασκόντων ἐβούλοντο.
" Οἱ πατέρες ὑμῶν ποῦ εἰσι; καὶ οἱ προφῆται μὴ εἰς τὸν αἰῶνα ζήσονται; πλὴν τοὺς v. 5.
λόγους μου καὶ τὰ νόμιμά μου δέχεσθε, ὅσα ἐγὼ ἐντέλλομαι ἐν πνεύματί μου τοῖς δούλοις v. 6.

quo divina revelatione dignus habitus est: deinceps vero addit quae ad populum loqui iussus fuit. " Grandi ira adversus parentes vestros iratus est Dominus. ,, Congruum tempori exordium propheta fecit: nam quia recentem adhuc praesentemque malorum in captivitate exantlatorum retinebant memoriam; quippe qui vix eam depulerant, vixque lares suos recuperare potuerant; merito ante quam aliud dicat, calamitatem iisdem refricat, quam nuper perpessi fuerant; ut nimirum praeteritorum malorum memores caverent utique ne in eadem rursus inciderent. Nostis, inquit Deus, quantas ego iratus parentibus vestris poenas imposuerim, quantisque adversitatibus propter ipsorum contumaciam eos obruerim, patria spoliatos, in alienam regionem quam numquam viderant serviliter abactos. " Dicesque eis, haec ait Dominus omnipotens: revertimini ad me, dicit Dominus virtutum; et ego convertar ad vos, dicit Dominus virtutum. Neque fiamini ut patres vestri, quos reprehendebant superiores prophetae dicentes: haec ait Dominus omnipotens: recedite a viis vestris malis, atque a studiis vestris malis. Illi tamen mihi non obediverunt, neque meis verbis aurem praebuerunt, ait Dominus omnipotens. ,, Nunc ergo omissa imitatione maiorum vestrorum ad me respicite, meisque dictis ac monitis erecto oculo adtendite, ut ego quoque vos respiciam, vestrique curam libenter geram. Ne patres vestros imitemini vehementer cavete, qui cum diu multumque a priscis prophetis admoniti fuissent atque exorati, quo scilicet a sua pravitate recederent, neque auscultare voluerunt, neque ullam admonitionum rationem habere.

" Patres vestri ubinam sunt? et prophetae num semper vivent? Eia meos ser-

μου τοῖς προφήταις, οἳ κατέλαβον τοὺς πατέρας ὑμῶν. „ Καίτοι γε καλῶς ἂν ἔχοι τὸ-
κεῖνο ὑμᾶς συλλογίσασθαι, ὅτι οὔτε οἱ πατέρες ὑμῶν εἰσὶν ἔτι, οὔτε οἱ προφῆται· προκα-
τελάβετο δὲ κἀκείνους καὶ τούτους ὁ κοινὸς τῆς φύσεως θάνατος, ἐπὶ πλεῖστον ἐκτεταμένην
p. 437. ἔχειν τὴν οἰκείαν ζωὴν οὐκ ἐῶν· ἀλλ' οἱ μὲν ἀπεληλύθασι τὴν ἐκ τῆς ἀπειθείας δεξάμενοι
τιμωρίαν· οἱ προφῆται δὲ καὶ παυσάμενοι τοῦ παρόντος βίου τῶν οἰκείων ῥημάτων ἔργοις
ἐπέδειξαν τὴν ἀλήθειαν· ἐπεὶ καὶ τετελευτηκότων αὐτῶν, οὐδὲν ἧττον ἅπερ εἶπον εἰς πέρας
ἐξήγετο, ἅτε κατ' ἐμὴν εἰρημένα γνώμην· πρὸς δὴ τοῦτο ἀφορῶντας προσήκοι ἂν μὴ
πάρεργα ποιεῖσθαι τὰ παρ' ἐμοῦ διὰ τῶν προφητῶν λεγόμενα· δέχεσθαι δὲ πάντα ὅσα πρὸς
ὑμᾶς διὰ πνευματικῆς λέγουσι τῆς χάριτος· ἐπεὶ μήτε ψευσθῆναι οἷόν τέ τι τῶν λεγομένων
παρ' αὐτῶν, μήθ' ὑμῖν ἀκίνδυνον ἀμελεῖν ἐθέλουσι τῶν παρ' αὐτῶν λεγομένων· ἐπὶ δὴ
τούτοις εἰκότως τοῖς ῥήμασιν οἱ τοῦ λαοῦ, ἅτε τῶν πραγμάτων τῇ τῶν λεγομένων ἀληθείᾳ
μαρτυρούντων αὐταρκῶς, ἀπόκρισιν ἐποιήσαντο, σαφῆ τῆς εὐγνωμοσύνης ἑαυτῶν παρεχό-
μενοι τὴν ἀπόδειξιν. “ Καὶ ἀπεκρίθησαν γάρ φησιν καὶ εἶπον· καθὼς παρατέτακται κύριος
παντοκράτωρ τοῦ ποιῆσαι ἡμῖν κατὰ τὰς ὁδοὺς ἡμῶν, καὶ κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα ἡμῶν, οὕτως
ἐποίησεν ἡμῖν. „ Τὸ παρατέτακται, παρετέτακτο λέγει· οὐ γὰρ περὶ παρόντων διαλέγε-
ται ἀλλὰ περὶ τῶν γεγονότων ἤδη· ὁμολογοῦμεν φησὶν ὅτι οἷά περ ὁ θεὸς ἀπεφήνατο γενέσθαι
περὶ ἡμᾶς, ἀνάλογον οἷς ἐπράττομεν ἐκβαλὼν τὴν ἀπόφασιν, τοιαῦτα δὲ καὶ πεπόνθαμεν·
p. 438. ὥστε σφόδρα ἡμᾶς πεπεῖσθαι, ὅτι ἀναντίρρητος τῶν παρὰ θεοῦ λεγομένων ἡ ἀλήθεια· καὶ
οὐκ ἀκίνδυνον ἡμῖν ἀμελεῖν βουλομένοις τῶν παρ' αὐτοῦ λεγομένων· τούτων οὕτως εἰρημένων,
ἀποκάλυψιν λοιπὸν ὁ προφήτης διηγεῖται δειχθεῖσαν αὐτῷ παρὰ τοῦ θεοῦ, ἀφ' ἧς αὐτός τε
ἀκριβῆ τὴν περὶ τὸν λαὸν ἀγαθῶν τὴν πίστιν ἐλάμβανε, καὶ τοῖς ἀκούουσι θαῤῥούντως εὐηγ-
γελίζετο τὰ φαινόμενα· λέγει δὲ οὕτως.
v. 7. “ Τῇ τετράδι καὶ εἰκάδι, τῷ ἑνδεκάτῳ μηνὶ, οὗτός ἐστιν ὁ μὴν σαβὰτ, ἐν δὲ τῷ

mones legemque meam excipite, quidquid ego videlicet praecipio in spiritu meo servis meis prophetis, qui patres vestros comprehenderunt. „ Profecto aequum est vos reputare, quod neque patres vestri iam supersint neque prophetae: nam et hos et illos communis naturae interitus intercepit, quominus vitam diutius propagarent. Et illi quidem e vivis excesserunt, contumaciae suae poenam experti; prophetae autem etsi huius vitae finem fecerunt, nihilo minus verborum suorum veritatem factis comprobaverunt; quandoquidem vel ipsis mortuis vaticinia suum exitum aeque habuerunt; quia haec nimirum me iubente edita fuerant. His exemplis monitos ea, quae prophetae meo nomine aiunt, non parvipendere decet, immo his auscultare quae spiritali gratia commoti loquuntur: nam neque dicta ab iis irritari queunt, neque vobis dictorum neglectus vacare periculo potest. His verbis compunctus populus, quorum veritati locuples facta testimonium dabant, sic respondit, ut docilitatem animorum suorum manifestam faceret. “ Responderunt, inquit, atque dixerunt: sicuti disposuit Dominus omnipotens facere nobis secundum vias nostras, et secundum studia nostra, sic fecit nobis. „ Verbum disposuit pro disposuerat ponitur: etenim haud de praesenti sed de praeterita re sermo est. Fatemur, inquit, quae Deus nobis eventura portenderat, congruo facinoribus nostris decreto, ea nos revera expertos fuisse: quare vehementer nobis persuasum est, dictorum divinorum veritatem esse certissimam. Haec elocutus, revelationem deinceps propheta narrat sibi a Deo oblatam, ex qua cum ipse non dubiam publicae felicitatis confirmationem percepit, tum fidenter auditoribus visa nunciavit. Sic autem ait.

δευτέρῳ ἔτει ἐπὶ Δαρείου, ἐγένετο λόγος κυρίου πρὸς Ζαχαρίαν τὸν τοῦ Βαραχίου, υἱὸν
Ἐδδὼ, τὸν προφήτην, λέγων. „ Τὸ ἐγένετο λόγος κυρίου ἀντὶ τοῦ ἀποκαλύψεως ἠξιώθην
θείας· ὅθεν τὴν ἀποκάλυψιν λέγων λοιπὸν “ ἑώρακα φησὶ τὴν νύκτα. „ Οὐ γὰρ ὁ λόγος τοῦ v. 8.
κυρίου οὐδὲ κύριος ἤμελλεν λέγειν ἑώρακα τὴν νύκτα· ἀλλὰ δηλονότι ὁ προφήτης φησί· δι'
ἐκείνου τοίνυν δηλώσας ἀποκάλυψιν αὐτῷ γεγενῆσθαι θείαν, ἐν τούτοις τὴν ἀποκάλυψιν τίς
ἐστι διηγεῖται· διὸ λέγει ἑώρακα τὴν νύκτα, ἀντὶ τοῦ εἶδον ἀποκάλυψιν τοιάνδε· εἶτα καὶ
λέγει τοιαύτην ἥτις ἐστί. “ Καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ἐπιβεβηκὼς ἵππον πυῤῥόν· καὶ οὗτος εἱστήκει ἀνα-
μέσον τῶν ὀρέων τῶν κατασκίων· καὶ ὀπίσω αὐτοῦ ἵπποι πυῤῥοὶ καὶ ποικίλοι καὶ λευκοί· καὶ
εἶπον, τί οὗτοι κύριε; καὶ εἶπε πρός με ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ, ἐγὼ δείξω σοι τί ἐστι v. 9.
ταῦτα· καὶ ἀπεκρίθη ὁ ἀνὴρ ὁ ἐφεστηκὼς ἀναμέσον τῶν ὀρέων, καὶ εἶπε πρός με· οὗτοι εἰσὶν v. 10. p. 4.10.
οὓς ἐξαπέστειλε κύριος περιοδεῦσαι τὴν γῆν· καὶ ἀπεκρίθησαν τῷ ἀγγέλῳ κυρίου τῷ ἐφε- v. 11.
στῶτι ἀναμέσον τῶν ὀρέων, καὶ εἶπον, περιωδεύσαμεν τὴν γῆν πᾶσαν, καὶ ἰδοὺ πᾶσα ἡ γῆ
κατοικεῖται καὶ ἡσυχάζει. „ Εὔδηλον ὅτι πάντα δὴ τὰ τῷ προφήτῃ δειχθέντα, γνωρί-
σματα τινῶν ὑπῆρχεν πραγμάτων (1)· ὡς γὰρ ὁ Ἰωσὴφ εἶδε δράγματα καὶ ἥλιον καὶ σε-
λήνην καὶ ἀστέρας *, ἕκαστον δὲ τούτων πράγματος τινὸς ἐσομένου δήλωσιν εἶχεν· καὶ ὁ Φα- * Gen. XXXVII. 6.
ραὼ στάχυάς τε καὶ βόας τοὺς μὲν εὐπαθεῖς τοὺς δὲ λεπτοὺς *, ἦν δὲ καὶ ἐν τούτοις ἕτερα τὰ * Gen. XLI.
ἐκ τῶν δεικνυμένων σημαινόμενα· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὁ προφήτης ταῦτα μὲν δι' ἀποκα-
λύψεως ὁρᾷ θείας, ἕκαστον δὲ τῶν δεικνυμένων αὐτῷ σημεῖον τι καὶ δήλωσιν πράγματος
εἶχεν· οὕτω καὶ ὁ μακάριος Πέτρος εἶδε σινδόνα ἀπ' οὐρανοῦ καταφερομένην, μεστὴν παντο-
δαπῶν ζώων καθαρῶν τε καὶ ἀκαθάρτων *, τὰ φαινόμενα δὲ ἕτερον τινῶν δήλωσιν εἶχε· * Act. X. 11.

“ Die vigesima quarta mensis undecimi, qui est sabat, secundo Darii anno, sermo Domini factus est ad Zachariam Barachiae, filii * Eddonis, prophetam, dicens. „ Verba “ sermo Domini factus est „ pro, divina revelatione ego dignus habitus sum, ponuntur. Neque enim vel sermo Domini vel Dominus dicturus erat per noctem vidi. Sed enim heic loqui prophetam constat. Igitur postquam ait divinam sibi accidisse revelationem, quaenam ista fuerit pergit dicere. Ait ego per noctem vidi, pro, hoc ostentum vidi. Mox eius rei rationem edisserit. “ Ecce vir equo rufo insidens: hic in montium umbrosorum medio stabat: post eum equi rufi et varii et albi. Dixique, quinam isti sunt Domine? Dixitque mihi angelus qui mecum loquebatur: ego tibi rem hanc declarabo. Responditque vir ille qui inter medios montes constiterat, dixitque mihi: hi sunt quos misit Dominus ad perlustrandam terram. Porro responderunt angelo Domini qui in mediis montibus stabat, dixeruntque: terram universam perambulavimus; et ecce universa terra habitatur et quiete fruitur. „ His ostentis prophetae oblatis significari facta nonnulla, nemo non videt. Nam sicut Iosephus manipulos vidit et solem et lunam et astra, quae singula facti alicuius significationem habebant; itemque Pharao spicas et boves partim crassas partim macie confectas, quae pariter certum quid aliud innuebant; eodem modo etiam propheta res, quas diximus, divina revelatione spectat; sed tamen singula ostenta facti alicuius indicium adferebant. Sic etiam beatus Petrus sindonem vidit caelo demis-

* Gr. *Alium.*

Scholion graecum a manu recentiore, ut et sequentia.

(1) *Ἄφρον καὶ ἀγροικία· εἰ μὴ ἐκάθευδον καὶ ἀνύπαρκτα ὄνειρα ἔβλεπον ἐκ μελαγχολικῆς διαθέσεως, πάντως περὶ πραγμάτων αὐτοῖς οἱ λόγοι· ἀλλ' ὁ ἑρμηνεύων οὐ τοῦτο σκοπεῖ, πρόδηλον ὄν, ἀλλὰ περὶ ποίου καὶ τί τὸ πρᾶγμα ὁ σημαίνει ὁ λόγος. Insipiens hoc et indoctum. Nisi forte dormiebant, et insubsistentia somnia videbant ex melancholica animi affectione, prophetae omnino de rebus loquuntur. At interpres hoc, quamvis evidens, non observat, sed quae qualisque res sit quam sermo significat.*

τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ὁ μακάριος Ζαχαρίας τὴν ἀποκάλυψιν διηγούμενος λέγει πρὸ τῶν ἄλλων ὅτι ἄνδρα εἶδεν ἐπὶ ἵππον ἐπιβεβηκότα πυῤῥόν, ὃς ἀναμέσον τῶν ὀρέων εἱστήκει τῶν κατασκίων.

Πολλῆς δὲ πλάνης καὶ ἀνοίας ἐστὶ μεστόν, καὶ οὐδὲ ἀσεβείας ἀφεστώς, τὸ παρά τινων
p. 410. λεγόμενον, ὅτι τὸν υἱὸν ἑώρα τοῦ θεοῦ ἐνταῦθα· δήλου γε ὄντος ὅτι τῶν πρὸ τῆς τοῦ δεσπότου Χριστοῦ παρουσίας, οὐδεὶς ἠπίστατο πατέρα καὶ υἱὸν (1), οὐ πατέρα θεὸν υἱοῦ θεοῦ πατέρα, οὐχὶ υἱὸν θεὸν υἱὸν πατρὸς θεοῦ, τοῦτο ὄντα ὅπερ ἐστὶν ὁ πατήρ, ἅτε καὶ ὄντα ἐξ αὐτοῦ· ἐπειδὴ πατρὸς μὲν ὀνομασία καὶ υἱοῦ, ἐπὶ τῆς παλαιᾶς ἦν διαθήκης· πατρὸς μὲν κοινῶς κατὰ κηδεμονίαν τοῦ θεοῦ λεγομένου τῶν τῆς ἐκεῖθεν ἐπιμελείας ἀξιουμένων ἀνθρώπων, υἱῶν δὲ τῶν ἐχόντων τι πλέον κατὰ οἰκείωσιν θεοῦ· πατέρα δὲ θεόν, ὥσπερ οὖν ἔφην ἤδη, υἱοῦ θεοῦ, καὶ υἱὸν θεὸν θεοῦ πατρός, ἠπίστατο τῶν τότε καθάπαξ οὐδείς· θεὸν γὰρ καὶ κτίσιν μόνον ᾔδεσαν οἱ πρὸ τῆς τοῦ δεσπότου Χριστοῦ παρουσίας παιδευόμενοι τὴν εὐσέβειαν· θεὸν μὲν τὸν ἀΐδιον γνωρίζοντες οὐσίαν καὶ πάντων αἰτίαν· κτίσιν δὲ πάντα συντόμως εἰπεῖν τὰ ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐκ

sam, omnigenis beluis tum mundis tum etiam immundis plenam, quae visio aliud quid designabat. Hoc pacto Zacharias quoque propheta revelationem suam proponens, ait in primis se virum vidisse equo rufo insidentem, qui in medio umbrosorum montium constiterat.

Multo autem errore ac dementia scatet, neque ab impietate abest, quod nonnulli aiunt, filium Dei a propheta heic visum: quum constet neminem qui ante Christi domini adventum vixerit, agnovisse patrem ac filium, minime inquam Deum patrem Dei filii patrem, neque filium Deum Dei patris filium, eundem substantia ac patrem, utpote ex ipso oriundum. Patris utique ac filii appellatio in vetere testamento erat: patre quidem generaliter Deo appellato hominum cura eius fruentium; his vicissim filiis appellatis, qui plus aliquid haberent propter Dei familiaritatem. Sed tamen Deum patrem, ut iam dixi, Dei filii, et filium Deum patris Dei, sciebat hominum illius aevi prorsus nemo. Etenim Deum tantummodo et creationem noverant quotquot ante Christi domini adventum veram religionem edocti fuerant: Deum quidem sempiternam agnoscentes substantiam et rerum omnium cau-

(1) Scholion. Ἀνούστατε καὶ τῷ ὄντι πλάνε· οὐχ ὅτι οὐκ ἐγίνωσκον πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, διὰ τοῦτο οὐκ ἐχρήσαντο ταῖς ὀνομασίαις, ἀλλ᾽ ὅτι οὐ δυνατοὶ τοιαῦτα ἀκούειν, πρὸς οὓς ἔλεγον· διὰ τοῦτο ἄλλαις ὀνομασίαις ἴσαις τούτων ἐχρῶντο τὰ αὐτὰ δυναμέναις· ἐπεὶ πόθεν ἔγνωμεν τὸν θεὸν ἐν τρισὶ προσώποις, εἰ μὴ οὐ κἀκ τῶν προφητῶν; *O amentissime vereque fallax! Non quod ignorarent (prophetae) patrem et filium et spiritum sanctum, idcirco horum nominibus non utebantur, sed quia intelligendis his non erant idonei homines apud quos verba faciebant, propterea paria his nomina ponebant idem significantia. Alioquin undenam Deum in tribus personis cognovimus, nisi etiam a prophetis?* Hanc sententiam quod ss. Trinitas ignota prorsus fuerit etiam prophetis, iam recitaverat Mopsuestenus etiam ad Aggaeum p. 276. Iam vero notos Iudaeis patrem et spiritum sanctum, filium ignotum, ait Photius amphil. XLIII. 17. et CXC. 2. Sed innotuisse Daniheli etiam filium observant Hippolytus et Apollinaris in catena quam nos edidimus ad Dan. cap. III. 92. 93. Porro Mopsuesteni sententia diserte refutatur ab iis quae sunt apud Eusebium hist. eccl. I. 2. 3. 4, et contra Marcellum I. 19, nec non toto paene opere eclogarum proph. (quod a cl. benemerentissimo viro Thoma Gaisfordio editum habemus.) Miror Petavium de Trin. II. 7. non ponere satis notam Eusebii luculentam disputationem inter eos auctores qui ex vet. testamento filii divinitatem adstruxerunt. Iam praesens invectio fortasse fit adversus Hieronymum, qui Christum dominum hoc loco agnoscit. Et quidem oppugnatum fuisse alio opere a Mopsuesteno Hieronymum, demonstrat Caveus. Quamquam si fortasse nonnisi graecos auctores legebat heic noster, respici ab ipso puto vel Hippolytum vel Origenem vel Didymum, quos appellat Hieronymus in praef. ad Zach. Denique non est dissimulandum, abs Hieronymo ad Dan. X. 21. XII. 1. non Christum sed angelum apud Zachariam intelligi, sicut etiam a Theodoreto, qui Mopsuesteno nostro solet subscribere.

τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρεληλυθότα· καὶ τούτου γε ἀπόδειξις αὐτάρκης ἐκ τῶν μακαρίων ἀποστόλων γένοιτο ἂν, οἳ ἐπὶ τῆς τοῦ δεσπότου παρουσίας ἐπὶ μακρῷ τῷ χρόνῳ συγγεγονότες αὐτῷ, Χριστὸν μὲν αὐτὸν ὡμολόγουν, ἐγνωκότες διὰ πολλῆς διδασκαλίας· υἱὸν δὲ, καθ' ὃν ἔφην λόγον, θεοῦ οὐκ ἠπίσταντο· πλὴν ὅσον κατὰ οἰκείωσιν ἔλεγον θεοῦ υἱὸν τὸν Χριστὸν κατὰ τὸ τῶν πρόσθεν ἔθος ἁγίων τε καὶ δικαίων (1)· ἐντεῦθεν ὁ Φίλιππος λέγει πρὸς τὸν κύριον· δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα σου, καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν· οὐκ ἄν γε τοῦτο εἰπὼν εἰ ἠπίστατο, τίς μὲν ὁ υἱὸς, τίς δὲ ὁ πατήρ· ἠπίστατο γὰρ πάντως, ὡς καὶ ἀθέατον ἡ θεία φύσις· ὅθεν καὶ ὁ κύριος λέγει πρὸς αὐτὸν, τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με Φίλιππε; δεικνὺς ὅτι οὐδὲ αὐτὸν ἠπίστατο, ὃν εἰδέναι ᾤετο· καὶ τούτου γε ἕνεκεν καὶ τὸν πατέρα ἰδεῖν αἰτεῖ, πράγματος ἐφιέμενος ἀδυνάτου· ἐπάγει γοῦν· ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα· δεικνὺς ὅτι κατὰ τὴν θεότητα τοῦτό ἐστιν ὅπερ ὁ πατὴρ, ἀθέατος ὁμοίως ἐκείνῳ, καὶ ὄψις αὐτὴ ἐκείνου ἢ καὶ τούτου. Καὶ ἑτέρωθι δὲ σαφέστερον πρὸς αὐτοὺς ὁ κύριος λέγει· * ταῦτα ἐν παροιμίαις λελάληκα ὑμῖν, ἀλλ' ἔρχεται ὥρα ὅτε οὐκέτι ἐν παροιμίαις λαλήσω ὑμῖν, ἀλλὰ παῤῥησίᾳ περὶ τοῦ πατρὸς ἀπαγγελῶ ὑμῖν· δεικνὺς ὅτι ὡς ἐν αἰνίγματι τὴν τοῦ πατρὸς ἤκουον φωνὴν, ἐπὶ τῆς ἀνθρωπείας φύσεως κατὰ σχέσιν αὐτὴν ἐκλαμβάνοντες, γνώσονται δὲ ἀληθῶς υἱὸν

p. 441.

* Ioh. XVI. 25.

sam; creationem autem, ut breviter dicam, res ab illo ex nihilo ad existendum productas. Idque satis demonstratur vel ex ipsis apostolis, qui in Domini adventu, longo tempore cum eo versati, Christum quidem eum confitebantur, prout ex multo magisterio didicerant; filium tamen, ea qua dixi ratione, Dei esse nesciebant: nisi quod peculiariter Dei filium dicebant Christum, antiquiorum more sanctorum atque iustorum. Hinc Philippus Domino aiebat: ostende nobis patrem tuum, et sufficit nobis; quod numquam dixisset, si quinam esset filius, quinam iter pater, scivisset. Alioqui plane noverat invisibilem esse divinam naturam. Unde et Dominus illi dixit: tanto tempore vobiscum sum, et non cognovisti me Philippe: ostendens, quod ne ipsum quidem agnosceret, quem scire putabat: ideoque patrem quoque videre postulat, impossibilem rem cupiens. Subdit ergo Dominus: qui videt me, videt et patrem meum: ostendens se, ad deitatem quod attinet, eundem esse ac patrem, invisibilem pariter: eundemque esse utriusque conspectum. Alibi vero manifestius dixit illis Dominus: haec in proverbiis locutus sum vobis; sed venit hora cum iam non in proverbiis loquar vobis, sed aperte patrem vobis annunciabo: significans quod tamquam in aenigmate patris vocabulum audierant, de natura humana secundum eandem relationem id intelligentes; at postea verum Dei filium

(1) Mopsuesteni interpretatio haec non est admittenda in confessione certe Petri: *tu es Christus filius Dei vivi* etc. Etenim S. Hilarius de Trin. VI. 36: *non est*, inquit, *evangelica et apostolica fides, filium Dei nomine potius quam natura credidisse. Si enim adoptione haec nuncupatio est, et non idcirco filius est, quia exierit a Deo; quaero unde beatus Simon Bariona est confessus: tu es Christus filius Dei vivi? Anne cum omnibus potestas sit per sacramentum regenerationis in filios Dei nasci? Si secundum hanc nuncupationem filius Dei Christus est, interrogo quid illud sit, quod Petro non caro neque sanguis revelavit, sed Pater qui in caelis est? Generalis professio quid habet meriti? aut quae revelationis est gloria in publica conscientia? Si ex adoptione filius est; unde haec in Petro beata confessio est, hoc filio deferenti quod est commune sanctorum? Ultra humanam autem intelligentiam se fides apostolica protendit.* Pergit alia ibidem cumulare Hilarius, quae breviter heic recitari non possunt. Consonat autem Hilario altera dogmatum basis S. Athanasius de sent. Dionysii n. 8., et contra Arianos orat. II. n. 18. 62, et alibi. Sic denique Petri verba de naturali filio Dei Christo dicta intellexerunt summates alii patres Ambrosius, Augustinus, Cyrillus, Chrysostomus, quos Tirinus memorat ad Matth. XVI. 16. Nos igitur necessario hanc criticam adnotationem faciendam iudicavimus, praesertim quia graecus Scholiastes, qui alia in Mopsuesteno notavit, nihil hoc in loco animadvertit.

ὅτ' ἂν γνῶσι θεὸν ἐκ θεοῦ κατ' οὐσίαν ὄντα ἐξ αὐτοῦ, καὶ τοῦτο ὄντα τὴν οὐσίαν ὅπερ ἐκεῖνος· εἰ δὲ οἱ προφῆται καὶ οἱ πρόσθεν δὴ πάντες ἠπίσταντο πατέρα καὶ υἱόν, καὶ δὴ τοῦτο ἐκ τῶν θείων ἐδιδάσκοντο γραφῶν, πρὸ τῶν ἄλλων ᾔδεισαν ἂν οἱ ἀπόστολοι τοῦτο· ἀλλ' εὔδηλον ὡς οὐκ ᾔδεισαν, ἔμαθον δὲ ἡνίκα τοῦ πνεύματος ἔλαβον τὴν χάριν φοιτήσασαν ἐπ' αὐτοὺς
* Joh. XVI. 12. μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον τοῦ δεσπότου Χριστοῦ· ὅθεν καὶ ὁ κύριος φησὶν πρὸς αὐτοὺς *, ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι· ὅτ' ἂν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνο τὸ πνεῦμα τῆς
p. 412. ἀληθείας, ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν· εἰ δὲ τὴν θεότητα τοῦ μονογενοῦς ἠπίσταντο, καὶ δὴ καὶ πατέρα τὸν ὡς θεὸν θεοῦ πατέρα, τί δὴ τούτων μεῖζον ἦν, ὃ μανθάνειν ἤμελλον ὕστερον; τὴν τοίνυν θεότητα τοῦ μονογενοῦς οὔτε ἠπίστατό τις τῶν πρὸ τῆς τοῦ δεσπότου Χριστοῦ παρουσίας, οὔτε τις τῶν προφητῶν περὶ ταύτης διαλέγεται (1).

Ἐπεὶ κἀκεῖνο πάσης ἀνοίας ἐστὶ μεστὸν, ἀληθέστερον δὲ εἰπεῖν φρενοβλαβείας, τὸ λέγειν ὅτι ὅτ' ἂν ἀγγέλου τε μέμνηται καὶ κυρίου, κατὰ τοῦτον ἡ παλαιὰ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ λέγει· οὓς ἐχρῆν αἰσχυνθῆναι γοῦν τοῦ μακαρίου Παύλου τὴν φωνὴν διαιροῦντος ἐκ τῶν ἀγγέλων τὸν υἱόν, καὶ δεικνύντος ὡς τούτου τε κἀκείνου τὸ μέσον ἐστὶ καὶ τοσοῦτον, ὅσον γε οἰκέτου καὶ
* Hebr. I. 7. δεσπότου· λέγει γοῦν οὕτως· * καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἀγγέλους λέγει, ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα· πρὸς δὲ τὸν υἱόν, ὁ θρόνος σου ὁ θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου· δεικνὺς ὁπόσον ἐστὶ τὸ διάφορον, υἱοῦ τε καὶ ἀγγέλων· καὶ ὅτι μὴ δὲ συνελθεῖν οἷόν τε τὰς φωνὰς ἀλλήλαις

agnituros Deum ex Deo, substantialiter ex ipso existentem, eandemque patris substantiam habentem. Quod si prophetae et illi veteres cuncti novissent patrem ac filium, idque a divinis scripturis edocti fuissent, utique apostoli prae ceteris scivissent. Sed constat eos ignorasse, et tum demum didicisse, cum Spiritus sancti gratiam receperunt in eos immissam post Christi domini in caelos reditum. Unde et Dominus aiebat illis: adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo; cum autem venerit ille Spiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem. Quod si deitatem Unigeniti scivissent, itemque patrem ceu Deum Deī patrem, quid maius supererat quod postea discerent? Igitur Unigeniti deitatem nec quisquam novit ante Christi domini adventum, neque aliquis prophetarum de hac loquitur.

Insuper et illud putae insipientiae plenum est, immo ut verius dicatur insaniae, videlicet si quis dicat, quod ubi angeli mentio fit ac domini, ibi vetus scriptura filium Dei denotet. Atqui oportebat revereri beati Pauli vocem distinguentis ab angelis filium, et inter hunc atque illos intervallum tantum ponentis, quantum est inter famulum dominumque. Sic ergo ait: et ad angelos quidem dicit: qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignis flammam. Ad filium autem: thronus tuus Deus in saeculum saeculi: virga aequitatis, virga regni tui; demonstrans quanta sit differentia filii ab angelis, et quod ne comparari quidem haec vocabula

(1) Scholion. *Καὶ τοῦτο ἀμαθῶς νομίζεις. Ἡσαΐας γὰρ ὥσπερ διὰ τοῦ τρισαγίου τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ὑποφαίνει, οὕτω καὶ διὰ τοῦ εἰπεῖν, καὶ καλεῖται τῆς μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, ἄγγελον αὐτὸν εἶναι λέγει, οὐ κατὰ τὴν οὐσίαν τῶν ἀγγέλων, ἀλλὰ κατὰ τὴν δεσπότου τὴν αὐτοῦ· εἰ γὰρ ἀπεστάλη παρὰ τοῦ πατρὸς ὡς ἀπὸ αἰτίου, ἄγγελός ἐστιν, ἀνήγγειλε γὰρ ἡμῖν τὴν σωτηρίαν· ὥς που καὶ αὐτὸς φησὶν, ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρὸς ἀνήγγειλα ὑμῖν· καὶ μὴ παράτρεπε τὴν ἀποστόλου ῥῆσιν δι' ἑτέραν εἰσαχθεῖσαν αἰτίαν. Hoc item imperite arbitraris. Esaias enim sicut per trisagium tres personas indicat, ita etiam illis verbis « hic appellatur magni consilii angelus » angelum ipsum esse dicit, non secundum angelorum substantiam, sed secundum suam, id est Domini. Si enim missus fuit a patre tamquam causante, angelus est: nuntiavit enim nobis salutem; ut alicubi ipse dicit: quae audivi a patre, nuntiavi vobis. Cave ergo ne apostoli dictum pervertas, quod aliam ob causam prolatum fuit.*

ταύτας, τῶν μὲν ἀοράτων δυνάμεων καὶ πρὸς λειτουργίαν ἐκτεταγμένων εἰκότως ἀγγέλων
καὶ λειτουργῶν, διὰ τὴν ὑπουργίαν καλουμένων εἰς ἣν ἐτύγχανον προβεβλημένοι· τοῦ υἱοῦ δὲ ταύ-
τας μὲν οὐ προσιεμένου τὰς φωνάς, μόνην δὲ ταύτην ἀναδεξαμένου τὴν φωνὴν δικαίως, τό·
ὁ θρόνος σου ὁ θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας p. 443.
σου· ὅπερ ἐστὶ λέγοντος ἀΐδιον βασιλέα κύριον τῶν ἁπάντων, ἐν εὐθύτητι πάσῃ τὸ πᾶν
διοικοῦντα· πῶς οὖν οὐκ ἀνόητον καὶ μανικὸν τοσαύτης ὑπὸ τοῦ μακαρίου Παύλου τῆς διαφο-
ρᾶς ἡμῖν ὑποδεδειγμένης, τολμᾶν συνάγειν τὰ ἀσύμβατα, καὶ λέγειν καὶ ἄγγελον καὶ κύ-
ριον δυνατὸν λέγεσθαι τὸν υἱόν; ἀλλ' εὔδηλον ὅτι ὁπότ' ἄν τι τοιοῦτον ἐν τῇ θείᾳ φέρεται
γραφῇ, ἀγγέλου μὲν μέμνηται τῶν πρὸς τὴν ὑπηρεσίαν ἐκτεταγμένου τῶν δεικνυμένων· ἐπειδὴ
πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κλη-
ρονομεῖν σωτηρίαν, ὡς ὁ μακάριος Παῦλός φησι.

Κύριον δὲ ὀνομάζει οὐ τὸν ἄγγελον οὕτω καλῶν, ἐπὶ θεὸν δὲ ἀναφέρων τοῦ γινομένου
τὸ ἔργον· ὥσπερ οὖν καὶ οἱ προφῆται πολλάκις τὰ ἁρμόττοντα λέγουσι τῷ θεῷ, οὐχ ἑαυ-
τοῖς λογιζόμενοι τὰ λεγόμενα, ἐπὶ θεὸν δὲ αὐτῶν ἀναφέροντες τὴν αἰτίαν· καὶ τοῦτό γε
εὐθὺς ἐκ τοῦ προφήτου τοῦ παρόντος ἴδοι τις ἄν· εἰπὼν γὰρ ὅτι ἐγένετο λόγος κυρίου πρὸς
Ζαχαρίαν λέγων, ἐπήγαγεν· ὠργίσθη κύριος ἐπὶ τοὺς πατέρας ὑμῶν ὀργὴν μεγάλην·
καίτοι γε ἦν ἀκόλουθον εἰ * ἄρα εἰπεῖν, ὅτι ἐγένετο λόγος κυρίου πρὸς Ζαχαρίαν λέγων, * Ita cod.
ὠργίσθην ἐπὶ τοὺς πατέρας ὑμῶν· ὡς ἂν μὴ ὁ γεγονὼς λόγος τοῦ κυρίου πρὸς τὸν προφή-
την, περὶ ἑτέρου τινὸς φαίνηται κυρίου λέγων ὡς ὀργισθέντος· ἀλλ' εὔδηλον ὅτι τό, ἐγένετο
λόγος κυρίου τὸν ἀποκαλύψαντα εἰπών, ἐπάγει λοιπὸν τὰ ῥήματα ὁ προφήτης ἅπερ αὐτὸς p. 444.
εἶπεν ὁ θεός, οὐκ οἰκεῖα λέγων, τὰ δὲ παρὰ τοῦ θεοῦ λελεγμένα ἐκτιθέμενος· τὸν αὐτὸν
δὴ τρόπον καὶ ὅτ' ἂν ἄγγελον λέγῃ, εἶτα καὶ κύριον ὀνομάζῃ, τῷ μὲν ἀγγέλῳ, τὴν ὑπουρ-

inter se possint: invisibilibus quidem potestatibus, et ministrando addictis, merito angelorum nomine et ministrorum propter ministerium appellatis, cui sunt creati; filio autem huiusmodi dictiones non patiente, unam vero iuste admittente, id est thronus tuus Deus in saecula, virga aequitatis virga regni tui; quod perinde est ac dicere sempiternum regem dominumque omnium, omni aequitate cuncta regentem. Quid ni igitur insipiens sit atque furiosum, tantâ nobis a beato Paulo differentiâ monstratâ, copulare audere quae componi nequeunt, ac dicere fieri posse ut angelus ac dominus dicatur filius? Plane igitur exploratum est, quod ubi huiusmodi aliquid in divina scriptura fertur, ibi de angelo agitur ministerio eorum, de quibus sermo, addicto: quia omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi propter eos qui hereditatem capient salutis, ut beatus ait Paulus.

Dominum autem nominat, non quod angelum ita appellet, sed ad Deum rei gestae operam referens. Veluti etiam prophetae saepe verba dicunt Deo convenientia, non quod sibi dicta illa tribuant, sed Deo causam eorum imputantes. Atque hoc statim ex praesente propheta quispiam cognoscet. Nam postquam ait: verbum Domini factum est ad Zachariam, dicens; addidit: iratus est Dominus adversum patres vestros ira magna. Atqui consentaneum erat dicere: factum est verbum Domini dicens: iratus sum adversum patres vestros; ne verba Domini ad prophetam facta, de alio quodam viderentur domino dicere tamquam irato. Sed enim patet, quod cum dictio " factum est verbum Domini ,, revelantem significet, addit mox verba propheta quae Deus ipse locutus est; neque sua dicit, sed quae Deus pronunciavit, exponit. Eodem plane modo et cum angelum dixit, deinde etiam Dominum

τοιαῦτα δείκνυσιν· τῇ δὲ τοῦ κυρίου φωνῇ, τὸν ἐπιτάξαντα διὰ τῶν ἀγγέλων ἐκεῖνα γίνεσθαι· ἀλλὰ γὰρ εὔδηλον ὅτι τοὺς ἀγγέλους αἰσθητῶς φαινομένους τοῖς ἀνθρώποις, ὅτ' ἂν τοῦτο δοκῇ τῷ θεῷ, ἔθος ἀνθρώπων εἶδος μιμεῖσθαι, ὅπερ οἰκεῖον ἐστὶ τοῖς ὁρῶσι τε καὶ παιδευομένοις· τοῦτο δὲ καὶ ἐκ τῆς καινῆς διαθήκης οὐχ ἧττον μάθοι τις ἄν· τὰ γὰρ κατὰ τὴν ἀνάστασιν τοῦ δεσπότου Χριστοῦ διηγουμένη ἡ θεία γραφὴ λέγει, ἄγγελον ὦφθαι τὸν ἀποκυλίσαντα τὸν λίθον· εἶτα διαγράφουσα οἷος τις ἦν, καὶ ὅπως ὤφθη, ἦν αὐτοῦ φησὶν ἡ εἰδέα ὡς ἀστραπή, τὰ δὲ ἱμάτια λευκὰ ὡς χιών· καὶ μετὰ τὴν ἄνοδον δὲ τοῦ κυρίου τὴν εἰς οὐρανόν, κεχηνότων πρὸς τὴν τοῦ γεγονότος καινότητα τῶν μαθητῶν, ἰδού φησὶ δύο ἄνδρες εἱστήκεισαν ἐν ἐσθῆτι λευκῇ· ἦσαν δὲ ἄγγελοι διδάσκοντες αὐτοὺς ἃ προσῆκον ἦν ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν εἰδέναι· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον κἀνταῦθα ἐν ἀνθρώπου μορφῇ ἄγγελον θεωρεῖ πρὸς ὑπουργίαν ὑπὸ τῆς χάριτος τεταγμένον τῶν εἰς σωτηρίαν ἡκόντων ἀνθρωπίνην.

Ἡ μὲν οὖν ὄψις ἄγγελον ἐδήλου· τὰ περὶ αὐτὸν δὲ ἦν μηνυτικὰ πραγμάτων· ἵππῳ μὲν οὖν ἐπιβεβήκει εἰς δήλωσιν τοῦ τάχους, μεθ' οὗ πάντα ἐπιτελεῖν ταῖς ἀοράτοις δυνάμε-
p. 445. σιν ἔργον ἐστὶν ἅπερ ἂν ἐπιτάττῃ θεός· πυρρῷ δέ, ὡς ἂν τὸν θυμὸν δεικνύῃ ὃν ὑπὲρ αὐτῶν εἶχεν κατὰ τῶν ἀλλοτρίων· ἐν μέσῳ δὲ κατασκίων ὀρέων εἱστήκει· τῶν μὲν ὀρέων, τὸ ὑψηλὸν καὶ στερρὸν τῆς δυνάμεως τοῦ λειτουργοῦντος φανερὸν ποιούντων· τῶν κατασκίων δέ, δήλωσιν ἐχόντων τῆς σκέπης ἣν παρέχειν ὁ θεὸς εὐηγγελίζετο τῷ λαῷ τῷ οἰκείῳ· ἐρωτᾷ μὲν οὖν
v. 9. ὁ προφήτης, τί οὗτοι; τῆς ἀποκαλύψεως πρὸς τὴν ἐρώτησιν αὐτὸν κινησάσης, ὡς ἂν καὶ ὁδὸν ἡ διδασκαλία λάβοι. “ Ἀπεκρίνεται δέ φησιν ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοί· ἐγὼ δείξω σοι τί ἐστι ταῦτα. „ Λέγει δὲ αὐτὸν τὸν ἄνδρα ὃν ἐπιβεβηκότα ἐπὶ ἵππον εἶδεν πυρρόν· διὰ τοῦτο καὶ τό, ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ λέγει· ἐπειδὴ οὐκ ἔξωθεν φερομένης ἤκουε φωνῆς, ἀλλὰ κατὰ ἀποκάλυψιν ἐναποτυπουμένης αὐτοῦ τῇ διανοίᾳ· ὡς καὶ ὁ μακάριος Πέτρος ἤκουε τό, ἀναστὰς

nominat, angeli quidem vocabulo ministrum denotat; Domini vocabulo, illum qui per angelos illa fieri mandavit. Sed et illud exploratum est, angelos visibiliter hominibus apparentes, quum id Deo placuerit, humanam formam imitari solere, quae congrua est cernentibus et revelationem excipientibus. Atque hoc ex novo quoque testamento condiscere quispiam potest. Etenim Christi domini resurrectionem divina scriptura narrans, ait angelum visum qui lapidem revolverat. Mox describens quis esset, et quomodo visus, erat inquit facies eius ut fulgur, vestimenta autem alba tamquam nix. Et post Domini in caelum reditum, hiante ore stupentibus ad rei novitatem discipulis, ecce, inquit, duo viri adstiterunt in veste candida. Erant autem angeli, qui discipulos rem gestam docebant. Eodem modo nunc etiam angelum videt propheta a gratia missum ob ea administranda quae humanae saluti conferunt.

Species itaque externa angelum exhibebat; at ipsius adiuncta, significabant res quae fiebant. Equum itaque inscenderat, ob significandum celeritatem, qua omnia exsequi invisibiles potestates solent Dei mandata. Rufus autem erat equus, ob iram denotandam, qua pro eis angelus contra alienos erat incensus. Inter montes denique umbrosos constiterat: et montes quidem celsam firmamque potentiam angeli administratorii demonstrabant; umbrosa autem qualitas, protectionem quam praebere populo suo Deus promiserat. Interrogat ergo propheta: “ quid isti? „ revelatione eum ad interrogandum impellente, ut edocendo via pandatur. “ Respondit autem, inquit, angelus qui loquebatur in me: ego ostendam tibi quid sint haec. „ Dicit vero ipsum virum, quem insidentem equo rufo viderat. Idcirco etiam dixit “ qui loquebatur in me „ quoniam haud extrorsum allatam vocem audiebat, sed vi reve-

Πέτρε θῦσον καὶ φάγε· εὔδηλον δὲ ὅτι οὐκ ἐξ οὐρανοῦ ἐφέρετο τοιαύτη φωνὴ πρὸς αὐτόν· ἢ γὰρ ἂν καὶ πᾶσαν ἐπλήρωσε τὴν οἰκουμένην ἡ τοῦ λεγομένου γνῶσις· ἐναπετυποῦτο δὲ αὐτῷ ἡ φωνὴ, ὡς ἂν οὐρανόθεν πρὸς αὐτὸν γινομένη· ὅτι δὲ τὸν λαλοῦντα ἄγγελον αὐτῷ, τὸν ἐπιβεβηκότα ἐπὶ τὸν ἵππον τὸν πυῤῥὸν λέγει, δῆλον· ὡς γὰρ εἶπεν ἐγὼ δείξω σοι τί ἐστι ταῦτα, ἐπάγει “ καὶ ἀπεκρίθη ὁ ἀνὴρ ὁ ἐφεστηκὼς ἀναμέσον τῶν ὀρέων, καὶ εἶπεν πρός με· οὗτοί εἰσιν οὓς ἐξαπέστειλε κύριος περιοδεῦσαι τὴν γῆν. „ Σαφῶς δεικνὺς ὅτι αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ p. 116.
ὀφθεὶς αὐτῷ ἀνὴρ ἐν μέσῳ τῶν ὀρέων τῶν κατασκίων, αὐτὸς ἦν ὁ λαλῶν ἐν αὐτῷ· ὃς καὶ διδάξειν αὐτὸν ὑπέσχετο, τίνα δὴ ταῦτα τὰ τῶν ἵππων· καὶ δὴ καὶ ἐδίδαξεν εἰπὼν καθεξῆς ὅτι οὗτοι εἰσὶν οἱ πέμπεσθαι εἰωθότες παρὰ τοῦ θεοῦ ἐπὶ τῷ τὴν γῆν ἅπασαν ἐκπεριϊέναι, καὶ τὴν καθήκουσαν ἑκασταχοῦ πληροῦν λειτουργίαν κατὰ τὸ δοκοῦν τῷ θεῷ· εὔδηλον μὲν οὖν ὅτι περὶ ἀγγέλων φησὶν, ἀγγέλων γὰρ ἔργον τοῦτο· τοῦτο δὲ οὐ τοὺς ἵππους λέγει· ὅθεν καὶ ὁ ἑρμηνεύων, ἀπεστάλθαι λέγει τούτους ἐπὶ τὸ περιοδεῦσαι τὴν γῆν, οὐ τοὺς ἵππους, ἀλλὰ τοὺς ἐπιβεβηκότας λέγων· ἀναγκαίως δὲ καὶ οὗτοι ἅτε ἄγγελοι ἐφ' ἵππων ὤφθησαν, κατὰ τὸν ἐπὶ τὸν ἵππον ἐπιβεβηκότα τὸν πυῤῥόν· τῶν μὲν ἵππων δηλούντων τὴν ταχύτητα τῆς λειτουργίας· ἄλλοι δὲ πυῤῥὸν, τὸν θυμὸν ὃν κατὰ τῶν ὑπεναντίων εἶχον, καὶ τὸν λευκῶν δὲ εἰς μήνυσιν τῆς προεσομένης τοῖς Ἰσραηλίταις λαμπρότητος, ἐκ τῆς αὐτῶν ὑπουργίας, ἣν ἐκτελοῦντες οἱ ἄγγελοι, τάς τε τιμωρίας ἐπάγουσι τοῖς τούτων ἀξίοις, καὶ τὰς δωρεὰς παρέχουσιν οἷς ἂν τοιούτοις ἀμείβεσθαι θέλῃ θεός.

Ἡ δὲ τῶν λεγομένων ἀπόδειξις, τὰ ἑξῆς. “ Ἀπεκρίθησαν γάρ φησιν τῷ ἀγγέλῳ κυρίου v. 11. p. 117.
τῷ ἐφεστῶτι ἀναμέσον τῶν ὀρέων, καὶ εἶπον· περιωδεύσαμεν τὴν γῆν πᾶσαν· καὶ ἰδοὺ πᾶσα ἡ γῆ κατοικεῖται καὶ ἡσυχάζει. „ Οὐκ ἂν τοὺς ἵππους αὐτῷ ἀποκεκρίσθαι εἶπον· ποία γὰρ ἂν

lationis in mente propria impressam. Sicut etiam beatus Petrus verba illa audiebat: surgens, Petre, occide et manduca. Patet nimirum haud de caelis allapsam huiusmodi ad illum vocem: alioqui universum mundum implesset dictae rei notitia: sed in eo imprimebatur vox illa tamquam caelitus ad eum demissa. Quod vero angelum sibi loquentem dicit illum qui rufo equo insidebat, manifestum est. Nam postquam ait, ego tibi ostendam quid sint haec, addit. “ Et respondit qui stabat inter montes, dixitque mihi: isti sunt quos misit Dominus ut terram circumirent. „ Manifeste ostendens, illum qui apparuerat visum inter montes umbrosos, eundem esse qui in eo loquebatur, et qui ei receperat docturum esse quodnam hoc esset equorum negotium. Reapse autem postea docuit dicens, hos esse qui mitti solent a Deo ad circumeundam terram, et conveniens explendum ubique ministerium prout Dei voluntas tulerit. Constat igitur de angelis prophetam loqui; est enim hoc angeli officium: de his ergo non de equis verba facit: quamobrem et is qui respondit, missos hos fuisse ait ad circumeundam terram, haud equidem equos, sed equites dicens. Necessario autem hi quoque tamquam angeli equis insidentes apparuerunt, ad eius normam qui equo rufo insidebat; equis videlicet ministerii celeritatem indicantibus; rufo autem colore iram qua in adversarios fervebant: denique et quidam albi, Israhelitarum claritatem portendebant, ex illorum ministerio futuram, quod revera angeli exercent, poenas noxiis imponentes, beneficia vero illis quos Deus remunerari voluerit.

Dictorum autem demonstratio in sequentibus fit. “ Et responderunt, inquit, angelo Domini, qui stabat inter montes, atque dixerunt: circumivimus universam terram; et ecce universa terra habitatur, et quiescit. „ Haud equidem equos sibi

καὶ γένοιτο ἀπὸ ἵππων φωνή; ἀλλὰ δῆλον ὅτι τοὺς τῶν ἵππων ἐπιβεβηκότας λέγει, οἳ ἐν μορφῇ φαινόμενοι ἀνθρώπου παραπλησίως τοῦ ἀναμέσον τῶν ὀρέων τῶν κατασκίων ἐφ' ἵππου φανέντος πυῤῥοῦ, εἰκότως ἀνάλογον τῇ ὄψει τὴν πρὸς αὐτὸν ποιεῖσθαι διάλεξιν ἤμελλον, ἀφ' ἧς δὴ καὶ ὁ προφήτης κατὰ ἀποκάλυψιν τῶν λεγομένων ἀκούων, τὴν ἐξ αὐτῶν διδασκαλίαν ἐδέχετο· εὔδηλον γὰρ ὅτι πᾶσα ἡ ἀποκάλυψις καὶ τὰ ἐπ' αὐτῆς θεωρούμενα, κἂν εἴ τι ἐρώτησις, εἴτε ἀπόκρισις, εἴθ' ὅτι δήποτε, πάντα ἐπὶ τῆς ἀποκαλύψεως διετυποῦτο· ὡς ἂν διὰ πάντων τὴν διδασκαλίαν ὁ προφήτης δεξάμενος, αὐτός τε πίστιν περὶ τῶν ἐσομένων ἔχοι βεβαίαν, καὶ εἰς ἑτέρους ἐκφέροι τὴν ὠφέλειαν· ἔοικε δὲ τὸν ἐπιβεβηκότα ἐπὶ τὸν ἵππον ἀνα-
* Deut. XXXII. 8. μέσον ὀρέων, ἄγγελον αἰνίττεσθαι τὸν ἐφεστῶτα τῷ ἔθνει τῶν Ἰσραηλιτῶν, κατὰ τὸ εἰρημένον *, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων θεοῦ· ὥσπερ οὖν οἱ λοιποὶ τῶν ἀγγέλων κοινωνοῦντες ὡς εἰκὸς τῆς φροντίδος περὶ τῶν προκειμένων διελέγοντο, οἳ καὶ ἐμήνυσαν αὐτῷ τὸ πᾶσαν τὴν γῆν ἐν ἡσυχίᾳ καθεστάναι τότε· ἀφ' ὧν δὴ καὶ χώραν ἐκεῖνος λαβὼν ἀνα-
p. 448. μέσον τῶν κατασκίων ὀρέων ὀφθεὶς, ὡς ἂν τὴν τοῦ λαοῦ φροντίδα πεπιστευμένος, καί τι καὶ παθὼν εἰ πάντα μὲν ἐστὶν ἐν ἡσυχίᾳ, τὰ κατὰ τὴν Ἱερουσαλὴμ δὲ διαταράττεται μόνα εὐχήν
v. 12. τινὰ καὶ δέησιν ὑπὲρ παντὸς τοῦ ἔθνους προσάγει τῷ θεῷ. " Ἀπεκρίθη γάρ φησιν ὁ ἄγγελος κυρίου εἶπεν. „ Ἐκεῖνος δὴ ὁ ἀναμέσον τῶν ὀρέων ἐφεστὼς, ὅπερ οὖν εἶπον οἱ λοιποὶ τὸ πᾶσαν τὴν γῆν κατοικεῖσθαι καὶ ἡσυχάζειν. " Κύριε παντοκράτωρ ἕως τίνος οὐ μὴ ἐλεήσῃς τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὰς πόλεις Ἰούδα, ἃς ὑπερεῖδες τοῦτο ἑβδομηκοστὸν ἔτος; „ Μονονουχὶ λέγων, πᾶσι τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι τοῖς κατὰ γῆν ἀσφαλῆ παρέχεις τὴν οἴκησιν καὶ τὴν ἡσυχίαν, μεθ' ἧς ἔταξας διάγειν αὐτούς· μόνη δὲ ἡ σὴ ὡς ἔοικεν Ἱερουσαλὴμ καὶ αἱ λοιπαὶ τοῦ Ἰούδα πόλεις τῆς κοινῆς ταύτης ἀπολαύουσι δωρεᾶς· ἀλλ' ἐπειδήπερ αἰτία τούτων αὐτοῖς τὰ ἁμαρτήματα γέγονε, καὶ ἡ τῆς ἀσεβείας ἐπιμέλεια, καὶ τὸ δυσπειθὲς, ἐλέει δὴ τὰ κατ' αὐτὰς

respondisse dicit: nam quaenam equorum vox fuisset? Sed patet equites ab eo dici, qui in hominis figura oblati, ad normam eius qui inter montes umbrosos equo ruso insidens apparuerat, merito congruum speciei cum eo dialogum habituri erant; ex quo etiam propheta per revelationem quae dicebantur audiens, rerum notitiam hauriebat. Constat enim quamlibet revelationem, et res in ea visas, sive interrogando fiat, sive respondendo, sive quomodolibet, haud aliter quam revelationis typo fieri: ut per haec omnia propheta edoctus, tum ipse futurorum eventuum firmam fidem conciperet, atque aliis quoque utilitatem impertiretur. Porro videtur per illum equitem, innuere angelum Israhelitarum genti praesidentem, iuxta dictum: constituit terminos populorum iuxta numerum angelorum Dei. Quoniam ergo reliqui angeli, curae ut par erat participes, de ante dictis loquebantur, alii vero etiam aiebant universam terram in quiete versari; ex his ille quoque occasionem nactus est, qui inter umbrosos montes apparebat, ceu populi sibi cura concredita, ac dolens veluti quod cum omnia quiete agerent, solius Hierusalem res turbarentur, occasionem inquam cepit precem quandam et obsecrationem pro universo populo Dei offerendi. " Respondit enim, inquit, angelus Domini dixitque. „ (Ille scilicet qui inter montes consistebat, nam ceteri universam terram dixerant habitari et quiescere.) " Domine omnipotens, quousque non misereberis Hierusalem, urbiumque Iudae, quas septuaginta iam annos aspernatus es? „ Dicens propemodum: ceteris gentibus omnibus, tutum praebes incolatum et quietem, in qua illas versari concedis; sola vero tua, ut videtur, Hierusalem et reliquae Iudae civitates communi hoc non fruuntur munere. Sed quoniam rei huius causa peccata extiterunt, atque impietatis studium,

ἴασαι, ἢ πρὸς τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐτῶν ἀποβλέψας ἐν οἷς ἐν ταῖς συμφοραῖς γεγόνασι ταύταις, ἀρκοῦσαν ὑπὲρ ὧν ἥμαρτον λόγισαι τὴν τιμωρίαν τῶν ἐν τοσούτῳ χρόνῳ περιεσχηκότων αὐτοὺς κακῶν· ἐλέῳ τε οἰκείῳ τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν παραγραψάμενος ἅπαντα, καὶ τὴν παλαιὰν αὐτοῖς ἀπόδος εὐπραγίαν· ὥστε καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ οἰκισθῆναι τὸ πρότερον σχῆμα καὶ τὰς λοιπὰς τοῦ Ἰούδα πόλεις αὖθις συστῆναι.

Πρὸς δὲ ταῦτα ἐπάγει. "Καὶ ἀπεκρίθη κύριος παντοκράτωρ τῷ ἀγγέλῳ τῷ λαλοῦντι v. 13. p. [illegible]
ἐν ἐμοὶ ῥήματα καλὰ καὶ λόγους παρακλητικούς." Ἐδίδαξε καὶ διὰ τούτου ὅτι αὐτὸς τοῦ ἀναμέσον τῶν ὀρέων τῶν κατασκίων τοῦ λαλοῦντος ἐν αὐτῷ καὶ ἡ δέησις ἦν αὕτη· πρὸς ὃν λέγει τὸν θεὸν ἀποκεκρίσθαι πολλῆς ἀγαθότητος γέμοντας λόγους, καὶ πολλῶν ἀγαθῶν ἔχοντας ἐπαγγελίας, καὶ ἱκανὰς παντοίαν παράκλησιν τοῖς ἐν τοσούτοις τε καὶ τοιαύταις προσαγαγεῖν ἀνάγκαις· ἐφ' οἷς δὴ καὶ ὁ ἄγγελος τὸ θαρρεῖν λαβὼν, μηνύει τῷ προφήτῃ οἷάπερ αὐτῷ εἴρητο παρὰ τοῦ θεοῦ ἐπαγγελίαν μεγίστων ἔχοντα ἀγαθῶν, ἃ περὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ
ἐπιδείξεται τοῦ λοιποῦ λέγει δὲ οὕτως. "Καὶ εἶπε πρός με ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοί· ἀνά- v. 14.
κραγε λέγων· τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ· ἐζήλωκα τὴν Σιὼν καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ζῆλον
μέγαν· καὶ ὀργῇ μεγάλῃ ἐγὼ ὀργίζομαι ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ συνεπιτιθέμενα· ἀνθ' ὧν ἐγὼ v. 15.
μὲν ὠργίσθην ὀλίγα, αὐτοὶ δὲ συνεπέθεντο εἰς κακά· διὰ τοῦτο τάδε λέγει κύριος, ἐπιστρέψω
ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ ἐν οἰκτιρμῷ, καὶ ὁ οἶκός μου ἀνοικοδομηθήσεται ἐν αὐτῇ, λέγει κύριος v. 16.
παντοκράτωρ· καὶ μέτρον ἐκταθήσεται ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ ἔτι· καὶ εἶπε πρός με ὁ ἄγγελος ὁ
λαλῶν ἐν ἐμοί· ἀνάκραγε λέγων, τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ· ἔτι διαχυθήσονται v. 17.
πόλεις ἐν ἀγαθοῖς, καὶ ἐλεήσει κύριος ἔτι τὴν Σιὼν, καὶ αἱρετιεῖ ἔτι τὴν Ἱερουσαλήμ."

Δεξάμενος γάρ φησιν ἀπόκρισιν παρὰ τοῦ θεοῦ τοιαύτην ὁ ἄγγελος, αὐτός τε ἐπὶ τοῖς p. [illegible]
λεγομένοις ἥσθη, καὶ ἐμὲ θαρρεῖν ἐκέλευε περὶ πάντων εἰς τὸ ἑξῆς· ὥστε καὶ θαρροῦντα

et contumacia, misericordia malis eius medetor, et annorum numerum respiciens quibus his premuntur calamitatibus, sufficientem iam peccatis arbitrator punitionem mala haec, quae ipsos tanto tempore obruunt. Quamobrem clementia tua peccato omni deleto, pristinam redde prosperitatem: ut et Hierusalem iuxta priorem formam aedificetur, et reliquae Iudae civitates denuo consistant.

Insuper pergit dicere. "Responditque Dominus omnipotens angelo loquenti in me bona verba et sermones consolatorios." Ostendit his verbis hanc esse orationem illius qui inter montes umbrosos loquebatur in eo. Cui, inquit, respondisse Deum plenos benignitate sermones multorumque bonorum promissores, quique omnino ad consolandum sufficerent homines in tot tantisque angustiis versantes. Quibus verbis ipse angelus ad fiduciam erectus, significat prophetae, quae sibi Deus dixerat maxima bona spondens, quae deinceps urbi Hierusalem conferet. "Dixitque mihi angelus qui in me loquebatur: clama, dicens: "haec dicit Dominus omnipotens: zelatus sum Sion atque Hierusalem zelo magno. Et ira magna irascor ego super gentes quae hostiliter invaserunt: quoniam ego modice iratus fui, illae autem scelestam adgressionem fecerunt. Propterea haec dicit Dominus: revertar ad Hierusalem cum misericordia, et domus mea rursus aedificabitur in ea, dicit Dominus omnipotens, et mensura extendetur adhuc in Hierusalem. Et dixit mihi angelus qui loquebatur in me, clama dicens: haec ait Dominus omnipotens: adhuc affluent civitates bonis, et miserebitur adhuc Dominus Sion, et eliget Hierusalem."

Accepto inquit hoc a Deo responso angelus, tum ipse his dictis gavisus est, tum me quoque confidere iussit de omnibus in futurum: ita ut possem cum fidu-

μηνύειν ἅπασιν ὅτι σφόδρα ὑπὲρ τῆς Ἱερουσαλὴμ ὀργίζεται κατὰ τῶν τοσαύτην ὠμότητα ἐπιδειξαμένων εἰς αὐτούς· οἳ μείζονα τῆς ὀργῆς τῆς ἐμῆς τὴν τιμωρίαν αὐτοῖς ἐκ τῆς ἰδίας ἐπήγαγον κακίας· τοιγαροῦν ἁπάντων ἕνεκεν πολλῷ χρήσομαι περὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ τῷ ἐλέῳ· ὥστε καὶ τὸν οἶκον τὸν ἐμὸν ἐν αὐτῇ γεγονότα τὴν συνήθη τοῖς ἐπ' αὐτὸν συνιοῦσιν ὠφέλειαν παρέχεσθαι, καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐπὶ μεῖζον ἢ νῦν ἐκταθῆναι· καὶ πάσας δὲ συντόμως εἰπεῖν τὰς αὐτῇ προσηκούσας πόλεις ἐν ἀφθονίᾳ καταστῆναι πολλῶν· τότε γὰρ ἐλέῳ χρήσομαι πολλῷ περὶ αὐτήν· δεδοκίμακα πᾶν ὅ τι χρηστὸν ἐργάσασθαι εἰς αὐτήν τε καὶ τοὺς προσήκοντας αὐτῇ τοῦ λοιποῦ· εὔδηλον δὲ ὅτι ὅτ' ἂν λέγῃ τὸ ὀργίζομαι ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ συνεπιτιθέμενα, ἀνθ' ὧν ἐγὼ μὲν ὠργίσθην ὀλίγα, συνεπέθεντο δὲ εἰς κακά, περί τε τῶν ἐκπεπορθηκότων αὐτὴν Βαβυλωνίων λέγων, καὶ τῶν ὅπως ποτὲ εἰς τοῦτο συμπραξάντων αὐτοῖς, τὴν γενησομένην αὐτοῖς τιμωρίαν διὰ τούτων σημαίνει· δεδώκεσαν μὲν γὰρ ἤδη Βαβυλώνιοι δίκας, καὶ καθῄρητο μὲν αὐτῶν ἡ βασιλεία, εἴληπτο δὲ ἡ πόλις παντελῶς ὑπὸ Κύρου τοῦ Περσῶν βασιλέως· τετιμώρηντο δὲ οἱ συμπράξαντες αὐτοῖς Ἰδουμαῖοί τε καὶ οἱ λοιποὶ δὴ πάντες· ὥστε δῆλον ἐκεῖνο εἶναι τὸ παρ' ἡμῶν ἐπὶ τῆς ὑποθέσεως εἰρημένον, ὅτι
p. 621. πολλῶν μέμνηται γεγονότων ἤδη, βεβαιῶν αὐτὰ ταῖς οἰκείαις ἐπαγγελίαις ὁ θεός· ἐπεὶ καὶ σφόδρα τούτων ἔδει τότε τοῖς Ἰσραηλίταις, ἐν ἀμφιβόλῳ καὶ μετὰ τὴν ἐπάνοδον ἔχουσι τὴν οἰκείαν σωτηρίαν· ὡς μὴ δὲ τὸν ναὸν τὸν θεῖον ἀρξαμένους πέρας ἐκβαλεῖν, εἴτε διὰ τὴν ἐνόχλησιν τῶν ἐναντίων, εἴ τε καὶ διὰ τὴν αὐτῶν ῥαθυμίαν αὐξανομένην ὡς εἰκὸς τῇ τῶν πολεμίων κακίᾳ· δύο μὲν δὴ ταῦτα ἐκ τῆς ἀποκαλύψεως ἐγνωκέναι ἔφη, ὅτι τε τοὺς ἠδικηκότας τὸν λαὸν τιμωρήσεται ὁ θεός, καὶ ὅτι τὴν Ἱερουσαλὴμ εἰς τὴν παλαιὰν εὐπραγίαν ἀποκαταστήσει πάλιν.

Ἐπὶ βεβαιώσει δὲ ἀμφοτέρων ἀποκαλύψεις καθεξῆς ἐκτίθεται ἑτέρας, ἃς ἰδὼν αὐτὸς

cia palam significare, Deum magnopere Hierusalem causa irasci adversus eos qui tantam adversus illam exercuerunt crudelitatem; qui maiorem, quam ira mea tulisset, punitionem fecerunt adversus Israhelitas. Horum itaque omnium causa multam expromam erga Hierusalem misericordiam: ita ut domus quoque mea, quae illic est, consuetam convenientibus in ea utilitatem praebeat, et urbs Hierusalem maius adhuc spatium sit occupatura, ceteraeque ut summatim dicam ei subiectae urbes in multa rerum copia futurae sint. Tunc enim multam exhibebo urbi Hierusalem benignitatem: quippe decrevi nihil non boni huic facere in posterum, nec non ceteris ad eam pertinentibus. Sine dubio autem, cum se irasci dicit gentibus, quae Hierusalem hostiliter invaserant, cui ego modice iratus eram, ipsae autem scelestam adgressionem fecerant, de Babyloniis loquitur qui ipsam depopulati fuerant, deque aliis qui socii belli eius fuerunt; et impendentem illis poenam his verbis significat. Sane iam poenas luerant Babylonii, eorumque regnum corruerat, et urbs a Cyro Persarum rege occupata fuerat. Idumaei quoque Babyloniorum adiutores reliquique omnes puniti fuerant. Quamobrem apparet illud quod nos in argumento commentarii diximus, multas heic res memorari quae iam evenerant, quasque suis promissionibus confirmat Deus: his enim magnopere indigebant tunc Israhelitae, qui etiam post reditum de salute sua dubitabant: ita ut ne templi quidem aedificationi, quam coeperant, finem imponere curavissent, sive propter adversariorum molestiam, sive propter ipsorummet segnitiem, ab hostium malitia ut credibile est auctam. Verumtamen duo haec ex revelatione innotuisse ait, quod iudaici populi offensores puniturus sit Deus, et quod urbem Hierusalem in pristinam felicitatem restituturus.

Iamvero ad utriusque rei confirmationem, duas alias posthinc exponit revela-

τε τῆς ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις ἤδη πίστιν εἶχε βεβαίαν· καὶ δὴ καὶ σὺν τοῦ λαοῦ πάντας ἔπειθεν
ὁμοίως ἡγεῖσθαι· καὶ πρότερόν γε περὶ τῆς τῶν ἐναντίων τιμωρίας λέγει, ἥνπερ οὖν καὶ ἐπὶ
τῆς προκειμένης ἀποκαλύψεως προτέραν εἶπεν. " Καὶ ἦρα σὺν ὀφθαλμούς μου καὶ εἶδον v. 18.
τέσσαρα κέρατα· καὶ εἶπον πρὸς τὸν ἄγγελον τὸν λαλοῦντα ἐν ἐμοί, τί ἐστι ταῦτα κύριε; v. 19.
καὶ εἶπε πρός με, ταῦτα τὰ κέρατα τὰ διασκορπίσαντα τὸν Ἰούδαν καὶ τὸν Ἰσραὴλ καὶ τὴν
Ἱερουσαλήμ· καὶ ἔδειξέ μοι κύριος τέσσαρας τέκτονας· καὶ εἶπον, τί οὗτοι ἔρχονται ποιῆσαι v. 20.
κύριε; καὶ εἶπε, ταῦτα τὰ κέρατα τὰ διασκορπίσαντα τὸν Ἰούδαν καὶ τὸν Ἰσραήλ, καὶ κατ- v. 21.
έαξαν καὶ οὐδεὶς αὐτῶν ἦρεν κεφαλήν· καὶ ἐξῆλθον αὐτοὶ τοῦ ὀξῦναι αὐτὰ εἰς χεῖρας αὐτῶν· p. 452.
τὰ τέσσαρα κέρατα τὰ ἔθνη τὰ ἐπαιρόμενα κέρας ἐπὶ τὴν γῆν κυρίου, τοῦ διασκορπίσαι
αὐτήν. ,, Οἱ μὲν οὖν μυθολογεῖν ἐθέλοντες, τέσσαρα κέρατα τὸν Ἀσσύριον καὶ τὸν Βαβυ-
λώνιον τόν τε Μῆδον καὶ τὸν Πέρσην φασίν· οὐ γὰρ προσέχειν ἐθέλοντες, ὅτι πολλάκις τὸν
ἀριθμὸν ἡ θεία γραφὴ οὐκ ἀριθμοῦ γε ἕνεκεν ἀκριβολογουμένη λέγει, ἐπὶ δηλώσει δὲ
ἑτέρου τινός, φιλονικοῦσι μὲν ἐφαρμόζειν ὀνομασίας τῷ ἀριθμῷ· μυθολογεῖν δὲ ὡς εἰκὸς
ἀναγκάζονται εἰς τὴν τῶν πλασμάτων συνθήκην· ὅπερ οὖν πολλαχοῦ μὲν καὶ ἑτέρωθι πε-
πόνθασι, καὶ μὴν καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ μακαρίου Μιχαίου προφητείας λέγοντος *, ὅτι ἐγερθήσονται * Mich. V. 5.
ἐπὶ τὸν Ἀσσύριον ἑπτὰ ποιμένες καὶ ὀκτὼ δήγματα ἀνθρώπων· ἑπτὰ μὲν ἀνθρώπους
σὺν ποιμένας, ὀκτὼ δὲ ἀνθρώπους τὰ δήγματα ἀριθμεῖν φιλονικοῦντες, ἀναγκαζόμενοι
τὰ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν πλεῖστα γέλωτος ἄξια λέγειν· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον κἀνταῦθα τέσσαρα
κέρατα φασὶ σὺν προῤῥηθέντας ἡμῖν· οὐκ ἐννοοῦντες ὅτι πάλαι μὲν ὁ Ἀσσύριος τε καὶ ὁ
Βαβυλώνιος δεδώκεσαν δίκας· Μῆδοι δὲ ὑπὸ Κύρου καθῄρηντο· Πέρσαι δὲ οὐδὲν αὐτοὺς
καθάπαξ ἠδικηκότες εὑρίσκονται, τοὐναντίον μὲν οὖν καὶ τῆς αἰχμαλωσίας ἀφέντες.

Ἡ δὲ θεία γραφὴ τέσσαρα κέρατα οὐ ῥητοὺς τινὰς ἀνθρώπους λέγει, ἀλλ' ἐπειδὴ εἰς

tiones, quas cum ipse vidisset, firmam circa res dictas fidem retinebat, et populo universo ut idem existimaret suadebat. Priorem quidem de adversariorum punitione recitat, quam etiam in superiore revelatione primam posuerat. " Et levavi oculos meos, et vidi quatuor cornua. Et dixi angelo in me loquenti: quid sunt haec, Domine? Dixitque mihi: haec sunt cornua, quae disperserunt Iudam et Israhelem atque Hierusalem. Et ostendit mihi Dominus quatuor fabros. Et dixi: quid isti veniunt facere, Domine. Et dixit: haec sunt cornua quae disperserunt Iudam, atque Israhelem confregerunt, et nemo illorum levavit caput: et exierunt isti ad ea acuenda in manibus suis. Quatuor cornua, gentes sunt quae cornu extulerunt super terram Domini ut eam disperderent. ,, Qui ergo fabulas nectere volunt, quatuor cornua dicunt esse Assyrium, Babylonium, Medum, ac Persam: considerare enim nolentes, saepe numerum a divina scriptura haud accurate numeri causa dici, sed ob aliud aliquid significandum, appellationes numero accommodare contendunt; quamobrem vanas fabulas consequenter sequi coguntur, ut suum fictum commentum instruant: quod cum saepe alibi passi sunt, tum in beati Michaeae prophetia dicentis, consurrecturos adversus Assyrium septem pastores, et octo hominum morsus; septem quidem homines, pastores; octo autem homines, morsus numerare studentes; quod cum faciunt, multa risu digna ob hanc causam coguntur dicere. Pari modo heic quoque quatuor cornua dicunt esse quas nominavimus gentes: non reputantes, quod iamdiu Assyrius ac Babylonius poenas dederant; Medi autem a Cyro deleti fuerant; Persae denique nihil mali umquam Israhelitis intulerant, immo potius captivitate eos dimiserant.

τέσσαρα κέρατα μεμερίσθαι τὴν οἰκουμένην φαμέν, ἀνατολάς τε καὶ δυσμὰς καὶ ἄρκτον καὶ
p. 632. μεσημβρίαν, μέμνηται τῶν κλιμάτων τούτων πολλάκις τὸ πολλαχοῦ γινόμενον δηλοῦσα·
* Ps. CVI. 2. ὡς ὅταν ὁ μακάριος λέγῃ Δαυὶδ περὶ τῶν Ἰσραηλιτῶν· * εἰπάτωσαν οἱ λελυτρωμένοι ὑπὸ
κυρίου, οὓς ἐλυτρώσατο ἐκ χειρὸς ἐχθροῦ, καὶ ἐκ τῶν χωρῶν συνήγαγεν αὐτούς, ἀπὸ ἀνατολῶν
καὶ δυσμῶν καὶ βοῤῥᾶ καὶ θαλάσσης· εὔδηλον γὰρ ὅτι οὐκ εἰς τὰ τέσσαρα πέρατα τῆς οἰκουμέ-
νης διασκορπισθέντας τοὺς Ἰσραηλίτας συνήγαγεν ὁ θεός, ὑπὸ Βαβυλωνίοις δὲ καὶ Ἀσσυ-
ρίοις μόνοις αἰχμαλώτους ὄντας, εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανήγαγε γῆν· λέγει δὲ ἡ γραφὴ τὸ ἀπὸ
ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν καὶ βοῤῥᾶ καὶ θαλάσσης, ἵνα εἴπῃ ὅτι τοὺς πολλαχόθι διεσπαρμένους
ἤθροισέ τε καὶ ἐπανήγαγεν εἰς τὰ οἰκεῖα· οὕτως οὖν καὶ ἐνταῦθα τέσσαρα κέρατα λέγει,
ἵνα εἴπῃ τοὺς πολλαχόθεν αὐτοῖς ἐπεληλυθότας καὶ παντοίως αὐτοὺς βλάψαι βουληθέντας,
εἴτε Ἀσσυρίους εἴτε Βαβυλωνίους εἴτε Ἰδουμαίους, ἢ Μωαβίτας ἢ καὶ τοὺς λοιποὺς περιοίκους,
εἴθ' οὕς τινας δήποτε ἑτέρους· διὰ τοῦτο καὶ τέκτονας τέσσαρας βλέπει, ἵνα εἴπῃ τὰς λει-
τουργικὰς δυνάμεις, ὡς πολλαχόθεν αὐτοῖς τὴν τιμωρίαν ἐπαναγαγούσας, ἑκάστων τῶν
παρ' αὐτοῖς κατὰ τὴν ἀπόφασιν τιμωρησαμένων τὴν θείαν· τὸ δὲ ὀξῦναι τὰ κέρατα λέγει ἀντὶ
τοῦ ἐκλεπτῦναι αὐτὰ καὶ πάντα τὸν ὄγκον αὐτῶν ἀφελεῖν· ἵνα εἴπῃ τὴν προσκειμένην τοῖς
ἐπελθοῦσι δύναμιν ἀφανίσαι· ταῦτα δὴ τῇ ἀποκαλύψει τὴν τῶν ἠδικηκότων τοὺς Ἰσραη-
p. 633. λίτας τιμωρίαν βεβαιώσας ὁ προφήτης, ἑτέραν ἀποκάλυψιν λέγει δειχθεῖσαν αὐτῷ δη-
λωτικὴν τῆς κατὰ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀνανεώσεως· λέγει δὲ οὕτως.

Divina igitur scriptura quatuor cornua non aliquos nominatim homines dicit; sed quia in quatuor partes distributum orbem dicimus, orientem, occasum, septentrionem, ac meridiem, commemorat saepe haec climata, ut quae multis in locis fiunt designet. Veluti cum dicit beatus David de Israhelitis: dicant redempti a Domino, quos redemit de manu inimici, et de regionibus congregavit eos, ab oriente, ab occasu, a borea, et a mari. Atqui constat, quod nequaquam per quatuor orbis terminos dispersos Israhelitas congregavit Deus, sed sub Babyloniis tantummodo atque Assyriis servitutem servientes in propriam regionem restituit. Dicit autem scriptura ab oriente et occasu et borea et mari, ut denotet quod multis locis dispersos congregaverit atque in patriam reduxerit. Sic ergo heic quoque quatuor cornua dicit, ut designet populos undecumque Israhelitis hostiliter supervenientes, et omnimodis eis nocere volentes, sive hi Assyrii fuerint, sive Babylonii, sive Idumaei, sive Moabitae, sive ceteri finitimi, sive denique alii quilibet. Ea propter quatuor etiam fabros videt, ut ministratorias potestates dicat, quasi variis ex locis supplicia iis populis adducentes, dum singulae iuxta Dei decretum ab illis poenas reposcunt. Iam cornua exacuere dicit, pro, illa extenuare, atque omni asperitate spoliare; id est vires, quibus ii adgressores suffulti erant, eripere. Postquam hac revelatione poenam offensoribus Israhelitarum imponendam propheta adfirmavit, aliam pergit narrare sibi factam revelationem, quae urbis Hierusalem instaurationem demonstrabat. Sic autem dicit.

ΚΕΦ. Β'.

« Καὶ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου καὶ εἶδον· καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ, καὶ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ σχοινίον v. 1.
γεωμετρικόν· καὶ εἶπον πρὸς αὐτὸν, ποῦ σὺ πορεύῃ; καὶ εἶπε πρός με, διαμετρῆσαι τὴν Ἱερου- v. 2.
σαλὴμ, τοῦ ἰδεῖν πηλίκον τὸ πλάτος αὐτῆς ἐστι καὶ πηλίκον τὸ μῆκος· καὶ ἰδοὺ ὁ ἄγγελος
ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ εἱστήκει· καὶ ἄγγελος ἕτερος ἐξεπορεύετο εἰς συνάντησιν αὐτοῦ· καὶ εἶπε
πρὸς αὐτὸν λέγων, δράμε καὶ λάλησον πρὸς τὸν νεανίσκον ἐκεῖνον λέγων, κατακάρπως
κατοικηθήσεται Ἱερουσαλὴμ ἀπὸ πλήθους ἀνθρώπων καὶ κτηνῶν τῶν ἐν μέσῳ αὐτῆς· καὶ v. 3.
ἐγὼ ἔσομαι αὐτῇ, λέγει κύριος, τεῖχος πυρὸς κυκλόθεν, καὶ εἰς δόξαν ἔσομαι ἐν μέσῳ v. 4.
αὐτῆς. » Ἐπειδὴ τοῖς τὰς οἰκοδομὰς ἐργαζομένοις σχοινίῳ μετρεῖν ἔθος ἐπὶ τῆς γῆς, τά
τε πλάτη καὶ τὰ μήκη καὶ τοὺς τύπους τῆς οἰκοδομῆς, ἀναγκαίως ἄγγελον ὁρᾷ πάλιν κατὰ
τὸ εἰωθὸς ἐν ἀνθρώπου μορφῇ, σχοινίον κατέχοντα τοῦτο· ὃς ἐρωτηθεὶς κατὰ τὴν γινομένην
ἀποκάλυψιν τῷ προφήτῃ, ὅποι περ ἄπεισιν, μετρῆσαι ἔφη τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀπιέναι τὴν οἰκο- v. 6.
δομὴν, ὁποίαν τε καὶ ὅσην αὐτὴν γενέσθαι προσήκει· εἶτα λέγει μὲν πρὸς τὸν ἄγγελον τὸν
ἐν αὐτῷ λαλοῦντα, ὃν ἐν τοῖς ἀνωτέροις ἐν ἀνθρώπου μορφῇ καθήμενον εἶδεν ἐφ᾽ ἵππου
πυῤῥοῦ ἀναμέσον τῶν ὀρέων τῶν κατασκίων· (τοῦτο γὰρ ἡμῖν ἐκ τῶν προειληφότων ἐγένετο
δῆλον, ὅτι τὸν αὐτὸν ἄγγελον ἀναμέσον τε ἑωρακέναι τῶν ὀρέων ἔφη, καὶ δὴ καὶ λαλεῖν ἐν
αὐτῷ·) τοῦτον δὴ καὶ νῦν ἑωρακέναι φησὶν ἑστῶτα ὡς ἂν ἡδόμενον ἐπὶ τοῖς γινομένοις· καὶ p. 455.
ὅτι τὰ τῆς δεήσεως αὐτοῦ τῆς πρὸς τὸν θεὸν πρὸς πέρας ἧκται, ἣν ὑπέρ τε τῆς Ἱερουσαλὴμ
καὶ τοῦ ἔθνους προσήγαγε τῷ θεῷ, τοῦ μὴ μόνον δειχθῆναι τὴν ἐπαχθησομένην τοῖς ἠδικη-
κόσιν αὐτοὺς τιμωρίαν· ἀλλὰ γὰρ φανῆναι καὶ τὸν τὸ σχοινίον ἔχοντα τὸ γεωμετρικὸν σύμβολον
τοῦ ἐν ἔργῳ τῆς πόλεως εἶναι λοιπὸν τὴν οἰκοδομήν· εἶτα λέγει ὅτι ἕτερος ἄγγελος ἀποσταλεὶς
ἔφη πρὸς αὐτόν· ὥστε καὶ εἰπεῖν τῷ νεανίσκῳ τὸ γεωμετρικὸν ἔχοντι δηλονότι σχοινίον· ὅτι

CAP. II.

« Levavique oculos meos, et vidi, et ecce vir in cuius manu funiculus geometricus. Dixique ei: quò tu pergis? Et dixit mihi: ut dimetiar Hierusalèm, et videam quanta sit latitudo eius et quanta longitudo. Et ecce angelus qui loquebatur in me stabat, et angelus alius egrediebatur in occursum eius. Dixitque ei dicens: curre et loquere adulescentulo illi, dicens: copiose habitabitur Hierusalem a multitudine hominum et iumentorum in medio eius. Et ego ero illi, dicit Dominus, murus ignis, et in gloria ero in medio eius. » Quandoquidem mos est aedificantium funiculo terram metiri, latitudinem scilicet et longitudinem atque formas struendi aedificii, necessario angelum videt rursus more solito humana specie, funiculum hunc tenentem; qui interrogatus, ut facta prophetae revelatio narrat, quonam abiret? ad dimetiendam, inquit, Hierusalem aedificationem, qualem quantamque eam fieri oporteat. Deinde ait angelo, qui in ipso loquebatur, quem in superioribus dictum est ab eo visum equo rufo insidentem inter montes umbrosos (etenim nobis ex ante dictis perspicuum fit, eundem esse, quem inter montes vidisse dixerat, atque illum qui in ipso loquebatur.) Hunc, inquam, nunc quoque vidisse ait stantem, et de re quae gerebatur laetantem; et quod ipsius ad Deum oratio scopum esset adsecuta, illa nimirum quam pro Hierusalem et pro gente Deo obtulerat: cuius exitus erat, non solum poenae ostensio quam Deus inimicis impositurus erat, verum etiam visio angeli tenentis funiculum, quod erat indicium coepti iam urbis

γὰρ αὐτὸν κέκληκεν ὡς ἐπὶ τῆς ἀποκαλύψεως εἶδεν ὁ προφήτης τῇ ὄψει τοῦ νεανίσκου δειχθέντα, εἰς δήλωσιν τοῦ μετὰ πάσης ἰσχύος εἰς πέρας τὰ προκείμενα ἄξειν. λέγει τοίνυν φησὶν ὁ ἀποσταλεὶς ἄγγελος τῷ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντι ἀγγέλῳ, μετὰ τάχους τε δραμεῖν καὶ εἰπεῖν τῷ νεανίσκῳ, ὅτι σφόδρα μετὰ πολλῆς τῆς εὐθηνίας ἡ Ἱερουσαλὴμ οἰκηθήσεται ἀπὸ ἀνθρώπων τε καὶ κτηνῶν τῶν ὑπηρετουμένων αὐτοῖς στενοχωρουμένη· ὡς ἂν ταῦτα γνοὺς ἐπὶ μεῖζον ἐκτείνειεν τῆς πόλεως τό τε πλάτος καὶ τὸ μῆκος ὀφειλούσης ἀρκεῖν τῷ πλήθει τῶν οἰκησόντων αὐτήν· παρέξομεν γὰρ αὐτῇ φησὶ πᾶσαν ἀσφάλειαν τὴν ἐξ ἐμοῦ μείζονα ἢ τεῖχος ἐκ πυρὸς κατεσκευασμένον παράσχοι ἂν αὐτάρκες ὂν συμφλέγειν τοὺς ἐπιόντας· φανήσομαι δὲ ἐπ' αὐτῶν ἔργων διὰ τῆς εἰς αὐτοὺς κηδεμονίας· ὥστε παρὰ πᾶσιν ἐν εὐφημίαις τε εἶναι καὶ ἐπαίνοις, ὑπὲρ τοῦ μεγέθους τῶν εἰς αὐτοὺς εὐεργεσιῶν.

p. 430. Ἐπισημαντέον δὲ κἀκεῖνο ἐν τῷ μέσῳ, ὅτι ὁ ἀποσταλεὶς ἄγγελος τῷ ἀγγέλῳ τῷ λαλοῦντι ἐν αὐτῷ, τουτέστι τῷ ἐν μέσῳ τῶν ὀρέων ἐπιβεβηκότι τοῦ ἵππου τοῦ πυρροῦ, λέγει δράμε καὶ λάλησον πρὸς τὸν νεανίσκον ἐκεῖνον· εἰ δὲ κατὰ τοὺς μυθολογεῖν ἐθέλοντας ὁ ἐν μέσῳ τῶν κατασκίων ὀρέων φανεὶς, ὁ τοῦ θεοῦ ἦν υἱὸς, πῶς οἷόν τε ἦν τὸν ἄγγελον τολμῆσαι πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν, δράμε καὶ λάλησον πρὸς τὸν νεανίσκον ἐκεῖνον, λέγων, κατακάρπως κατοικηθήσεται ἡ Ἱερουσαλήμ; ἄγγελον μὲν γὰρ τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ κελεύειν, τῶν ἀδυνάτων ἦν, καὶ νομίζειν δὲ τοῦτο τῆς ἐσχάτης ἐστὶν ἀσεβείας· ἄγγελον δὲ ἀγγέλῳ σημαίνειν τὸ πρακτέον, θαυμαστὸν οὐδέν· ἐπειδὴ τῶν ὑπηρετῶν ἴδιον μηνύειν ἀλλήλοις τὰ δεσποτικὰ βουλήματα, καὶ πολλῷ γε πλέον τοὺς ἐπὶ τοῦτο πεμπομένους παρὰ τοῦ πάντων κυρίου, οἷόν τι καὶ νῦν ἐγίνετο· τοῦ γὰρ ἀγγέλου τοῦ λαλοῦντος ἐν αὐτῷ τὴν ὑπὲρ τῆς πόλεως προσαγαγόντος δέησιν, εἰκότως ὁ πεμφθεὶς ἄγγελος κατὰ γνώμην θεοῦ, δραμεῖν αὐτῷ καὶ λαλῆσαι κελεύει τὰ προσήκοντα πρὸς τὸν νεανίσκον, ὡς ἂν εὐαγγελιζόμενος ὅτι περ αὐτῷ τὰ τῆς δεήσεως

aedificii. Deinde ait, alterum angelum missum, huic dixisse ut adulescentulo loqueretur geometricum habenti funiculum. Sic enim hunc nominat, quemadmodum in revelatione viderat eum propheta speciem adulescentuli prae se ferentem, ob significandum robur omnimodum quo res proposita ad exitum deducetur. Ait igitur missus angelus loquenti in me angelo, ut celeriter currat dicatque adulescentulo, fore ut magnopere multaque copia habitetur Hierusalem, ab hominibus et iumentis operam his praebentibus prope angustiata: sicque ait, ut re cognita, in maius spatium extendat latitudinem urbis ac longitudinem, quae incolarum multitudini sufficere debeat. Et quidem nos maius ei praesidium praebebimus, quam murus igne constructus exhiberet qui adgredientes valeret comburere. Nam me conspicuum factis ipsis et providentia erga ipsos efficiam: et laudibus praeconiisque celebrabor ob meorum erga eos magnitudinem beneficiorum.

Illa quoque dictio animadvertenda est " inter „ quod nempe angelus, angelo loquente in propheta, id est angelo inter montes, equo rufo insidenti, ait: curre et loquere adulescentulo illi. Nam si iuxta hos mythologos, is qui inter montes umbrosos apparebat, Dei erat filius, qui audere potuisset illi dicere: curre et loquere adulescentulo illi dicens: copiose habitabitur Hierusalem? Etenim angelum filio Dei praecipere aliquid, impossibile est; et hoc credere, summae impietatis est: at angelum angelo significare quid agendum sit, nil mirum: nam et famulorum est invicem denunciare voluntates dominicas, multoque magis hoc decet illos qui ab omnium domino ad id mittuntur, prout nunc accidit. Namque angelo qui loquebatur in propheta, et pro urbe orabat, merito angelus missus ex sententia Dei, currere

ἧκται πρὸς πέρας, καὶ δέδοκται μὲν περὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ τῷ θεῷ τὰ κρείττω· χρὴ δὲ καὶ αὐτὸν ὡς ἰσχύσαντα ἐφ' οἷς ἐδεήθη παρὰ τοῦ θεοῦ, μεθ' ἡδονῆς τι τοῖς κεκελευσμένοις ὑπηρετεῖσθαι, καὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους τῷ ἐπὶ τὴν οἰκοδομὴν ἀποσταλέντι τῆς πόλεως γνωρίσαι τὰ περὶ αὐτῆς δόξαντα τῷ θεῷ.

'Αλλὰ γὰρ ἀναγκαίως θάρσους ἐκ τῶν δειχθέντων ὁ προφήτης πληρωθεὶς ἐβόα λέγων· v. 6. p. 457.
« ὦ ὦ φεύγετε ἀπὸ γῆς βοῤῥᾶ, λέγει κύριος· διότι ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων τοῦ οὐρανοῦ
συνάξω ὑμᾶς, λέγει κύριος· εἰς Σιὼν ἀνασώζεσθε, οἱ κατοικοῦντες θυγατέρα Βαβυλῶνος. » v. 7.
Κελεύει γὰρ δὴ καὶ τοῖς λοιποῖς τῶν ἐπὶ τῆς αἰχμαλωσίας οὖσιν ἔτι, μετὰ πολλῆς ἐκτρέχειν τῆς σπουδῆς ἐπὶ τὸ Σιὼν ὄρος, θαῤῥοῦντας τοῖς ἐπηγγελμένοις τῷ θεῷ περὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ, ὃς ὑπέσχετο πανταχόθεν αὐτοὺς εἰς αὐτὴν συνάξειν· κἀνταῦθα μέν τοι πάλιν τὸ ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων οὐκ ἀριθμόν τινα, ἀλλὰ τὸ πανταχόθεν δηλοῖ, ὡς ἂν θαῤῥοῦντες οἱ τὴν βαβυλωνίων οἰκοῦντες χώραν ἔτι τῶν Ἰουδαίων, ἐπὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐπείγοιντο πάντες· οὗπερ διάγοντες βεβαίαν ἕξουσι τὴν λοιπὴν τῆς σωτηρίαν, τοῦ θεοῦ κατὰ τὰς οἰκείας αὐτοὺς φυλάττοντος ἐπαγγελίας, ὅτι μὲν καθῄρητο τότε Βαβυλὼν, καὶ πᾶσα πέπαυτο ὁ βαβυλωνίων ἀρχὴ, κατὰ τὸν Δαρείου τοῦ βασιλέως καιρὸν δῆλον· ἀλλ' ὅμως μελλόντων τινῶν κατ' ἐκεῖνον ὀφείλοντας τὸν καιρὸν ἀνελθεῖν· καὶ γὰρ ἀνῆλθον ἐπὶ Δαρείου οὐκ ὀλίγοι τὸν ἀριθμόν· ὅμως ἐκ τῆς Βαβυλῶνος αὐτοὺς ἐπανήκειν κελεύει, ἵνα εἴπῃ τῆς αἰχμαλωσίας ἣν ὑπὸ βαβυλωνίων ὑπομεμενήκεσαν· πρόδηλον δὲ ὡς ἐν ἐπιτάγματος σχήματι μελλόντων τὴν ἐσομένην ποιεῖται.
« Διότι τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ· ὀπίσω δόξης ἀπέσταλκέ με ἐπὶ τὰ ἔθνη v. 8.
τὰ σκυλεύσαντα ὑμᾶς· διότι ὁ ἁπτόμενος ὑμῶν, ὡς ὁ ἁπτόμενος τῆς κόρης τοῦ ὀφθαλμοῦ v. 9. p. 458.
αὐτοῦ· διότι ἐγὼ ἐπιφέρω τὴν χεῖρά μου ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἔσονται σκῦλα τοῖς δουλεύουσιν αὐ-

ipsi imperat et loqui quae opus erat adulescentulo, atque nunciare preces eius scopum esse adsecutas, Deique voluntatem erga Hierusalem factam esse benignam: oportere autem ipsum propter impetratum Dei favorem, libenter iussibus obsequi; et celeriter admodum, ei qui ad aedificandam urbem missus fuerat, significare quae Deus de ipsa decreverat.

Age vero necessaria fiducia ab his ostentis propheta repletus exclamabat dicens: " o, o, fugite a terra boreali, dicit Dominus; quoniam a quatuor ventis caeli congregabo vos, dicit Dominus. Ad Sion salvi confugite, vos qui nunc apud filiam Babylonis incolitis. „ Mandat etiam reliquis, qui adhuc in captivitate versantur, ut multa cum festinatione ad Sionis montem accurrant, confidentes Dei promissionibus de Hierusalem, qui undecumque eos illuc se congregaturum spoponderat. Atque heic rursus dictio a quatuor ventis, haud aliquem numerum, sed potius undecumque denotat, ut Iudaei qui adhuc babylonicam regionem incolebant, ad urbem Hierusalem cuncti festinarent; in qua degentes stabili posthinc salute perfruentur, Deo ipsos iuxta promissa sua custodiente: quia iam tum deleta fuerat Babylon, totaque Babyloniorum dominatio desiverat, Darii nimirum regis temporibus. Simul tamen praedicit de illis qui per illud tempus redituri erant. Nam reapse redierunt sub Dario non pauci: nihilominus iubet eos Babylone reverti, id est de captivitate quam a Babyloniis perpessi erant. Constat autem prophetam sub iussi figura praedictionem rei futurae facere.

" Haec enim ait Dominus omnipotens: post gloriam misit me ad gentes quae spoliaverunt vos: quia qui tetigerit vos, quasi qui tangat pupillam oculi eius. Quia ecce ego inferam manum meam super eos; et erunt praedae iis qui servierant ipsis;

τοῖς, καὶ γνώσεσθε ὅτι κύριος παντοκράτωρ ἀπέσταλκέ με. „ Ταῦτα γὰρ ὑμῖν φησὶν εἰρημένα λέγω, τοῦ εἰρηκότος κελεύσαντος θεοῦ, ὃς ἀπέσταλκέ με τὴν δόξαν ὑμῖν γνωριοῦντα, καὶ τὸ μέγεθος τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἧς ἐπιδείξεται κατὰ τῶν ὑμᾶς ἠδικηκότων· οὕτως ὀργιζόμενος ἐπὶ τοῖς τι λυπεῖν ὑμᾶς βουλομένοις, ὡς ἂν ὀργισθείη εἴ τις αὐτοῦ τὰς κόρας βλάπτοι τῶν ὀφθαλμῶν· εὔδηλον μὲν οὖν ὅτι ἀνθρωπίνως τὸ τῆς κηδεμονίας ἐξαίρετον εἰπεῖν ἠβουλήθη· οὕτω δὲ βαρεῖαν ἐπάξω φησὶ τοῖς ἐχθροῖς τοῖς ὑμετέροις τὴν τιμωρίαν, ὥστε ὑπ' ἐκείνων ἐκπολιορκηθῆναι τε καὶ πορθηθῆναι οὓς τὸ πρότερον ἐν δούλων εἶχον τάξει· ὡς ἂν ἐξ αὐτῶν γένοιτο δῆλον τῶν πραγμάτων, ὅτι γνώμῃ θεοῦ τοῦ πάντων κυρίου εὐαγγελίζομαι ταῦτα ὑμᾶς· εἶτα καὶ πρὸς τὴν πόλιν ἀποστρέψας τὸν λόγον· θυγατέρα γὰρ τῆς Σιὼν τὴν Ἱερου-
v. 10. σαλὴμ εἴωθεν ὀνομάζειν. " Τέρπου καὶ εὐφραίνου θύγατερ Σιών· διότι ἰδοὺ ἐγὼ ἔρχομαι,
καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου, λέγει κύριος. „ Ἐν ἡδοναῖς ἔσο τοῦ λοιποῦ, ἕξεις γάρ με
v. 11. ἐν σοὶ τῇ κηδεμονίᾳ δεικνύμενον. " Καὶ καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν κύριον ἐν
τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· καὶ ἔσονται αὐτῷ εἰς λαὸν, καὶ κατασκηνώσουσιν ἐν μέσῳ σου, καὶ γνώσῃ
v. 12. ὅτι κύριος παντοκράτωρ ἐξαπέσταλκέ με πρός σε· καὶ κατακληρονομήσει κύριος τὸν Ἰούδαν
p. 160. τὴν μερίδα αὐτοῦ ἐπὶ τὴν ἁγίαν γῆν, καὶ αἱρετιεῖ ἔτι τὴν Ἱερουσαλήμ. „ Τοσαύτην δέ φησι τὴν
περὶ ὑμᾶς ἐπιδείξομαι κηδεμονίαν, ὥστε καὶ τῶν ἀλλοφύλων πολλοὺς ἐφ' ὑμᾶς καταφυγεῖν, θεὸν ὁμολογοῦντας ἑαυτῶν ἐμὲ τὸν παρ' ὑμῖν γνωριζόμενον· οἳ καὶ τῶν οἰκείων ἀποστάντες τόπων τὴν οἴκησιν αἱρήσονται τὴν ἐν σοὶ διὰ τὴν κηδεμονίαν τὴν ἐμήν· τότε δὴ μάλιστα γνώσεσθέ με θεοῦ γνώμῃ τοῦ πάντων κυρίου ταῦτα ὑμῖν εὐαγγελιζόμενον, ὃς τῷ τε Ἰούδᾳ τὴν παλαιὰν αὐτοῦ μερίδα τῆς γῆς ἀποδώσει, πᾶσαν τὴν Ἱερουσαλήμ τε ἀποφανεῖ παρὰ πᾶσι λαμπράν.
v. 13. Εἶτα ἀκολούθως ἐπάγει· " εὐλαβείσθω πᾶσα σὰρξ ἀπὸ προσώπου κυρίου, ὅτι ἐξε-
γήγερται ἐκ νεφελῶν ἁγίων αὐτοῦ. „ Ὥστε πᾶσιν ὁμοίως τοῖς τε οἰκείοις καὶ τοῖς ἀλλοφύλοις

et cognoscetis quia Dominus omnipotens misit me. „ Haec ego, inquit, vobis effata recito, Dei qui sic est elocutus iussu, qui misit me gloriam eius nunciaturum, ac magnitudinem potentiae suae, quam contra offensores vestros ostendet: tantopere iis succensens qui vos vexare voluerunt, quanto iis irasceretur qui oculorum ipsius pupillas laederet. Patet autem Deum humano loquendi more eximiam providentiam suam denotare voluisse. Tam gravem, inquit, inimicis vestris poenam inferam, ut ab illis expugnandi sint atque vastandi, quos antea famulorum loco habebant. Quamobrem ex ipso rerum eventu patefiet, me Dei voluntate omnium domini haec vobis nunc denunciare. Deinde ad urbem quoque sermonem convertens (nam filiam Sion solet Hierusalem appellare) " laetare, inquit, et gaude, filia Sion, quia ecce ego venio, et habitabo in medio tui, dicit Dominus. „ Laetitiis posthinc incede, habebis enim me tecum, tutelae vi demonstratum. " Confugientque gentes multae ad Dominum die illa: eruntque ei in populum, et in medio tui habitabunt, et cognosces quod me omnipotens Dominus ad te miserit. Et possidebit Dominus Iudam quasi partem suam in terra sancta, et eliget adhuc Hierusalem. „ Tantam, inquit, vestri sollicitudinem prae me feram, ut alienigenae quoque multi ad vos accursuri sint, Deumque me confessuri qui apud vos agnoscor: isti, inquam, a suis locis digredientes, habitare apud te malent, patrocinium meum exquirentes. Tum vero maxime vos cognoscetis, me Dei omnium domini voluntate haec vobis nunciare, qui et Iudae veterem terrae adsignatae partem restituet, totamque Hierusalem cunctis splendidam efficiet.

Deinde pergit dicere. " Timeat universa caro a facie Domini, quoniam con-

ἁρμόττειν δεδοικέναι λοιπὸν τὸν θεόν, ὃς ἐκ τῶν ἀνωτέρω τόπων, οὓς οἰκεῖν τε εἴωθε καὶ ἁγίους ἐκ τῆς οἰκήσεως ἀποδεικνῦναι τῆς οἰκείας, κεκίνηται ἐπὶ βοήθειαν ἡμετέραν ἐλθεῖν, τοῦτον φοβεῖσθαι πᾶσιν ἁρμόττον τοῖς τε οἰκείοις, ὡς ἂν μὴ παρανομοῖεν καθάπαξ, καὶ τοῖς ἀλλοφύλοις ὡς ἂν μηδὲν περὶ τῶν αὐτοῦ προσήκοντας ἐπιχειροῖεν ἔτι· οὕτω δὴ τῆς ἀποκαλύψεσι ταύταις τὰ ἐπὶ τῆς πρόσθεν ἀποκαλύψεως μηνυθέντα βεβαιώσας, ὅτι τιμωρήσεται τῶν ἐναντίους, καὶ ὅτι εὐποιήσει τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἅπαντάς τε τῶν προσήκοντας αὐτῇ τῶν Ἰουδαίων, ἐφ᾽ ἑτέρας ἀποκαλύψεις τρέπεται μάλα γε πρὸς τὸ προκείμενον ἀναγκαίας· ἐν αἰχμαλωσίᾳ μὲν γὰρ τυγχάνοντες, καὶ βασιλέως ἐστέρηντο καὶ ἱερέως, ἃ δὴ κυριώτατα p. 400. πρὸς τὴν τοῦ ἔθνους συγκρότησιν ἦν· τοῦ βασιλέως μὲν ἔν τε τοῖς πολέμοις καὶ τῇ τῶν λοιπῶν διοικήσει τὴν χρείαν παρεχομένου τὴν οἰκείαν, τοῦ ἱερέως δὲ τῶν τε δεήσεων καὶ τῶν ἱκετειῶν καὶ πάσης δὴ τῆς θεῷ προσηκούσης ἐξάρχοντος λειτουργίας· ὅπερ οὖν καὶ ὁ προφήτης Ὠσηὲ προλέγων *, διότι ἡμέρας φησὶ πολλὰς καθίσονται οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ οὐκ ὄντος ἄρχοντος, * Os. III. 4. οὐδὲ οὔσης θυσίας, οὐδὲ ὄντος θυσιαστηρίου, οὐδὲ ἱερατείας, οὐδὲ δήλων· δεικνύει δὲ διὰ τῆς παρούσης ἀποκαλύψεως ὁ θεὸς τῷ προφήτῃ εἰς διδασκαλίαν παντὸς τοῦ λαοῦ, ὅτι καὶ ταῦτα ἃ δὴ μέγιστά τε ἦν καὶ πρῶτα καὶ ἀναγκαῖα πρὸς τὴν τοῦ κοινοῦ συγκρότησιν, ὧνπερ ἐπὶ τῆς αἰχμαλωσίας εἰκὸς ἐστέρηντο, ἀποδοθήσεται νῦν αὐτοῖς παρὰ τοῦ θεοῦ, ἅτε τῆς πόλεως σὺν τῷ ἔθνει πᾶσαν τὴν εὐκοσμίαν ἀπολαμβάνειν μελλούσης τὴν οἰκείαν· λέγει τοίνυν οὕτως.

ΚΕΦ. Γ΄.

« Καὶ ἔδειξέ μοι κύριος τὸν Ἰησοῦν τὸν ἱερέα τὸν μέγαν ἑστῶτα πρὸ προσώπου ἀγγέλου v. 1.
κυρίου· καὶ ὁ διάβολος εἱστήκει ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ τοῦ ἀντικεῖσθαι αὐτῷ· καὶ εἶπε κύριος πρὸς v. 2.
τὸν διάβολον· ἐπιτιμήσαι κύριος ἐν σοὶ διάβολε, καὶ ἐπιτιμήσαι κύριος ἐν σοὶ ὁ ἐκλεξά-

surrexit de nubibus sanctis suis. „ Cunctos aeque tum domesticos tum alienigenas timore Dei percelli deinceps decet, qui de supernis locis, quos incolere solet, quosque sanctos incolatu suo efficit, nunc vero ad opem nobis ferendam procedit. Hunc a suis omnibus timeri oportet, ut omnino non peccent; ab alienigenis autem, ne umquam postea populum ei addictum laedere ausint. Sic igitur postquam his revelationibus, res priore revelatione praedictas confirmavit, nempe quod adversarios puniet, et urbi Hierusalem bene faciet, nec non omnibus in ipsius ditione Iudaeis; ad alias transit revelationes huic proposito apprime congruas. Etenim in captivitate versantes, rege carebant ac sacerdote, qui ambo maxime ad firmam gentis constitutionem necessarii erant: ut rex nimirum bellis gerendis reliquisque regni usibus exsequendis operam suam navaret: sacerdos autem precibus et supplicationibus, et universae Deo debitae liturgiae praeesset. Quod Oseas quoque propheta praedicens; quia dies multos, inquit, sedebunt filii Israhelis sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine vatibus. Praesente vero revelatione ostendit prophetae Deus ad totius populi eruditionem, fore ut haec ipsa quae ad continendam rempublicam maxima sunt et prima ac necessaria, quibus in captivitate carebant, ipsis a Deo reddantur: quia urbs nimirum cum gente omnem ornatum suum receptura erat. Sic ergo ait.

CAP. III.

" Et ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum, stantem ante faciem angeli Domini, et diabolus stabat a dextris eius, ut adversaretur ei. Et dixit Do-

v. 3. μένος τῆς Ἱερουσαλήμ· οὐκ ἰδοὺ τοῦτο ὡς δαλὸς ἐξεσπασμένος ἐκ πυρός; καὶ Ἰησοῦς ἦν ἐνδε-
v. 4. δυμένος ἱμάτια ῥυπαρὰ, καὶ εἱστήκει πρὸ προσώπου τοῦ ἀγγέλου· καὶ ἀπεκρίθη καὶ εἶπε πρὸς
p. 461. τοὺς ἑστηκότας πρὸ προσώπου αὐτοῦ λέγων· ἀφέλετε τὰ ἱμάτια τὰ ῥυπαρὰ ἀπ' αὐτοῦ· καὶ
v. 5. εἶπε πρὸς αὐτὸν, ἰδοὺ ἀφήρηκα ἀπὸ σοῦ τὰς ἀνομίας σου· καὶ ἐνδύσατε αὐτὸν ποδήρη, καὶ
ἐπίθετε μίτραν καὶ κίδαριν καθαρὰν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ· καὶ περιέβαλον αὐτὸν ἱμάτια,
καὶ ἐπέθηκαν μίτραν καὶ κίδαριν καθαρὰν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. „ Ἀναγκαίως δὴ τῆς ἱερω-
σύνης τὴν ἀποκατάστασιν ἐπὶ τοῦ προσώπου τοῦ ἱερέως ὁρᾷ, ἅτε καὶ τῆς ἱερωσύνης οὐ καθ' αὐ-
τὴν φαινομένης, ἀλλ' ἐπὶ τῶν μεταχειρίζεσθαι τεταγμένων αὐτήν· ὁρᾷ τοίνυν Ἰησοῦν τὸν
ἱερέα τὸν μέγαν, μέγαν δὲ λέγει τὸν κατὰ διαδοχὴν τὴν τῷ Ἀαρὼν προσήκουσαν ἐκτελοῦντα
λειτουργίαν, πρὸς ἀγγέλου μὲν ἑστῶτα, ἐπειδὴ πάντων μὲν ἀνθρώπων ἄγγελοι τὴν ἐπιστα-
* Matth. XVIII. 10. σίαν εἰσὶν ἐπιτεταγμένοι (1)· καθὼς ὅ τε κύριος ἐν τοῖς εὐαγγελίοις φησίν· * οἱ ἄγγελοι
αὐτῶν διὰ παντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ἔν τε ταῖς πράξεσι
* Act. XII. 15. τῶν μακαρίων ἀποστόλων *, ὅτι ἄγγελος αὐτοῦ ἐστι, περὶ τοῦ μακαρίου λέγοντες Πέτρου· ἀναγ-
καίως δὲ καὶ τοῦτο πρὸ προσώπου φαίνεται ἀγγέλου, τουτέστι τοῦ τὴν κηδεμονίαν αὐτοῦ κατὰ θείαν
* num pro εὗπερ? ἐπιτεταγμένου βουλήν· εἱστήκει δὲ καὶ ὁ διάβολος τοῦ ἀντικεῖσθαι αὐτῷ, ὅπερ * ἔργον ἀντιπαρατ-
ταν τοῖς τῶν ἀνθρώπων ἀγαθοῖς· τοῦτο δή φησι, καὶ τότε ἐπηρεάζειν αὐτῷ πᾶσαν εἶχε σπου-
p. 462. δὴν, ἐξωθῶν αὐτὸν τῆς τεταγμένης αὐτῷ λειτουργίας, ἣν οὐδὲ ἐκτελεῖν αὐτὸν ἐπὶ τῆς αἰχ-
μαλωσίας οἷόν τε ἦν· λέγει δὴ τούτῳ τὸν θεὸν ἐπιτιμῆσαι τὸν τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐκλεξάμενον,
ὡς ἂν γνοίη πᾶσαν τὴν ἀντίστασιν τὴν διαβολικὴν ὑπὸ τῆς τοῦ θεοῦ πεπαυμένην κηδεμονίας· ὃς
τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐκλεξάμενος, ἀναγκαίως καὶ τούτῳ τῆς ἱερωσύνης ἀποδίδωσι τὴν εὐπρέπειαν.
Τὸ δὲ ἰδοὺ τοῦτο ὡς δαλὸς ἐξεσπασμένος ἐκ πυρὸς, ἵνα εἴπῃ ὅτι ὡς ἂν εἴποι ξύλον

minus diabolo: increpet Dominus te, diabole; et increpet te Dominus qui elegit Hierusalem. Nonne ecce hoc ut torris erutus de igne est? Et Iesus indutus erat vestibus sordidis, et stabat ante faciem angeli. Respondítque, et ait adstantibus coram facie sua dicens: auferte vestimenta sordida ab eo. Dixitque ei: ecce abstuli iniquitates tuas; et induite eum podere: et imponite mitram ac cidarim mundam super caput eius. Et circumiecerunt ei vestimenta: et imposuerunt mitram ac cidarim mundam super caput eius. „ Necessario sacerdotii restitutionem in sacerdotis persona videt; neque enim sacerdotium per se visibile est, sed in iis tantum quibus illud gerere commissum est. Videt ergo Iesum sacerdotem magnum (porro magnum dicit illum qui successionis iure, ministerium Aaroni adtributum gerebat) angelo adstantem, quoniam omnium hominum angelis cura commissa est; sicut etiam Dominus in evangeliis ait: angeli eorum semper vident faciem patris mei qui in caelis est. Tum et in actibus beatorum apostolorum, angelus eius est, de beato Petro dixerunt quidam. Necessario autem hic etiam coram angelo consistens apparet, id est coram illo cui curandus a divina voluntate commissus fuerat. Stabat item diabolus adversans ei, cuius negotium est hominum bono adversari. Hic, inquit, nocere illi tota opera satagebat, omni legitimo ministerio repellens, quod alioquin in captivitate peragere non licebat. Dicit autem, hunc a Deo increpitum, qui Hierusalem peculiariter sibi adsciverat: atque ita ostendit, diabolicum omnem conatum Dei protectione fuisse compressum; qui postquam sibi propriam Hierusalem vindicaverat, necessario etiam sacerdoti dignitatis suae decus reddidit.

(1) Observa Mopsuesteni, immo ss. bibliorum, sententiam de angelis hominum custodibus.

μέλλον ὑπὸ πυρὸς καταναλίσκεσθαι ἀθρόον, ἐκσπάσας ἀβλαβὲς τηρήσειεν, οὕτω δὴ καὶ τοῦτον ὡς ἐν πυρὶ τῇ τῆς αἰχμαλωσίας ἀνάγκῃ καθεστῶτα καὶ καταφλεχθῆναι ὑπ' αὐτῆς μικροῦ κινδυνεύοντα ἐξέσπασα τε καὶ τῶν περιεχόντων ἀπήλλαξα κακῶν· ἐνεδέδυτο δὲ φησὶν ἱμάτια ῥυπαρὰ ὁ Ἰησοῦς, ἵνα εἴπῃ ὅτι τὸ περικεχυμένον ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας αὐτῷ πένθος, ἐν ᾧπερ δή γε παντελῶς ἔξω τῆς λειτουργίας ὑπάρχων τῆς θείας, ἐν βαρύτητι καθεστὼς δουλείας, ταῦτα ἀφελεῖν ἀπ' αὐτοῦ τοῖς ἑστηκόσιν ἐπιτάττει θεός· τουτέστι ταῖς ὑπηρετουμέναις λειτουργικαῖς δυνάμεσιν, αἵ τε ταῖς θείαις ὑπηρετούμεναι βουλαῖς ἀφεῖλον τε αὐτοῦ τῆς αἰχμαλωσίας τὴν ἐσθῆτα, καὶ τὸ πένθος ἅπαν ἐκεῖνο, καὶ εἰς τὴν πόλιν ἐπανήγαγον τὴν οἰκείαν· εἶτα τούτου γεγονότος, φησὶ πρὸς αὐτόν· ἀφῄρηκα πάσας τὰς ἀνομίας σου· δηλῶν ὅτι τὰ τῆς αἰχμαλωσίας λέλυται κακά, ἐπειδὴ τῶν ἁμαρτιῶν ἀφεῖλε τὴν μνήμην· εἶτα ἑξῆς p. 465.
κελεύει ποδήρη τε αὐτὸν ἐνδύσασθαι καὶ περιτεθῆναι τε αὐτῷ τήν τε μίτραν καὶ τὴν κίδαριν, εἰς ἔνδειξιν τοῦ τῆς ἱερωσύνης αὐτῷ λοιπὸν ἐπιτετράφθαι τὴν ἐξουσίαν· ὅπερ οὖν καὶ γέγονε κατὰ τὸ σύνθημα τὸ θεῖον· ταῦτα εἰρηκὼς ὁ προφήτης εἰς ἔνδειξιν τοῦ τὴν ἱερωσύνην αὐτοῖς ἀποδίδοσθαι, καὶ τὸν ἱερέα πάλιν ἐπὶ τῆς συνήθους ἐξετάζεσθαι λειτουργίας, τὴν οἰκείαν περὶ τὸ πρᾶγμα παρρησίαν τε ἔχοντα καὶ ἐξουσίαν, ἐπάγει.

" Καὶ ὁ ἄγγελος κυρίου πρὸς Ἰησοῦν λέγων, τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ· ἐὰν v. 6.
ἐν ταῖς ὁδοῖς μου πορεύσῃ, καὶ ἐὰν τὰ προστάγματά μου φυλάξῃς, καὶ σὺ διακρινεῖς τὸν οἶκόν μου· καὶ ἐὰν διαφυλάξῃς τὴν αὐλήν μου, καὶ δώσω ἀναστρεφομένους ἐν μέσῳ τῶν ἑστηκότων τούτων. ,, Ἀκολούθως ἀπειληφότι τῆς ἱερωσύνης τὴν ἐξουσίαν ταῦτα εἰρῆσθαι φησίν· ὡς ἂν γνοίη ὅπως αὐτὴν μεταχειρίζεσθαι προσῆκε τὴν λειτουργίαν· ἐὰν γάρ φησι ἐπιμένῃς τῶν προστεταγμένων παρ' ἐμοῦ φροντίδα ποιούμενος, ἔσῃ μὲν ἐν ἱερέως αὐθεντίᾳ κρίνων τοῖς πᾶσι· καὶ τῇ αὐλῇ δὲ τῇ ἐμῇ τὴν προσήκουσαν φυλακὴν διὰ τῆς ἐπιμελείας προσάγων τῆς οἰκείας,

Iam verba, tamquam torris de igne erutus, significant, quod ceu si quis lignum mox igne consumendum, extractum servet incolume; ita Deus hunc sacerdotem, igne veluti captivitatis correptum et mox comburi periclitantem, erui et urgentibus malis subduxi. Indutus porro erat vestimentis sordidis Iesus, pro eo ac dicat, illum captivitatis luctu obrutum (in quo versans extra omnino divinam liturgiam erat, et gravi servitio addictus) illum inquam iuberi a Deo sordibus iis spoliari adstantium manu, id est liturgicarum virtutum opera; quae divinae voluntati obsequentes captivitatis veste illum exuerunt, omnique praedicto luctu, et in propriam urbem reduxerunt. Quo facto, cunctas ait abstuli iniquitates tuas; ita ostendens dissoluta esse captivitatis mala, quia peccatorum memoriam deleverat. Deinde iubet, ut podere eum induant, mitram atque cidarim circumponant, ut ostendat traditam ei in posterum sacerdotii dignitatem: quod reapse divino decreto contigit. His dictis, ob significandam sacerdotii Israhelitis restitutionem, et sacerdotem abhinc consueto ministerio destinandum fore, qui proprio officio confidenter et recto iure fungetur, pergit dicere.

Et angelus Domini dicebat Iesu: haec ait Dominus omnipotens: si in viis meis ambulaveris, et mandata mea servaveris, et tu domum meam iudicabis: et si atrium meum custodieris, et dabo tibi qui conversentur in medio stantium istorum. ,, Opportune ait dicta haec fuisse homini qui sacerdotii dignitatem susceperat, ut idem agnosceret quomodo gerere ministerium deberet. Si enim perseveraveris, inquit, in praeceptorum meorum observantia, manebit tibi sacerdotalis auctoritas iudicandi de omnibus. Et si atrio meo convenientem custodiam sedulitate tua adhi-

παραπέμψεις δὲ καὶ εἰς διαδόχους τὴν τιμὴν, οἳ γενήσονται ἐν μέσῳ παντὸς τοῦ λαοῦ τὴν προσ-
ήκουσαν αὐτοῖς ἐκτελοῦντες λειτουργίαν. Εἶτα καὶ τῆς βασιλείας τὴν ἀποκατάστασιν δηλῶν, ὅτι
v. 7. p. 404. λέγει. "Ἄκουε δὴ Ἰησοῦ ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας, σὺ καὶ οἱ πλησίον σου οἱ καθήμενοι πρὸ προσώ-
που σου· διότι ἄνδρες τερατοσκόποι εἰσίν." Ἵνα εἴπῃ, πρὸς σέ μοι ὁ λόγος, καὶ πάντας
τοὺς σὺν σοὶ ἀρχὴν τοῦ λαοῦ πεπιστευμένους, ἔν τε διδασκαλίᾳ καὶ ἐξηγήσει νομίμων, καὶ
τῇ λοιπῇ τῶν εἰς θεοσέβειαν ἡκόντων λειτουργίᾳ· οὓς τερατοσκόπους διὰ τοῦτο καλεῖ, ὡς τῶν
παρὰ τοῦ θεοῦ παραδόξως γινομένων τὰς αἰτίας σκοπεῖν τε καὶ εἰδέναι οἵους τε ὄντας.
Τί οὖν φησί;
v. 8. "Διότι ἰδοὺ ἐγὼ ἄγω τὸν δοῦλόν μου ἀνατολήν· διότι λίθος ὃν ἔδωκα πρὸ προσώπου
Ἰησοῦ, ἐπὶ τὸν λίθον τὸν ἕνα ἑπτὰ ὀφθαλμοί εἰσιν." Ἐγὼ γάρ φησι τὸν δοῦλον τὸν ἐμὸν,
τὸν Ζοροβάβελ λέγων, καὶ ἀποκαθίστημι τῇ βασιλείᾳ, ἀνατολῆς οὐχ ἧττον λαμπρὸν τῇ τῆς
ἐξουσίᾳ δεικνύς· τοῦτον δὴ ὥσπερ τινὰ λίθον τίθημι πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν τῶν σῶν, ἐφ' ᾧπερ
ἐστηρίχθαι σε χρὴ, παρέχοντα μὲν αὐτῷ τὴν ἐκ τῶν προσευχῶν καὶ τῆς ἱερωσύνης βοήθειαν,
κομιζόμενον δὲ παρ' αὐτοῦ τὴν ἀσφάλειαν, ἣν ἐν τοῖς κατὰ τῶν ἐναντίων ἐπιδείκνυται πολέμοις,
ὡς ἂν ἐν εἰρήνῃ διάγοντες ἐκτελοῖτε τὴν ἱερωσύνην δεόντως· θαῤῥεῖν δέ σε τούτῳ προσήκει
τῷ λίθῳ, ἑπτὰ μετέχειν αὐτὸν ὀφθαλμῶν νομίζοντα· κἀνταῦθα δὲ τῷ ἑπτὰ οὐκ ἐπὶ ἀκρι-
βολογίας ἀριθμοῦ λέγει, ἀλλ' ἵνα εἴπῃ ὅτι δυνήσεται δὲ ταῦτα ὁ Ζοροβάβελ εἰς τὴν βασι-
λείαν παρ' ἐμοῦ προχειρισθεὶς, ἐπειδὴ πολλήν τινα καὶ ἄφατον αὐτῷ παρέξω τὴν ἐποψίαν
p. 405. τὴν ἐμὴν, καὶ τὴν ἐπιμέλειαν ἀφ' ἧς τι γενήσεται πλέον. "Ἰδοὺ ἐγὼ ὀρύσσω βόθρον, λέγει
κύριος παντοκράτωρ, καὶ ψηλαφήσω πᾶσαν τὴν ἀδικίαν τῆς γῆς ἐκείνης ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ."
Οὕτω γὰρ αὐτὸν ἐργάσομαι δυνατὸν, ὥστε πάντας διὰ τῆς ἐκείνου στρατηγίας τοὺς πολεμίους
τρεπόμενος, ὥσπερ βόθρῳ τινὶ τῇ ἀπωλείᾳ περιβάλλειν διὰ τῆς ἐμῆς τιμωρίας, ὑπὲρ ὧν

bueris, posteris quoque dignitatem tuam transmittes, qui in medio universi populi iure ad se pertinentem exercebunt liturgiam. Postea regni quoque instaurationem innuens, ait: audi, Iesu sacerdos magne, tu et proximi tui qui sedent ante faciem tuam, quia viri spectatores portentorum sunt. „ Id est, ad te sermo meus atque ad omnes quibus tecum populi principatus creditus est, ut magisterio legisque interpretatione fungamini, et reliquo rerum divino cultui addictarum ministerio: quos homines appellat portentorum spectatores, ceu rerum praeter expectationem a Deo patratarum causas considerare et cognoscere idoneos. Quid ergo ait?

" Ecce enim ego adduco servum meum, orientem: quia lapis quem dedi ante faciem Iesu; super lapidem unum septem oculi sunt. „ Ego enim, inquit, servum meum, id est Zorobabelem, regem constituo, soli orienti splendore parem ob dignitatis suae amplitudinem. Hunc vero ceu quendam lapidem propono coram oculis tuis, in quo te firmiter niti oportet, eidemque exhibere precum et sacerdotii auxilium, vicissimque ab eo referre tutelam, quam bellis contra hostes gerendis rependit, ut pace fruentes sacerdotio rite fungamini. Confidere autem te huic lapidi oportet, et septem eum habere oculos existimare. Iam hoc etiam loco vocabulum septem haud de exacto numero ait, sed ut dicat Zorobabelem ad haec validum fore, a me scilicet in regnum provectum; quia ei multam atque ineffabilem providentiam meam curamque impendam, qua maius incrementum capiet. " Ecce ego fodio foveam, dicit Dominus omnipotens, et contrectabo omnem iniquitatem terrae illius die una. „ Adeo illum potentem efficiam, ut omnes virtute sua bellica hostes fugans, quasi fovea quadam exitio eos obruat, meae ultionis minister, propterea

ἂν ἀδικεῖν ἕλωνται τὴν ἐμοὶ προσήκουσαν γῆν, ἧσπερ αὐτὸν ἔταξα προεστάναι τὸν βασιλέα·
εἶτα καὶ τὸ τῆς βοηθείας μέγεθος δεικνὺς, οἷόν τι ἐκ τῆς τοῦ Ζοροβάβελ ἀπολαύσουσι στρα-
τηγίας “ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγει κύριος παντοκράτωρ, συγκαλέσεται ἕκαστος τὸν πλη- v. 9.
σίον αὐτοῦ ὑποκάτω συκῆς αὐτοῦ. „ Οἱ μὲν γὰρ ἐχθροὶ τούτου στρατηγοῦντος πείσονται ἐκεῖνα· οἱ δὲ τῷ λαῷ προσήκοντες τῷ ἐμῷ, μετὰ πολλῆς τῆς ἡδονῆς ἀπολαύσουσι τῶν οἰκείων καρπῶν, ὥστε καὶ συνεχῶς ἐπὶ ἑστίασιν συγκαλεῖν ἀλλήλους· ἐν δὲ τούτοις τῆς τε βασιλείας καὶ τῆς ἱερωσύνης τὴν ἀποκατάστασιν δηλώσας, ἐξῆς ἐπιτίθησιν ἀποκάλυψιν μάλα γε ἀναγκαίως ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις αὐτῷ δειχθεῖσαν. Λέγει δὲ οὕτως.

ΚΕΦ. Δ'.

“ Καὶ ἐπέστρεψεν ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ, καὶ ἐξήγειρέ με, ὃν τρόπον ὅτ' ἂν ἐξε- v. 1.
γερθῇ ἄνθρωπος ἐξ ὕπνου αὐτοῦ· καὶ εἶπε πρός με· τί σὺ βλέπεις; „ Ἄγγελον πάλιν τὸν v. 2.
ἐν αὐτῷ λαλοῦντα δηλοῖ ἐκεῖνον τὸν ἐν ἀνθρώπου μορφῇ ἐν μέσῳ τῶν κατασκίων ὀρέων
ἐφ' ἵππου φανέντα πυῤῥοῦ· μεμαθήκαμεν γὰρ ἐκ τῶν ἀνωτέρω ἀκριβῶς, ὅτι αὐτὸν ἐκεῖνον
ἐν αὐτῷ λαλοῦντα πανταχοῦ λέγει· ὃν καὶ νῦν φησὶν ἐξεγεῖραι μὲν αὐτὸν ὡς ἂν ἐξ ὕπνου p. 466.
τινὸς κατεχόμενον τῇ τῶν ἤδη δειχθέντων θεωρίᾳ· περὶ δὲ τῶν νῦν δεικνυμένων πάλιν ἐρω-
τῶντα αὐτὸν ὅτι ποτε βλέποι, ἵν' ὁ μὲν εἴπῃ τὴν ὄψιν, ὁ δὲ τῶν δειχθέντων δηλώσῃ τὸν νοῦν·
λέγει τοίνυν. “ Καὶ εἶπον· ἑώρακα, καὶ ἰδοὺ λυχνία χρυσῆ ὅλη, καὶ τὸ λαμπάδιον ἐπάνω
αὐτῆς, καὶ ἑπτὰ λύχνοι ἐπάνω αὐτῆς· καὶ δύο ἐλαῖαι ἐπάνω αὐτῆς, μία ἐκ δεξιῶν τοῦ λαμ- v. 3.
παδίου αὐτῆς, καὶ μία ἐξ εὐωνύμων. „ Ἡ μὲν λυχνία, δήλωσις τῆς θείας χάριτός ἐστιν, ἁπτομένης μὲν τῶν ἐπὶ γῆς, διηκούσης δὲ ἄχρι τῶν ὑπὲρ γῆν πραγμάτων, ἅτε τῶν ἁπάντων ταύτῃ διοικουμένων· ἣν καὶ εἰκότως ὡς μεγάλην τι καὶ περιφανῆ, χρυσῆν ὅλην εἶδεν· ἐπειδὴ

quod mei iuris terram violare voluerint, cui ego regem praeesse statueram. Mox auxilii quoque magnitudinem ostendens, et quantopere a Zorobabelis ope bellica iuvandi sint; “ Die illa, dicit Dominus omnipotens, convocabit unusquisque proximum suum sub ficum suam. „ Et hostes quidem, hoc duce illa patientur; qui autem de populi mei numero erunt, multa cum voluptate frugibus suis vescentur, ita ut etiam continuo ad mutua convivia invitent. Atque hactenus dictis regni et sacerdotii demonstrata instauratione, deinde ponit revelationem aliam necessario prorsus post praedicta sibi oblatam. Sic ergo dicit.

CAP. IV.

“ Et reversus est angelus qui loquebatur in me, et suscitavit me sicut suscitari solet homo de somno suo. Dixitque mihi: quid tu vides? „ Rursus angelum in se loquentem denotat illum humana forma praeditum qui inter montes umbrosos equo rufo insidens apparuerat. Didicimus enim satis evidenter ex superioribus, prophetam de illo ipso in se loquente ubique verba facere, a quo nunc etiam se excitatum dicit, quasi somno quodam sopitum ob praedictarum rerum contemplationem; et de praesente ostento interrogatum, quidnam videret: ut ipse videlicet visionem suam recitaret, ille autem ostenti sensum explanaret. “ Et dixi: vidi, et ecce candelabrum aureum, et lampas super ipso, et lucernae septem super eodem: duae quoque oleae super eodem, una dextrorsum, altera sinistrorsum. „ Candelabrum quidem, indicium divinae gratiae est, in terra quidem succensae, sed usque ad res ultra terram positas devenientis; quippe quae omnia administrat: quam etiam

χρυσὸς ἁπασῶν τῶν ἀπὸ γῆς ὑλῶν ἐστὶ τὸ τιμιώτατον· τὸ δὲ ἐπάνω αὐτῆς λαμπάδιον δηλοῖ τὸ ἐκ τῆς χάριτος τῆς θείας ἐξ ὕψους ἅπαντας τοὺς ἐπὶ γῆς περιλάμπον φῶς· ἑπτὰ δὲ λύχνους ὁρᾷ, τὸ τέλειόν τε καὶ πλούσιον τῆς χάριτος δεικνύς· ὡς ἀνωτέρω λέγει τὸ ἐπὶ τοῦ λίθου τοῦ ἕνα ἑπτὰ ὀφθαλμοί εἰσιν, ἵνα εἴπῃ τῆς ἐπιμελείας τῆς οἰκείας τὸ μέγεθος· εἶτα ἑκατέρωθεν τοῦ λαμπαδίου ἐλαίας, τὴν μὲν ἐκ δεξιῶν, τὴν δὲ ἐξ εὐωνύμων· ὅπερ ἐδήλου τήν τε βασιλείαν καὶ τὴν ἱερωσύνην, ἅπερ ἀκρότατα παρὰ τοῖς ἀνθρώποις εἶναι δέδωκεν ὁ θεός· ὡς τῇ μὲν διοικεῖσθαι τὰ πρὸς τὴν τοῦ παρόντος βίου κατάστασιν ἐπιτήδεια, τὴν δὲ αὐτάρκη τυγχάνειν εἰς τὸ προσάγειν ἀνθρώπους θεῷ.

v. 4. p. 467. Ταῦτα πρὸς τὸν ἄγγελον ἑωρακέναι ὁ προφήτης εἰπών, ἐπάγει. “Καὶ ἐπηρώτησα,
καὶ εἶπον πρὸς τὸν ἄγγελον τὸν λαλοῦντα ἐν ἐμοί, λέγων· τί ἐστι ταῦτα, κύριε; καὶ ἀπε-
v. 5. κρίθη ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοί, καὶ εἶπε πρός με λέγων· οὐ γινώσκεις τί ἐστι ταῦτα;
v. 6. καὶ εἶπον, οὐχὶ κύριε· καὶ ἀπεκρίθη καὶ εἶπε πρός με λέγων· οὗτος ὁ λόγος κυρίου πρὸς Ζοροβάβελ λέγων, οὐκ ἐν δυνάμει μεγάλῃ, οὐδὲ ἐν ἰσχύϊ, ἀλλ᾽ ἐν πνεύματί μου, λέγει κύριος παντοκράτωρ.” Οὗτος δὴ ὁ ἄγγελος, ὃν ἐν αὐτῷ λαλεῖν ὁ προφήτης λέγει, οὗτος δὴ καὶ τὰς ὑπὲρ τῆς Ἱερουσαλὴμ δεήσεις ὤφθη ποιούμενος, ὡς ἁπάντων μὲν τῶν κατὰ τὴν Ἰουδαίαν τὴν ἐπιστασίαν ἐπιτετραμμένος· ἀναγκαίως δὲ καὶ ὑπὲρ τῶν αὐτῶν δέησιν προσάγων τῷ θεῷ· ὅθεν καὶ ὁ προφήτης τοῦτον καὶ ἐρωτᾷ, καὶ τὰ καθ᾽ ἕκαστον μανθάνει· ἐπειδὴ πάντων τῶν δειχθέντων δήλωσιν ἐχόντων, τῆς περί τε τὴν πόλιν καὶ τὸ ἔθνος τοῦ θεοῦ φιλοτιμίας, ἀναγκαίως ἥρμοττεν, παρὰ τούτου τὰ καθέκαστον τῶν δεικνυμένων, ὅπως ἔχοι, μανθάνειν· συντόμως οὖν εἶπεν αὐτῷ τῶν δειχθέντων τὴν δύναμιν, ὅτι τῆς χάριτός ἐστι δήλωσις τῆς θείας, ἣ καὶ τὴν τοῦ Ζοροβάβελ προεχειρίσατο βασιλείαν· ὃς οἴκοθεν μὲν δύναται καὶ καθ᾽

recte, ceu grandem atque illustrem, vidit auream totam, quia prae qualibet terrena materia pretiosissimum aurum est. Iam lampas illi imposita demonstrat radiantem ab alto super omnes terrigenas ex divina gratia lucem. Videt autem lucernas septem, ut perfectionem copiamque gratiae ostendat; veluti superius aiebat Deus super uno lapide oculos septem, ob significandam providentiae suae magnitudinem. Deinde narrat utrimque in candelabro oleas, dextrorsum unam, sinistrorsum alteram: quae res regnum denotabat ac sacerdotium; quae duo dignitatis culmina inter homines esse Deus constituit: et ab illo quidem negotia tractari, quae ad praesentis vitae statum sunt idonea; ab hoc autem homines usque ad Deum admoveri.

Postquam haec angelo se vidisse dixit propheta, sic prosequitur. “Et interrogavi, dixique angelo, qui loquebatur in me, dicens: quid sunt haec, domine? Responditque angelus qui loquebatur in me, aitque mihi dicens: non agnoscis quid sunt haec? Et dixi: nequaquam, domine. Et respondit, mihique ait dicens: iste est sermo Domini ad Zorobabelem dicens: non in fortitudine magna, neque in viribus, sed in spiritu meo, dicit Dominus omnipotens. Iste angelus, quem in se loquentem propheta narrat, idem ille est qui visus fuit pro urbe Hierusalem deprecari, propterea quod Iudae incolae omnes tutelae ipsius commissi erant: necessario simul pro illis quoque preces Deo offerens: quamobrem propheta hunc interrogat, et res singulas edocetur. Nam quia ostenta omnia eò tendebant, ut Dei erga urbem curam ingentem demonstrarent, necessario oportuit prophetam ab hoc angelo singularum visionum explanationem audire. Breviter ergo patefecit ei ostentorum vim; hanc nimirum esse divinae gratiae manifestationem, quae Zorobabelis quoque regnum constituerat: qui per se quidem propriisque viribus nullum regni

τῇ θείᾳ προβεβλημένος, ταύτῃ καὶ δύνασθαι ἔχει· ὅθεν καὶ δεικνὺς τῆς περὶ αὐτὸν δωρεᾶς
αὐτὸν οὐδὲν κατορθοῦν τῶν εἰς τὴν βασιλείαν ἡκόντων καὶ τὴν τοῦ λαοῦ προστασίαν, τῇ δὲ χάριτι
τὸ μέγεθος " τίς εἶ σὺ τὸ ὄρος τὸ μέγα πρὸ προσώπου Ζοροβάβελ τοῦ κατορθῶσαι; καὶ v. 7.
ἐξοίσω τὸν λίθον τῆς κληρονομίας, ἰσότητα χάριτος αὐτῆς. „ Ἐπειδὴ γὰρ λίθον ὠνόμασε p. 468.
τὸν Ζοροβάβελ, ὄρος λέγει μέγα τὸν ἄγαν δυνατὸν ἐν βασιλείᾳ τε καὶ στρατοπέδων καὶ
ὑπηκόων πλήθει· τίς γὰρ δή φησιν οὕτω μέγας ἐστὶν, ἢ οὕτω μέγα δυνάμενος διά τε τὸ
πλῆθος τῶν ὑπηκόων καὶ τὴν τοῦ ὁπλιτικοῦ παρασκευὴν, ὥστε δυνηθῆναι ἀπεναντίας τι τοῦ
Ζοροβάβελ ἰσχῦσαι; ὃν διάδοχον τῆς βασιλικῆς ἀποδείξας κληρονομίας, ἧς τὰς ἐπαγγε-
λίας πρὸς τὸν προπάτορα τοῦ γένους ἐποιησάμην, λέγω δὲ τὸν Δαυίδ, ὅλον δι' ὅλου τῆς χά-
ριτος πληρώσω τῆς ἐμῆς· τοῦτο γὰρ ἰσότητα λέγει χάριτος· ἀφ' ἧσπερ αὐτῷ ἀναγκαίως
προσέσται τὸ μεγάλα ὑπὲρ τῶν οἰκείων στρατηγοῦντι δυνηθῆναι κατὰ τῶν ἐναντίων.
Εἶτα τὰς ἐπαγγελίας τὰς περὶ αὐτὸν βεβαιῶν· " καὶ ἐγένετο λόγος κυρίου πρός με v. 8.
λέγων, αἱ χεῖρες Ζοροβάβελ ἐθεμελίωσαν τὸν οἶκον τοῦτον, καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἐπιτελέσουσιν v. 9.
αὐτόν· καὶ ἐπιγνώσεσθε ὅτι κύριος παντοκράτωρ ἐξαπέσταλκέ με πρὸς ὑμᾶς· διότι τίς v. 10.
ἐξουδένωσεν εἰς ἡμέρας μακράς; „ Αὐτὸς δὲ οὗτος καὶ τοῦ ἐμοῦ οἴκου τοὺς θεμελίους καταβα-
λόμενος, αὐτὸς αὐτὸν καὶ πρὸς πέρας ἄξει· ὥστε καὶ ἐκ τούτου πᾶσι δῆλον γενέσθαι ὅτι γνώμῃ
θεοῦ παραγέγονα ταῦτα προμηνύσων ὑμῖν· μὴ τοίνυν μηδ' ὡς ἐν χρόνῳ πολλῷ τούτων
γίνεσθαι μελλόντων ἀπιστήσητε τοῖς λεγομένοις· ἀνοήτατος γὰρ εἴη ἂν ὁ τὰς ἀποφάσεις τὰς
ἐμὰς ἀτελεῖς νομίζων τῷ μήκει γίνεσθαι τοῦ χρόνου· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ ἐξουδένωσεν ἡμέρας
μακράς· ἐμοῦ δυναμένου οὐ ῥᾳδίως πάντα καθὼς ἂν ἐθελήσω ποιεῖν, μετὰ πολλῆς τε p. 469.
ἄγειν τῆς συντομίας εἰς πέρας τὰ πολλοῦ δεόμενα τοῦ χρόνου. Καὶ βεβαιῶν τὸ εἰρημένον
" καὶ χαρήσονται, καὶ ὄψονται τὸν λίθον τὸν κασσιτέρινον ἐν χειρὶ Ζοροβάβελ. „ Μὴ τοίνυν

negotium expedire valeret, neque populo praeesse; sed tamen divina gratia promotus, ab hac agendi virtutem habet. Atque ut doni eius magnitudinem ostendat " quis tu, inquit, mons magne ante faciem Zorobabelis, ut prospere quicquam agas? Et efferam lapidem hereditatis, aequalitatem gratiae eius. „ Quandoquidem lapidem appellavit Zorobabelem, montem dicit magnum potentes valde homines sive regni dignitate, sive bellica virtute, sive subditorum multitudine. Quis enim, inquit, tantus est tamque validus subditorum numero et armorum apparatu, ut adversus Zorobabelem hilum possit proficere? quem regalis hereditatis successorem designavi; cuius rei promissiones progenitori stirpis, Davidi inquam, factas adamussim atque omnino gratia mea complebo. Id enim dicunt verba: aequalitatem gratiae: qua fretus necessario insitam vim habebit grandia belli adversus hostes patrare.

Postea promissiones de illo factas confirmans, ait. " Et factus est sermo Domini ad me dicens: manus Zorobabelis fundaverunt domum istam, et manus eius perficient eam. Et scietis quoniam Dominus omnipotens misit me ad vos. Quis enim despexit in dies longos? „ Idem hic qui domus meae fundamenta iecit, idem eidem inquam coronidem imponet. Quare ex hoc quoque palam omnibus fiet, me voluntate Dei haec vobis nunciaturum venisse. Cavete igitur quominus dictis discredatis quasi multo tempore post eventuris: nam stultissimus foret, qui decreta mea irrita fieri prolixitate temporis existimaret. Id enim innuunt verba, despexit in dies longos: ego enim facile queo omnia prout voluero facere, multoque compendio ad exitum res deducere quae longum tempus desiderarent. Tum dicta confirmans " et laetabuntur, inquit, atque videbunt lapidem stanneum in manu Zo-

ἀπιστεῖτε φησὶ τοῖς λεγομένοις· ἐπειδὴ καὶ ὄψεσθε αὐτῶν τὸ πέρας, καὶ χαρήσεσθε τὴν περὶ πάντα δύναμιν ὁρῶντες τοῦ Ζοροβάβελ· τοῦτο γὰρ λέγει τὸν κασσιτέρινον λίθον, τὴν περιεσομένην αὐτῷ δηλῶν ἰσχὺν παρὰ τοῦ θεοῦ· ὅθεν καὶ τὴν αἰτίαν ἐπήγαγεν. "Ἑπτὰ οὗτοι ὀφθαλμοὶ κυρίου εἰσὶν, οἱ ἐπιβλέποντες ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν." Ὁ γὰρ τὰ πάντα ἐφορῶν τε καὶ διοικῶν καὶ σώζων πλουσίως τε καὶ ποικίλως, οὗτός ἐστιν ὁ καὶ ταῦτα ὑποσχόμενός τε περὶ τοῦ Ζοροβάβελ καὶ πρὸς πέρας ἄξων· καὶ γὰρ κἀνταῦθα τὸ ἑπτὰ ἐπὶ τῶν τελείων λέγει.

v. 11. "Καὶ ἀπεκρίθην καὶ εἶπον πρὸς αὐτόν· τί αἱ δύο ἐλαῖαι αὗται αἱ ἐκ δεξιῶν τῆς λυ-
v. 12. χνίας καὶ ἐξ εὐωνύμων αὐτῆς; καὶ ἐπηρώτησα ἐκ δευτέρου, καὶ εἶπον πρὸς αὐτόν, τί οἱ δύο
κλάδοι τῶν ἐλαιῶν οἱ ἐν ταῖς χερσὶ τῶν δύο μυξωτήρων τῶν χρυσῶν τῶν ἐπιχεόντων καὶ ἐπανα-
v. 13. γόντων τὰς ἐπαρυστρίδας τὰς χρυσᾶς; καὶ εἶπε πρός με, οὐκ οἶδας τί ἐστι ταῦτα; καὶ εἶπον
v. 14. οὐχὶ κύριε· καὶ εἶπεν, οὗτοι οἱ δύο υἱοὶ τῆς πιότητος, οἳ παρεστήκασι τῷ κυρίῳ πάσης τῆς
γῆς." Ἐρωτᾷ τί μὲν αἱ δύο βούλονται ἐλαῖαι, ὧν ἡ μὲν ἐκ δεξιῶν, ἡ δὲ ἐξ εὐωνύμων
ἐτύγχανε τῆς λυχνίας, ἤτοι τοῦ ἐπ' αὐτὴν λαμπαδίου; τί δὲ οἱ ἐκπεφυκότες δύο κλάδοι τῶν
p. 470. ἐλαιῶν; περὶ ὧν ἤκουσεν· οὗτοι οἱ δύο υἱοὶ τῆς πιότητος, οἳ παρεστήκασι τῷ κυρίῳ πάσης τῆς
γῆς· ἐπειδὴ γὰρ αἱ ἐλαῖαι τῆς βασιλείας καὶ τῆς ἱερωσύνης ἦσαν γνώρισμα ἃς ἐπὶ γῆς κρατεῖν ἔταξεν ὁ θεὸς, δύο κλάδους ἐκ τῶν ἐλαιῶν ἐκπεφυκότας λέγει τόν τε Ζοροβάβελ καὶ τὸν Ἰησοῦν· ὧν ὁ μὲν ἐκ τῆς θείας χάριτος εἰς τὴν βασιλείαν παρῆκτο, ὁ δὲ τῇ τῆς ἱερωσύνης χάριτι πρὸς τὴν λειτουργίαν προσεβέβλητο τὴν θείαν· διὰ τοῦτο καὶ πιότητος αὐτοὺς ἐκάλεσεν υἱοὺς, ἵνα εἴπῃ οἱ ἐκ τῶν μεγίστων καὶ τιμιωτάτων παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐκπεφυκότες βασιλείας τε καὶ ἱερωσύνης· οἱ πάντες ὑπουργεῖν εἰσὶ θεῷ τεταγμένοι τῷ πάντων κυρίῳ· διὰ πάντων μὲν δὴ τούτων τὰ κατά τε τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος, ὅτι μεγίστην ἐπίδοσιν εἰς τὸ κρεῖττον λήψεται δεδήλωκεν ὁ προφήτης· τιμωρουμένων μὲν τῶν ἐχθραινόν-

robabelis. ,, Ne ergo, inquit, fidem dictis denegetis; horum quippe exitum videbitis, ac laetabimini potentem ad omnia videntes Zorobabelem: nam stanneus lapis, futuram eius Deo iuvante fortitudinem significat. Quamobrem causam etiam addit: " septem hi oculi Domini sunt, universam terram speculantes. ,, Etenim qui cuncta inspicit ac regit salvatque copiose ac varie, idem est qui haec de Zorobabele promisit et ad exitum perducturus est. Nam hoc item loco vocabulum septem de perfecta re dicitur.

" Et respondi, dixique ei: quid sunt duae oleae istae, quae a dextris candelabri et a sinistris? Et interrogavi secundo dixique ei: quid duo rami olearum in manibus duarum narium aurearum, quae infundunt et retrahunt suffusoria aurea? Dixitque mihi: non nosti quid sunt haec? Et dixi: nequaquam, domine. Et dixit: isti duo filii pinguedinis, qui universae terrae domino adsistunt. ,, Interrogat quid sibi velint duae oleae, quarum una in dextra parte, altera in sinistra candelabri erat, sive lampadis super eo positae? Quid item nati ex oleis duo rami? De quibus, audiit: hi sunt duo filii pinguedinis, qui universae terrae domino adsistunt. Nam quia duae oleae regni ac sacerdotii indicium erant, quae duo in terra dominari Deus constituit, duos ramos ex olea enatos dicit Zorobabelem atque Iesum; quorum prior a divina gratia in regnum fuerat provectus; alter vero sacerdotii gratia divino ministerio addictus. Propterea pinguedinis quoque eos appellat filios, id est ex duobus maximis et apud homines honorandissimis ortos, regno ac sacerdotio; qui pariter Deo deservire iussi sunt omnium domino. Atque hoc toto sermone, res Hierusalem gentisque iudaicae maximum bonorum incrementum capturas demonstravit

των αὐτοῖς, κηδεμονίας δὲ πολλῆς ἀξιουμένων ἐν ἅπασιν αὐτῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἅτε καὶ ἐπανιέναι ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας μελλόντων ἑτέρων οὐκ εὐαριθμήτων τινῶν, οὓς ἐπ' ἐκείνου τοῦ σχήματος εἶναι τότε συνέβαινεν ἔτι· ἀποδοθείσης δὲ αὐτοῖς καὶ τῆς βασιλικῆς καὶ τῆς ἱερατικῆς ἀξίας, διὰ τῶν ἐκ τῆς θείας χάριτος ἐπὶ τοῦτο προβεβλημένων. Ἀλλὰ γὰρ ὥστε μὴ τὴν ὑπερβάλλουσαν μηνύσιν τῶν ἀγαθῶν ῥαθυμοτέρους αὐτοὺς ἀπεργάσασθαι, θαῤῥοῦντας μὲν ταῖς ἐπαγγελίαις ταῖς θείαις, ἀμελοῦντας δὲ τοῦ προσήκοντος, ἀποκάλυψιν ὁρᾷ λοιπὸν, δι' ἧς αὐτοῖς καὶ φόβος ἐνετίθετο πρὸς τὸ φεύγειν μὲν τὰ χείρω, μετιέναι δὲ τὰ κρείττω· λέγει δὲ οὕτως.

ΚΕΦ. Ε'.

“ Καὶ ἐπέστρεψα καὶ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου· καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ δρέπανον πετόμενον· v. 1. p. 471.
καὶ εἶπε πρός με· τί σὺ βλέπεις; καὶ εἶπον· ἐγὼ ὁρῶ δρέπανον πετόμενον, μήκους πηχῶν v. 2.
εἴκοσι, καὶ πλάτους πηχῶν δέκα· καὶ εἶπε πρός με· αὕτη ἡ ἀρὰ ἡ ἐκπορευομένη ἐπὶ πρόσω- v. 3.
πον πάσης τῆς γῆς· διότι πᾶς ὁ κλέπτης ἐκ τούτου ἕως θανάτου ἐκδικηθήσεται· καὶ πᾶς ὁ
ἐπίορκος ἐκ τούτου ἕως θανάτου ἐκδικηθήσεται· καὶ ἐξοίσω αὐτὸ, λέγει κύριος παντο- v. 4.
κράτωρ· καὶ εἰσελεύσεται εἰς τὸν οἶκον τοῦ κλέπτου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ ὀμνύοντος τῷ ὀνόματί
μου ἐπὶ ψευδεῖ· καὶ καταλύσει ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, καὶ συντελέσει αὐτὸν καὶ τὰ ξύλα αὐτοῦ
καὶ τοὺς λίθους αὐτοῦ. „ Δρέπανον μὲν ὁρᾷ ἱκανὸν κάτωθεν τὰ προσπίπτοντα ἐκτέμνειν· πετόμενον δὲ, εἰς δήλωσιν τοῦ ὀξέως τὴν τιμωρίαν ἐπάγεσθαι τὴν θείαν τοῖς ταύτης ἀξίοις· πλάτος δὲ καὶ μῆκος, ὡς ἂν καὶ τῷ μεγέθει φοβήσειεν τοὺς ἀκούοντας· λέγει δὲ τὴν τιμωρίαν ταύτην κατά τε κλεπτόντων καὶ ἐπιορκούντων κινεῖσθαι· δήλου γε ὄντος, ὡς οὐ ταῦτα μόνον ἐστὶν ἐν ἀνθρώποις παρανομήματα, πολλὰ δὲ καὶ ἕτερα, φόνος τε καὶ μοιχεία, καὶ τὰ

propheta, hostibus illorum punitis, providentia plurima et omnimoda erga Israhelitas a Deo exprompta; quoniam de captivitate redituri erant alii prope innumeri, qui adhuc in ea conditione tunc erant: dato demum Iudaeis regno ac sacerdotali dignitate, in illorum personis, quas divina gratia ad haec officia promoverat. Sed enim, ne eximia bonorum praedictio ignaviores Israhelitas faceret, ita ut divinis confidentes promissis, officium negligerent, revelationem posthinc videt, ex qua pavor illis incutiebatur, quo vitium fugerent, virtutem amplecterentur. Sic ergo dicit.

CAP. V.

“ Et conversus sum, et levavi oculos meos, et vidi, et ecce falx volans. Dixitque mihi: quid tu vides? Et dixi: video falcem volantem longitudinis cubitorum viginti, et latitudinis cubitorum decem. Dixitque mihi: haec est maledictio quae egreditur super faciem universae terrae: quia omnis fur abhinc usque ad mortem punietur, et omnis periurus abhinc usque ad mortem item punietur. Et educam illam, dicit Dominus omnipotens, et ingredietur in domum furis, et in domum iurantis nomine meo super mendacio, et diversabitur in medio domus eius, et consumet eam, et ligna eius et lapides eius. „ Falcem videt idoneam deorsum secando quaecumque occurrerent: volantem autem ob denotandum, divinam poenam cito inferri merentibus: denique eius latitudinem longitudinemque dicit, ut magnitudine quoque audientes terrefaciat. Dicit vero hanc poenam adversus fures et periuros commoveri: quamquam alioqui constat, haud haec tantummodo versari inter homines peccata, sed et alia multa, homicidium puta, adulterium, et cetera quae

λοιπὰ δὴ ἃ μηδὲ ἀριθμεῖν ῥᾴδιον. τί οὖν ἐστιν ὅ φησιν; εἰς δύο ταῦτα κυριώτατα μερίζεσθαι τὰς ἐντολὰς συμβέβηκε τὰς θείας, εἴς τε τὴν περὶ θεὸν γνώμην, καὶ εἰς τὴν περὶ
Matth. XXII. 37. τὸν πλησίον ἀγάπην· ὡς καὶ ὁ κύριος εἰπὼν *, ἀγαπήσεις κύριον τὸν θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου· καὶ ἀγαπήσεις τὸν πλη-
p. 472. σίον σου ὡς σεαυτόν· ἐπήγαγεν, ἐν ἐντολαῖς ταύταις ὅλος ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται κρέμανται· βουληθεὶς τοίνυν συντόμως εἰπεῖν τά τε εἰς τὸν θεὸν καὶ τὰ εἰς τὸν πλησίον, τῇ μὲν ἐπιορκίᾳ ὡς εἰς θεὸν τεινούσῃ τὰς ἀσεβείας πάσας, λέγω δὲ τὰς εἰς θεὸν πλημμελείας, συλλήβδην λέγει· τῇ δὲ κλοπῇ, τὰ περὶ τὸν πλησίον· ἐπειδὴ γὰρ ἀφαίρεσις τῶν οὐ προσόντων ἐστὶν ἡ κλοπὴ, κλοπὴν κοινῶς ὠνόμασε πᾶσαν τὴν τῶν ἀλλοτρίων ἀφαίρεσιν· ἵνα συντόμως εἴπῃ ὅτι ἡ ἀρὰ αὕτη μεγίστη τε καὶ φοβερὰ καὶ παντί γε ἐπιοῦσα, εἴτε εἰς θεόν τι ἀσεβοίη εἴτε εἰς τὸν πλησίον κατά τι πταίοι· λέγει δὲ ὅτι καὶ καταλύσει ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, καὶ συντελέσει αὐτὸν καὶ τὰ ξύλα αὐτοῦ καὶ τοὺς λίθους αὐτοῦ· ἵνα εἴπῃ, ὅτι μὲν εἶπα τοιούτῳ ἀμετανοήτως πταίοντι, ἡ τιμωρία ἡ θεία ἄχρις ἂν αὐτὸν σὺν ἅπασιν ἐξαλείψῃ τοῖς προσήκουσι. Διὰ δὲ τούτων αὐτάρκως φοβήσας αὐτοὺς, δείκνυσι διὰ τῶν ἑξῆς ἀφῃρημένην αὐτῶν τὴν ὑπὲρ τῶν παρεληλυθότων ἁμαρτίαν τε καὶ τιμωρίαν· ὡς ἂν μειζόνως ἔχοιεν εἰδέναι, ὅτι τῆς ἐπὶ τοῖς προειληφόσι χάριτος τετυχότας προσήκοι ἂν ἐπιμελέστερον ἀντέχεσθαι τῶν δοκούντων θεῷ. Διὸ ἐπάγει.

v. 5. "Καὶ ἐξῆλθεν ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ, καὶ εἶπε πρός με· ἀνάβλεψον τοῖς
v. 6. ὀφθαλμοῖς σου καὶ ἴδε τί τὸ ἐκπορευόμενον τοῦτο· καὶ εἶπον, τί ἐστι; καὶ εἶπε, τοῦτο τὸ μέ-
v. 7. τρον τὸ ἐκπορευόμενον· καὶ εἶπεν, αὕτη ἡ ἀδικία αὐτῶν ἐν πάσῃ τῇ γῇ· καὶ ἰδοὺ τάλαντον
v. 8. p. 473. μολίβου ἐξαιρόμενον· καὶ ἰδοὺ γυνὴ μία ἐκάθητο ἐν μέσῳ τοῦ μέτρου, καὶ εἶπεν, αὕτη ἐστὶν
ἡ ἀνομία· καὶ ἔρριψεν αὐτὴν εἰς μέσον τοῦ μέτρου· καὶ ἔρριψε τὸ τάλαντον τοῦ μολίβου εἰς
τὸ στόμα αὐτῆς." Τὸν αὐτὸν ὁρᾷ πάλιν ἄγγελον, ἀπιδεῖν αὐτῷ κελεύοντα πρὸς τὸ ἐν

haud facile numerari queunt. Quid ergo dicit? In haec duo potissima dividi solent mandata divina, nempe in Dei scientiam, et in caritatem erga proximum. Quare et Dominus postquam dixit, diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota mente tua, et ex omnibus viribus tuis, itemque proximum tuum sicut te ipsum; addidit: in his mandatis universa lex pendet et prophetae. Volens itaque hoc loco breviter dicere quae Deum quaeque proximum spectant; periurio quidem quod in Deum tendit, cunctas irreligiositates, id est adversus Deum peccata, compendio dicit: furto autem, quae adversus proximum sunt. Nam quia furtum est rei alienae ablatio, nunc furtum generaliter appellavit quicquid alteri aufertur: ut paucis significet, maledictionem hanc esse maximam ac terribilem et cuilibet impendentem, sive is in Deum impius sit, sive proximum quomodolibet violet. Dicit autem fore ut ea maledictio diversetur domi eius, et consumat illam ac lapides ipsius; id est, dixi huic sine paenitentia peccanti: divina poena eatenus perseverabit, donec peccatorem cum omni re sua consumat. Age vero postquam satis eos terrefecit, ostendit in sequentibus remissam fuisse praeteritam illorum culpam atque poenam; ut magis inde cognoscant, post impetratam praeteritorum veniam, oportere eos diligentius Dei voluntati obsequi. Quamobrem addit.

" Et egressus est angelus qui loquebatur in me, dixitque mihi: suspice oculis tuis, et vide hoc quod egreditur. Et dixi: quid est? Et ait: haec est mensura quae egreditur. Et ait: haec est iniquitas eorum in universa terra. Et ecce talentum plumbi elevatum: et ecce mulier una sedebat in mensurae medio. Et dixit: haec est

τῇ ὄψει διαξιέναι τῇ παρούσῃ δοκοῦν· εἶθ' ὁ μὲν προφήτης θεασάμενος ἤρετο, τί δὴ
τοῦτό ἐστιν; ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, ὅτι μέτρον τοῦτο τῆς τιμωρίας ἣν ὑπομεῖναι προσῆκον ἦν
τοὺς Ἰσραηλίτας ὑπὲρ ὧν διεπράττοντο· εἶτα θεωρεῖ τάλαντον μὲν μολίβου, ὃ καὶ τῇ
φύσει βαρὺ καὶ τῷ σταθμῷ πολὺν ἔχει τὸν ὄγκον, ὡς ἂν οὕτω τῆς τιμωρίας δείξειεν τὴν
βαρύτητα· γυναῖκα δέ τινα καθεζομένην ἐπὶ τοῦ μέτρου ἣν ἀνομίαν ἔφησεν εἶναι· ἐκ γὰρ τῆς
ἀνομίας ὡς εἰκὸς ἡ τῆς τιμωρίας ἐγένετο βαρύτης· εἶτα αὐτήν τε ἔρριψεν εἰς τὸ μέσον τοῦ
μέτρου· καὶ τὸ τοῦ μολίβου τάλαντον τέθεικεν ἐπὶ τοῦ στόματος αὐτῆς, δεικνὺς ὅτι καὶ τὴν ἁμαρ-
τίαν, καὶ τὴν ἐκ ταύτης τιμωρίαν κατὰ ταυτὸν ἠφάνισε, πᾶσάν τε τῶν κακῶν τὴν βαρύτητα εἰς
τὸ ἐκείνης ἐνέθηκε στόμα, ὥσπερ ἐμφράττων καὶ διακωλύων αὐτῇ τὴν λείαν, εἰς ἔνδειξιν τοῦ
πᾶσαν αὐτῆς ἀφῃρῆσθαι τὴν δύναμιν, καὶ μὴ δὲ φωνῆς ἔτι κυρίαν εἶναι, τοῦ καὶ τοῖς ὀνειδίζουσιν
αὐτοὺς πρότερον ἐφ' οἷς ἔπασχον ὡς ὑπὸ τοῦ θεοῦ καταλελειμμένους, ἅπασαν ἀνῃρῆσθαι
τοιαύτην φωνήν· ὡς ὁ μακάριος λέγει Δαυίδ· * ἄλαλα γενηθήτω τὰ χείλη τὰ δόλια, * Ps. XXX. 19.
τὰ λαλοῦντα κατὰ τοῦ δικαίου ἀνομίαν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἶδεν εἰς ἀπόδειξιν τοῦ τά τε ἀνο-
μήματα καὶ τὰς ὑπὲρ τούτων τιμωρίας τῶν Ἰσραηλιτῶν παντελῶς ἀφῃρῆσθαι. Δεικνὺς δὲ ὅτι p. 471.
ἀφῄρηται μὲν αὐτῶν ἡ τιμωρία, εἰς δὲ τοὺς ἐχθροὺς μετενήνεκται τοὺς αὐτῶν, ἐπάγει.

“ Καὶ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου καὶ εἶδον· καὶ ἰδοὺ δύο γυναῖκες ἐκπορευόμεναι, καὶ v. 9.
πνεῦμα ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτῶν· καὶ αὗται εἶχον πτέρυγας ὡς πτέρυγας ἔποπος· καὶ ἀνέλαβον
τὸ μέτρον ἀναμέσον τῆς γῆς καὶ ἀναμέσον τοῦ οὐρανοῦ· καὶ εἶπον πρὸς τὸν ἄγγελον τὸν λαλοῦντα v. 10.
ἐν ἐμοί, ποῦ αὗται ἀποφέρουσι τὸ μέτρον; καὶ εἶπε πρός με, οἰκοδομῆσαι αὐτῷ οἰκίαν ἐν v. 11.
γῇ Βαβυλῶνος καὶ ἑτοιμάσαι· καὶ θήσουσιν αὐτὸ ἐκεῖ ἐπὶ τὴν ἑτοιμασίαν αὐτοῦ. „ Θεωρεῖ
δὴ λοιπὸν ἐπ' ἐκείνοις δύο γυναῖκας, αἳ μετὰ πολλοῦ διίπταντο τοῦ τάχους· τοῦτο γὰρ δηλοῖ

iniquitas. Et coniecit eam in medium mensurae: et proiecit lapidem plumbi in os eius. „ Eundem videt rursus angelum, iubentem ei ut aspiceret quod in praesenti visione discurrere videbatur. Moxque propheta intuitus rogabat: quidnam hoc est? Angelus vero respondit, hanc esse mensuram poenae, quam perpeti merebantur Israhelitae morum suorum causa. Deinde plumbi talentum videt, quod et suapte natura grave est, et ingenti pondere urget, ut sic poenae gravitatem ostendat. Porro quandam mulierem mensurae insidentem videns, hanc ait esse peccatum: nam pro peccati modulo, poenae gravitas, ut par est, deputabatur. Deinde mulierem in mediam mensuram coniecit, plumbique talentum in ore eius posuit; demonstrans, Deum tum peccatum tum consectaneam ei poenam simul sustulisse, totamque malorum gravitatem in illius os contulisse, quasi obstruendo impediendoque eam a praeda, quô significet cunctas ei vires ablatas; ita ut ne vocis quidem suae potestatem retineat; id est, ne forte Israhelitis exprobret, ob ea quae passi erant, derelictionem Dei, omnem quoque vocis facultatem illi ereptam. Sicut beatus ait David: muta fiant labia dolosa, quae loquuntur adversus iustum iniquitatem. Et haec quidem vidit, ut ostenderetur Israhelitarum iniquitates, eorumque poenas prorsus fuisse remissas. Nunc vero, ut palam fiat, poenam Israhelitis remissam, in eorum hostes fuisse collatam, pergit dicere.

“ Et levavi oculos meos, vidique, et ecce duae mulieres egredientes, et spiritus in alis earum. Et ipsae habebant alas, ut sunt alae upupae. Et extulerunt mensuram inter terram ac caelum. Et dixi angelo, qui loquebatur in me: quònam istae mensuram deferunt? Dixitque mihi, ad aedificandum ei domum in regione Babylonis et praeparandum. Et ponent illam ibi super praeparationem illius. „ Videt

τὸ πνεῦμα ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτῶν, ὑφ' οὗπερ ὡς ὠθούμεναι ὀξυτέραν ἐποιοῦντο τὴν πτῆσιν· ταύτῃ δὲ ἕνεκεν καὶ ὡς ἔποπος λέγει τὰς πτέρυγας αὐτῶν εἶναι, ἐπειδὴ ὀξεῖα τοῦ ὀρνέου ἡ πτῆσις· αὗται δή φησιν αἱ γυναῖκες, ἐκεῖνο τῆς τιμωρίας τὸ μέτρον ἁρπάσασαί τε καὶ εἰς ὕψος ἀναγαγοῦσαι, μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος καθιπτάμεναι ἀπῄεσαν· διὰ γὰρ τοῦτο εἶπε, τὸ ἀναμέσον τῆς γῆς καὶ ἀναμέσον τοῦ οὐρανοῦ· ἐπειδὴ ἐξ ὕψους ἐπὶ τὰ κατώτερα εὐμαρεστέρα τοῖς ὀρνέοις ἡ πτῆσις καὶ ὀξυτέρα γίνεται· ἠρόμην οὖν φησιν ὅποι μὲν ἀπίοιεν, ὅποι δὲ ἀπάγοιεν τὸ μέτρον; ἔγνων δὲ παρὰ τοῦ ἀγγέλου ὅτι περ αὐτὸ εἰς τὴν Βαβυλῶνος ἀπάγουσι γῆν, αὐτόθι τε αὐτῷ οἰκίαν οἰκοδομήσουσι, κἀκεῖ πᾶσαν αὐτῷ τὴν οἴκησιν ὁρίζουσι· ἵνα εἴπῃ, ὅτι τὴν τιμωρίαν πᾶσαν εἰς Βαβυλῶνα ἀπάξει, μένουσαν αὐτοῖς καὶ οὐ λυθησομένην ἔτι, ὅνπερ
p. 475. δὴ τρόπον λύσιν ἐδέξατο τὰ ὑμέτερα. Ἀλλὰ γὰρ εἰς βεβαίωσιν τῶν εἰρημένων, ἐπάγει πάλιν.

ΚΕΦ. ϛʹ.

v. 1. « Καὶ ἐπέστρεψα καὶ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ εἶδον τέσσαρα ἅρματα ἐκπορευόμενα
v. 2. ἐκ μέσου δύο ὀρέων· καὶ τὰ ὄρη ἦν ὄρη χαλκᾶ· ἐν τῷ ἅρματι τῷ πρώτῳ ἵπποι πυρροί,
v. 3. καὶ ἐν τῷ ἅρματι τῷ δευτέρῳ ἵπποι μέλανες· καὶ ἐν τῷ ἅρματι τῷ τρίτῳ ἵπποι λευκοί,
v. 4. καὶ ἐν ἅρματι τῷ τετάρτῳ ἵπποι ποικίλοι ψαροί· καὶ ἀπεκρίθην καὶ εἶπον πρὸς τὸν ἄγγελον
v. 5. τὸν λαλοῦντα ἐν ἐμοί, τί ἐστι ταῦτα κύριε; καὶ ἀπεκρίθη ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοί,
καὶ εἶπε πρός με, ταῦτά ἐστιν οἱ τέσσαρες ἄνεμοι τοῦ οὐρανοῦ, οἳ ἐκπορεύονται παραστῆναι
v. 6. τῷ κυρίῳ πάσης τῆς γῆς· ἐν ᾧ ἦσαν οἱ ἵπποι οἱ μέλανες, ἐξεπορεύοντο ἐπὶ γῆς βορρᾶ· καὶ
οἱ λευκοὶ ἐξεπορεύοντο κατόπισθεν αὐτῶν· καὶ οἱ πυρροὶ ἐξεπορεύοντο ἐπὶ γῆν νότου· καὶ οἱ
v. 7. ποικίλοι καὶ ψαροὶ ἐξεπορεύοντο, καὶ ἐζήτουν καὶ ἐπέβλεπον τοῦ περιοδεῦσαι τὴν γῆν· καὶ
εἶπε, πορεύεσθε καὶ περιοδεύσατε τὴν γῆν· καὶ περιώδευσαν τὴν γῆν· καὶ ἀνεβόησε καὶ ἐλά-

insuper duas mulieres, quae celeriter admodum volabant: id enim valent verba, spiritus in alis earum, a quo veluti impulsae velociorem faciebant volatum. Ea propter upupae dicit ipsas habere alas, cuius avis celer est volatus. Hae porro, inquit, mulieres illam poenae mensuram rapientes atque in altum efferentes, multa cum vehementia avolabant. Idcirco enim dixit, inter terram ac caelum; quia ex alto ad citima facilior velociorque est avium volatus. Quaesivi itaque, ait, quònam illae abirent, et quònam mensuram transferrent? cognovique ex angelo, eam ab his transferri in regionem babylonicam, ibi domum ei aedificare, ibidemque perpetuum habitaculum eidem definire, id est poenam omnem Babylonem se translaturum, quae illic numquam remissa perseverabit, secus ac vestra finem poena nacta est. En autem ob dicta sua confirmanda, denuo orationem continuat.

CAP. VI.

ἐδοκίμασα, τῆς τε προνοίας ἀξιοῦν τῆς ἐμῆς· τὸ γὰρ τῷ οἴκῳ μου, πάσῃ τῇ χώρᾳ λέγει τοῦ
Ἰσραὴλ ὡς αὐτῷ προσηκούσῃ· εἶτα καὶ σαφέστερον ποιῶν δι' ὅτου περ ἔσται ταῦτα, καὶ τίς ὁ
ἐπὶ τοῦτο παρὰ τοῦ Θεοῦ προβεβλημένος “ χαῖρε σφόδρα θύγατερ Σιών, κήρυσσε θύγατερ v. 9.
Ἱερουσαλήμ· ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι δίκαιος καὶ σώζων· αὐτὸς πρᾶος καὶ ἐπιβεβηκὼς
ἐπὶ ὑποζύγιον καὶ πῶλον νέον· καὶ ἐξολοθρεύσει ἅρματα ἐξ Ἐφραὶμ, καὶ ἵππον ἐξ Ἱερου- v. 10.
σαλὴμ, καὶ ἐξολοθρευθήσεται τόξον πολεμικόν· καὶ πλῆθος, καὶ εἰρήνη ἐξ ἐθνῶν. „ Εὐ-
φραίνου τοίνυν ὦ Ἱερουσαλὴμ τοιούτου σοι βασιλέως παρὰ τοῦ Θεοῦ προβεβλημένου, ὃς παρέσται
σοι περισώζειν τε δυνάμενος τοὺς οἰκείους διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ θείαν ῥοπὴν, καὶ πᾶσαν
τοῖς ἐναντίοις τὴν δικαίαν ἐπάγων τιμωρίαν· ὃς ἐπιβέβηκε μὲν ἐπ' εὐτελοῦς τοῦ ζώου, ἅτε νέου
ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας παραγεγονὼς, πολλῆς δὲ ἐπιλήψεται δυνάμεως διὰ τῆς θείας ῥοπῆς,
ὥστε ἀπό τε τοῦ Ἐφραὶμ καὶ ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ πάντα μὲν τῶν ἐναντίων ἀφανίσαι τὰ ἅρ-
ματα, πάντα δὲ ἵππον καὶ πᾶν τόξον πολεμικόν· ἵνα εἴπῃ ὅτι πάντας τροπώσεται τοὺς p. 43.
πολεμίους, ὡς μηδενὶ τῶν ἐναντίων, κατὰ τὰ τῆς χώρας τῆς Ἰουδαίας εἶναι ἀφανιεῖ δέ φησι
τὸ πλῆθος πολὺ τῶν ἐναντίων, εἰρήνης τε πάσης ἐκτὸς αὐτοὺς καταστήσει, ἅτε συντριβομένους
τε καὶ ἀπολλυμένους τῷ παρ' αὐτοῦ πολέμῳ.

Ὅτι μὲν οὖν ταῦτα περὶ τοῦ Ζοροβάβελ ἐνταῦθα λέγεται, δῆλον. Ἐγὼ δὲ ἐθαύμασα τῶν ἐπ' ἀτόποις φερομένων διανοίας, καὶ τὸ μὲν τι μέρος ἐπὶ τοῦ Ζοροβάβελ ἐκλαμβανόντων, τὸ δὲ ἐπὶ δεσπότου Χριστοῦ· ὅπερ οὐδὲν ἕτερον ἐστὶν ἢ μεριζόντων τῷ τε Ζοροβάβελ καὶ τῷ δεσπότῃ Χριστῷ τὴν προφητείαν· ἔστι δὲ ταῦτα μὲν ἀνοίας τῆς ἐσχάτης· ὁ δὲ ἀληθὴς τῶν τοιούτων νοῦς, ἐκεῖνός ἐστιν ὃν καὶ πρόσθεν εἰρηκὼς οἶδα, ὅτι σκιὰν ὁ νόμος εἶχεν ἁπάντων τῶν κατὰ τὸν δεσπότην Χριστόν· πολλὰ τοίνυν τῶν παραδόξως γινομένων, εἴ τε περὶ τὸν λαὸν, εἴ τε τοὺς ἐπί τισιν ἐκλεγέντας, λέγει μὲν ὑπερβολικώτερον ἐπ' αὐτῶν ἐκείνων ἡ γραφὴ, τῆς λέξεως κατὰ τὸ πρόχειρον τὴν ἀλήθειαν οὐκ ἐχούσης· εὑρίσκεται δὲ ἀληθῆ τὰ τοιαῦτα, ὅτ'

et mea providentia dignari. Nam verba, domui meae, de tota regione dicit Israhelis, utpote ad se pertinente. Mox manifestius pandens, cuius opere haec fient, et quisnam a Deo sit electus; “ Laetare, inquit, magnopere filia Sion, praedica filia Hierusalem. Ecce rex tuus venit tibi iustus et salvans: ipse humilis, et insidens iumento et pullo novello. Et perdam quadrigas ex Ephraimo, et equum de Hierusalem: et dissipabitur arcus bellicus: eritque multitudo, et pax ex gentibus. „ Gaude igitur, o Hierusalem, tanto rege tibi divinitus suppeditato, qui tibi aderit, salvare potens populum suum, ob insitam sibi divinam vim, et omnimodam adversariis inferet punitionem: qui vili quidem animali insidet, ceu nuper de captivitate egressus, sed multam contrahet fortitudinem ex divina vi: in tantum, ut ex Ephraimo et Hierusalem cunctos adversariorum destructurus sit currus, et equitatum universum, et arcum bellicum. Pro eo ac dicat, omnes profligabit hostes, ut nemo deinceps adversarius iudaicae regioni supersit. Perdet, inquit, magnum hostium numerum, ac pace omni privabit, contritos nimirum ac perditos bello quod ipsemet geret.

Iam quod haec de Zorobabele nunc dicantur, exploratum est. Attamen ego miratus sum nonnullos, qui in absurdas abeuntes opiniones, partem quidem dicti huius de Zorobabele intelligunt, partem autem de Christo domino: quod aliud nihil est, nisi inter Zorobabelem et Christum dominum prophetiae divisio; quae summa insania est. Verus autem locorum huiusmodi sensus ille est, quem iam antea me dixisse scio, nempe quod umbra omnium Christi domini rerum lex fuerit. Multa igitur mire acta, sive circa populum, sive circa nonnullos ad aliquod munus ele-

ἂν ἐπ' αὐτοῦ κρίνηται τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, ὃς ἐν ἅπασι παύσας μὲν τοῦ νόμου τὴν σκιάν, ἐπεισαγαγὼν δὲ τὴν ἀλήθειαν τὴν οἰκείαν, εἰκότως καὶ τῶν φωνῶν τῶν τοιούτων ἐπιδείκνυσι τὴν ἀλήθειαν· τοιοῦτόν ἐστι τὸ πρὸς τὸν Ἀβραάμ, ὅτι ἐνευλογηθήσεται ἐν σοὶ καὶ ἐν τῷ σπέρματί
* Gen. XXVI. 4. σου πάντα τὰ ἔθνη· * δηλοῖ μὲν γὰρ τοὺς ἐξ αὐτοῦ γεγονότας κατὰ τὸ πρόχειρον· ἡ ἀλήθεια
p. 406. δὲ τοῦ ῥήματος ἐπὶ τοῦ δεσπότου συνίσταται Χριστοῦ, ἐφ' οὗπερ ὄντως ἐνευλογηθῆναι γέγονε
* Ps. LXXXVIII. 38. τὰ ἔθνη· τοιοῦτόν ἐστι καὶ τῷ μακαρίῳ Δαυΐδ *, ὁ θρόνος αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος ἐναντίον μου, καὶ ὡς ἡ σελήνη κατηρτισμένη εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ θήσομαι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος τὸ σπέρμα αὐτοῦ, καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ ὡς τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ· τῷ μὲν γὰρ προχείρῳ δοκεῖ τοὺς διαδόχους λέγειν, ἐφ' ὧν διαμένειν ἤμελλεν ἡ βασιλεία· ἡ δὲ τοῦ πράγματος ἀλήθεια ἐπὶ τοῦ δεσπότου δείκνυται Χριστοῦ, οὗ ὄντως ἡ βασιλεία παντὸς μὲν ἡλίου λαμπροτέρα
* Ps. XV. 10. καθέστηκε, παντὸς δὲ οὐρανοῦ μονιμωτέρα· τοιοῦτον ἐστὶ τὸ *, οὐκ ἐγκατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ᾅδου, οὐδὲ ἡ σάρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν, ὅπερ ὑπερβολικῶς εἰρημένον παρὰ τοῦ μακαρίου Δαυΐδ ἐπὶ τοῦ λαοῦ τῶν Ἰσραηλιτῶν, ἐπ' αὐτῆς τῆς τῶν πραγμάτων ἀληθείας ὤφθη γεγονὸς ἐπὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ· ὅθεν δὴ καὶ τῇ φωνῇ δικαίως ὁ μακάριος ἐχρήσατο Πέτρος λέ-
* Act. II. 31. γων *, ὅτι οὐκ ἐγκατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ᾅδα, οὐδὲ ἡ σάρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν.

Πολλὰ τοιαῦτα εὕροι τις ἄν, ἃ μακρὸν λέγειν ἐπὶ τοῦ παρόντος, ἃ πρότερον μὲν ὑπερβολικῶς ἐλέγετο, οὐκ ἔχοντα τῶν λεγομένων τὴν ἀλήθειαν ἀκριβῆ, εὑρίσκεται δὲ οὕτως ἔχοντα, ὥσπερ οὖν εἴρηται, ἐπὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ· τοιοῦτο δή τι καὶ τοῦτό ἐστιν· ὁ μὲν γὰρ περὶ τοῦ Ζοροβάβελ ἔλεγεν ἐκ τῆς διαδοχῆς τοῦ Δαυΐδ κατὰ γνώμην θεοῦ ἡγουμένου τῶν Ἰουδαίων, ὤφθη δὲ τὸ πρᾶγμα ἀναντίρρητον ἔχον ἐπὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ τὴν ἀλήθειαν· τῷ
p. 407. μὲν γὰρ καὶ ἡ κατὰ τῶν ἐθνῶν τιμωρία μικρά, καὶ ἡ τῶν οἰκείων σωτηρία εὐτελής· ὅθεν καὶ

etos, recitat hyperbolice de praedictis scriptura, quum tamen dictio in sensu obvio veritatem non contineat: sed ea tum demum vera comperiuntur, cum de ipso censentur Christo domino, qui sublata ubique legis umbra, et propria veritate subintroducta, iure meritoque huiusmodi quoque dictionum ostendit veritatem. Tale est illud Abrahamo dictum, quod benedicentur in te et in semine tuo omnes gentes. Nempe obvius quidem sensus posteros eius designat; verumtamen dicti veritas in Christo domino constat, in quo reapse benedici gentes contigit. Tale est etiam illud beato Davidi dictum: thronus eius sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in aeternum. Et ponam in saeculum saeculi semen eius, et thronum eius sicut dies caeli. Obvio sane sensu videtur successores dicere, in quibus regnum perseveraturum erat: sed tamen rei veritas, in Christo domino apparet, cuius vere regnum sole quolibet splendidius est, et quolibet caelo constantius. Tale denique est: non est derelicta anima eius in inferno, neque caro eius vidit corruptionem; quod hyperbolice dictum a beato Davide de Israhelitarum populo, ipsa rei actae veritate in Christo domino conspectum est. Quare et hoc dicto usus est iure meritoque beatus Petrus dicens non fuisse derelictam animam eius in inferno, neque carnem eius vidisse corruptionem.

Multa huiusmodi comperire licet, quae in praesenti percensere longum esset; quae dicta fuere hyperbolice, quoniam dictae rei veritatem accuratam non continent; sed tamen reapse ita se habent, ut diximus, in Christo domino. Talis est hic, de quo agimus, locus. Propheta quidem de Zorobabele dicebat, homine de stirpe Davidis, Dei voluntate Iudaeorum duce; sed res demum evidente veritate patuit in Christo domino. Nam Zorobabel exiguas de gentibus poenas sumpsit, et

ἀκολούθως ἐπάγει, ὅτι ἐξολοθρεύσει ἅρματα ἐξ Ἐφραὶμ καὶ ἵππον ἐξ Ἱερουσαλὴμ, δεικνὺς ὅτι πρὸς τοῦτο αὐτοῖς συμβαλεῖται τὸ τῶν πολέμων αὐτοὺς ἀπαλλάττειν· ἀληθὴς δὲ ἡ φωνὴ πέφηνεν ἐπὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, ἐφ' οὗπερ ὄντως ἔνεστι χαίρειν μονίμην τε χαρὰν καὶ διηνεκῆ· ὃς ὄντως δίκαιός ἐστιν, ἅτε μετὰ τοῦτο πάσῃ κρίνων τῇ οἰκουμένῃ καὶ ὄντως, ὅ γε πάντας ἐξ ἀπωλείας εἰς σωτηρίαν μεθιστὰς διηνεκῆ καὶ βεβαίαν· ἐνταῦθα οὖν εἴρηται περὶ τοῦ Ζοροβάβελ συμμεμιγμένης τῆς φωνῆς πρὸς ἐφ' οὗπερ λέγεται τὰ γεγραμμένα· ἐν δὲ τοῖς εὐαγγελίοις * ἐπὶ τὸν δεσπότην ἦκται Χριστὸν, ὃς διὰ πάντων ὤφθη, καὶ μέγας καὶ ὑψηλὸς καὶ δίκαιος καὶ σώζων καὶ μονίμους τὰς οἰκείας παρέχων εὐεργεσίας, ἀμεταθέτους τε παντελῶς καὶ μεταβολὴν οὐδὲ μίαν δέξασθαι δυναμένας· τοῦτο μὲν οὖν ἀκολουθότατόν τε καὶ πρέπον καὶ λέγειν καὶ νοεῖν· τὸ δὲ μέρος μὲν αὐτῆς λέγειν εἰρῆσθαι περὶ τοῦ Χριστοῦ, κατιόντας δὲ μεθίστασθαι ἐπὶ τὸν Ζοροβάβελ, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸν Χριστὸν ἀπ' ἐκείνου, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸν Ζοροβάβελ ἀπὸ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ πρῶτον μὲν ἀσύστατον δεικνύντων τὴν προφητείαν, εἶτα τὰς φωνὰς τὰς γραφικὰς ἐξ ἴσου μεριζόντων, εἴς τε τὸν οἰκέτην καὶ τὸν δεσπότην· ἐπεὶ καὶ τὸ λέγειν εἰς ἀπόδειξιν τοῦ μὴ πρὸς Ζοροβάβελ προσήκειν τὰ εἰρημένα, ὅτι ἔρχεται ὁ προφήτης ἔφη, καίτοι γε πάλαι τοῦ Ζοροβάβελ ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας μετὰ τῶν λοιπῶν ἐπανεληλυθότος, ψυχρολογίας ἐστὶ περιττῆς καὶ ἀπειρίας τῶν θείων γραφῶν.

* Ioh. XII. 15.

p. 408.

Τὸ γοῦν ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, οὐχ ὥσπερ μέλλοντος, ὡς παρεληλυθότος δὲ ἤδη λέγεται· οὐ γὰρ ἀχθήσεται εἶπεν, ἀλλ' ἤχθη· ὡς οὐκ ἂν ἁρμόσειεν οὐδὲ τοῦτο πρὸς δεσπότην Χριστὸν κατὰ τὸν τῶν σοφωτάτων λόγον, οὓς ἐχρῆν εἰδέναι τὴν χρόνων τὴν ἐναλλαγὴν ποικίλην οὖσαν ἐπὶ τῆς θείας γραφῆς, ὅπερ οὖν διὰ πολλῶν ἡμεῖς ἐν τῇ τῶν ψαλμῶν ἑρμηνείᾳ, καὶ ἐπὶ τῶν προφητῶν ἐδείξαμεν αὐταρκῶς· ἐνταῦθα μέντοι γε οὐδὲ ἡ χρῆσις τῆς φωνῆς, εἰ δή τις αὐτὴν κατὰ τὸν χρόνον κρίνοι, ἁρμόττουσα τῇ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ παρουσίᾳ· ἡ μὲν γὰρ

suorum tenuem salutem patravit; unde mox addit: perdet currus ex Ephraimo et equum ex Hierusalem; ostendens fore ut his actis contingat illis bello liberari. Verax autem dictio apparuit in Christo domino, in quo vere licet laetari constante perpetuaque laetitia. Is enim vere iustus est, quippe qui universum mundum iudicat vereque salvat, quandoquidem omnes ex perditione ad salutem transtulit firmam atque perennem. Heic igitur de Zorobabele sermo est, coartata dictione ad illum de quo scriptura loquitur. Verum in evangeliis ad Christum dominum trahitur, qui per omnia visus est magnus, excelsus, iustus, ac salvator, stabilia sua praebens beneficia, immobilia prorsus et nulli mutationi obnoxia. Sic, inquam, maxime consentaneum est et loqui et cogitare. At vero partem quidem vaticinii adfirmare de Christo loqui; et mox progrediendo transferre ad Zorobabelem; rursusque ab hoc ad Christum; et denuo ad Zorobabelem a Christo domino; nihil est aliud quam primo quidem absurdam ostendere prophetiam; deinde scripturae vocabula aequis partibus distribuere inter servum ac dominum. Namque et dicere, ob demonstrandum non convenire dicta Zorobabeli, dicere inquam, apud prophetam legi, ADVENTAT, quum tamen iam de captivitate rediisset cum reliquis Zorobabel, hoc satis frigidum superfluumque est, et hominis divinarum scripturarum imperiti.

Certe et illud: tamquam ovis ad occisionem ductus est, non tamquam futurum sed tamquam praeteritum effertur: non enim dixit ducetur, sed ductus est: quare ne hoc quidem Christo domino quadraret, iuxta sapientissimorum horum ratiocinium, quos potius scire oporteret temporum variam enallagen apud divinam scripturam; quod nos copiose satisque in psalmorum ac prophetarum interpretatione

μετὰ πολὺ ἤμελλεν γίνεσθαι τὸν χρόνον, ὁ δὲ οὐκ ἐλεύσεται εἶπεν, ὅπερ ἥρμοττεν ἐπὶ τοῦ μέλλοντος εἰπεῖν, ἀλλ᾽ ἔρχεται, ὅπερ εἴωθεν ἐπὶ τῶν ἐγγὺς καὶ παραχρῆμα γινομένων λέγεσθαι· κατὰ δέ γε τοῦτον αὐτῶν τὸν λόγον πολλὰ καὶ ἕτερα περιττῶς εὑρεθήσεται κείμενα παρὰ τῷ προφήτῃ· ἐπεὶ καὶ τοῦ Ἰησοῦ νῦν ἀφαιρεῖσθαι λέγει τὰ ῥυπαρὰ ἱμάτια, ἅπερ ἦν δήλωσις τῆς αἰχμαλωσίας, νῦν τε αὐτῷ περὶ τὸ ἱερατικὸν περιτίθεσθαι σχῆμα· καί τοι γε δῆλον ὅτι καὶ αὐτὸς μετὰ τοῦ Ζοροβάβελ ἐληλύθει, ἀπαλλαγείς τε τῆς αἰχμαλωσίας καὶ ἐν τῷ τῆς ἱερωσύνης σχήματι καθεστώς· ὅθεν καὶ ὁ προφήτης μακάριος Ἀγγαῖος κοινῇ πρὸς τὸν Ζοροβάβελ καὶ πρὸς αὐτὸν φαίνεται λέγων τὸ χρῆναι τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ φροντίσαι, καὶ τὸ μέτρον δὲ τῆς τιμωρίας νῦν ἀφαιρεθὲν μετὰ τῆς ἁμαρτίας τοῦ Ἰσραήλ, φησὶν εἰς Βαβυλῶνα ἀπενηνέχθαι· καί τοι γε Κῦρος μὲν ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς τῆς τε αἰχμαλωσίας
p. 400. ἀπέλυσε τὸν λαόν, καὶ τὴν Βαβυλῶνα καθεῖλε· φαίνεται δὲ ταῦτα ἐπὶ Δαρείου τοῦ βασιλέως λέγων ὁ προφήτης, ὃς τέταρτος ἦν ἀπὸ Κύρου· ὡς οὐκ εἶχε καιρόν, κατά γε τοὺς τῶν τοιούτων νομοθέτας, νῦν λέγειν γίνεσθαι ἃ πάλαι καὶ πρὸ πολλοῦ γεγόνει τοῦ χρόνου· ἀλλ᾽ εὔδηλον ὅτι τὰ μὲν πράγματα γέγονεν, ὁ προφήτης δὲ δι᾽ ἀποκαλύψεως ὁρᾷ νῦν αὐτὰ γινόμενα, ὡς ἂν καὶ γεγονότων οἱ τοῦ λαοῦ μάθοιεν πάντες, ὅτι μηδὲν ἀπὸ ταυτομάτου γέγονε, θείᾳ δὲ βουλήσει καὶ ὅρῳ ἐπιτετέλεσται δὴ πάντα τὰ περὶ αὐτοὺς ἀγαθά· ὡς οὐδὲν ἀπεικὸς ἦν, καὶ νῦν περὶ τῶν προσεσομένων τῷ λαῷ διὰ τῆς τοῦ Ζοροβάβελ βασιλείας κατὰ θεοῦ γνώμην εἰς τοῦτο προχειρισθέντος λέγοντα τὸν προφήτην εἰπεῖν ὅτι ἔρχεται δίκαιος καὶ σώζων, ὡς ἂν δηλώσειεν ὅτι ἐπὶ τούτοις πάρεστι τὸ καὶ πρὸς τὴν βασιλείαν ἐξείλεκται παρὰ τοῦ θεοῦ ἐπὶ τὸ ποιῆσαι ταῦτα, ἅπερ οὖν ἐν τοῖς ἑξῆς περὶ τὸν λαὸν δι᾽ αὐτοῦ γεγενῆσθαι φησίν.

docuimus. Hoc autem loco ne usus quidem dictionis, si quis eam ad normam temporis exigat, Christi domini adventui congruit; hic enim post multum tempus futurus erat; at propheta non ait aderit, quod de re futura dici oportebat, sed ADVENTAT, quod de rebus instantibus, et quae ilico fiunt, dici solet. Sane iuxta horum interpretandi rationem, plura quoque alia invenientur supervacue apud prophetam posita: quia Iesu quoque nunc detrahi dicit sordida vestimenta, quae captivitatis indicia erant; quamquam exploratum est ipsum pariter cum Zorobabele iam rediisse, captivitate liberum, et sacerdotali habitu indutum. Quamobrem et beatum Aggaeum prophetam communiter tum Zorobabeli, tum Iesu, dicere apparet suscipiendam esse templi aedificandi curam; poenaeque mensuram nunc ablatam, una cum Israhelis peccato, ait Babylonem translatam. Attamen iam Cyrus Persarum rex de captivitate populum emiserat, Babylonemque vastaverat. Porro constat dici haec a propheta regnante Dario, qui fuit quartus a Cyro. Quare intempestivum fuisset, iuxta talis sententiae auctores, dicere nunc fieri, quae olim et multo tempore ante evenerant. Sed enim perspicuum est, res quidem illas iam evenisse, prophetam vero revelatione illustratum easdem nunc cognoscere peractas fuisse: ut sic universus populus certior fieret, nihil eorum quae acta fuerant, casu vel per se contigisse, sed divina voluntate ac decreto comparata esse quaecumque ipsis acciderant bona. Quamobrem haud absurdum est, nunc etiam de populi futuris casibus sub Zorobabelis regno, Dei sententia ad id electi, loquentem prophetam dicere: ADVENTAT iustus et salvator; ut significet, adesse illum ad id negotii, et a Deo regem electum, ut ea praestet, quae in subsequentibus, pro populo ab eo peracta fuisse; dicit.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς ἀκριβεστέραν εἰρήσθω διδασκαλίαν (1). Ὁ δὲ προφήτης περὶ τοῦ
Ζοροβάβελ λέγων, καὶ περὶ αὐτοῦ δὴ τὰ νῦν προφητεύων, εἰ καί τινα φαντασίαν ὡς προ-
φήτης καὶ αὐτὸς περὶ τῶν μελλόντων εἶχεν, ἐπάγει. « Κατάρξει ὑδάτων ἀπὸ θαλάσσης ἕως v. 10.
θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμῶν ἕως διεκβολῶν γῆς. » Ὑπερβολικῶς καὶ τοῦτο κατὰ τὸ εἰωθὸς
εἰρηκώς, ὅτι πολλῶν περιγενήσεται τῶν ἐναντίων, καὶ πολλὴν καθέξει χώραν, Ἰουδαίοις τὴν
οἴκησιν αὐτῆς παραδούς. Τοιοῦτος ἐστὶ καὶ παρὰ τῷ μακαρίῳ Δαυὶδ ὁ ἑβδομηκοστὸς α'
ψαλμός, ἐν εὐχῆς σχήματι δήλωσιν ἔχων τῆς κατὰ τὸν Σολομῶντα εὐετηρίας, ἔνθα φησίν·
πρὸ τοῦ ἡλίου διαμενεῖ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ πρὸ τῆς σελήνης γενεὰς γενεῶν· καὶ κατακυ- p. 100.
ριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, ἀπὸ ποταμῶν ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης· οὐ γὰρ
δηλονότι ὑπερβολικῶς εἴρηται καὶ ταῦτα; εἶτα ἐπάγει. « Καὶ σὺ ἐν αἵματι διαθήκης σου v. 11.
ἐξαπέστειλας δεσμίους σου ἐκ λάκκου οὐκ ἔχοντος ὕδωρ· καὶ καθίσεσθε ἐν ὀχυρώματι δέ- v. 12.
σμιοι τῆς συναγωγῆς, καὶ ἀντὶ μιᾶς ἡμέρας παροικεσίας σου διπλᾶ ἀνταποδώσω σοι. »
Ἐν ἅπασι δὴ τούτοις μάλιστα τὰ περὶ τὸν Γὼγ ἐσόμενα ἐν τῷ τοῦ Ζοροβάβελ ἡμέραις μη-
νύει· πρὸς ὃν λέγει ὅτι πολλοὺς ἀνελών, καὶ πολλῶν αἵματα ἐκχέας, καὶ τῇ τῶν ἐναντίων
ἀναιρέσει ὥσπερ τισὶ συνθήκαις βεβαιώσας ἑαυτῷ τὴν τοῦ λαοῦ βασιλείαν, ἀπαλλάξει μὲν
ἅπαντας κινδύνων μεγίστων, ἐν οἷς ὥσπερ ἐν λάκκῳ τινὶ διάγουσιν ὕδωρ οὐκ ἔχοντι, ἵνα
εἴπῃ ἀπαραμυθήτοις κακοῖς ψυχαγωγίαν ἔχουσιν οὐδὲ μίαν· διαμενεῖτε δὲ οἱ πάλαι δέ-
σμιοι τῆς τῶν Ἰουδαίων συναγωγῆς μετὰ πολλῆς τῆς ἀσφαλείας διάγοντες ἐν τοῖς οἰκείοις τῇ
περιεστῶτος ὑμῖν ἀσφαλείᾳ· ὥστε ἀνθ' ὧν πεπόνθατε, ἡνίκα ἐν αἰχμαλωσίαις ἦτε
διάγοντες, μείζονά σε πολλῷ τῶν παρόντων ἀγαθῶν γενέσθαι τὴν ἀντίδοσιν.

Sed hactenus a nobis ob tradendam accuratiorem doctrinam dictum sit. Iam propheta de Zorobabele loquens, deque eodem nunc vaticinans, siquidem phantasiam quandam de futuris rebus ipse quoque ceu propheta habebat, addit: " dominabitur aquis a mari ad mare, et a fluminibus usque ad exitus terrae. „ Hyperbolice hoc etiam more suo dicit, quod nempe multos superabit hostes, multamque obtinebit regionem, quam Iudaeis incolendam tradet. Talis est etiam apud beatum Davidem septuagesimus primus psalmus, sub precis specie declarans Salomonis prosperitatem, ubi ait: ante solem permanebit nomen eius, et ante lunam per generationes generationum. Et dominabitur a mari ad mare, et a fluminibus usque ad terminos terrae. Nonne et haec hyperbolice dicta fuerunt? Mox subdit. " Et tu in sanguine testamenti tui emisisti captivos tuos de lacu aquam non habente. Et sedebitis in munitione captivi synagogae: et pro uno die peregrinationis tuae, duplicia tibi retribuam. „ In his omnibus res praecipue Gogi futuras Zorobabelis aetate innuit: cui dicit fore ut multis interemptis, et multorum sanguine effuso, et adversariorum caede, quasi foedere quodam, populi sibi regno adserto, fore inquam ut omnes maximis periculis expediat, in quibus tamquam lacu quodam aquis carente degunt, id est in malis solatio omni et recreatione carentibus. Perseverabitis autem qui olim eratis Iudaei captivi, multa cum securitate in patria sub praesidis vestri tutela. Quare pro iis quae passi estis captivitatis tempore, multo maior vobis praesentium bonorum copia retribuetur.

(1) Granditer libereque more suo criticas hermeneuticae regulas tradidit hoc loco Theodorus; quibus tamen, tam heic tum alibi, non nisi ex communiore norma sanctorum patrum utemur. Conferantur certe in hoc Zachariae capitulo Hieronymus, Theodoretus, Cyrillus. Ad Iohannis autem XII. 15. locum legantur Augustinus in Ioh. serm. 51, Chrysostomus item in Ioh. homil. 66, Cyrillus comm. in Ioh. opp. T. IV. p. 698, denique Theophylactus opp. T. I. p. 673. ed. ven., qui omnes prophetiam de Christo simpliciter intelligunt.

v. 13. Εἶτα ἀκολούθως ἐπάγει. “ Διὰ τοῦτο ἐνέτεινά σε ἐμαυτῷ Ἰούδα ὡς τόξον, ἔπλησα
τὸν Ἐφραίμ· καὶ ἐξεγερῶ τὰ τέκνα Σιὼν ἐπὶ τὰ τέκνα τῶν Ἑλλήνων, καὶ ψηλαφήσω σε
ὡς ῥομφαίαν μαχητοῦ. ,, Ἰούδα καὶ Ἐφραῒμ λέγει, ἵν᾽ ἐκ μέρους τοῦ κυριωτάτου τὸ σύστημα
p. 501. τῶν Ἰουδαίων εἴπῃ· ὡς τόξον τοίνυν ἐντεταμένον κατὰ τῶν πολεμίων ὑμᾶς ἐργάσομαι ἰσχυρούς,
ὥστε κατὰ πάντων τῶν ἐπεληλυθότων ὑμῖν ἀλλοφύλων μετὰ πολλῆς ὑμᾶς ὁρμήσαντας τῆς προθυ-
μίας πολὺν αὐτῶν ἐργάσασθαι τὸν φόνον· καὶ ὅσον εἰκὸς ἐξ ἀνδρὸς γενέσθαι ἐν μάχαις καὶ πολέ-
μοις καὶ φόνοις τὸ ξίφος ἀεὶ γυμνάζοντος τὸ οἰκεῖον· καὶ ὅθεν ταῦτα αὐτοῖς περιέσται δηλῶν.
v. 14. Καὶ κύριος ἐπ᾽ αὐτοὺς ὀφθήσεται, καὶ ἐξελεύσεται ὡς ἀστραπὴ βολὶς αὐτοῦ· καὶ κύριος ὁ
v. 15. θεὸς ὁ παντοκράτωρ ἐν σάλπιγγι σαλπιεῖ, καὶ ἐκπορεύσεται ἐν σάλῳ ἀπειλῆς αὐτοῦ· κύριος
παντοκράτωρ ὑπερασπιεῖ αὐτῶν· καὶ καταναλώσουσιν αὐτοὺς, καὶ καταχώσουσιν αὐτοὺς ἐν λί-
θοις σφενδόνης, καὶ ἐκπίονται τὸ αἷμα αὐτῶν ὡς οἶνον, καὶ πλήσουσι τὰς φιάλας ἐλαίου ὡς
θυσιαστήριον. ,, Γενήσεται δὲ ταῦτα, φησὶν, ἐπειδὴ θεὸς στρατηγῶν ὑμῖν φοβερὸν κατὰ τῶν
ἐναντιουμένων ὑμῖν ἀνατείνει τὸ ὄμμα, ἀστραπῆς δίκην ἐπιπέμπων αὐτοῖς τὰ ξίφη· καὶ
ὥσπερ τινὶ σάλπιγγι τῇ οἰκείᾳ δυνάμει πάντας ὑμᾶς εἰς τὸν πόλεμον διεγείρας, προηγή-
σεται ὑμῶν, τῇ ἀπειλῇ τῇ ἰδίᾳ πάντας σαλεύων τοὺς ἐναντίους· τοσαύτην τε ὑμῖν παρέξει
διὰ τῆς οἰκείας συνεργίας τὴν βοήθειαν, ὥστε ὑμᾶς ἀβλαβεῖς διαμεῖναι, καὶ τοὺς ἐναντίους κατ-
αναλῶσαι πάντας· καὶ τῇ τῶν λίθων καταχῶσαι βολαῖς, τὸ αἷμα τε αὐτῶν τῇ ὑπερβολῇ
τῆς ἐκχύσεως μόνον οὐκ ἐκπιεῖν, πολλῇ τῇ τῆς ἀναιρέσεως αὐτῶν προθυμίᾳ κεχρημένους·
ὥστε μετὰ τὴν νίκην πληρώσαντας ὑμᾶς ἐλαίου φιάλας, θυσίας δίκην τῷ θεῷ προσκομί-
p. 502. σαι, εἰς ἔλεγχον τῆς φιλανθρωπίας δι᾽ ἣν τετυχήκατε τῆς τοσαύτης δυνάμεως. Τούτοις ἀκο-
λούθως ἐπάγει, ὅτι πάντας τοὺς οἰκείους περισώσει θεὸς, προβάτων δίκην ἀβλαβεῖς φυ-
v. 16. λάττων· καὶ τὴν αἰτίαν λέγων, “ διότι λίθοι ἅγιοι κυλίονται ἐπὶ τῆς γῆς αὐτοῦ· ὅτι εἴ τι

Postea prosequitur. “ Propterea tetendi te mihi, Iuda, ut arcum; replevi Ephraimo. Et concitabo filios Sion adversus filios Graecorum, et attrectabo te tamquam gladium bellatoris. ,, Iudam atque Ephraimum dicit, ut a parte principaliore nationem Iudaeorum denotet. Quasi arcum itaque extentum adversus hostes faciam vos validos, ut multa cum alacritate contra omnes extraneos adgressores impetum facientes, copiosam illorum occidionem patretis: nempe prout viro deceret in pugnis bellisque et caedibus gladium suum vibrare consueto. Atque haec undenam illis sint obventura docens, “ et Dominus, inquit, supra eos apparebit, et exibit quasi fulgur sagitta eius. Et dominus Deus omnipotens tuba canet, et procedet in procella minarum suarum: Dominus omnipotens tuebitur eos. Et illos pessumdabunt, et obruent eos lapidibus funda eiaculatis, et bibent sanguinem illorum quasi vinum, et implebunt phialas oleo, sicut altare. ,, Fient haec, inquit, quia Deus bellorum vestrorum dux, terribilem adversus hostes oculum intendit, fulguris instar immittens eis gladios: et tamquam classico quodam, virtute sua, vos omnes ad bellum concitans, dux vester erit, minis suis cunctos quatiens adversarios: tantasque vobis favore suo suppetias feret, ut incolumitate vobis manente, adversarios omnes interimatis, et lapidum ictibus obruatis; sanguinem denique illorum propter nimiam effusionem propemodum bibere videamini, dum caedi illorum multa cum alacritate indulgetis. Atque ita post victoriam plenas oleo phialas, sacrificii instar Deo offeretis, ob demonstrandam (Dei) clementiam, a qua tantas vires impetrastis. Mox subnectit, fore ut Deus suos omnes salvet, ovium instar incolumes custodiens; cuius rei causam recitans “ quia lapides sancti, inquit, volvuntur super terram

ἀγαθὸν, αὐτοῦ· καὶ εἴ τι καλὸν, αὐτοῦ. „ Πολλοὺς μὲν γὰρ ἐν ὑμῖν εὑρεῖν συμβέβηκε φησὶν ἀρε- v. 17.
τῆς ἐπιμελομένους, οἳ μετὰ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τῆς γῆς ἕρπειν δοκοῦσιν, ἀφανεῖς ὄντες
τοῖς πολλοῖς· Θεὸς δὲ δι' ἐκείνους οὐδὲ τοὺς λοιποὺς περιόψεται· ἐπειδὴ πᾶν ὅ τι ἀγαθόν τε
καὶ καλὸν, ἔργον αὐτοῦ· διὸ δὴ καὶ τῶν ἁγίων καὶ πρὸς ἀρετὴν βλεπόντων οἰκειούμενος τὰ
πάθη, ἕτοιμός ἐστι καὶ ἑτέρους ὑπὲρ αὐτῶν εὐποιεῖν· εἶτα καὶ εὐετηρίαν αὐτοῖς εὐαγγελιζό-
μενος μετὰ τὴν τῶν πολεμίων σφαγὴν, ἐπάγει.

ΚΕΦ. Ι´.

“ Αἰτεῖσθε παρὰ Κυρίου ὑετὸν καθ' ὥραν πρώϊμον καὶ ὄψιμον· Κύριος ἐποίησε φαν- v. 1.
τασίας, καὶ ὑετὸν χειμερινὸν δώσει αὐτοῖς, ἑκάστῳ βοτάνην ἐν ἀγρῷ. „ Παρὰ τούτου δὴ καὶ
ὑετοὺς αἰτεῖτε ἐπιτηδείους εἰς τὴν τῶν καρπῶν φορὰν· ὃς εἰωθὼς μετὰ πολλοῦ τοῦ φόβου συστρέφειν
τὸν ἀέρα, καὶ φαντάζειν ἅπαντας τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς τοῖς μεγέθεσι τῶν γινομένων, αὐτάρκης
ὑετὸν ὑμῖν παρασχεῖν τὸν καθήκοντα, ὥστε ἅπαντα φύειν ἐκ τῆς γῆς τὰ ὑμῖν ἀναγκαῖα·
βοτάνην γὰρ κοινῶς τοὺς καρποὺς λέγει· οἷόν ἐστι καὶ τὸ, βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου·
εὔδηλον γὰρ ὅτι κἀκεῖ πάντα λέγει τὰ ἐκ γῆς φυόμενα τῶν σπερμάτων· εἶτα πάλιν ἐπὶ
σωφρονισμῷ τῶν προειληφότων αὐτοὺς ὑπομιμνήσκων ἐπάγει. “ Διότι ἀποφθεγγόμενοι ἐλά- v. 2.
λησαν κόπους· καὶ οἱ μάντεις ὁράσεις ψευδεῖς καὶ τὰ ἐνύπνια ψευδῆ ἐλάλουν, μάταια p. 808.
παρεκάλουν· διὰ τοῦτο ἐξήρανθησαν ὡς πρόβατα, καὶ ἐκακώθησαν, ὅτι οὐκ ἦν ἴασις· ἐπὶ
τοὺς ποιμένας παρωξύνθη ὁ θυμός μου, καὶ ἐπὶ τοὺς ἀμνούς μου ἐπισκέψομαι. „ Πάλαι v. 3.
μὲν γὰρ φησὶν ὁπηνίκα τοῖς μάντεσι προσέχετε μετὰ πολλοῦ τοῦ ψεύδους ἅπαντα διαλεγο-
μένοις ὑμῖν, καὶ δὴ τῶν μὲν προφητῶν ἠμελεῖτε τῶν ἐμῶν, τοῖς παρ' ἐκείνων δὲ λεγομέ-

eius: quia si quid bonum, eius; et si quid pulchrum, eius. „ Multi enim, inquit, inter vos invenire est virtutis studiosos, qui cum reliquis hominibus in terra repere videntur, ignoti pluribus. At Deus horum gratia, ne reliquos quidem despiciet. Nam quicquid bonum pulchrumque est, opus illius est: ideoque sanctorum et virtutis sectatorum sibimet vindicans passiones, paratus est alteri quoque propter illos bene facere. Posthinc ubertatem quoque ipsis nuncians post hostium caedem, pergit dicere.

CAP. X.

“ Petite a Domino pluviam opportunam, matutinam et serotinam. Dominus fecit phantasias, et imbrem hiemalem dabit eis, unicuique herbam in agro. „ Ab ipso postulate pluvias idoneas frugum proventui: qui multo cum terrore solitus aërem conturbare, et mentem omnium commovere terrae incolarum magnitudine phaenomenorum, pluviam potest congruentem vobis suppeditare, ut omnia de tellure enascantur vobis necessaria: namque herbam generatim dicit pro quolibet fructu; veluti est illud: germinet terra herbam foeni; ubi constat cuncta denotari quae de terra nascuntur germina. Deinde rursus salutaris monitionis causa, praeterita mala commemorans, addit. “ Quoniam hi qui loquebantur, locuti sunt labores, et divini falsas visiones, et somnia fallacia narrabant, et vane consolabantur. Ideo arefacti sunt sicut oves, et afflicti sunt, quia non erat sanatio. Super pastores concitatus est furor meus, et agnos meos visitabo. „ Olim quidem, inquit, quando divinis adtendebatis multa cum falsitate vobis omnia dicentibus; et prophetis vestris neglectis, dictis illorum potius credebatis; tunc vos insanabiles et inemendabiles

τοῖς ἐπάθετε μᾶλλον, τότε δὴ ἀνίατα τί καὶ ἀδιόρθωτα τὰ καθ' ὑμᾶς εὑρὼν, ὥσπερ
πρόβατα τιμωρίαις ἐκδέδωκα, ἑνὶ τῷ θυμῷ, ἐπί τε τῶν ἡγουμένους ἐπί τε τῶν ὑπη-
κόους χρησάμενος, ᾧ δὴ κἀκείνους κατὰ ταυτὸν ἀπώλεσα καὶ τούτους· τότε μὲν δὴ καὶ τοιαῦτα
ὑπὲρ ἐκείνων πεπόνθατε.

Νυνὶ δὲ τί; " Καὶ ἐπισκέψεται κύριος ὁ παντοκράτωρ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ τὸν οἶκον
Ἰούδα. „ Καὶ τὰ ἑξῆς, ὧν ὥστε μὴ μηκύνειν, τὴν λέξιν ἅπασαν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐκθεῖναι
παρεὶς, τὸν νοῦν ἐρῶ, θεοῦ χάριτι, ταῖς προφητικαῖς λέξεσιν αὐτὸν εἰς τὴν τῶν ἐντυγχανόντων
κατανόησιν ἐφαρμόττων· λέγει γὰρ ὅτι ἐπιμελήσομαι τοῦ οἴκου Ἰούδα ὡς ὥσπερ ποίμνιον ἴδιον
ἐθέμην· γενήσονται δὲ ἰσχυροὶ κατὰ τῶν ἐναντίων ἐν τοῖς πολέμοις, μᾶλλον ἢ ἵππος ἰσχυρὸς
v. 4. ὑπὸ ἀνδρὸς πολεμιστοῦ κατὰ τῶν πολεμίων ἐξελαυνόμενος· ἐξ αὐτοῦ γὰρ, λέγω δὴ τοῦ Ἰούδα,
προεῖδον χρῆναι τὸν Ζοροβάβελ προβληθῆναι, κἀκεῖθεν αὐτὸν λαβὼν εἰς τὴν βασιλείαν
ἔταξα, ἰσχυρόν τε αὐτὸν καὶ θυμοῦ πνέοντα κατὰ τῶν ἐναντίων εἰργασάμην, ἐπειδὴ καὶ καθ-
p. 544. άπαξ ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς ὥρισα προϊέναι τοὺς ἄρχοντας, οὓς καὶ προηγεῖσθαι προσῆκεν
v. 5. ἐν τοῖς πολέμοις πάντοτε τοῦ λαοῦ· ἐπεὶ καὶ κατακρατήσουσιν οὕτω τῶν ἐναντίων ἐν τοῖς πο-
λέμοις, ὥστε καταπατεῖν αὐτοὺς πηλοῦ δίκην ἐν ὁδοῖς ὑπὸ τῶν διϊόντων πατούμενον· οὕτως
ἐκκείσονται, φησὶν, οἱ πολέμιοι πάσχοντες μὲν, ἀντιμηχανᾶσθαι δὲ δυνάμενοι οὐδέν· καὶ
θαρροῦντες δὴ πρὸς πάντας παρατάξονται τοὺς ἐναντίους, τὴν θείαν αὐτοῖς παρεῖναι πι-
στεύοντες βοήθειαν· τότε αἰσχυνθήσονται μὲν τῶν πολεμίων οἱ ἐφ' ἵπποις μέγα φρονοῦντες·
v. 6. φανήσονται δὲ οὗτοι μεγάλοι τε καὶ ἰσχυροὶ τῇ ἐμῇ βοηθείᾳ· οἶκον γὰρ Ἰούδα καὶ οἶκον Ἰω-
σὴφ, ἵνα εἴπῃ τὸν λαὸν, ἐκ μέρους τὸ ὅλον ὀνομάζων· παρέξω τε αὐτοῖς ἀσφαλῆ τὴν ἐν
τοῖς ἰδίοις οἴκησιν, ἐπειδήπερ αὐτοὺς ἀγαπήσας ἐδοκίμασα αὐτοὺς τῆς ἐμῆς μὴ ἀποβαλεῖν
προνοίας· ἔσομαι γὰρ ἀεὶ μετ' αὐτῶν, καὶ ἐν ἀνάγκαις τὴν ἐμὴν αἰτούντων βοήθειαν, ἀκού-
v. 7. σομαι· καὶ κρατήσουσι μάχῃ τῶν ἐναντίων· τὸ γὰρ οἱ τοῦ Ἐφραὶμ, πάλιν ἀπὸ μέρους τὸν

nactus, tamquam oves suppliciis tradidi, pari ira adversus duces et adversus subditos utens, qua et hos et illos simul perdidi. Atque haec quidem ob illa tunc pertulistis.

Nunc vero quid? " Et visitavit Dominus omnipotens gregem suum, domum Iudae „ et reliqua, quae nunc, ne prolixus sim, contextum totum in praesenti recitare omittens, sensum eius exponam, Deo favente, propheticis verbis hunc accommodans, ut eum lectores cognoscant. Ait enim: sollicitus ero de domo Iudae, quam ut gregem mihi proprium reputo. Fient autem validi adversus hostes in bellis plus quam validus equus a bellicoso viro in hostes adactus. Ex hac enim domo, praevidi oportere Zorobabelem eligi; reque vera inde eum sumptum regia dignitate donavi; validumque ipsum, et iram adversus hostes spirantem feci: quia prorsus de Iudae tribu decrevi procedere principes, quos semper populi duces esse in bellis decebit: namque hostes suos proeliando superaturi sunt, ut eos conculcare luti instar possint quod in viis a transeuntibus teritur. Tanta, inquit, hostes clade adficientur, ut repugnare nequeant. At mei grandi fiducia contra adversarios omnes pugnabunt, divinum sibi adfore auxilium credentes. Tunc pudebit hostes qui equis suis magnopere gloriantur: at isti magni fortesque apparebunt, ope mea ipsis suppeditata. Dicit enim domum Iudae et domum Iosephi, ut populum denotet, a parte totum appellans. Efficiam vero ipsis tutum in patria incolatum: quoniam eos diligens, nolui ipsos providentia mea procul abiicere: sed illis semper adero, et in angustiis auxilium meum implorantes exaudiam; et in proeliis superiores discedent

λαὸν λέγει· ὥστε αὐτοὺς ἐκ τῆς σφαγῆς τῶν ἐναντίων νενικηκότας χαίρειν τῇ διανοίᾳ, μᾶλλον
ἐμφορηθέντων οἴνου.

Ταῦτα δὲ καὶ οἱ ἐξ αὐτῶν ἰδόντες, ἐν εὐφροσύναις γενήσονται διὰ τὴν ὑπάρχουσαν αὐ-
τοῖς παρὰ τοῦ θεοῦ βοήθειαν· ὥσπερ σάλπιγγι τοίνυν σημήνας ἅπαντας αὐτοὺς ἀθροίσω v. 8.
τε καὶ εἰσδέξομαι, ἀπολύων αὐτοὺς πάσης ἀνάγκης· ὥστε μετ' ἀσφαλείας ἐν τοῖς οἰκείοις
διάγοντας, εἰς πλῆθος ἐπιδοῦναι παραπλησίως τῷ πρόσθεν χρόνῳ· στενοχωρουμένους τε p. [illegible]
ἐπὶ τῆς γῆς τῆς οἰκείας ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν οἰκείων, ἐν πολλοῖς διασπαρῆναι καὶ τῶν ἀλλοτρίων, v. 9.
ὧν κατακρατήσαντες κτήσονταί τε καὶ οἰκήσουσι τὴν χώραν· οἱ πάντες μνήμῃ τῇ ἐμῇ διὰ τὸ
τῶν γενομένων μέγεθος, οὐ μόνον βλάψουσιν οὐδέν, ἀλλὰ γὰρ καὶ πᾶσαν αὐτῶν ἐπιμέλειαν
ποιήσονται· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ ἐκθρέψουσι τὰ τέκνα αὐτῶν καὶ ἐπιστρέψουσιν, ἀντὶ τοῦ ταῦτα
ποιήσουσι, πρὸς ἐμὲ νεύσαντες καὶ τὴν γνῶσιν τὴν ἐμήν· πανταχόθεν δὲ λοιπὸν τοὺς ἐξ αὐτῶν v. 10.
διεσπαρμένους, εἴ τε κατ' Αἴγυπτον, εἴ τε ἐν τῇ τῶν Ἀσσυρίων χώρᾳ, μεταβαλόμενος
ἐπανάξω εἰς τὰ οἰκεῖα, ὥστε τοὺς τόπους οἰκεῖν τοὺς οἰκείους, μηδενὸς ἔξω τούτων διάγοντος
ἔτι· οἳ διὰ πολλοῦ παρελεύσονται πλήθους, στενοχωρούμενοι μὲν τῷ πλήθει τῶν ἐναντίων,
κατακρατοῦντες δὲ αὐτῶν τῇ ἐμῇ δυνάμει, ὥστε καὶ πᾶσαν αὐτῶν ἀπολέσαι τὴν ἰσχύν, ἅπαν-
τας τε αὐτοὺς δίκην θαλάσσης κυματουμένης ἀγριαινομένους καθ' ὑμῶν τιμωρήσασθαι, v. 11.
περιστῆσαι τε τῇ οἰκείᾳ τιμωρίᾳ καὶ σφαγῇ εἰς μηδὲν τοὺς τοσούτους· τοῦτο γὰρ λέγει, καὶ ξη-
ρανθήσεται πάντα τὰ βάθη ποταμῶν, ἵνα εἴπῃ ὅτι ἀφανιεῖ τοὺς οὕτω πολλούς· οὔτε δὲ
Ἀσσυρίοις ἰσχὺς ἔτι περιλειφθήσεται τοσαύτη δυνάμεως κατ' αὐτῶν, οὔτε Αἰγυπτίοις, ὧν οἱ μὲν
αὐτοὺς πάλαι εἶχον ἐν τῇ δουλείᾳ, οἱ δὲ ὕστερον ἀπήγαγον αἰχμαλώτους· ἀπαλλαγήσονται
γὰρ ἁπάντων· τίνι τῷ τρόπῳ; « Καὶ κατισχύσω αὐτοὺς ἐν κυρίῳ θεῷ αὐτῶν, καὶ ἐν τῷ ὀνό- v. 12. p. ibid.
ματι αὐτοῦ καυχήσονται, λέγει κύριος. » Ἐπειδὴ ἰσχυροὺς τε αὐτοὺς ἐργάσομαι καὶ ἀλήπτους

(nam cum Ephraimi tribum dicit, rursus a parte populum designat) ita ut victores caede hostium magis gavisuri sint, quam illi qui vino pleni exultant.

Haec autem filii ipsorum videntes, laetitiis incedent propter concessum sibi a Deo auxilium. Igitur quasi tuba signum canens cunctos congregabo et ad me recipiam, omni eos pressura liberans; quo fiet ut in patrio solo securi degentes, in multitudinem exsrescant aeque ac superiore tempore; in tantum ut in propria terra iam numero angustiati, ad multos dispergantur locos extraneorum, quos devincentes possidebunt, habitabuntque illorum regionem: qui omnes mei memores, ob actarum rerum magnitudinem, non modo meis non nocebunt, verum etiam curam omnimodam eorumdem gerent. Id enim denotant verba: nutrient filios eorum, et convertentur; id est haec agent, ad me meique notitiam animum convertentes. Ceterum quaqueversus eos dispersos, sive in Aegypto sive in Assyriorum regione, converso affectu reducam eos in patriam, ut suos singuli locos incolant, nemine extra hos deinceps degente. Ergo in magnum numerum excrescent: tum hostium multitudine angustiati, his nihilominus virtute mea superatis, cunctam illorum enervabunt fortitudinem; omnesque illos, quasi mare procellosum saevientes in perniciem vestram, contraria vice supplicio et caede ad nihilum redigetis. Sic enim intelligenda sunt verba, et exsiccabuntur profunda fluminum, id est tanti numeri hostes profligabunt. Et neque Assyriis vires adversus meos supererunt, neque Aegyptiis; quorum hi olim Iudaeos in mancipio habebant; illi autem postremo captivos abduxerunt. Quomodo vero haec fient? " Et roborabo eos in domino Deo suo, et in nomine eius gloriabuntur, ait Dominus. „ Nam validos eos efficiam

πᾶσι τοῖς ἐναντίοις, ὥστε αὐτοὺς καὶ σεμνύνεσθαι ἐπί τε τῇ ὀνομασίᾳ καὶ τῇ βοηθείᾳ τῇ ἐμῇ. ταῦτα εἰρηκὼς, ἐπάγει.

ΚΕΦ. ΙΑ΄.

v. 1. « Διάνοιξον ὁ Λίβανος τὰς θύρας σου, καὶ καταφαγέτω πῦρ τὰς κέδρους σου· ὀλολυ-
v. 2. ξάτω πίτυς, διότι πέπτωκε κέδρος, ὅτι μεγιστᾶνες μεγάλως ἐταλαιπώρησαν· ὀλολύξατε
δρύες τῆς Βασανίτιδος, ὅτι κατεσπάσθη ὁ δρυμὸς ὁ σύμφυτος· φωνὴ θρηνούντων ποιμένων,
v. 3. ὅτι τεταλαιπώρηκεν ἡ μεγαλωσύνη αὐτῶν· φωνὴ ὀδυρομένων λεόντων, ὅτι τεταλαιπώρηκε
τὸ φρύαγμα τοῦ Ἰορδάνου. » Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ὅτι πανταχόθεν αὐτοὺς ἄξω, ἀπό τε τῆς
Αἰγύπτου, καὶ ἀπὸ τῆς Ἀσσυρίων χώρας, καὶ ὅτι μηδενὸς ἔτι πειραθήσονται τοιούτου, ἀκολού-
θως λοιπὸν ἐπὶ τοὺς κατέχοντας τρέπει τὸν λόγον, τοῦτο λέγων· οἱ μεγάλοι καὶ δίκην τοῦ
Λιβάνου τῷ μεγέθει σεμνυνόμενοι τῶν κέδρων, τὴν ἰσχὺν ἐπιδεικνύμενοι τὴν οἰκείαν, ἀπο-
στάντες τοῦ ἔτι μάχεσθαι τοῖς ἐμοὶ προσήκουσιν, ὥσπερ τινὰς θύρας ἀνοίξατε τὰ ἑαυτῶν,
p. 507. πᾶσιν ἄδειαν παρέχοντες τὴν ἀφ᾽ ὑμῶν ἀναχώρησίν τε καὶ ἐπάνοδον εἰς τὰ οἰκεῖα, πρὶν ἢ
πυρὸς μὲν δίκην τὴν ἐμὴν τιμωρίαν τοὺς ἐν ὑμῖν ἀφανίσαι δυνατοὺς, ὀλολύζειν δὲ τοὺς
ἀσθενεστέρους ὁρῶντας τῶν δυνατῶν τὴν πτῶσιν· τοῦτο γὰρ λέγει ὀλολυξάτω πίτυς, διότι πέ-
πτωκε κέδρος· θεασάμενοι γὰρ τὴν τῶν δυνατῶν ἀπώλειαν, ἀπογνώσονται ὡς εἰκὸς ἑαυτῶν·
καὶ πάντες οἱ ἐπί τινι δυνάμει μέγα φρονοῦντες ὀλολύξουσιν, ὁρῶντες τὸ οἰκεῖον πλῆθος
ὡσανεὶ σύμφυτον δρυμὸν ἀφανιζόμενον, δίκην πυρὸς ἐπιπεσούσης αὐτοῖς τῆς θείας τιμω-
ρίας· ἔσονται μὲν γὰρ οἱ ἐξάρχοντες ὑμῶν ἐν θρήνοις, ἀνθίστασθαι ἔτι τοῖς ἐμοὶ προσήκουσι
τολμῶντες, ὁρῶντες ἅπασαν αὐτῶν τὴν ἰσχὺν ἀπολλυμένην· θρηνήσουσι δὲ καὶ οἱ λέοντες
δίκην τῇ οἰκείᾳ πεποιθότες ἰσχύϊ, πάντας ὁρῶντες ἐν ταλαιπωρίαις ὄντας τοὺς μέγα

et hostibus cunctis invictos, ut nomine meo auxilioque gloriaturi sint. His dictis, prosequitur.

CAP. XI.

« Aperi, Libane, portas tuas, et comedat ignis cedros tuas. Ululet pinus, quia cecidit cedrus, quia optimates valde miseri facti sunt. Ululate, quercus Basanitidis, quia succisus est saltus consitus. Vox lugentium pastorum, quoniam misera facta est magnificentia ipsorum. Vox rugientium leonum, quia debilitata est superbia Iordanis. » Quoniam dixerat, se undecumque eos congregaturum, nempe ex Aegypto et ex Assyriorum regione, nihilque huiusmodi eos in posterum experturos; consentanee deinceps ad eos qui dominatu opprimebant convertit sermonem dicens: o magni, et instar Libani magnitudine gloriantes cedrorum, fortitudinemque vestram ostentantes, nunc omissa familiarium meorum oppugnatione, quasi portas quasdam fines vestros pandite, cunctis liberum concedentes a vobis in patriam discessum, prius quam ignis instar ultio mea potentes vestros consumat; et ululare cogat infirmiores, dum potentium ruinam vident. Sic enim significat: ululet pinus, quia cecidit cedrus. Nam conspecta potentium ruina, de se ipsis, ut par est, desperabunt. Aeque omnes qui aliqua gloriabantur potentia ululabunt, videntes populi sui multitudinem tamquam consitum saltum vastatam, ignis instar ingruente eis divina punitione. Nam principes vestri in luctu erunt, qui meis familiaribus bellum indicere ausi sunt, suasque omnes vires succisas videbunt. Lamentabuntur vero, quasi leones qui suis confidebant viribus, dum cunctos miseria pres-

Digitized by Google

πεφρονηκότας κατὰ τοῦ Ἰορδάνου· ἐπειδὴ γὰρ μέρος τῆς Ἰουδαίας ἦν ὁ Ἰορδάνης ποταμός, ἀπὸ τῆς τοῦ ποταμοῦ μνήμης τὴν χώραν τῶν Ἰσραηλιτῶν δεδήλωκεν ὁ προφήτης· ὅτι τε ἡ Ἱερουσαλὴμ εἰς τὴν παλαιὰν ἀποκατασταθήσεται εὐπραγίαν, ἀποδοθείσης μὲν τῆς τε ἱερωσύνης καὶ τῆς τε βασιλείας τῷ ἔθνει, ἐπισυναχθέντος δὲ τοῦ λαοῦ πανταχόθεν· καὶ ὅτι τιμωρήσεται μὲν αὐτῶν τοὺς ἐχθροὺς ὁ θεός, ἐν ἀγαθῶν δὲ πλείστων ἀφθονίᾳ καταστήσει τούτους· ἀλλὰ καὶ ὅτι τῷ Ζοροβάβελ πρὸς τὴν βασιλείαν ἐξειλεγμένῳ πλείστην τινὰ παρέξει τὴν ῥοπήν, ἀφ' ἧς ἰσχυροὶ μὲν ἔσονται κατὰ τῶν ἐναντίων, περιγενήσονται δὲ καὶ τῶν περὶ τὸν Γὼγ ἀναριθμήτου τε ὄντος καὶ ἀμαχωτάτου· καὶ συντόμως εἰπεῖν διὰ πάντων τῶν προῤῥηθέντων ἐγνώρισεν ὁπόσην ἐπὶ τὸ κρεῖττον τὰ κατ' αὐτοὺς λήψεται τὴν ἐπίδοσιν.

Ἐπειδὴ δὲ οὐκ εὖ ἐχρήσαντο Ἰουδαῖοι τῇ τε εὐπραγίᾳ καὶ τῇ εἰρήνῃ ἧς ἐπὶ πλεῖστον ἀπέλαυσαν, μεταβαλόμενοί τε ἐντεῦθεν πρὸς τὸ χεῖρον ἐξώκειλαν, πρὸς τοὐναντίον μὲν αὐτοῖς ἐκβέβηκεν ἅπαντα· πολλὴ δέ τις ἀκοσμία καὶ σύγχυσις αὐτῶν κατείληφε τὸ ἔθνος, ἅτε τῶν νόμων ἀμελουμένων παρ' αὐτοῖς τῶν θείων· ἔνιοι γὰρ τῶν ὑποδεεστέρων πρὸς τοὺς ἀρχιερέας καὶ ἡγουμένους τοῦ λαοῦ παντός, μετὰ πολλῆς τε διέποντας αὐτὸν τῆς ἀκριβείας, ἐκ τοῦ πρὸς τὸ χεῖρον ῥέπειν, αὐτοὶ διηνέχθησαν ὡς εἰκός, καὶ μηδὲν κατ' αὐτῶν ἰσχύσαντες, διὰ τὴν παρὰ τῷ λαῷ δόξαν τῶν ἀνδρῶν, ἐπὶ τοὺς βασιλέας ἐληλύθασι τοὺς ἐκ τῆς μακεδονικῆς διαδοχῆς τῶν κατὰ τὴν Συρίαν κρατοῦντας μερῶν, καὶ παρεσκεύασαν μὲν ἐν κινδύνοις τοὺς ἡγουμένους αὐτῶν γενέσθαι, ἄνδρας νομίμως τε ἱερατεύοντας καὶ δοκίμως· μεθίστατο δὲ τὰ τῆς ἀρχιερωσύνης εἰς ἑτέρους παρὰ τὴν τῶν θείων νόμων ἀκολουθίαν, κατὰ τὸ τοῖς βασιλεῦσι δοκοῦν· οἳ μονονουχὶ πωλοῦντες τὸ ἔθνος τοῖς βασιλεῦσι, καὶ χρημάτων παρὰ τὸ δέον τὴν προστασίαν ὠνούμενοι τοῦ λαοῦ, πλεῖστα μὲν ὅσα διεπράττοντο κακά, ἐν ἀκοσμίᾳ δὲ καὶ συγχύσει καθίστων ἅπαντα τὸν λαόν· καὶ κατελέλυτο μὲν καθάπαξ ἡ τῶν νόμων ἀκρί- p. 816.

sos videbunt qui adversus Iordanem superbiebant. Nam quia Iordanes fluvius pars Iudaeae erat, commemorato Iordane regionem Israhelitarum significat propheta: tum quia Hierusalem in veterem restituetur prosperitatem, reddito genti sacerdotio ac regno; tum quia populus undequaque congregabitur; tum quia denique eorum hostes puniet Deus, et in plurimorum bonorum copia suos constituet. Quin adeo Zorobabeli ad regnum electo maximas suppeditabit vires, quibus validi evadent contra hostes, devincent autem Gogi exercitum innumerabilem et antea invictum. Atque ut paucis dicam, cunctis quae hactenus dixit declaravit, quantus futurus sit Israhelitarum in melius progressus.

Sed quia Iudaei non bene usi sunt felicitate ac pace qua diu fruiti erant, et inde animo mutato ad vitium deflexerant, in contrarium eis cuncta cesserunt; multaque perturbatio et confusio gentem ipsorum occupavit, divinis nimirum legibus apud eos neglectis. Nonnulli enim humilioris conditionis homines, adversus pontifices et populi universi duces, quem omni cum diligentia administrabant, propter suam pravam agendi rationem inimicitias susceperunt, ut pronum factu erat; quibus quum praevalere non possent, propter virorum illorum apud populum maiestatem, ad reges profecti sunt, qui ex macedonica successione Syriae provinciis imperabant; et pericula conflarunt principibus suis, qui probe legitimeque sacerdotium gerebant; ita ut pontificatus ad alios homines transferretur praeter legum divinarum ordinem, pro regum libito. Illi videlicet gentem suam propemodum regibus vendiderunt, et pecunia praeter fas emerunt populi dominatum, et plurima mala invexerunt, populumque universum in perturbationem et confusionem conie-

βεια, ἀντεισήγετο δὲ ἀταξία τε καὶ τὸ πρὸς τοὐναντίον τοῖς θείοις νόμοις ἅπαντα γίνεσθαι·
ὑπὲρ δὴ τούτων ἁπάντων μυρίοις μὲν ὅσοις περιεβλήθησαν τοῖς κακοῖς Ἰουδαῖοι· τῶν Μακ-
καβαίων δὲ ἐκ τοῦ μὴ φέρειν τὴν περὶ τὰ θεῖα πλημμέλειαν, μὴ δὲ ἀνεκτὸν ἡγεῖσθαι ἡσυ-
p. 809. χάζειν, οὕτω μὲν παραβαινομένων τῶν νόμων θείων, τοσαύτης δὲ ἀσεβείας ἀντεισαχθείσης
τε καὶ πολιτευομένης, ἐν αὐτοῖς τὸν πρὸς τοὺς μακεδονικῆς διαδοχῆς βασιλέας πόλεμον
ἀναδεξαμένων, οὐκ ὀλίγοι τινὲς τῶν εἰς τὸ ἔθνος τελούντων τὴν ἐκείνων ζηλώσαντες γνώμην
ἐκοινώνησαν τοῦ προῤῥηθέντος πολέμου· καὶ γέγονε μὲν περί τε τὴν πόλιν καὶ τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ,
καὶ πᾶν δὴ τὸ ἔθνος συντόμως εἰπεῖν μυρία ὅσα παρὰ τῶν Μακεδόνων κακά, ἃ μὴ δὲ
ῥᾴδιον εἰπεῖν· ἐδέξατο δὲ ταῦτα διόρθωσιν, ἡνίκα θεὸς τῇ γνώμῃ τῶν περὶ τὸν Μακκα-
βαῖον ἀρεσθεὶς, παρέχειν αὐτοῖς τὴν οἰκείαν ῥοπήν· ὥστε παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα κεκρατηκότας
ἐκείνους τῶν βασιλέων, καί τοι γε εὐαριθμήτους ὄντας καὶ πρὸς πολλὴν δύναμιν μαχο-
μένους, δυνηθῆναι τὴν πρέπουσαν εὐκοσμίαν ἀποδοῦναι τῷ ἔθνει· ἀναγκαιότατα δὴ καὶ
τούτων τὴν γνῶσιν δεξάμενος ὁ προφήτης ἐξ ἀποκαλύψεως θείας, μηνύει τῷ λαῷ τὰ
ἐσόμενα· καὶ ἔγγραφον αὐτῶν εἰς τοὺς ἑξῆς παραπέμπει τὴν γνῶσιν ἐν τοῖς καθεξῆς τοῖς
περὶ τούτων χρώμενος λόγοις· ἄρχεται δὲ οὕτως.

v. 4. “ Τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ, ποίμαινε τὰ πρόβατα τῆς σφαγῆς. „ Ἔθος τῇ
θείᾳ γραφῇ πολλάκις προστακτικῷ σχήματι μηνύειν τὸ μέλλον, οἷον ἐστι τὸ χαῖρε σφό-
δρα θύγατερ Σιών· καί τοι γε οὐδὲ ἐν ἐπιτάγματι κεῖται τὸ χαίρειν, ἐπεὶ μή τε παρόν-
των τῶν ἡδέων δυνατὸν μὴ χαίρειν, χαίρειν τε οὐκ ἔνεστιν ἀπόντων τῶν ἡδέων· ἀλλὰ μηνῦσαι
βουλομένη τὴν προσεσομένην αὐτοῖς ἡδονὴν ἐκ τῆς τοῦ Ζοροβάβελ ἡγεμονίας, προστακτικῶς
p. 810. τοῦ λόγου πεποίηται τὴν ἀρχήν. Καὶ μετὰ βραχέα· αἰτεῖτε παρὰ κυρίου ὑετὸν καθ' ὥραν
πρόϊμον καὶ ὄψιμον· δήλου μὲν ὄντος ὡς οὐκ ἄν τις ἐν χρείᾳ ὢν παραλίποι τὸ αἰτεῖν,
εἴπερ οἶμαι ὅτι δοθήσεται πάντως εἰδείη· ἀλλ' ὅμως βουλόμενος εἰπεῖν ὅτι ἀφθόνως ὑμῖν καὶ

cerunt. Tunc omnino desiit legum observantia, successit autem iniquitas, et ut contraria legibus divinis cuncta fierent. Iam ob haec omnia, innumeris malis Iudaei correpti fuerunt. Tunc Maccabaei non ferentes illatam religioni offensam, neque sibi quiescendum putantes divinis legibus tantopere violatis, tantaque invecta ac dominante impietate, in se bellum adversus macedonicae successionis reges receperunt, et haud pauci de gente sententiam eorum aemulantes, praedictum bellum participarunt. Hinc urbi et Dei templo, et universae ut uno verbo dicam genti mala innumera a Macedonibus illata fuerunt, quae dici facile nequeunt. Sed enim his remedium adfuit, cum Deus Maccabaeorum proposito delectatus, suum illis adiunxit auxilium; ita ut praeter omnem spem superatis regibus, quamquam pauci numero adversus magnum exercitum decertantes, decentem ordinem populo restituere potuerint. Apprime igitur necessariam rerum harum nactus propheta a divina revelatione cognitionem, praedicit populo futura; scriptamque horum ad posteros transmittit notitiam in sequentibus ita loquens. Sic autem incipit.

“ Haec ait Dominus omnipotens: pasce oves occisionis. „ Mos est divinae scripturae saepe modo imperativo futurum denotare, veluti est illud: laetare vehementer, filia Sionis. „ Atqui laetitia imperari nequit; nam neque laetari non possumus si iucunda adsint; neque vicissim laetari possumus si absint iucunda. Verum scriptura significare volens futurum Israhelitarum gaudium ex Zorobabelis principatu, imperative facit dicendi initium. Et paulo post: petite a Domino pluviam tempestivam, matutinam et serotinam. Atqui perspicuum erat, fore ut nemo pluvia indi-

καθ' ὥραν τὸν ὑετὸν παρέξει θεός, ἐν σχήματι προστακτικῷ τὴν μήνυσιν πεποίηται τοῦ ἐσο-
μένου· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον κἀνταῦθα τὰ περὶ τὸν λαὸν ἐσόμενα κακὰ προστακτικῷ σχή-
ματι περιλέγει, τοιοῦτό τι λέγων ὅτι τὰ μὲν παρ' ἐμοῦ περὶ τὸν λαὸν ἔσται οἷάπερ ἔφθην
εἰπών· καὶ τοσούτων μὲν ἀπολαύσει τὸ ἔθνος ἀγαθῶν, ἐν τοσαύτῃ δὲ γενήσεται ἡ Ἱερουσα-
λὴμ εὐθηνίᾳ, κατακρατήσουσί τε τῶν πολεμίων, ἀφ' ὧν δὴ καὶ πολὺν ἀθροίσουσι πλοῦτον·
οὐκ εἰς δέον δὲ τῇ εὐπραγίᾳ χρησάμενοι, καὶ δὴ πρὸς τὸ χεῖρον ἰδόντες, ὑπὸ ποιμένας
ἔσονται τοιούτους ὥστε δίκην προβάτων ἄγεσθαι ὑπ' αὐτοῖς εἰς σφαγὴν ἐκκειμένων· οἷον
ἐστὶ καὶ παρὰ τῷ μακαρίῳ Δαυὶδ * τό, ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς, περὶ τῶν αὐτῶν * Ps. XLIII. 22.
εἰρημένον· βούλεται δὲ εἰπεῖν ὅτι οὐδεμιᾶς ἀξιωθήσονται ἐπιμελείας, πάντα δὲ πείσονται
ὡς εἰς τὸ σφάττεσθαι μόνον ἐκδεδομένοι· καὶ τὸν τρόπον λέγων " ἃ οἱ κτησάμενοι κατέσφα- v. 5.
ζον, καὶ οὐ μετεμέλοντο. „ Οἱ μὲν γὰρ κρατοῦντες αὐτῶν βασιλεῖς οὐχ ὡς ἰδίων ἐπεμε-
λοῦντο κτημάτων, ὡς δὲ πολεμίους ἀνῄρουν ἀνηλεῶς· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ οὐ μετεμέλοντο.
" Καὶ οἱ πωλοῦντες αὐτὰ ἔλεγον, εὐλογητὸς κύριος, καὶ πεπλουτήκαμεν. „ Οἱ δὲ ἀποδι-
δόμενοι τοῖς βασιλεῦσι τὸ ἔθνος, καὶ πόρους ἐκ τούτου συλλέγοντες, τοσοῦτον ἀπεῖχον τοῦ
αἰσχύνεσθαι ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ πλεονεξίᾳ, ὥστε καὶ εὐχαριστίας ἄξιον ἡγεῖσθαι τὴν τοιαύτην p. 511.
εὐπορίαν. " Καὶ οἱ ποιμένες αὐτῶν οὐκ ἔπασχον οὐδὲν ἐπ' αὐτοῖς. „ Ἐπιστεύοντο δὲ αὐτῶν
καὶ τὴν ἐπιστασίαν ἄνδρες οὐδένα ἔλεον αὐτῶν ποιεῖσθαι ἐθέλοντες.

" Διὰ τοῦτο οὐ φείσομαι οὐκέτι ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν, λέγει κύριος. „ Ὑπὲρ v. 6.
τούτων αὐτοὺς ἀφήσω, μὴ δὲ μιᾶς ἀξιῶν προνοίας τῆς παρ' ἐμοῦ. " Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἀποδί-
δωμι τοὺς ἀνθρώπους ἕκαστον εἰς τὰς χεῖρας τοῦ πλησίον αὐτοῦ, καὶ εἰς χεῖρας βασιλέως αὐτοῦ·
καὶ κατακόψουσιν εἰς τὴν γῆν Χαναάν. „ Καταλιμπάνω δὲ αὐτοὺς πάσχοντας τὰ ἀνήκεστα

gens postulare omitteret, si certe se impetraturum sciret. Sed tamen dicere volens, copiose illis ac tempestive pluviam Deum concessurum, imperativo modo praedictionem futuri facit. Eadem ratione nunc quoque, eventura populo mala imperativo modo vaticinatur, dicens videlicet, haec a me populo evenient, quemadmodum nuper dixi; et tantis populus fruetur bonis, et Hierusalem copiis diffluet, et hostibus superiores evadent, ex quibus multas sibi colligent opes. Verumtamen quia non recte felicitate utentur, et ad peius spectabunt, sub pastoribus futuri sunt talibus, a quibus ovium instar ad caedem agentur. Sicuti est apud beatum Davidem: aestimati sumus sicut oves occisionis; quod de iisdem Iudaeis dictum fuit. Significat autem nulla eos Dei cura dignos futuros, sed omnia mala passuros, tamquam caedi tantummodo addictos. Reique modum dicens: quas (oves) inquit possessores sui iugulabant, et non eos paenitebat. Iudaeorum videlicet reges domini, haud tamquam rei suae parcebant, sed eos quasi hostes inclementer interficiebant. Id enim valet: et non paenitebat. " Et qui vendebant eos dicebant: benedictus Dominus, quia divites facti sumus. „ Qui tradiderant regibus gentem, et pecuniam inde conflaverant, tantum aberant ut talem tantamque avaritiam sibi ignominiae adscribenret, ut ob huiusmodi opes gratias Deo agendas putarent. " Et earum pastores nullum erga eas patiebantur affectum. „ Traditi ad regendum fuerunt viris, qui nullam eis misericordiam exhibere volebant.

" Ideo non parcam ulterius terrae incolis, dicit Dominus. „ Propterea hos deseram, nullaque mea providentia dignabor. " Et ecce trado homines, unumquemque in manum proximi sui, et in manus regis sui, et concident in terra Chanaan. „ Sinam illos pati gravissima tum a scelestis inter suos, tum a regibus bello eos ap-

παρά τι τῶν ἐν τοῖς οἰκείοις μοχθηρῶν, καὶ παρὰ τῶν βασιλέων ἐπιστρατευόντων αὐτοῖς, ἐπειδήπερ ἑαυτοὺς ἐξ ὧν πράττουσι, τούτων ἀξίους ἐργάζονται· οὕτω τε πάντες μὲν ἀναιρεθήσονται μικροῦ οἱ τὴν Ἰουδαίαν οἰκοῦντες· τοῦτο γὰρ λέγει, κατακόψουσι τὴν γῆν, οὐδεμιᾶς αὐτοῖς παρ' ἐμοῦ βοηθείας παρεχομένης εἰς τὸ τῆς τῶν ἐναντίων ἐπικρατείας ἀπαλλαγῆναι· ἄξω δὲ αὐτοὺς πρὸς τὴν σφαγὴν ἐκ τῶν οἰκείων ἔργων ἐκκειμένους, ὡς εἰκὸς ἄγεσθαι αὐτοὺς ἐπ' ὄψεσι τῶν Χαναναίων· τὸ γὰρ ποιμανῶ τὰ πρόβατα τῆς σφαγῆς, ἵνα εἴπῃ ὅτι ἐπὶ τὴν σφαγὴν αὐτοὺς ἄξω, οὐχ ὡς αὐτὸς ποιῶν, ἀλλὰ τῷ ἀφιέναι· ἐπεὶ καὶ τοῦτο ἔθος τῇ
p. 412. θείᾳ γραφῇ τὸ τὴν συγχώρησιν τὴν θείαν ὡς πρᾶγμα λέγειν· οἷόν ἐστι τό *, ἐξέκλινας τὰς
* Ps. XLIII. 19. τρίβους ἡμῶν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ σου· οὐχ ὅτι θεὸς ἐξέκλινεν, ἀλλ' ὅτι συνεχώρησε παθεῖν ἅπερ αὐτοὺς ἐκτρέψαι τοῦ προσήκοντος ἦν ἱκανά· τὸ δὲ εἰς τὴν γῆν Χαναάν, τουτέστιν ἐπ' ὄψεσι τῶν ἀλλοφύλων· βαρύτερον γὰρ ἦν τὸ αὐτοὺς τὴν παλαιὰν αὐτῶν εὐπραγίαν εἰδότας, ἀθρόον ἰδεῖν ἐν τοιούτοις ἐξεταζομένους κακοῖς.

v. 7. " Καὶ λήψομαι ἐμαυτῷ δύο ῥάβδους, τὴν μίαν ἐκάλεσα κάλλος, καὶ τὴν δευτέραν ἐπεκάλεσα σχοίνισμα· καὶ ποιμανῶ τὰ πρόβατα. „ Ἃς δέδωκα αὐτοῖς, φησίν, εἰς ἡγεμονίαν συντελούσας ἀρχάς, βασιλείαν τε καὶ ἱερωσύνην, αἷς δὴ μάλιστα κοσμεῖσθαί τε αὐτοὺς καὶ συγκρατεῖσθαι πρὸς τὸ δέον ἐχρῆν, ταύτας ἐπειδὴ μοχθηροὶ τὸν τρόπον γεγόνασιν ἀφελὼν ἐξ αὐτῶν, ἡγήσομαι αὐτῶν ἐπὶ τιμωρίᾳ λοιπόν· ὃ γὰρ εἶπεν ἀνωτέρω, ποιμανῶ τὰ πρό-
v. 8. βατα τῆς σφαγῆς, τοῦτο πάλιν ἐνταῦθα δεύτερον εἶπε καὶ ποιμαίνω τὰ πρόβατα. " Καὶ ἐξαρῶ τοὺς τρεῖς ποιμένας ἐν μηνὶ ἑνί. „ Οὐδὲ ἐνταῦθα τὸ τρεῖς ἀριθμὸν βούλεται λέγειν, ἀλλ' ἐπειδήπερ ἀπὸ Ἰησοῦ τοῦ Ἰωσεδὲκ μέχρις ἐκείνων τῶν καιρῶν ὑπὸ ἀρχιερέων ἐποιμαίνοντο δοκίμοις, ἅπαντας φησὶν ἐκείνους τοὺς ἱερέας τοὺς δοκίμους ὑφ' ἓν τῷ καιρῷ παύσω, ὅτε δὴ πρὸς τὸ χεῖρον οὗτοι τραπέντες, ἀντὶ τῆς κρείττονος ἱερωσύνης καὶ νομίμου,

petentibus, quandoquidem semet ipsos, per haec quae agunt, dignos talia pati efficiunt. Sic omnes propemodum Iudaeae incolae interficientur. Sic enim sonant verba: concident terram; nullo a me praestito iis auxilio quo se hostium dominatui subtraherent. Ducamque eos ad caedem, cui ab operibus propriis addicti fuerunt, et quidem ut par est ante oculos Chananaeorum. Nam verba: pascam oves occisionis, ponuntur pro, ducam eas ad occisionem, non quod ipse occidam, sed quia permitto. Namque et hoc positum est in divinae scripturae more, ut permissionem divinam tamquam rem actam dicat. Velut illud: declinasti semitas nostras a via tua: non quod Deus eas declinavisset, sed quia siverat ipsos iis passionibus corripi, quae a recto officio eosdem deflectere idoneae erant. In terra vero Chanaan, id est in conspectu alienigenarum. Molestius enim accidebat, illos qui veterem Iudaeorum felicitatem conspexerant, nunc subito videre hos tot malis exercitos.

" Et die illa egredietur aqua vivens ex Hierusalem. ,, Idest, tunc purum sacerdotium in urbe Hierusalem constituetur atque legitimum, nec non principatus Deo placens, et doctrina divinis legibus consentanea, quae non illius tantum temporis gentibus opportuna erit, verum etiam posteris. Nam mare primum priores dicit, postremum posteros. Quibus addit: aestate et verno tempore ita erit ,, id est per omne tempus divino patrocinio perseverabit prosperitas. Sic, inquit, universa terra regem agnoscet et confitebitur unum Deum rerum omnium creatorem ac dominum. Ipse enim per ea quae facit, suam demonstrat providentiam ac potestatem: perque terram omnes (id est gentis suae homines) perseverant deinceps omni er-

καλοῦντες ὡς θεόν· εἶτα καὶ περὶ τόπων λέγει διαφόρων, βουλόμενος διὰ πάντων εἰπεῖν, ὅτι v. 10.
κατὰ παντὸς μέρους προσήκοντος τῇ γῇ τῇ ἡμετέρᾳ διαμενεῖ θεὸς γνωριζόμενός τε καὶ
προσκυνούμενος, ἀπεληλαμένης πάσης πλάνης τε καὶ ἀσεβείας ἐξ ἡμῶν· μετὰ ταύτης δέ φησι
τῆς γνώσεως καὶ οἰκήσουσι τὴν Ἱερουσαλὴμ λοιπὸν ἅπαντες βεβαίως οἱ τῷ ἔθνει προσήκοντες
τῷ ἡμετέρῳ, καὶ οὐδεὶς ἔσται λοιπὸν ἐν τῷ ἔθνει ἀσεβείᾳ χαίρων, οὐδὲ ἀπηλλοτριωμένος
θεοῦ· τοῦτο γὰρ λέγει, καὶ ἀνάθεμα οὐκ ἔσται ἔτι· ὡς γὰρ ὁ μακάριος λέγει Παῦλος *, εἴ τις *I. Cor. XVI. 22.
οὐ φιλεῖ τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, ἤτω ἀνάθεμα· οὐκ ἔσται οὖν φησιν οὐκέτι τοῦτο· ἐπεὶ μὴ v. 11.
δὲ ἔστι τις λοιπὸν ἠλλοτριωμένος θεοῦ· διαμενεῖ τε λοιπὸν οἰκουμένη ἡ Ἱερουσαλὴμ ὑπὸ πάν-
των μετὰ πολλῆς τῆς ἀσφαλείας, ἣν ὑπὸ τῆς θείας ἕξει κηδεμονίας διὰ τὴν τῶν κρειττόνων ἐπι-
μέλειαν· ἐν μὲν δὴ τούτοις συνεπέρανε τὴν μακκαβαϊκῶν τὴν προφητείαν, καὶ τὰ κατ' ἐκεῖνον
ἐσόμενα τὸν καιρόν, τά τε παρ' αὐτῶν πλημμελεῖσθαι μέλλοντα, καὶ τὰ περὶ αὐτοὺς γενησό-
μενα παρὰ τῶν ἐναντίων, καὶ μὴν καὶ ὅσην τινὰ τὴν περὶ αὐτοὺς ἐπιδείξεται κηδεμονίαν ὁ p. 532.
θεός, τοῖς τῶν καλῶν προεστῶσι τὴν οἰκείαν παρέχων ῥοπήν· ἐντεῦθεν δὲ ἀναλαμβάνει τὰ πρὸ
τῆς τῶν μακκαβαϊκῶν μνήσεως αὐτῷ ῥηθέντα· ἐν οἷς τὰ διὰ τοῦ Ζοροβάβελ προσεσόμενα
τῷ ἔθνει καλὰ λέγων, προσέθηκε τὴν περὶ τοῦ Γὼγ τὴν ἀναίρεσιν· τούτων δὴ κἀνταῦθα
πάλιν ἀναλαμβάνει τὴν μνήμην, ἅτε καὶ ἐγγύθεν ἐσομένων, ὡς ἂν τοῖς τε μετὰ πλεῖστον γί-
γνεσθαι μέλλουσι τοῦ χρόνου, λέγω δὲ τοῖς μακκαβαϊκοῖς, πίστις ᾖ τὰ πρόσφατον περὶ τὸν
Γὼγ γινόμενα, καὶ τῷ προφήτῃ δὲ ἐγγένηται τὴν οἰκείαν προφητείαν εἰς χρηστοτέραν μνήμην
συμπεράναι· λέγει τοίνυν.

“ Καὶ αὕτη ἔσται ἡ πτῶσις ἣν κόψει κύριος πάντας τοὺς λαούς, ὅσοι ἐπεστράτευσαν v. 12.
ἐπὶ Ἱερουσαλήμ. ,, Τοῦ γὰρ ἔθνους φησὶν ἐκείνου τοῦ μεγίστου τε καὶ ἀμαχωτάτου περιέσονται
τῇ θείᾳ δυνάμει· ὡς ἑστώτων μὲν αὐτῶν τακῆναι τὰς σάρκας, οὐδὲ προβαίνειν ἐπὶ τοῦ

rore liberi, solum ipsum appellantes Deum. Exin diversos locos memorat, volens per omnia dicere, fore ut in parte qualibet nostrae regioni finitima, constanter Deus agnoscatur atque adoretur, fraude omni atque impietate depulsa. Cum hac, inquit, Dei notitia habitabunt deinceps Hierusalem constanter omnes qui genti nostrae sunt devoti, nemoque in populo irreligiosus erit aut a Deo alienus. Sic enim valent verba, non erit ulterius anathema. Nempe ut beatus ait Paulus, si quis non amat dominum Iesum Christum, anathema sit. Igitur nihil eiusmodi posthinc erit; quia nemo item abhinc erit a Deo alienus: cunctique habitabunt deinceps Hierusalem multa cum securitate, quam civitas a divina tutela adsequetur propter suum virtutis studium. Atque in his finem facit de maccabaicis rebus prophetia, et de illorum temporum casibus, et de futuris populi peccatis, et de malis adversariorum manu infligendis, nec non de cura quam Deus circa illos ostendet, honesti videlicet adseclis suum impendens auxilium. Exin vero resumit res ante tempora maccabaica abs se dictas, ubi praestandis a Zorobabele genti iudaicae bonis recitatis, adiunxerat exercituum Gogi occisionem. Rerum harum hoc etiam loco resumit praedictionem, utpote proximarum; ut illis etiam qui post plurimum intervallum eventurae erant, maccabaicis inquam, fidem facerent ea quae nuper circa Gogum acciderant: atque ita propheta vaticinium suum utiliore praedictione concluderet. Ait igitur.

“ Et haec erit ruina qua percutiet Dominus omnes populos, quicumque militaverunt contra Hierusalem. ,, Gentis illius, inquit, maximae et inexpugnabilis victores evadent divina virtute: tamquam si stantium illorum tabescerent carnes, ne-

πόλεμον ἐωμένων, τοῦ φθάσαι αὐτῶν τὴν ὁρμὴν τὸν θεὸν διὰ τῆς ἐπαγομένης αὐτοῖς τιμω-
ρίας· ἀφαιρεθήσεται δὲ αὐτῶν καὶ ἡ τοῦ βλέπειν ἰσχὺς, ἐκ τοῦ μεγέθους τῶν καταλαμβανόντων
v. 13. αὐτοὺς κακῶν, μένουσί τε ἄφωνοι διὰ τὴν τῶν συμβάντων ἀπορίαν· καὶ συντόμως φησὶ τοσαύτη
αὐτοὺς ἀθρόα κατὰ θείαν ὀργὴν ἔκστασις λήψεται, ὥστε ἕκαστον ἐπὶ τὸν πλησίον φέροντα τὴν
οἰκείαν χεῖρα, μὴ δὲ τοῦτο εἰδέναι, ἀλλ' οἴεσθαι ἀλλοτρίων ἐφάπτεσθαι, ὡς κατά γε τὸ πλεῖστον
ἔργον αὐτοὺς ἀλλήλων γενέσθαι, πλείονάς τε αὐτῶν ὑπὸ τῶν οἰκείων ἢ ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων πληττ-
v. 14. p. 533. ομένους πεσεῖν. Ἀλλὰ γὰρ ἐν τοιούτοις κακοῖς ἐξεταζομένων ἐκείνων, παρατάξεται φησὶ καὶ
Ἰούδας ἐν Ἱερουσαλήμ· ἵνα εἴπῃ ὅτι θαῤῥῶν ἐπὶ τὴν κατ' αὐτῶν ἐξελεύσεται πόλεμον ὑπὸ
τοῦ Ζοροβάβελ στρατηγούμενος, ὃς ἐκ τῆς τοῦ Ἰούδα φυλῆς βασιλεὺς αὐτῶν κατὰ θείαν ἀνα-
δέδεικται κρίσιν· οὕτω τε κρατήσουσι τῶν ἐναντίων, ὥστε πάντα αὐτοῖς τὰ προσόντα, χρυ-
σόν τε καὶ ἄργυρον καὶ ἐσθῆτα, καὶ ὅ τι ποτ' ἂν ἔχοιεν παρ' ἑαυτοῖς ἀγαθὸν, ταῦτα δὴ
πάντα ἀφελομένους τὸν οἰκεῖον αὐξῆσαι πλοῦτον· τοῦτο γὰρ εἶπε “ καὶ συνάξει τὴν ἰσχὺν πάντων
τῶν λαῶν κυκλόθεν· ” ἰσχὺν αὐτῶν εἰπὼν τὰ προσόντα ἀφ' ὧν εἶχον τὸ δύνασθαι· ὅπερ
v. 15. καὶ σαφηνίζων αὐτὸ, ἐπήγαγε· “ χρυσόν τε καὶ ἄργυρον καὶ ἱματισμὸν εἰς πλῆθος σφόδρα. ”
Τούτοις ἐπάγει· ὅτι πολλή τις ἀπώλεια καὶ ἵππων ἔσται καὶ ἡμιόνων καὶ καμήλων καὶ ὄνων καὶ
πάντων τῶν προσόντων αὐτοῖς κτηνῶν, ὁπόσα περ ἐπιτήδεια πως ἑαυτοῖς εἰς τὸν πόλεμον
νομίσαντες εἶναι, συλλαβόντες ἦγον μεθ' ἑαυτῶν· ὁ μὲν δὴ θάνατος αὐτῶν, φησὶ, καὶ ἡ ἀπώ-
v. 16. λεια τοσαύτη τις ἔσται καὶ τοιαύτη· ὁπόσοι δ' ἂν αὐτῶν περισωθεῖεν, ἐπιγνόντες τὴν θεοῦ τὴν
δύναμιν ἐξ ὧν πεπόνθασι, νόμον θήσονται παρ' ἑαυτοῖς, διηνεκῶς ἀνιόντες ἐπὶ τὴν Ἱερου-
σαλὴμ τὴν καθήκουσαν ἀποπληρῶσαι τῷ θεῷ προσκύνησιν, ἐπιτελεῖν δὲ καὶ τὴν ἑορτὴν τῆς
σκηνοπηγίας, ἐπειδὴ τοῖς πόῤῥωθεν παραγινομένοις ἐπιτήδειος ὁ καιρὸς θερινὸς ὑπάρχει·
v. 17. καὶ πολλοῖς δὲ τῶν δι' ὑπεροψίαν οὐκ ἀποπληρούντων ταῦτα, τιμωρίαν ἐπάξω, ἀβροχίᾳ τε
p. 534. τῇ ἐντεῦθεν ἀκαρπίᾳ καταδικάζων αὐτοὺς, ὡς ἂν αἴσθοιντο τῆς τοῦ πάντων κυρίου τιμῆς

que ad pugnam procedere sinerent, Deo ipsorum impetum praeveniente poenae impositione. Auferetur quoque ipsis cernendi vis a magnitudine incumbentium malorum, mutique fient ob eventuum angustias. In summa, tanta illis a Dei ira mentis perturbatio incidet, ut singuli invicem manus afferentes, haud sentiant, sed extraneos pulsare se putent, fiantque mutuae caedis auctores, maiorque illorum pars a suis quam a Iudaeis percussa cadat. Verum dum illi his malis implicantur, comparabit se ad proelium Iudas in urbe Hierusalem, id est audacter exibit ad hostium oppugnationem duce Zorobabele, qui rex ipsis divino iudicio constitutus est. Atque ita potientur hostibus ut omnes eorum opes, aurum, argentum, vestem, et quicquid boni secum habuerint, diripientes ad suarum opum cumulum conferant. Sic enim significant verba “ congregabit fortitudinem populorum omnium in circuitu ” fortitudinem illorum dicens opes a quibus vires accipiebant. Quod declarans, ait: aurumque et argentum et vestem valde plurimam. His addit, multum fore equorum detrimentum, et mulorum, et camelorum, atque asinorum, omniumque apud eos iumentorum, quotquot bello utilia aestimantes, secum adducebant. Et interitus quidem illorum atque exitium tale erit. Quotquot autem ex ipsis salvi supererunt, agnoscentes Dei potentiam ex his quae sunt passi, legem sibimet statuent ascendendi perpetuo ad urbem Hierusalem, ibique debitum Deo obsequium persolvendi, nec non tabernaculorum festum agendi, quandoquidem iis qui de longinquo veniunt vernum tempus idoneum est. Multis autem superbe haec negligentibus poenas inferam, pluviam et ubertatem frugum negando, ut agnoscant se universalis

ἀμελοῦντες· κἂν οἱ τῆς Αἰγύπτου δὲ κἂν εἴ τινες δή ποτε ταύτην ἀναδέξωνται τὴν γνώμην, v. 19.
τὴν αὐτὴν δώσουσι τιμωρίαν· βούλεται γὰρ εἰπεῖν ὅτι πολλοὶ τῶν ἀλλοφύλων ἐκπλαγέντες ἐπὶ τῷ
μεγέθει τῶν γεγονότων πολλαχόθεν ἐπὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ συῤῥεύσουσι, τὴν καθήκουσαν τῷ θεῷ
προσκύνησιν ἀποδιδόντες, ὡς καὶ τιμωρίαν ἀπεκδέξεσθαι εἰ μὴ τοῦτο ποιοῖεν. Τούτοις ἐπάγει.
" Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται τὸ ἐπὶ τὸν χαλινὸν τοῦ ἵππου ἅγιον τῷ κυρίῳ παντοκρά- v. 20.
τορι· καὶ ἔσονται οἱ λέβητες ἐν τῷ οἴκῳ κυρίου ὡς φιάλαι πρὸ προσώπου τοῦ θυσιαστηρίου. „
Βούλεται μὲν εἰπεῖν ὅτι πολλὰ καὶ τῷ θεῷ ἀνατεθήσεται παρὰ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἀπὸ τῶν
λαφύρων, ἃ παρὰ τῶν πολεμίων λήψονται, πολλά τε ὄντα καὶ ἀριθμὸν νικῶντα· οἷον
πεποίηκεν ὁ μακάριος Δαυὶδ μετὰ τὴν τοῦ Γολιὰθ ἀναίρεσιν τὸ ξίφος ἀναθεὶς τῷ θεῷ· τὸ
αὐτὸ γὰρ λέγει κἀνταῦθα, ὅτι καὶ χαλινοὺς ἵππων, οὓς τῶν ἀναιρεθέντων ἀφείλοντο, προσοί-
σουσι τότε τῷ θεῷ· ἀπὸ γὰρ τοῦ χαλινοῦ ὡς ἀπὸ μέρους ἐβουλήθη τὰ λοιπὰ ὅπλα τε καὶ
λάφυρα εἰπεῖν, ἅπερ οὖν ἀνατιθέναι ἤμελλον, ἑκάστου κατὰ τὴν οἰκείαν πρόθεσιν προσά-
γοντος τὸ δοκοῦν ἐκ τῶν λαφύρων· ὅθεν ἐπάγει, ὅτι προσαχθήσονται καὶ λέβητες πλεῖστοι
οὓς ἐπήγοντο οἱ πολέμιοι, ἐπιτηδείους ἑαυτοῖς εἶναι νομίζοντες εἰς τὴν ἕψησιν τῶν κρεῶν, οἳ
διὰ τὸ πλῆθος, φιαλῶν δίκην, ἔσονται τοῦ οἴκου προσκείμενοι τοῦ θείου· ἐβουλήθη γὰρ ἀπὸ
μὲν τοῦ χαλινοῦ τὰ ἀπὸ τῶν ὅπλων ἀναθήματα εἰπεῖν, ἀπὸ δὲ τῶν λεβήτων τὰ ἀπὸ τῶν p. 577.
κτημάτων, ὡς εἴωθεν ἀπὸ μέρους τὰ πλεῖστα δηλοῦν ἡ θεία γραφὴ, ὅτ' ἂν περιττὴν ἡγῆ-
ται τὴν κατὰ μέρος ἀκριβολογίαν· ἐπεὶ κἀνταῦθα περιττὸν ἦν τὸ ἀριθμεῖν δόρατα καὶ ξίφη
καὶ θώρακας, λέβητάς τε καὶ τὰ ἐν ἀνθρώπων κείμενα χρήσει, οἷον εἰπεῖν πινάκια, πο-
τήρια, ἢ καὶ εἴ τι τοιοῦτο· ἐκ γὰρ τοῦ μέρους, ὡς εἶπον τε ἤδη, καὶ ἐπισημηνάμενος πολλάκις,
ἐδήλωσε τὸ πᾶν εἰπεῖν. Δεικνὺς τῶν λεβήτων τῶν ἀνατεθειμένων τὴν χρείαν, ἐπάγει.
" Καὶ ἔσται πᾶς ὁ λέβης ἐν Ἱερουσαλὴμ καὶ ἐν τῷ Ἰούδα ἅγιος τῷ κυρίῳ παντο- v. 21.
κράτορι· καὶ ἥξουσι πάντες οἱ θυσιάζοντες, καὶ λήψονται ἐξ αὐτῶν, καὶ ἑψήσουσιν ἐν αὐτοῖς. „

domini honorem neglexisse. Et si Aegypti incolae, et si quidam alii hac prava mente fuerint, poenam similem perferent. Vult autem dicere, extraneos multos magnitudine eventuum territos, variis ex locis ad urbem Hierusalem concursuros, debitum Deo obsequium oblaturos; et nisi fecerint, poenam relaturos. His addit.

" Die illa erit quod super frenum equi est, sanctum Domino omnipotenti. Et erunt lebetes in domo Domini sicut phialae ante faciem altaris. „ Fore dicit, ut complura Deo offerantur ab Israhelitis de manubiis quae ex hostibus retulerint, multa sane et innumerabilia. Sicuti fecit beatus David post Goliathi caedem gladium Deo dedicans. Idem heic quoque dicit, nempe quod equorum frenos interemptis ablatos Deo offerent. Namque a freno tamquam a parte, reliqua arma et spolia denotat, quae oblaturi erant, singulis pro suo proposito ex manubiis quod visum fuerit afferentibus. Unde addit, lebetes plurimos adductum iri quos hostes secum habuerant, utpote coquendis carnibus idoneos, quorum multitudo phialarum vice fungetur in domo Dei exposita. Vult autem frenis, armorum oblationem designare; lebetibus, divitiarum; more scripturae consueto a parte multitudinem denotandi, quotiescumque supervacaneam iudicat partium accuratam enumerationem. Certe heic superfluum erat enumerare singillatim hastas, gladios, loricas, lebetes, et quicquid ad usum hominum est, verbi gratia catinos, pocula, et si quid aliud huiusmodi est. Sed a parte, ut nuper dixi, et saepe adnotavi, se totum designare demonstrat. Iam ut ostendat oblatorum lebetum usum, sic prosequitur.

" Eritque omnis lebes in urbe Hierusalem et apud Iudam sanctus Domino om-

Οἱ μὲν γὰρ προσκομισθέντες λέβητες, φησὶν, ἅγιοι ἔσονται ἅτε ἀνακείμενοι λοιπὸν τῷ θεῷ· ἀφθονία δὲ ἐντεῦθεν ἔσται τοῖς προσάγουσι τὰς θυσίας, τοῦ ἔχειν ὅποι προσῆκε ἑψήσαντας τὰ τῶν θυσιῶν πληρῶσαι τὸ πρέπον· ἢ γὰρ οὐχ οὕτως ἐν τῇ πρώτῃ τῶν βασιλειῶν ἡ θεία λέγει γραφὴ διηγουμένη τὴν τῶν υἱῶν Ἠλὶ τὴν παρανομίαν *; ὅτι ἤρχετο τὸ παιδάριον τοῦ ἱερέως ὡς ἂν ἡψήθη τὸ κρέας, καὶ κρεάγρα τριόδους ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ καθίει αὐτὴν εἰς τὸν λέβητα, ἢ εἰς τὴν χύτραν, ἢ εἰς τὸ χαλκίον· καὶ πᾶν ὃ ἀνέβαινεν ἐν τῇ κρεάγρᾳ ἐλάμβανεν ἑαυτῷ ὁ ἱερεύς; τοῦτο οὖν εἰπεῖν ἠβουλήθη, ὅτι ἀφθονίᾳ λοιπὸν τοῖς ἐπὶ τῇ θεραπείᾳ τοῦ θεοῦ συνιοῦσι εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ ἔσται λεβήτων, ἐν οἷς προσῆκεν αὐτοὺς τὴν ἐπὶ ταῖς θυσίαις χρείαν ἑαυτῶν ἐκπληροῦν. Τούτοις ἐπάγει. " Καὶ οὐκ ἔστι Χαναναῖος ἔτι ἐν τῷ οἴκῳ κυρίου παντοκράτορος, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. „ Ἐπειδὴ διαβεβλημένοι Χαναναῖοι τὸν τρόπον ἦσαν ἐπί τε ἀσεβείᾳ ἐπί τε ἠθῶν μοχθηρίᾳ, τοῦτο βούλεται εἰπεῖν ὅτι παύσονται πάντες λοιπὸν οἱ τοῦ Ἰσραὴλ τῆς πρὸς ἀσέβειαν ἢ τινὰ μοχθηρίαν νεύσεως ἠθῶν, ἐξ αὐτῶν δεδιδαγμένοι τῶν πραγμάτων ἡλίκον ἀγαθὸν εὐσεβείας τε καὶ ἀρετῆς ἐπιμέλεια· ὥσπερ καὶ ὁ μακάριος Ὠσηὲ λέγει· * Χαναὰν, ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ζυγὸς ἀδικίας, καταδυναστεύειν ἠγάπησε· καὶ εἶπεν Ἐφραὶμ, πλὴν πεπλούτηκα, εὕρηκα ἀναψυχὴν ἐμαυτῷ· τῇ τῶν Χαναναὰν προσηγορίᾳ, τοὺς Ἰσραηλίτας τὸ μὴ δέον διαπραττομένους καλέσας, ὡς ἂν τὸν ἐκείνων τρόπον μεμιμημένους.

* 1. Reg. II. 13.

p. 320

* Os. XII. 7.

nipotenti. Et venient cuncti immolantes, et sument inde, et coquent in eis. „ Oblati quidem lebetes, sancti erunt utpote oblati in posterum Deo. Commoditas vero hinc erit adducentibus victimas, copiam habendi ubi coquere oporteat, et sacrificia decenter perficere. Nonne enim in primo regnorum sic loquitur divina scriptura, dum narrat filiorum Heli iniquitatem? nempe quod veniebat puer sacerdotis, fuscinulam tridentem habens in manu sua, mittebatque fuscinulam in lebetem seu caccabum seu caldariam; et omne quod levabat fuscinula, tollebat sacerdos sibi. Vult ergo dicere, convenientibus ad Dei cultum in urbe Hierusalem copiam fore lebetum, quibus opus erat ipsis ad explendum sacrificiorum ritum. His addit: " et non erit Chananaeus ulterius in domo Domini omnipotentis die illa. „ Quia infames erat Chananaei ob irreligiositatem morumque pravitatem, innuit sic propheta desituros deinceps cunctos de populo israhelitico ab impietate aut qualibet morum malitia, eventibus ipsis edocti quantum bonum sit pietas et virtutis studium. Sic etiam beatus Oseas ait: " Chanaan, in manu eius statera iniquitatis, opprimere praepotenter dilexit. Dixitque Ephraim: verumtamen dives factus sum, inveni mihi solatium. „ Scilicet Chananaeorum nomine Israhelitas illos appellat qui illicita agebant, Chananaeorum mores imitantes (1).

(1) Recole Theodorum apud nos p. 67.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΜΑΛΑΧΙΟΥ ΤΟΥ ΠΡΟΦΗΤΟΥ.

Τῶν μακαρίων προφητῶν Ἀγγαίου τε καὶ Ζαχαρίου μετὰ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον τοῦ λαοῦ κατὰ θείαν προφητευσάντων ἐνέργειαν, Ἀγγαῖος μὲν ὁ μακάριος περί τε τῆς ναοῦ οἰκοδομῆς διείλεκται τῷ λαῷ, καὶ δὴ καὶ τὴν περὶ τοῦ Γὼγ μηνύει τὴν ἀπώλειαν· ὁ δὲ μακάριος Ζαχαρίας ταῦτά τε λέγει, προστιθεὶς καὶ τὰ κατὰ τοὺς Μακκαβαίους μετὰ πολὺν γεγονότα τὸν χρόνον, καὶ δὴ καὶ ἀποκαλύψεις πολλὰς καὶ διαφόρους ἐκτίθεται, δι' ὧν τό τε ποικίλον τῆς περὶ αὐτοὺς εὐεργεσίας ἐδήλωσε τοῦ θεοῦ, καὶ διδασκαλίαν παρείχετο, θεοσεβείᾳ τε καὶ ἐπιμελείᾳ βίου προσάγειν αὐτοὺς δυναμένην αὐτάρκως. Ἐπειδὴ δὲ τῆς θείας p. 537.
προνοίας ἀξιωθέντες Ἰουδαῖοι, καὶ τῆς ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπανόδου, πλείστων τε ὅσων τετυχηκότες ἀγαθῶν, καὶ δὴ καὶ ἐν εὐπραγίᾳ καταστάντες πολλῇ, οὐκ εἰς δέον ἐχρήσαντο τῇ ἀνέσει, τὰ μὲν τῶν ἱερέων, τὰ δὲ καὶ τοῦ λαοῦ πλημμελοῦντος παντός, ὡς καὶ τὰς κατὰ νόμον ὡρισμένας θυσίας μὴ μετὰ τοῦ προσήκοντος ἐκτελεῖν, ἀναγκαίως ὁ παρὼν οὑτοσὶ προφήτης κατὰ θείαν ἐνέργειαν ἐπὶ τοῦτο προβληθείς, ἐλέγχει μὲν τῶν τε ἱερέων καὶ τοῦ λαοῦ τὰς πλημμελείας, ἃς αἵτινές εἰσιν, ἐξ αὐτῶν τῶν γεγραμμένων ἄμεινον μάθοι τις ἄν· μηνύει δὲ καί τινα τῶν ἐσομένων· ὄνομα δὲ τῷ προφήτῃ, κατὰ μὲν τὴν Ἑλλήνων γλῶτταν, ἄγγελος· κατὰ δὲ τὴν Ἑβραίων, Μαλαχίας· ἐπειδὴ τὸν ἄγγελον οὕτω καλεῖν Ἑβραίοις ἔθος· ὅθεν καὶ μεταβολῇ τῇ εἰς τὴν Ἑλλήνων γλῶτταν ἄγγελος κέκληται ἀντὶ Μαλαχίου· λέγει δὲ οὕτως.

ΚΕΦ. Α'.

" Λῆμμα λόγου κυρίου ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ ἐν χειρὶ ἀγγέλου αὐτοῦ. „ Ἵνα εἴπῃ ὅτι κατὰ v. 1.

COMMENTARIUS IN MALACHIAM PROPHETAM.

Quum beati prophetae Aggaeus ac Zacharias post populi Babylone reditum divino instinctu prophetarent, beatus quidem Aggaeus de templi aedificatione disseruit cum populo, et Gogi etiam exitium praedixit; beatus autem Zacharias eadem dixit, adiectis etiam Maccabaeorum rebus quae multo tempore post evenerunt: tum et multas diversasque revelationes addidit, quibus et beneficiorum Dei erga Iudaeos varietatem declaravit, et doctrinam tradidit admovendo illos idoneam pietati morumque probitati. Sed quia divinam providentiam adepti Iudaei nec non Babylone reditum, et plurima dein bona consecuti, multaque fruentes felicitate, haud bene hoc solatio sunt usi; sacerdotibus nimirum ac populo universo peccante, ita ut ne statuta quidem sacrificia convenienter facerent; necessario hic noster propheta divina operatione ad hoc electus, sacerdotum pariter atque populi peccata redarguit; quae cuiusmodi fuerint, ex ipsis scriptis melius quispiam cognoscet. Quaedam etiam futura praedicit. Nomen autem prophetae est Graecorum quidem lingua Angelus, at Hebraeorum Malachias, quoniam angelum ita dicere solent Hebraei. Quamobrem in Graecorum sermone Angelus appellatur pro Malachia. Sic autem dicit.

CAP. I.

" Assumptio verbi Domini super Israhelem in manu Angeli ipsius. „ Id est

θείαν ἐνέργειαν ἐνεπιστεύθη τὸ τῆς προφητείας ἔργον ὁ ἄγγελος εἰς ἔλεγχον τοῦ Ἰσραήλ,
ἐπειδὴ κοινῇ ταύτῃ προσηγορίᾳ τούς τε ἱερέας καὶ τὸν λαὸν σημαίνειν ἤμελλεν· Ἰσραη-
λῖται γὰρ ἅπαντες ἐλέγοντο κοινῶς· εἶτα μετὰ τὴν εἰωθυῖαν ταύτην προγραφὴν τῶν προφητι-
κῶν βιβλίων, ἄρχεται τῶν οἰκείων λόγων ὁ προφήτης οὕτως. “ Θέσθε δὴ ἐπὶ τὰς καρδίας
ὑμῶν. „ Κάλλιστα ὡς ἂν παραλελοιπόσιν ἄχρι τοῦ δεῦρο ἃ ποιεῖν αὐτοὺς προσῆκον ἦν·
p. 338. κελεύει νῦν γοῦν τὸ δέον εὖ λογίσασθαι, καὶ συνιδεῖν μὲν ἅπερ ἔπραττον, δοκιμάσαι δὲ
ὁπόσον ἐξέβαινον τοῦ προσήκοντος, ὡς ἄν τινα καὶ διόρθωσιν ταῖς ἑαυτῶν προσαγάγοιεν
πλημμελείαις. Εἶτα μετὰ τὴν προτροπὴν καὶ τὴν παραίνεσιν καθ' ἣν ἐπιμελεστέρους αὐτοὺς περὶ
τὸ δέον εἰργάζετο, ἐπάγει· “ ἠγάπησα ὑμᾶς, λέγει κύριος. „ Καλῶς γὰρ τοῖς ἀγνώμοσι
πρὸ πάντων τὴν ἀγάπην λέγει τὴν οἰκείαν, ὡσανεὶ πρὸς ταύτην κρίνοιντο μάλιστα ἐλεγχο-
v. 2. μένοις ἐπὶ τῇ φαυλότητι τῶν τρόπων τῶν οἰκείων. “ Καὶ εἴπατε, ἐν τίνι ἠγάπησας ἡμᾶς; „
δήλου παρὰ πᾶσι τυγχάνοντος ὁπόσων αὐτοῖς ἀγαθῶν αἴτιος ἐγεγόνει, ἅ τε ἐκ τῶν πρό-
σθεν ὑπαρξάντων, ἅ τε καὶ τῶν ὕστερον πολλάκις, καὶ δὴ καὶ τῶν πρόσφατον γεγονότων·
ἀλλὰ γὰρ ἔθος τῇ θείᾳ γραφῇ τὴν φωνὴν ἐπὶ πράγματος λέγειν, καὶ τὴν τῶν τι ποιούντων
Ps. LXIII. 6. διάθεσιν φωνῇ σημαίνειν· οἷον τό· εἶπον, τίς ὄψεται αὐτούς· * ἀντὶ τοῦ διέκειντο ὡς οὐδενὸς
ἐφορῶντος τὰ γινόμενα· οὐ γὰρ δὴ ἔλεγον οὕτως· καὶ εἶπε γὰρ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, οὐ μὴ σα-
Ps. hebr. X. 6. λευθῶ ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεὰν ἄνευ κακοῦ· * διέκειντο γὰρ φησὶν ὡς οὐδὲν ὑπομενοῦντες πώ-
ποτε κακόν· καὶ πολλὰ τοιαῦτα εἴποι τις ἄν, ἃ μὴ τοῦ παρόντος ἐστὶ συλλέγειν καιροῦ·
οὕτως οὖν κἀνταῦθα λέγει τὸ, καὶ εἴπατε ἐν τίνι ἠγάπησας ἡμᾶς, ἀντὶ ἀγαπηθέντες παρ'
ἐμοῦ, καὶ εὖ πεπονθότες πολλάκις, μοχθηρᾷ καὶ ἀγνώμονι κεχρημένοι τῇ διανοίᾳ διέκεισθε
p. 339. ὡς ἂν οὔτε ἠγαπημένοι παρ' ἐμοῦ, οὔτε τινὸς τετυχηκότες πώποτε ἀγαθοῦ· εἶτα λέγει τὰ
πράγματα ἀφ' ὧν ἐξῆν αὐτοὺς συνορᾶν ἡλίκων ἔτυχον παρὰ θεοῦ ἄλλως ἀγαθῶν.

divina operatione concreditum est prophetiae opus Angelo, ad Israhelis reprehensionem: namque hoc nomine sacerdotes simul et populum denotare volebat: cuncti dicebantur communiter Israhelitae. Deinde post hoc solitum propheticorum librorum proëmium seu titulum, sic initium facit sermonum suorum propheta. “ Ponite in cordibus vestris. Egregie sic alloquitur illos qui hactenus debita officia neglexerant. Iubet ergo nunc quid opus facta sit cogitare, et quid egerint considerare, et quantum a rectitudine exorbitaverint, ut aliquam peccatorum suorum emendationem curent. Mox post impulsum et adhortationem, qua eos diligentiores ad officium reddidit, prosequitur: “ dilexi vos, dicit Dominus. „ Bene ingratis ante omnia memorat amorem suum, ut inde iudicentur, de suorum morum pravitate convicti. “ Et dixisti: in quo dilexisti nos? „ Atqui omnibus exploratum erat, quantorum ipsis bonorum auctor extitisset, sive antea gestis, sive postea saepe numero, sive etiam nuper patratis. Sed mos est divinae scripturae vocem pro re adhibere, et hominum statum vel affectum voce designare. Velut illud: dixerunt, quis videbit eos? id est ita se habuerunt, quasi eos nemo spectaret. Atqui nihil huiusmodi dixerant. Item: dixit enim in corde suo, non movebor a generatione in generationem, sine malo. Sic enim sese habebant, quasi nihil umquam mali essent passuri. Multaque eiusmodi quis inveniet, quae coacervare non huius temporis est. Sic ergo nunc etiam dicit: et dixistis, in quo dilexisti nos? Quasi dicat: a me dilecti, et beneficiis saepe affecti, improba ingrataque mente fuistis, quasi nec a me dilecti, neque ullo umquam beneficio donati. Dein facta dicit, unde hi cognoscere possent, quanta a Deo bona accepissent.

“ Οὐκ ἀδελφὸς ἦν Ἡσαῦ τοῦ Ἰακώβ; λέγει κύριος· καὶ ἠγάπησα τὸν Ἰακώβ, τὸν v. 3.
δὲ Ἡσαῦ ἐμίσησα· καὶ ἔταξα τὰ ὅρια αὐτοῦ εἰς ἀφανισμὸν, καὶ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ εἰς v. 4.
δόματα ἐρήμου· διότι ἐὰν εἴπῃ, ἡ Ἰδουμαία (1) κατέστραπται, καὶ ἐπιστρέψωμεν καὶ ἀνοικο-
δομήσωμεν τὰς ἠρημωμένας αὐτῆς, τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ, αὐτοὶ οἰκοδομήσουσι
καὶ ἐγὼ καταστρέψω· καὶ ἐπικληθήσεται αὐτοῖς ὅρια ἀνομίας, καὶ λαὸς ἐφ’ ὃν παρατέτακται
κύριος ἕως αἰῶνος· καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ὑμῶν ὄψονται, καὶ ὑμεῖς ἐρεῖτε, ἐμεγαλύνθη κύριος v. 5.
ὑπεράνω τῶν ὁρίων Ἰσραήλ. ,, Πρόσφατον ἦσαν Ἰδουμαῖοι τετιμωρημένοι, καὶ πλείστων
ὅσων ἐν πείρᾳ γεγονότες κακῶν, ὑπὲρ ὧν διατεθείκεσαν τοὺς Ἰσραηλίτας κατὰ τὸν καιρὸν
ἐκεῖνον καθ’ ὃν Ἀσσύριοί τε αὐτοῖς πρότερον καὶ Βαβυλώνιοι μετὰ τοῦτο ἐπῆλθον· ταῦτα
δὲ προείρητο μὲν τῷ μακαρίῳ Δαυὶδ ἐν ψαλμοῖς· * λέγει γὰρ, μνήσθητι κύριε τῶν υἱῶν * Ps. CXXXVI. 7.
Ἐδὼμ τὴν ἡμέραν Ἱερουσαλὴμ, τῶν λεγόντων ἐκκενοῦτε ἐκκενοῦτε ἕως τῶν θεμελίων αὐτῆς·
θυγάτηρ Βαβυλῶνος ἡ ταλαίπωρος· ἐν οἷς ἔδειξεν ὅτι καὶ Βαβυλώνιοι δώσουσι δίκας
ὑπὲρ ὧν αὐτοὺς διατεθείκασι κακῶν· καὶ Ἰδουμαῖοι δὲ τιμωρηθήσονται συμπράξαντες αὐτοῖς
ἐν τοῖς κατὰ τῶν Ἰσραηλιτῶν κακοῖς· προεῖπε δὲ καὶ ὁ μακάριος Ἀβδιοὺ ὁ προφήτης μετὰ
τοῦτο· ἀλλ’ ἐπειδὴ νῦν εἰλήφει τὴν ἔκβασιν ἐκεῖνα, καὶ νεαρὰ παρὰ πᾶσιν ἦν ἡ μνήμη τῆς
ἐπιγενομένης κατὰ τῶν Ἰδουμαίων παρὰ τοῦ θεοῦ τιμωρίας, εἰκότως ἐκ παραθέσεως τῆς πρὸς p. 540.
ἐκείνους ἐνδείκνυται τὴν ἀγάπην ἑαυτοῦ τὴν περὶ τούτους, ἀπὸ τῶν προπατόρων τούτων τε καὶ
τῶν Ἰδουμαίων τὴν ἀρχὴν ποιησάμενος· ἦν γὰρ τούτων μὲν Ἰακώβ, Ἡσαῦ δὲ ἐκείνων· λέγει
τοίνυν ὅτι ἀδελφοὶ μὲν ἦσαν ἀμφότεροι· τοῦ νόμου δὲ τῆς φύσεως κοινὰ πάντα αὐτοῖς ποιοῦν-
τος, ἠγάπησα μὲν τὸν ὑμέτερον προπάτορα, ἐμίσησα δὲ τὸν ἐκείνων τὸν Ἡσαῦ· καὶ δὴ διαμε-
μένηκα μὲν ἄχρι τοῦ δεῦρο, τῆς τε περὶ ὑμᾶς ἀγάπης, καὶ τοῦ περὶ ἐκείνων μίσους τὴν ἀπό-
δειξιν παρεχόμενος· πᾶσαν μὲν γὰρ αὐτῶν τὴν χώραν ἠφάνισα δι’ ὑμᾶς, δίκας αὐτοὺς εἰσ-

“ Nonne frater erat Iacob Esau? dicit Dominus; et tamen dilexi Iacob, Esau autem odio habui. Et statui terminos eius in desolationem, et hereditatem eius in domos deserti. Quia si dixerit: Idumaea eversa est, et revertemur atque aedificabimus deserta eius; haec ait Dominus omnipotens: ipsi aedificabunt, et ego destruam. Et vocabuntur ipsis termini iniquitatis, et populus adversus quem stat in acie Dominus usque in saeculum. Et oculi vestri videbunt; et vos dicetis: magnificatus est Dominus super terminos Israhelis. ,, Nuper fuerant Idumaei puniti, et plurimas experti calamitates, propter mala quae Israhelitis intulerant quo tempore Assyrii primum et postea Babylonii hostes supervenerant. Iamque haec praedicta fuerant a beato Davide in psalmis, ubi ait: memor esto Domine filiorum Edom, in die Hierusalem, qui dicunt: exinanite, exinanite usque ad fundamenta eius. Filia Babylonis misera! Quibus verbis ostendit, Babylonios poenas daturos, propter illata Israhelitis mala. Idumaei etiam cum iis punientur, qui in adfligendis Israhelitis socii ipsorum fuerunt. Idem postea praedixerat etiam beatus Abdias propheta. Nunc quia illa exitum habuerant, recentesque apud omnes erant inflictae Idumaeis a Deo poenae, merito ex comparatione cum illis demonstrat suum erga Israhelitas amorem, ab horum progenitoribus atque ab Idumaeis sumpto initio. Erat enim illorum progenitor Iacob; horum autem, Esau. Dicit ergo, ambos fuisse fratres; cumque naturae lex communia ipsis omnia faceret, progenitorem quidem vestrum, inquit, dilexi, at illorum odi Esau: et usque in hodiernum diem perseveravi, amoris

(1) Variat heic interpunctio apud antiquos interpretes, aliis ante *Idumaeam*, aliis post pausantibus. Cum graeco conspirat arabs, cum hebraico latinus vulgatus.

προαπτόμενος ὧν καθ' ὑμῶν τετολμήκασι· πᾶσαν δὲ αὐτῶν τὴν κτῆσιν μετέστησα εἰς ἐρημίαν, ἣν τοσαύτην αὐτοῖς ἐπήγαγον καὶ οὕτω χαλεπὴν, ὥστε κἂν εἰ μεταβαλόμενοι ποτὲ βουληθεῖεν διορθώσασθαι τὰ οἰκεῖα, καὶ ἀνοικοδομῆσαι τὰς ἠρημωμένας αὐτῶν πόλεις τε καὶ χώρας, μηδὲν δύνασθαι τοῦτο ποιεῖν· ἀπεφηνάμην γὰρ κατ' αὐτῶν ἐρημίαν, καὶ οὐδαμῶς οἷοί τε συστῆναι τὰ ἐκείνων πάλιν· ἐπειδὴ κἂν ἐπιχειρήσωσιν οἰκοδομῆσαι, καταστρέψω πάλιν· ὥστε ἐκείνοις μὲν ὄνομα ἐπικεκλῆσθαι ἀνομίας ὅριον, ἅτε ὑπὸ παρανομίας ἠρημωμένοις· περὶ ὑμᾶς δὲ οὕτως ἐδοκίμασα πᾶν ὅ τι καλὸν διαπράξασθαι, ὥστε αὐτοὺς ὑμᾶς θεατὰς γεγονότας τῶν δωρουμένων ὑμῖν ἀγαθῶν, ἐπιγνῶναι τοῦ θεοῦ τὴν δύναμιν τοσούτοις φαιδρύναντος ἀγαθοῖς τὰ ὑμέτερα.

v. 6. p. 541. Εἶτα ἐπιτείνων τὸ ἔγκλημα “ υἱὸς δοξάζει πατέρα, καὶ δοῦλος τὸν κύριον αὐτοῦ φοβηθήσεται· καὶ εἰ πατὴρ εἰμὶ ἐγὼ, ποῦ ἐστιν ἡ δόξα μου; καὶ εἰ κύριός εἰμι ἐγὼ, ποῦ ἐστιν ὁ φόβος μου; λέγει κύριος παντοκράτωρ· „ υἱῶν μὲν οὖν ἴδιον φησὶ τοιαῦτα διαπράττεσθαι, ἀφ' ὧν κόσμος τις καὶ σεμνολογία περιέσται τοῖς πατράσι· δούλων δὲ τὸ μετὰ πολλοῦ τοῦ δέους ὑπηρετεῖσθαι τοῖς δεσποτικοῖς ἐπιτάγμασιν· ἐγὼ δὲ, φησὶν, εἰμὶ μὲν ὑμῶν κύριος, ἅτε ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ὑμᾶς εἰς τὸ εἶναι παραγαγών· δι' ὑπερβάλλουσαν δὲ φιλανθρωπίαν τε καὶ χρηστότητα οἰκειωσάμενος τε ὑμᾶς καὶ ἐδεξάμενος υἱοὺς ἐμοὺς καλεῖσθαι· μεταδέδωκα τε ὑμῖν παρρησίας τοῦ πατέρα ὑμῶν ὀνομάζειν ἐμέ· ὁρῶ δὲ πρὸς οὐδέτερον ὑμᾶς εὐγνωμονοῦντας· οὔτε γὰρ ὡς πατέρα τῇ καλοκαγαθίᾳ τῶν ἐπιτηδευμάτων τῶν οἰκείων σεμνύνειν ἐσπουδάκατε, οὔτε ὡς δεσπότην δεδοικότες τῶν ἐπιταγμάτων φροντίζετε τῶν ἐμῶν· οὕτω δὴ κοινὸν κατὰ πάντων τὸν ἔλεγχον ποιησάμενος, διορίζει καὶ τὰ πρόσωπα καὶ τὰ πράγματα, καὶ δὴ διαλεγόμενος πρὸς τοὺς ἱερέας οὕτω φησίν. “ Ὑμεῖς οἱ ἱερεῖς οἱ φαυλίζοντες τὸ ὄνομά μου. „ Ὑμεῖς φησὶν οἱ τὴν λειτουργίαν ἐμπεπιστευμένοι τὴν θείαν, καὶ ἐδόχοι

erga vos, odii vero erga illos argumenta exhibere. Namque universam illorum regionem vestri gratia desolavi, poenas ab iis reposcens ob ea quae in vos ausi sunt: tum et illorum praedia omnia in solitudinem verti, quam tantam tamque horridam iis intuli, ut etiamsi forte conversi voluerint aliquando semet emendare, et desertas urbes regionesque restaurare, nihil *int effecturi. Decrevi enim illorum locorum vastitatem, nec omnino fieri poterit ut res ipsorum reparentur. Nam si aedificare moliantur, ego rursus evertam: ita ut iis locis appellatio haereat, termini iniquitatis, utpote ab iniquitate desolatis. At vobis ita bene facere constitui, ut spectatores ipsimet facti bonorum vobis collatorum, Dei potentiam agnoscatis, qui tantis bonis vitam vestram laetificat.

Deinde expostulationem intendens “ filius, inquit, honorat patrem, et servus dominum suum timebit. Quod si pater ego sum, ubi est honor meus? et si dominus ego sum, ubi est timor meus? ait Dominus omnipotens. „ Filiorum quidem officium est, inquit, ea agere unde ornamentum quoddam et decus parentibus confletur: servorum autem multo cum metu herilibus subservire iussibus. Ego vero, inquit, dominus vester sum, ceu qui ex nihilo vos ad existendum produxi; et summa mea benignitate ac bonitate in meam familiaritatem recepi, et meos filios appellare vos sum dignatus, fiduciamque vobis indulsi ut patrem me vocaretis. Ceterum vos nulla in re gratos video: nam neque ut patrem, vestrorum actuum honestate me honorare satagitis; neque ut dominum verentes, mandata mea pensi habetis. Sic ergo communiter cunctis obiurgatis, mox personas singillatim distinguit et actus; et sacerdotes quidem alloquens, sic ait: “ vos sacerdotes qui despicitis

τοῖς λοιποῖς ὀφείλοντες εἶναι τῶν κρειττόνων, τοιαῦτα διαπράττεσθε ἀφ' ὧν οὐδενὸς ἄξιον ὄντα με λόγου δείκνυτε τοῖς τὰ παρ' ὑμῶν πραττόμενα ὁρῶσι. " Καὶ εἴπατε, ἐν τίνι ἐφαυλίσαμεν τὸ ὄνομά σου; ,, Ὁμοίως κἀνταῦθα λέγων τὸ εἴπατε, ἵνα εἴπῃ ὅτι ἐκ πολλῆς τῆς ἀπροσεξίας οὐδὲ αἴσθησιν ἔχετε ἐπὶ τῷ τοσούτῳ πλημμελήματι, ἀλλὰ διάκεισθε ὡς οὐδὲν ἄτοπον διαπραττόμενοι, καί τοι γε τοσοῦτον ἐργαζόμενοι κακόν.

Εἶτα λέγει καὶ τὸ γινόμενον " προσάγοντες πρὸς τὸ θυσιαστήριον ἄρτους ἠλισγημένους. ,, v. 7. p. 542.
Οὐ γὰρ κατὰ τὴν τοῦ νόμου διδασκαλίαν, οὐδὲ κατὰ τὰς μωσαϊκὰς διατάξεις, σὺν ἐπιμελείᾳ ποιεῖσθε τῶν ἄρτων τὴν πρόθεσιν, ἀλλὰ κοινοὺς καὶ ὡς ἔτυχε γεγονότας παρὰ τὸ διατεταγμένον λαβόντες, αὐτοὺς ἐπιτίθετε τῇ τραπέζῃ· λέγει δὲ ἠλισγημένους τοὺς ζυμωτοὺς, ὃ προδήλως ἐναντίον ἦν τῷ νόμῳ ἀζύμους ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου κελεύοντι προσάγεσθαι τοὺς ἄρτους, ζυμωτὸν δὲ μηδόλως· πᾶσαν γὰρ θυσίαν φησὶν ἣν ἂν προσφέρητε κυρίῳ οὐ ποιήσετε ζυμωτόν· ὅπερ οὕτω σαφῶς διατεταγμένου ἐναντίον ἦν τῷ ζυμωτοὺς προσφέρειν τοὺς ἄρτους, ὑπὲρ οὗ δὴ αἰτιᾶται δικαίως αὐτοὺς ὡς τἀναντία τῷ νόμῳ διαπραττομένους προδήλως. " Καὶ εἴπατε ἐν τίνι ἠλισγήσαμεν αὐτούς; ,, Καὶ τοῦτο φησὶν ποιοῦντες, οὐδὲ συλλογίζεσθαι βούλεσθε τοῦ γινομένου τὴν ἀτοπίαν· τὸ γὰρ καὶ εἴπατε, κἀνταῦθα πάλιν τὴν διάθεσιν λέγει· ἵνα εἴπῃ ὅτι ὡς οὐδὲν διαπραττόμενοι διάκεισθε, ἀναισθησίᾳ καὶ ἀπροσεξίᾳ τὴν τοσαύτην ἐργαζόμενοι πλημμέλειαν. " Ἐν τῷ λέγειν ὑμᾶς τράπεζα κυρίου ἐξουδενωμένη ἐστι, καὶ τὰ ἐπιτιθέμενα ἐξουδενώσατε. ,, Πάλιν κἀνταῦθα τὸ ἐν τῷ λέγειν οὕτω φησὶν, ὡς ἀντὶ πράγματος τὴν διάθεσιν δηλῶν· βούλεται γὰρ εἰπεῖν ὅτι τὸ ταῦτα ποιεῖν ὑμᾶς, οὐχ ἕτερόν τι κατὰ διάνοιαν ἔχοντας δείκνυσιν, οὐδ' ἑτέρως πως διακειμένους, ἀλλ' ἢ ὡς οὔτε τῆς τραπέζης τῆς ἐμῆς τυγχάνειν τινὸς ὀφειλούσης σπουδῆς, ἀναγκαίως τε καὶ τῶν ἐπιτιθεμένων οὐδενὸς ὀφειλόντων ἀξίων εἶναι λόγου· τοῦτο δηλοῖ τὸ ῥαθύμως ὑμᾶς ποιεῖσθαι τὴν ἄρτων τὴν p. 543.

nomen meum. ,, Vos, quibus divinum ministerium commissum est, quique duces ceteris ad virtutem esse debetis, ita vivitis, ut nullo me dignum respectu ostendatis iis, qui mores vestros observant. " Et dixistis: in quo despeximus nomen tuum? ,, Similiter hoc etiam loco ait dixistis, pro, ob gravem socordiam vestram, ne sensum quidem tanti peccati habetis, sed ita animo affecti estis, quasi nihil incongruum gesseritis, quamquam tantam culpae molem sustinetis.

Mox et rem gestam narrat. " Obtulistis altari meo panes pollutos. ,, Haud iuxta legis doctrinam, neque iuxta mosaicas constitutiones, accurate fecistis panum propositionem, sed communes et prout vobis occurrerunt praeter fas sumentes, mensae imposuistis. Pollutos autem appellat panes fermentatos; manifeste id enim contrarium legi erat azymos iubenti panes offerre, fermentatum nihil. Omnem enim inquit oblationem quam Deo afferetis sine azymo facietis. Quod cum tam perspicue mandatum fuisset, contrarium erat panum fermentatorum oblationi, cuius causa iuste cum iis expostulat, ut legi prorsus contradicentibus. " Et dixistis: in quo polluimus ipsos? ,, Atque ita, inquit, agentes ne considerare quidem voluistis rei actae absurditatem. Nam vocabulum *dixistis*, heic etiam pro animi affectione ponit: id est quasi nihil feceritis, ita animo affecti estis, socorditer et absque sensu tantam patrantes iniquitatem. " In eo quod dicitis: mensa Domini despecta est, et res ei impositas despexistis. ,, Rursus heic quoque dum ait, in eo quod dicitis, pro actu affectum animi dicit. Id est, dum ita vos agitis, nihil aliud mente agitare demonstratis, neque aliter vos esse affectos; vel quod mensa mea nulla sit digna respectu, ideoque ne imponendorum quidem panum delectum ullum habeatis: cuius rei in-

πρόθεσιν, οὐ φροντίζοντας ὅπως ἂν κατὰ τὴν νομικὴν ἐπιτελεσθείη διάταξιν· καὶ πρώτην μὲν εἶπε τὸ τῶν ἄρτων, ὡς ἂν πρῶτον ἁμάρτημα· ἐπειδήπερ ἐκείνους μάλιστα τοὺς ἐπὶ τῆς τραπέζης προτιθεμένους ἄρτους ἐπιμελείας τυγχάνειν ἐχρῆν, ὡς τρόπον τινὰ ὑπὲρ παντὸς τοῦ λαοῦ προσαγομένους· ἐπειδήπερ ἐκέλευσεν αὐτοὺς ὁ θεὸς, καὶ ἓξ εἶναι τὸν ἀριθμὸν δύο φυλῶν ἐν ἑκάστῳ γνωριζομένων, ὡς ἂν ἐν τοῖς ἓξ αἱ δώδεκα καταλογίζοιντο φυλαὶ, ὑπὲρ ὧν δὴ τὴν πρόθεσιν ἐκέλευσε γίνεσθαι τῶν ἄρτων.

v. 8. Ἑξῆς δὲ ἐπάγει καὶ ἑτέραν αὐτῶν πλημμέλειαν. “ Διότι ἐὰν προσαγάγητε τυφλὸν εἰς θυσίαν, οὐ κακόν· καὶ ἐὰν προσαγάγητε χωλὸν ἢ ἄῤῥωστον, οὐ κακόν. „ Ἐν δὲ τῷ τοιαῦτα φησὶ προσφέρειν τῷ θεῷ θυσίας ἕνεκεν, οὐχ ἁμαρτάνειν οἴεσθε· καὶ δεικνὺς τοῦ γινομένου τὴν ἀτοπίαν “ πρόσαγαγε δὴ αὐτὸ τῷ ἡγουμένῳ σου, εἰ προσδέξεται, εἰ λήψεται πρόσωπόν σου, λέγει κύριος παντοκράτωρ. „ Ἀλλὰ γὰρ εἰ μὴ κατὰ σαυτὸν συνορᾷς τοῦ γινομένου τὸ ἄτοπον, πειράθητι αὐτὸ προσαγαγεῖν τῷ τὴν ἡγεμονίαν ὑμῶν πεπιστευμένῳ· καὶ ἴδε δὴ εἰ δέξεται, εἰ αἰδοῖ τῇ πρὸς σὲ κομιεῖται τὴν ὕβριν· οὐχὶ δὲ τοὐναντίον ὡς ἂν ὑβρισμένος μᾶλλον ἢ τετιμημένος, προσυβρίσας σε ἀποπέμψει μετὰ τοῦ προσενεχθέντος ὄντος τοιούτου; δείξας αὐτῶν ἀμφοτέρας τὰς ἀτοπίας τήν τε ἐπὶ τῶν ἄρτων καὶ
v. 9. τὴν ἐπὶ τῶν θυμάτων, ἐπάγει. “ Καὶ νῦν ἐξιλάσκεσθε τὸ πρόσωπον τοῦ θεοῦ ὑμῶν, καὶ δε-
p. 811. ήθητε αὐτοῦ, ἵνα ἐλεήσῃ ὑμᾶς. „ Ἀλλὰ γὰρ κἂν τοῖς μετὰ ταῦτα διορθώσασθε τὰ πρότερον ὑμῶν ἁμαρτήματα, καὶ παυσάμενοι τοῦ τοιαῦτα διαπράττεσθαι, ἔτι ὑπὲρ τῶν παρεληλυθότων αἰτήσατε συγγνώμης τυχεῖν παρὰ τοῦ θεοῦ· καὶ φοβῶν εἰκότως· “ ἐν χερσὶν ὑμῶν γέγονε ταῦτα. „ Ἐγγύθεν γὰρ ἔχετε τῶν κακῶν τὴν πεῖραν· οἷς οὐ πρὸ πολλοῦ περιπεπτώκατε διὰ τὴν τοῦ προσήκοντος ἀμέλειαν, ὧν τῇ μνήμῃ μάλιστα πᾶσαν ἔχειν ὑμᾶς ἐπιμέλειαν προσήκει τοῦ καλοῦ. “ Εἰ λήψομαι ἐξ ὑμῶν πρόσωπα ὑμῶν, λέγει κύριος παντοκράτωρ. „ Ἀφ᾽ ὧν ἔξεστιν εἰδέναι, ὡς οὐδὲ νῦν ὑμᾶς ἁμαρτάνοντας αἰδεσθήσομαι, εἰ μὴ μεγαλείαν τινὰ διόρθωσιν ἐπαγάγοιτε τοῖς πλημμελουμένοις παρ᾽ ὑμῶν.

dicium est quod socorditer panum impositionem facitis, nullius pensi habentes legitimae institutionis observantiam: quoniam illos potissimum mensae imponendos panes curare oporteret, ceu pro universo populo oblatos. Nam Deus mandaverat, ut sex numero essent, duas tribus in singulis agnoscendo, ut in sex panibus duodecim tribus reputarentur, pro quibus panum propositionem fieri iubebat.

Aliud quoque mox subdit illorum peccatum. “ Quoniam si obtuleritis caecam victimam, non est malum. Et si obtuleritis claudam vel aegrotantem, non est malum. „ Dum eiusmodi, inquit, victimas offertis, peccare non existimatis. Et rei actae absurditatem ostendens “ offer id, inquit, duci tuo, si excipiet, si suscipiet faciem tuam, dicit Dominus omnipotens. „ Agesis, si per rei actae absurditatem non agnoscis, fac periculum in offerendo principi gentis tuae, et videsis num excipiat, num tui reverens hanc iniuriam dissimulet. Nonne contra a te magis offensus quam honoratus, contumeliose te reiiciet cum tali oblatione tua? Demonstrata vero utraque absurditate tum panum tum victimarum, addit. “ Nunc vero placate faciem Dei vestri, eumque deprecemini, ut vestri misereatur. „ Age iam abhinc priora emendate peccata, et his omissis, praeteritorum etiam postulate a Deo veniam. Iisque merito timorem incutiens “ in vestris inquit manibus haec sunt. „ Recens est calamitatum experientia, in quas paulo ante incidistis ob debiti officii negligentiam, quorum praecipue memores studium omne honestati debetis impendere. “ An ex vobis suscipiam facies vestras? dicit Dominus omnipotens. „ Hinc

« Διότι καὶ ἐν ὑμῖν συγκλεισθήσονται θύραι, καὶ οὐκ ἀνάψετε τὸ θυσιαστήριόν μου δω- v. 10.
ρεάν. » Οὐ γὰρ χαλεπόν μοι καὶ νῦν ἄβατον ὑμῖν ποιῆσαι τὸν ναὸν τὸν ἐμόν, καὶ παῦσαι
πάλιν ὑμᾶς τοῦ τῷ θυσιαστηρίῳ ὑπηρετεῖσθαι τῷ ἐμῷ, διαπραττομένους τοιαῦτα· ὅπερ οὖν
ἤδη πεποίηκα, παραδοὺς μὲν πυρὶ ναόν, ἐπειδὴ πλημμελοῦντας ὑμᾶς ἀνήκεστα ἑώρων
ἐν αὐτῷ· αἰχμαλωσίᾳ δὲ ὑμᾶς παραδούς, ἐν ᾗ καθεστῶτες, οὐδὲν τῶν εἰς ἱερατικὴν λειτουρ-
γίαν ἡκόντων ποιεῖν οἷοί τε ἦτε. « Οὐκ ἔστιν θέλημά μου ἐν ὑμῖν, λέγει κύριος παντο-
κράτωρ, καὶ θυσίαν οὐ προσδέξομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν. » Εὖ γὰρ ἴστε ὅτι ἄχρις ἂν
τοιαῦτα διαπράττησθε, ἀποστρέφομαί τε τὰ παρ' ὑμῶν γινόμενα, καὶ τὰς θυσίας ὑμῶν οὐ
προσίεμαι· ὥστε οὐδὲ τὸ κέρδος ἀποίσεσθε, ὅπερ οὖν ἐλπίδι τῶν θυσιῶν τὴν προσκομιδὴν p. 116.
ποιεῖσθε. « Διότι ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου καὶ ἕως δυσμῶν αὐτοῦ τὸ ὄνομά μου δοξάζεται τοῖς v. 11.
ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσάγεται τῷ ὀνόματί μου, καὶ θυσία καθαρά·
διότι μέγα τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς ἔθνεσι, λέγει κύριος παντοκράτωρ. » Ἁπανταχοῦ, φησί,
γῆς τὴν ὀνομασίαν τὴν ἐμὴν ἅπαντες διώκουσιν οἱ ὅπου ποτὲ καθεστῶτες τῶν ἀνθρώπων· θεὸν
γὰρ σέβειν ἐσπούδακεν ἕκαστος καὶ τὴν τούτου περιέπειν ὀνομασίαν, ὡς ἂν δεσπότου τε καὶ κυ-
ρίου· ὅπερ οὖν ὄντως εἰμὶ ἐγώ· ὥστε εἰ καὶ πεπλανημένως οἷς οὐ προσήκει τὴν ὀνομασίαν
περιτιθέασι τὴν ἐμήν, ἀλλὰ τὴν ἐμήν γε ὅπως περιέπουσιν ἅπαντες, καὶ ἐπ' ὀνόματι τῷ ἐμῷ
τὰς θυσίας ἐπιτελοῦσι, πάντων μέγιστον καὶ πάντων ἐξαίρετον νομιζόντων τὸ θεῖον· ὑμεῖς v. 12.
δὲ τὸ παρὰ πᾶσιν οὕτω μέγα τι νομιζόμενον καὶ σεπτὸν ἐξυβρίζοντες φαίνεσθε· ἐπειδὴ
ἐν τῷ τὴν τράπεζαν τὴν ἐμὴν κοινὴν ἡγεῖσθαι, καὶ μηδὲν ἔχουσαν πλέον τῶν λοιπῶν,
τά τε ἐπιτιθέμενα μὴ δὲ μιᾶς ἄξια νομίζειν σπουδῆς, τοιαῦτά τέ μοι προσφέρειν, τὴν
ἐμὴν ὀνομασίαν προδήλως ἐνυβρίζοντες, φαίνεσθε ἐν οὐδενὸς μέρει τιθέμενοι τὸ θεῖον,

debetis cognoscere, me ne nunc quidem vos peccantes, respectu dignos habiturum, nisi paenitendo delicta vestra emendetis.

« Quoniam et in vobis claudentur ostia, neque succendetis altare meum gratis. » Non est enim mihi arduum, templum meum vobis inaccessum efficere, vobisque ministerio altaris mei interdicere, talia agentibus: quod reapse iam feci, igni templum tradendo, postquam vos intolerabiliter peccare in eo animadverti, nec non in captivitatem amandando, in qua constituti nihil ad sacerdotale ministerium pertinens agere poteratis. « Non est voluntas mea in vobis, dicit Dominus omnipotens; neque victimam accipiam de manibus vestris. » Probe scitote, me quamdiu ita vos geritis, aversaturum quicquid fit a vobis, neque sacrificia vestra admissurum: quamobrem ne emolumentum quidem reportabitis, cuius spe sacrificia adducitis. « Quoniam ab ortu solis usque ad occasum eius, nomen meum honorificatur, et in omni loco incensum offertur nomini meo, et mundum sacrificium. Quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens. » Ubique, inquit, terrarum nomen meum cuncti sectantur cuiusque regionis incolae. Nam singuli Deum colere satagunt, eiusque nomen venerari ceu principis atque domini: cuiuscemodi revera ego sum: adeo ut, etiamsi errore decepti nomen iis quos non decet imponunt, nihilominus nomen adhuc meum quodammodo honorant omnes, et in nomine meo sacrificia perficiunt, dum omnium rerum maximam et excellentissimam iudicant divinitatem. Vos tamen rem omnium opinione magnam ac venerabilem contumelia prosequi videmini: quia dum mensam meam existimatis profanam, et nihilo pluris quam alias, et quae illic imponitis nullo delectu dignamini, et haec mihi offerentes nomini meo manifeste iniurii estis, hinc inquam Deum

ὃ παρὰ πᾶσιν οὕτω τι μέγα καὶ φοβερὸν ὑπείληπται καὶ σεβάσμιον καὶ πάντων ὑπερέχον δικαίως.

v. 13. « Καὶ εἴπατε, ταῦτα ἐκ κακοπαθείας ἐστί· καὶ ἐξεφύσησα αὐτά, λέγει κύριος παν-
τοκράτωρ. » Εἶτα ὑμεῖς μὲν φησὶ σεμνύνεσθε ὡς ἐκ πόνου καὶ ἱδρώτων καὶ κακοπαθείας
p. 516. προσφέροντες ἰδίας, ἐγὼ δὲ αὐτὰ ἀπέῤῥιψα, τοσαύτην οὖσαν ὑμῶν τὴν ἐν τῇ προσκομιδῇ
καταφρόνησιν θεωρῶν. « Καὶ εἰσφέρετε ἁρπάγματα, καὶ χωλά, καὶ τὰ ἐνοχλούμενα· καὶ
προσφέρετε αὐτὰ εἰς θυσίαν· εἰ προσδέξομαι αὐτὰ ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν, λέγει κύριος
παντοκράτωρ. » Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἐν ταῖς θυσίαις τοιαῦτα προσκομίζετε, ἔτι μᾶλλον αὐτὰ
* Lev. I. 3. ἀπεπεμπόμην ὡς φαῦλα καὶ ἐκ φαύλης προσφερόμενα γνώμης· εἶτα καὶ νόμον τιθεὶς *,
v. 14. « καὶ ἐπικατάρατος ὃς ἦν δυνατὸς καὶ ὑπῆρχεν ἐν τῷ ποιμνίῳ αὐτοῦ ἄρσεν· καὶ ἡ εὐχὴ
αὐτοῦ ἐν αὐτῷ· καὶ θύει διεφθαρμένα τῷ κυρίῳ· διότι βασιλεὺς μέγας ἐγώ εἰμι, λέγει κύριος παντοκράτωρ· καὶ τὸ ὄνομά μου ἐπιφανὲς ἐν τοῖς ἔθνεσι. » Πᾶς δή φησιν εὐχὴν ἐπὶ θυσίᾳ πεποιημένος, εἶτα εὐπορῶν καὶ δυνάμενος ἐκ τῶν προσόντων αὐτῷ ποιμνίων προσαγαγεῖν ἄρσεν τε καὶ δόκιμον καὶ οἷον προσάγεσθαι πρέπον θεῷ· καὶ τοῦτο μὲν οὐ προσάγων, φαῦλον δέ τι καὶ διεφθαρμένον θύων τῷ θεῷ, τῆς ἐσχάτης ἄξιός ἐστι τιμωρίας· ἐπειδὴ θεῷ τῷ πάντων βασιλεύοντι, καὶ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμοίως ἐπὶ τῷ μεγέθει τῆς οἰκείας ἐγνωσμένῳ φύσεως, εὐπορῶν ἂν δεῖ, προσάγει τὰ μὴ τοιαῦτα.

ΚΕΦ. Β'.

v. 1. « Καὶ νῦν ἡ ἐντολὴ αὕτη πρὸς ὑμᾶς οἱ ἱερεῖς· ἐὰν μὴ ἀκούσητε καὶ ἐὰν μὴ θῆσθε εἰς
v. 2. τὴν καρδίαν ὑμῶν τοῦ δοῦναι δόξαν τῷ ὀνόματί μου, λέγει κύριος παντοκράτωρ· καὶ ἐξαποστελῶ ἐφ' ὑμᾶς τὴν κατάραν, καὶ ἐπικαταράσομαι τὴν εὐλογίαν ὑμῶν, καὶ καταράσομαι

flocci fieri a vobis constat, qui omnium iudicio magnus est et terribilis et augustus et res omnes merito excedens.

« Et dixistis: haec ab aerumna sunt. Et exsufflavi ea, dicit Dominus omnipotens. » Deinde vos, inquit, gloriamini quasi ex labore, sudoribus, aerumnaque propria offerentes; attamen ego haec reieci, tantum vestrum in offerendo contemptum videns. « Et inferebatis rapinas, et clauda, et languida, et ea sacrificii loco dabatis. Num ego ea recipiam de manibus vestris, dicit Dominus omnipotens? » Quoniam haec victimae causa afferebatis, equidem ut vilia vilique ex mente oblata respuebam. Mox et legem recitans: « maledictus, inquit, qui dives erat, habebatque in grege suo masculum: et oratio eius in ipso: et sacrificat corrupta Domino. Quia rex magnus ego sum, dicit Dominus omnipotens, nomenque meum illustre in gentibus. » Quicumque, inquit, precem facit sacrificando; et cum sit dives positque ex suis gregibus offerre masculum, et probatum, et quod Deo offeratur dignum; si id tamen minime offerat, sed vile aliquid et corruptum Deo sacrificet, is inquam summa dignus poena est: quia Deo omnium dominatori, et cunctis hominibus ob propriae naturae magnitudinem cognito, copiam rei dignae habens, deteriorem offert.

CAP. II.

« Et nunc mandatum hoc ad vos, o sacerdotes. Nisi audieritis, et nisi posueritis in corde vestro dare gloriam nomini meo, ait Dominus omnipotens; mittam super vos maledictionem, et maledicam benedictioni vestrae, et maledicam ei: et

αὐτήν, καὶ διασκεδάσω τὴν εὐλογίαν ὑμῶν· καὶ οὐκ ἔσται ἐν ὑμῖν, ὅτι ὑμεῖς οὐ τίθεσθε ἐπὶ
καρδίας ὑμῶν. „ Ἀλλὰ γὰρ ἰδοὺ ταῦτα περὶ ὑμῶν ἀποφαίνομαι τῶν ἐπὶ τῆς ἱερατικῆς καθ- p. 617.
εστώτων λειτουργίας· ὅτι εἰ μὴ νῦν γοῦν βουληθείητε σπουδῇ τοῖς παρ' ἐμοῦ λεγομένοις προσ-
έχειν, καὶ τῇ τῆς λειτουργίας ἐπιμελείᾳ τὴν προσήκουσάν τε καὶ ὀφειλομένην ἀποτίσαι τῷ θεῷ
δόξαν, μεγίστην ὑμῖν ἐπάξω τιμωρίαν, καὶ τὴν τιμὴν δὲ ταύτην ἧς ἀπολαύετε νῦν, εἰς ἀτι-
μίαν τε καὶ πεῖραν μεταστήσω κακῶν, πᾶσάν τε ὑμῶν τὴν ἱερατικὴν ἀφελῶ τιμήν, ὡς μη-
δένα ἐξ ὑμῶν ἔτι διάδοχον τῆς ἀξίας γενέσθαι ταύτης· εὔδηλον γὰρ ὅτι κατάραν μὲν τὴν
τιμωρίαν λέγει, καὶ τὴν πεῖραν τῶν κακῶν· εὐλογίαν δὲ, τὴν ἀγαθῶν τὴν ἀπόλαυσιν· ὅθεν
ἔτι καὶ τὴν ἱερωσύνην ὀνομάζει, ὡς πολλῶν ἀγαθῶν αἰτίαν τοῖς τε ἔχουσι καὶ τοῖς ὑπὲρ ὧν
ἐπιτελεῖσθαι συμβέβηκε ταύτην.

Εἶτα εἰς μείζονα ἔνδειξιν τῆς ἀγανακτήσεως τῆς οἰκείας " ἰδοὺ ἐγὼ ἀφορίζω ὑμῖν τὸν v. 3.
ὦμον, καὶ σκορπιῶ ἔνυστρον ἐπὶ τὰ πρόσωπα ὑμῶν, καὶ λήψομαι ὑμᾶς εἰς τὸ αὐτό. „
Κεκελευσμένον ἦν ἐν τῷ νόμῳ ὥς τι ἐξαίρετον ἐκ τῶν θυσιῶν ἀφαιρεῖσθαι τῷ θεῷ τὸν
ὦμον· οὐκέτι οὖν φησὶν οὐδὲ τοῦτο δέξομαι παρ' ὑμῶν, ἐπεὶ μηδὲν δεόμενος εἰς ὠφέλειαν
ὑμετέραν διεταξάμην οὕτω γίνεσθαι· ἐπειδὴ δὲ ἐν τοσαύτῃ τὴν περὶ ἐμὲ δεικνύντες ἀμέλειαν,
τούτῳ με οἴεσθε τιμᾶν, τῷ τὸν ὦμον ἀφαιρεῖν μοι, ὑμῖν αὐτὸν ἀποστρέφω, τὸν ἀγανακτήσεως
ἔλεγχον παρεχόμενος τῆς ἐμῆς· ἐάσω δὲ ὑμᾶς καρποῦσθαι καὶ τοῦτο μετὰ τῆς κόπρου τῶν ζώων·
ἐπειδὴ τοῦτο ὑμῖν ἐν ταῖς ἑορταῖς προσάγεσθαι πρέπον, ἃς τῇ κακίᾳ τῶν πραττομένων μολύ- p. 611.
νετε, κοινήν τε ἅπασιν ὑμῖν τὴν ὑπὲρ τῶν πραττομένων ἐπάξω τιμωρίαν· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ
λήψομαι ὑμᾶς εἰς τὸ αὐτό. " Καὶ ἐπιγνώσεσθε διότι ἐγὼ κύριος ἐξαπέσταλκα πρὸς ὑμᾶς v. 4.
τὴν ἐντολὴν ταύτην, τοῦ εἶναι τὴν διαθήκην μου πρὸς τοὺς λευίτας, λέγει κύριος παντοκράτωρ. „
Τότε ἐκ τῆς περιγινομένης ὑμῖν ἀτιμίας τε καὶ τιμωρίας αἰσθήσεσθε ἀκριβῶς τοῦ τε ἐξου-

dissipabo benedictionem vestram, et non erit in vobis, quia vos non ponitis in corde vestro. „ En ego haec de vobis decerno, qui sacerdotali ministerio fungimini; quod nisi nunc velitis sedulo dictis meis adtendere, et ministerii sedulitate debitam convenientemque Deo gloriam reddere, maximam vobis poenam inferam; et hunc honorem quo interim fruimini, in dedecus et aerumnarum experimentum convertam; vobisque omnem sacerdotalem detraham honorem, ita ut nemo vestrum dignitati huic succedat. Patet enim maledictionem dici pro poena et aerumnarum experimento: benedictionem vero, pro bonorum fruitione. Quamobrem sic sacerdotium quoque appellat, ceu bonorum multorum causam tum his qui illud possident, tum etiam illis quorum gratia id exerceri contingit.

Deinde ob magis demonstrandam indignationem suam " ecce ego, ait, proiiciam humerum, et dispergam ventriculum in facies vestras, et suscipiam vos in id ipsum. „ Mandatum erat a lege, ut quasi electum aliquod, separaretur Deo humerus. Haud ultra igitur ne hoc quidem a vobis recipiam; etenim nulla re ego indigens, utilitatis vestrae gratia sic fieri constitueram. Nunc autem quia tantum mei contemptum ostenditis, ut me re tali honorare putetis, humerum nimirum mihi offerendo, vobis hunc retroago, ut indignationis meae argumentum vobis exhibeam. Sinam vero vos hoc etiam vesci cum animalium stercore; quoniam hoc a vobis in sollemnitatibus offerri dignum est, quas nequitia polluitis; communemque ob ea quae egistis poenam adducam. Id enim significant verba: suscipiam vos in id ipsum. " Et scietis, quod ego Dominus miserim ad vos praeceptum hoc, ut esset testamentum meum ad levitas, dicit Dominus omnipotens. „ Tunc ex corri-

σίας καὶ τῆς δυνάμεως τῆς ἐμῆς· καὶ ὅτι ἐγὼ μὲν εὐποιεῖν ὑμᾶς βουλόμενος ἐξ ἀρχῆς εἰς τὴν ἱερατικὴν παρήγαγον ἀξίαν, τοιαύτας τινὰς θέμενος πρὸς ὑμᾶς τὰς συνθήκας, ἵνα τῆς παρ' ἐμοῦ δοθείσης ἀπολαύοντες τιμῆς, ἅπαντα πρὸς τὴν ἐκείνων ὠφέλειαν ποιῆτε ὑπὲρ ὧν μέτιτε τὴν ἱερωσύνην· ὑμεῖς δὲ οὐδένα τούτων ἐποιήσασθε λόγον, ἀλλὰ τῆς τε δοθείσης ὑμῖν καθυβρίζετε τιμῆς, καὶ ἀμελείᾳ τοσαύτῃ τὴν ἐμὴν παραδεδώκατε λειτουργίαν.

v. 5 Εἶτα ἐπειδὴ τὰ τῆς ἱερωσύνης ἐκ τοῦ Ἀαρὼν εἴληφε τὴν ἀρχὴν ὃς πρῶτος ἀρχιερεὺς κατὰ
θείαν προβολὴν ἀπεδείχθη, ἐπάγει. " Ἡ διαθήκη μου ἦν μετ' αὐτοῦ τῆς ζωῆς καὶ τῆς εἰρή-
νης· καὶ ἔδωκα αὐτῷ φόβον φοβεῖσθαί με, καὶ ἀπὸ προσώπου ὀνόματός μου στέλλεσθαι αὐτόν·
v. 6. νόμος ἀληθείας ἦν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, καὶ ἀδικία οὐχ εὑρέθη ἐν χείλεσιν αὐτοῦ· ἐν εἰρήνῃ
v. 7. κατευθύνων ἐπορεύθη μετ' ἐμοῦ, καὶ πολλοὺς ἀπέστρεψεν ἀπὸ ἀδικίας· ὅτι χείλη ἱερέως
p. 810. φυλάξεται γνῶσιν, καὶ νόμον ἐκζητήσουσιν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, ὅτι ἄγγελος κυρίου παν-
τοκράτορός ἐστι. " Ἐκεῖνον γοῦν πρῶτον φησὶν ἐπιλεξάμενος, συνθήκας πρὸς αὐτὸν ἐθέμην, ἐπαγγειλάμενος μὲν αὐτῷ καὶ ζωῆς μακρᾶς καὶ εἰρήνης ἀπόλαυσιν, κελεύσας δὲ τὸν φόβον ἐπὶ τῆς διανοίας ἔχειν τὸν ἐμόν, καὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ δέους καὶ τὴν μνήμην ποιεῖσθαι τὴν ἐμήν· ἠκολούθησε δὲ ἄρα καὶ τὰ παρ' ἐκείνου πρέποντα τῇ τιμῇ τῇ παρ' ἐμοῦ· ἐπειδὴ τέθεικε μὲν ἑαυτῷ νόμον τὸ ζῆν τε σὺν ἀληθείᾳ, καὶ ἅπαν ἀποστρέφεσθαι ψεῦδος· ἐφθέγξατο δὲ οὐδεπώποτε ἄδικον οὐδέν, οὐδ' ὃ βλάβης αἴτιον τοῖς ὑπὸ τὴν ἱερωσύνην ἐγίνετο· ὑπὲρ δὲ τούτων ἀκολούθως ταῖς ἐπαγγελίαις ταῖς ἐμαῖς, αὐτός τε ἐν εἰρήνῃ διῆγεν, ἐν οὐδενὶ πώποτε πρός με διενεχθείς, οὐδέ τι τῶν ἐμοὶ διαπραξάμενος ἐναντίων· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ ἐν εἰρήνῃ κατευθύνων ἐπορεύθη μετ' ἐμοῦ· καὶ πολλοὺς δὲ ὥσπερ ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐκ τοῦ χείρονος ἐπανῆγεν· συντόμως τε εἰπεῖν ὃ μάλιστα πρέπον ἦν ἱερεῖ διεπράττετο· διδάσκων μὲν τῆς ἀληθείας τὴν γνῶσιν, πρὸς δὲ τὸν νόμον τὸν θεῖον ἅπαντας σχεδὸν ὑπ' αὐτὸν ἐπανάγων, καὶ διδάσκων ὅπως ἂν ἀκολουθοῖντο πάντοτε περὶ αὐτόν· τοῦτο γὰρ ἱερέως ἔργον, ἀγγέλ

piente vos ignominia poenaque accurate cognoscetis potentatum virtutemque meam; et quod ego bene faciendi vobis causa iam inde ab initio ad sacerdotalem extuli dignitatem; haec vobiscum foedera componens, ut concesso a me fruentes honore, cuncta ad utilitatem ageretis illorum propter quos sacerdotium tenetis. Vos vero nullius haec pensi habuistis, sed datum vobis conculcastis honorem, meumque ministerium socordia tanta gessistis.

Exin quia sacerdotium ex Aarone initium ceperat, qui primus pontifex divina electione processit, prosequitur. " Foedus meum fuit cum eo vitae et pacis, et indidi ei timorem ut timeret me, et a facie nominis mei formidaret. Lex veritatis fuit in ore eius, et iniquitas non est inventa in labiis eius: in pace dirigens ambulavit mecum, et multos convertit ab iniquitate. Quoniam labia sacerdotis custodient scientiam, et legem requirent ex ore eius: quia angelus Domini omnipotentis est. " Cum illo itaque primo omnium electo foedus pepigi, promittens ei longae vitae pacisque usum, mandansque eidem ut mei timorem mente retineret, multaque cum reverentia mentionem mei faceret. Et quidem ille legem sibimet constituit, veritatem per omnem vitam servandi, et omne genus mendacii vitandi. Nihil autem umquam iniustum locutus est, vel quod vituperationis occasio sacerdotibus fieret. Propterea promissis meis consentanee, et ipse pacificam exegit vitam, nulla mecum inimicitia suscepta, nihilque mihi contrarium agens. Sic enim fere sonant verba: in pace dirigens ambulavit mecum. Plurimos item ad meliorem frugem ex deteriore transtulit. In summa, quicquid praecipue sacerdotem decebat egit, veri-

τινὸς τάξιν ἐπέχειν τεταγμένου τοῖς λοιποῖς ἀνθρώποις, καὶ πάντας ἐπὶ τὴν ἀρετὴν ἐπανά-
γοντος, ὅπερ οὖν καὶ τοῖς ἀγγέλοις περὶ ἡμᾶς ἔργον ποιεῖν· ταύτας μὲν δὴ πρὸς τὸν
Ἀαρὼν ἐθέμην τὰς συνθήκας, ὃς καὶ ἀκόλουθα τοῖς ἐμοῖς διεπράττετο νόμοις· ὑμεῖς δὲ p. 550.
οἱ τὴν ἱερωσύνην διαδεξάμενοι τοῦ ἐκείνου, πάμπολυ τούτων ἐστὲ κεχωρισμένοι· πῶς καὶ
τίνα τὸν τρόπον;

" Ὑμεῖς δὲ ἐξεκλίνατε ἐκ τῆς ὁδοῦ, καὶ ἠσθενήσατε πολλοὺς ἐν νόμῳ, διεφθείρατε τὴν v. 8.
διαθήκην τοῦ Λευὶ, λέγει κύριος παντοκράτωρ. ,, Ἐξετράπητε γὰρ τῆς περὶ ταῦτα σπουδῆς·
ὥστε καὶ τοὺς λοιποὺς, ῥαθύμους περὶ τὸν νόμον ποιῆσαι· οὕτω τε πάσας συντόμως εἰπεῖν τὰς
συνθήκας, ἃς πρὸς ἐκεῖνον ἐθέμην, βουλόμενος αὐτὰς καὶ ἐπὶ τῶν ἐκείνου διαδόχων κρα-
Herodiorum tria genera sunt, ille qui cemphus, et qui albus, et qui asteriscus appellatur. Hos inter cemphus intemperante ad coitum libidine, dire concumbit et veneri indulget, clamatque dum libidinatur, sanguinem oculis emittens, generatque aerumnose et non sine cruciatu. Iam vero videtur ex huius animalis historia delineare istos cemphi imitatores ac similes propter intemperantiam. Est et aliud in mari cemphorum genus, gregatim hac illac volitans; quos nautae multa esca funi imposita venantur. Hi enim non modo non fugiunt si quos captos vident, sed alius alium praecedere festinat ad capturam. Sic videntur, qui in vitio volutantur, alius alium superare voluptatibus gestientes, exitiali morte semet implicare.

CAP. VIII.

v. 5. cod. f. 38. b. Καρδίαν ἐνταῦθα τὴν ἀρετὴν εἴρηκε, τὴν ἐπισυμβαίνουσαν τῇ καρδίᾳ· ἢ τὴν ὑπὸ Θεοῦ κτιζομένην τὴν πνευματικήν.

Cor hoc loco dicit pro virtute, quae cordi accidit. Vel cor dicit illud creatum a Deo et spiritale.

v. 11. cod. f. 39. a. Τὴν σοφίαν ἐνταῦθα ὡς γένος ἔλαβε τῆς παιδείας καὶ τῆς γνώσεως· παιδείαν γὰρ καὶ γνῶσιν προτάξας, ἐπάγει· κρείσσων γὰρ σοφία λίθων πολυτελῶν, ὡς τῆς παιδείας καὶ τῆς γνώσεως περιεχομένης ἐν τῇ σοφίᾳ 1), ἥπερ διὰ τοῦ πνεύματος δίδοται, λόγος σοφίας· τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο λέγεται καὶ πνεῦμα υἱοθεσίας.

Sapientiam heic pro quodam disciplinae et scientiae genere accipit. Nam disciplina scientiaque nominatis, addit: melior est enim sapientia lapidibus pretiosis: quasi disciplina et scientia contineatur in sapientia, quae a spiritu datur, id est verbum sapientiae. Id ipsum vero dicitur etiam spiritus adoptionis.

v. 13. Σημειωτέον ὅτι ἀδικίαν καὶ ὕβριν καὶ ὑπερηφανίαν, τὸν ἄδικον ὑβριστὴν καὶ ὑπερήφανον λέγει, ἀπὸ τῆς χειρίστης ἕξεως ὀνομάζων αὐτόν.

Adnotandum est, iniquitatem et iniuriam et superbiam, dici heic pro homine iniusto, contumelioso, et superbo, quem ex hoc pessimo animi habitu indigitat.

v. 14. cod. f. 39. b. Τουτέστι παρ' ἐμοῦ τὸ εὔβουλον καὶ ἀσφαλές· ὅπου γὰρ τοῦτο, κἀκεῖνο· ὁρᾷς πανταχοῦ προτιθέμενα τὰ ἀσώματα τῶν σωματικῶν καὶ κρατοῦντα; εἶτα εἰπὼν καὶ αὐτὸ τὸ βασιλεύειν δι' αὐτῆς γινόμενον, ἐπήγαγε, καὶ ὃ πολλῷ μεῖζόν ἐστι· τοῦτο γὰρ βασιλεύειν, τὸ δύνασθαι δικαίως κεχρῆσθαι τῇ ἀρχῇ, βέλτιον· ἔνιοι δὲ, βασιλεῖς μὲν τοὺς ἁγίους καὶ μεγιστᾶνας· τυ-

Id est a me rectum consilium et tutum procedit: ubi enim illud, ibi hoc quoque est. Viden' ubique anteposita et praestantia incorporea corporalibus? Deinde postquam dixit, regnum ipsum a se conferri, addit quod multo maius est: nam hoc reapse regnare est, si quis dominatu iuste sciat uti. Nonnulli interpretes regum nomine heic intelligunt sanctos

1) Apud Augustinum contra Acad. II. 16. extat famigerata definitio: *sapientia est rerum humanarum divinarumque scientia.*

et proceres; tyrannos autem illos, qui adhuc cum carne decertant, et cupiditates suas violenta vi premunt.

ῥάννους δὲ, τοὺς ἔτι πολεμοῦντας τὴν σάρκα, καὶ τῶν παθῶν τυραννοῦντας.

Maiorem dilectione heic amorem introducit, quando eodem ordine non ponitur. Ecce enim Servatore dicente Petro, amas me? hic alloquentis bene gnarus, quod minus erat sibi tribuit dicens: diligo te. Tertio autem audiens: Simon Ionae, diligis me? aegro animo fuit, quia tertia hac vice minoris significatus vocabulum secum adhibuisset.

Μείζω φιλίας εἰσάγει τὴν ἀγάπην ἐνταῦθα, ἡνίκα μὴ κατὰ τοῦ αὐτοῦ τάττεται· ἀμέλει τοῦ σωτῆρος τῷ Πέτρῳ λέγοντος ἀγαπᾷς * με; τὸν προσδιαλεγόμενον εἰδὼς, τὸ ἧττον δίδωσιν ἑαυτῷ, τὸ ὅτι φιλῶ σε· τὸ δὲ τρίτον ἀκούσας, Σίμων Ἰωνᾶ φιλεῖς με, ἐλυπήθη ὅτι τὸ ἧττον τρίτον αὐτῷ προσένειμε 1). v. 17. cod. f. 39. b. * Ioh. XIX. 15.

Solus sapiens, dives illustrisque est: etenim multiplex apud eum possessio est, et sapientiae semina; quae in spiritu serens, vitam metit. Cum autem suas esse dicit divitias, dicere videtur, nihil opus tibi esse expensis, nec re nova aliqua, ut amore meo potiaris; tantum diligas, et redamaberis. Immo quod est mirabile, nempe in divitiis esse iustitiam, id quoque apud me est, et aliud quodlibet bonum.

Ὅτι μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος καὶ εὐκλεής· ἔστι γὰρ ἐν αὐτῷ κτῆσις πολλῶν καὶ γεννήματα σοφίας· ἃ καὶ σπείρων εἰς τὸ πνεῦμα, θερίζει ζωήν· ἔοικε δὲ διὰ τοῦ ἑαυτῆς λέγειν τὸν πλοῦτον, τοιοῦτόν τι λέγειν, ὅτι οὐ χρεία σοι δαπάνης, οὐδὲ καινοτομίας, εἰς τὸν πρὸς ἐμὲ ἔρωτα, ἀλλ' ἀρκεῖ τὸ φιλῆσαι μόνον, καὶ ἀνταγαπηθήσῃ· ἀλλὰ μὴν, καὶ ὃ θαυμαστόν ἐστι, τὸ ἐν πλούτῳ εἶναι δικαιοσύνην, παρ' ἐμοὶ καὶ τοῦτό ἐστι, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἀγαθά. v. 18. ibid

Substantia cum sit Dei sapientia, ante saecula nata est, et ante creaturas sempiterna. Quum autem relationem erga creaturas admisit, tunc initium viarum Dei facta est, creationis videlicet et providentiae; consociato nimirum initio cum creaturis, quibus dedit initium, id est relationem erga creaturas habere coepit. Attamen ipsa sapientia sempiterna est, substantialiter ante saecula apud Deum existens.

Οὐσία οὖσα ἡ τοῦ θεοῦ σοφία, πρὸ αἰώνων γεγέννηται, καὶ πρὸ κτίσεως ἀΐδιος ἦν· ὅτε δὲ σχέσιν πρὸς τὰ γεννητὰ ἐδέξατο, τότε ἀρχὴ τῶν ὁδῶν τοῦ θεοῦ γέγονε τῶν ποιητικῶν καὶ προνοητικῶν· σύζυγος οὖν ἡ ἀρχὴ τοῖς κτίσμασιν ὧν γέγονεν ἀρχὴ, τουτέστιν ἡ πρὸς τὰ γεννητὰ σχέσις· ἡ δὲ σοφία ἀΐδιος, οὐσιωδῶς πρὸ αἰώνων παρὰ τῷ θεῷ ὑπάρχουσα. v. 22. cod. f. 41. a.

Impietas est adversus Deum peccatum. Impie agit etiam contra animam suam, qui congerit animae suae punitionem, impiis praeparatam. Consentaneum quoque est, ut ii mortem ament qui sapientiam oderunt; siquidem sapientia vita est.

Ἀσέβεια μέν ἐστιν ἡ εἰς θεὸν ἁμαρτία· ἀσεβεῖ δὲ καὶ εἰς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ὁ σωρεύων κόλασιν τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ, τὴν τοῖς ἀσεβέσιν ἡτοιμασμένην· ἀκόλουθον δὲ καὶ τὸ ἀγαπᾶν θάνατον τοὺς σοφίαν μισοῦντας, εἴπερ ἡ σοφία ζωή. v. 36. cod. f. 42. a.

CAP. IX.

Sapientiam hoc loco dupliciter intelligi aio: nempe illam quae a sancto Spiritu datur religiosis hominibus, per quam Dei quoque notitia mundo inclaruit. Pari modo etiam enhypostaticum filium ac Verbum Dei, a cuius sapientia omnia ex nihilo ad existendum educta fuerunt.

Τὴν σοφίαν ἐνταῦθα δισσῶς ἐπιλαβεῖν, τὴν ἐκ πνεύματος ἁγίου φημὶ ἐν λόγοις καὶ γραφῇ δοθεῖσαν τοῖς θεόφροσιν, δι' ἧς καὶ ἡ ἐπίγνωσις τοῦ θεοῦ τῷ κόσμῳ ἐγνωρίσθη· ὡσαύτως δὲ καὶ τὸν ἐνυπόστατον υἱὸν καὶ λόγον τοῦ θεοῦ, τὸν ἐξ οὐκ ὄντα εἰς τὸ εἶναι παραγαγόντα τὰ σύμπαντα τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ. v. 1. cod. f. 41. b.

Victimas hoc loco dicit prophetas, quotquot Christi adhortatione signati et immolati fuerunt, dum in scientiae cratere propinarent

Θύματα ἐνταῦθα φησὶ τοὺς ὅσοι προφῆται τῇ παραινέσει Χριστοῦ σφραγισθέντες καὶ σφαγιαζόμενοι, διὰ τὸ κιρνᾶν αὐτοὺς τῷ τῆς γνώ- v. 2. cod. f. 42. a.

1) Accuratam distinctionem facit graecus inter ἀγαπᾶν et φιλεῖν, quod secus in lat. vulgato fit.

στως κρατῆρι τὴν ὡς οἶνον ἡδὺν ἐπίγνωσιν αὐτοῦ τοῖς ἐχέφροσι· λέγων, μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτενόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι· καὶ γὰρ αὐτὸς αὐτοὺς ἐσφαγίασε, καὶ σφαγιάζει, διὰ τὸ παρακελεύειν αὐτὸς τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας ὑπὲρ αὐτοῦ, ὡς αὐτὸς ὑπὲρ ὑμῶν ἀποθνήσκει.

quasi dulce vinum bonae mentis hominibus Christi notitiam, dicentis: ne timeatis eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Certe ipse illos quodammodo immolavit, et adhuc immolat, dum mandat iis qui sibi credunt ita mori, prout ipse pro vobis mortuus est.

v. 3. cod. f. 43. b. Εἰ Παῦλος ὁ ἀπόστολος δοῦλος Χριστοῦ, ὁ δὲ Χριστὸς σοφία ἐστὶ, Παῦλος γὰρ ὁ ἀπόστολος δοῦλος τῆς σοφίας ἐστίν· ὡσαύτως καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν τὸν λόγον συνάξομεν, δούλους τῆς σοφίας αὐτοῦ ἀποδείξαντες.

Si Paulus apostolus servus Christi, Christus autem sapientia est, Paulus utique apostolus servus sapientiae est. Pari modo et de reliquis apostolis et de prophetis syllogismum concludemus, servos eos sapientiae Christi adfirmantes.

v. 6. cod. f. 44. b. Οὐ δεῖ ἁμαρτάνοντας ἐλέγχειν τοὺς κακοὺς, ἀλλὰ περὶ θείου φόβου αὐτοὺς ὑπομιμνήσκειν, ὅστις αὐτοὺς ἀποστήσει τῆς κακίας· ἢ κακοὺς τοὺς ἀπὸ ἁμαρτίας ἐπιστρέφοντας, καὶ θέλοντας ἐλθεῖν πρὸς μετάνοιαν· ἄκμην δὲ κακοὺς ὄντας καὶ τυφλώττοντας ὑπόμενε· καὶ μὴ καθ' ἓν σφάλμα ἔλεγχε, ἵνα μὴ εἰς μῖσος ἐκ προοιμίων ἔλθωσιν· ὅταν δὲ γένωνται σοφοὶ, καὶ στερεωθῶσιν, ἔλεγχε. Καὶ ὁ Χριστὸς τοὺς μαθητὰς ἔτι νέους ὄντας, οὐκ ἤλεγχε, διὰ τὸ μὴ τοὺς παλαιοὺς ἀσκοὺς εὐθέτους εἶναι πρὸς νέον οἶνον. Ἢ κακοὺς λέγει τοὺς ἄφρονας καὶ μωροὺς· ἢ τοὺς πάντη ἀλλοτρίους τῆς θείας διδασκαλίας, οὓς οὐκ ἐλέγχειν ἀλλὰ νουθετεῖν δεῖ καὶ διδάσκειν· εἰ δὲ καὶ ἠλέγχοντο Ἀχαὰβ καὶ Ἡρώδης, ἀλλ' ἤδη μετέσχον τοῦ θείου νόμου, εἰ καὶ παρέβησαν· διὸ καὶ τούτους δεῖ ἐλέγχειν. Ἢ ἔοικε ταῦτα πρὸς τοὺς τότε λέγειν, τοὺς νηπιωδεστέρους· ἐπεὶ τίνος ἕνεκεν ἤλεγχεν Ἰωάννης καὶ Παῦλος;—Οὐ δεῖ ἁμαρτάνοντας ἐλέγχειν τοὺς κακούς· ὁ γὰρ εἰς πρόσωπον ἔλεγχος, ἀναισχυντότερον ποιεῖ τὸν ἁμαρτάνοντα· χρὴ δὲ ἡμᾶς ἐπὶ σοφῶν καὶ δικαίων τοῦτο ποιεῖν· ἀναμεταξὺ μὲν τοῦ ἐλεγχομένου καὶ ἐλέγχοντος, οὐκ ἐπὶ πολλῶν δέ.

Non oportet malos qui peccant arguere, sed ipsos admonere potius divini timoris, qui eos a nequitia retrahet. Vel malos dicit, qui tamen a nequitia iam resipiscunt, et ad paenitentiam volunt accedere. Verumtamen illos qui summe mali sunt et caecutiunt, sustine; neque ad singula peccata argue, ne statim initio odium suscipiant: sed cum demum sapientes fient et firmiores, tunc argue. Nam ne Christus quidem discipulos adhuc recentes increpabat; quia veteres utres novo vino haud erant idonei. Vel malos dicit homines stultos et bardos, vel illos qui a divina doctrina prorsus alieni sunt; quos non increpare sed admonere oportet ac docere. Quod si nihilominus obiurgati fuerunt Achaabus atque Herodes, hi quidem iam imbuti fuerant divina lege, quam erant transgressi. Quamobrem et hos redargui par fuit. Vel haec videtur dicere de sui temporis rudioribus hominibus. Cur enim Iohannes quoque et Paulus reprehendebant?—Malos qui peccant non oportet obiurgare; nam reprehensio in faciem obiecta, impudentiorem facit eum qui peccat. Arguere potius oportet sapientes ac iustos; verumtamen, reprehenso ac reprehendente, non autem multis, praesentibus.

v. 11. cod. f. 45. b. Ὁ παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας περιφερόμενος, ναυαγήσας περὶ τὴν πίστιν, ὡς ὑπ' ἀνέμῳ ἑαυτόν τε καὶ ἄλλους ποιμάνας, ἀπώλεσεν· ἀπέλιπε γὰρ τῶν ἐντολῶν τὰς ὁδοὺς, τοῦ εἰπόντος, ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος, ὑμεῖς τὰ κλήματα, καὶ ὁ
cod. f. 46. a. πατήρ μου ὁ γεωργός.—Ὁ μὴ συνάγων σὺν ταῖς ἀρεταῖς τὴν θείαν γνῶσιν, οὗτος οὐ συνάγει τῆς αἰωνίου βασιλείας τὴν ἀθάνατον εὐκαρπίαν· ἀκαρπία δέ ἐστι κακία καὶ ἄγνοια.

Qui omni vento doctrinae circumfertur, fidei naufragium faciens, se procella veluti et alios quos regit perdet. Dereliquit enim vias mandatorum eius qui dicit: ego sum vitis, vos palmites, et pater meus agricola est. – Qui sibi non coacervat virtutibus divinam scientiam, hic non coacervat aeterni regni immortalem fructum. Est autem sterilitas, nequitia et inscitia.

v. 17. cod. f. 46. b. Τῶν ὡς ἄρτων ζωτικῶν, θείων λόγων ἡδέως ἅψασθαι, καὶ τῶν ἐν τῇ κρυπτῇ τοῦ νοῦ θεωρίᾳ θείων νοημάτων.—Ἄρτοι εἰσὶ τῆς ψυχῆς αἱ ἀρε-

Ceu panes vitales, divina verba libenter gustare, et in mentis penetrali divinorum sensuum contemplationem. – Panes animae sunt virtu-

tes, quas noster quoque Servator nobis imperavit, ieiunium scilicet, continentia, oratio, et similia. Clam vero haec agenda, ne in conspectu hominum sint.

ται, αἵτινες καὶ παρὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν προσετάγησαν παρ' ἡμῖν γίνεσθαι· τουτέστι νηστεία, ἐγκράτεια, προσευχὴ, καὶ τὰ ὅμοια· κρυφῇ δὲ, πρὸς τὸ μὴ θεαθῆναι αὐτὰ τοῖς ἀνθρώποις.

CAP. X.

Virum dicit doctrinâ pauperem; manus, sapientiae actus.

Vir cordatus, ab aerumnis et calamitatibus non amburitur, et iustitiae germina profert: at iniquus, ex re quoque bona damnum patitur.

Disciplinam increpatione carentem dicit animae malam agendi rationem, quae et errorem et exitium ei confert. Sed via vitae, non solum ab aeterna aerumna, verum etiam abs qualibet vitae molestia, eos qui malitiae sunt expertes, defendit. Malitia vero carentes dicit illos, qui male ab aliquo passi, innocentiam tamen cum caritate retinent. Vel disciplinam ἀνεξέλεγκτον dicit illam, quae speciem quidem pietatis habet, sed tamen caret experimento et exploratione. Nam qui non fuerit exploratus, neque aliis mentem suam cogitationesque patefecerit, is in vana praesumptione versatur.

Operiunt dicit pro, non sinunt apparere. Vel inimicitiam ait pro malitia, cuius causa invisi evadimus Deo. At enim inimicitiam adversus Deum et homines, nostris in cordibus a maligno insitam, viri iusti expellunt, Deumque labiis celebrant, cum ita malignus eos tentaverit. Si enim cum inimici essemus, inquit Paulus, reconciliati sumus Deo per mortem filii eius. Quod si inimicitia vitium est, utique amicitia virtus et agnitio Dei, qua efficimur amici eius et sanctarum potestatum. Iam qui tali amicitiae genere Deo fuerint amici, utique et invicem amici erunt.

Domine, ante te omne desiderium meum, inquit David. Id est quicquid Deo gratum est, et iustos decet, id optandum est, ut acceptabilis sit oratio nostra coram Deo. At impius perditione perpetua circumagitur, dum quae Deo minime grata sunt, cupit agitque.

Si timor Dei addit dies, initium autem sapientiae *timor* Domini, utique hi dies partes *sapientiae* sunt a iustitiae sole concessae. Nam *vir proficiens*, auget notiones et illuminationes. *Pro* diebus autem huiusmodi orat David

Ἄνδρα, τὸν τοῦ λόγου πτωχεύσαντα· καὶ χεῖ- Cap. X. 4. cod. f. 47. b.
ρας, τὰς τῆς σοφίας πράξεις.

Ὁ νοήμων ὑπὸ τῶν θλίψεων καὶ τῶν συμφο- v. 5. cod. f. 48. a.
ρῶν μὴ συγκαιόμενος, γεννήματα δικαιοσύνης φέρει· ὁ δὲ παράνομος, καὶ ὑπὸ τῶν βελτιόνων διαφθείρεται.

Παιδείαν ἀνεξέλεγκτον ὀνομάζει τὴν κακὴν τῆς v. 17. cod. f. 48. b.
ψυχῆς πολιτείαν, ἥτις καὶ ἀπωλείας καὶ πλάνης αὐτῇ γίνεται πρόξενος· ἡ δὲ ὁδὸς τῆς ζωῆς, οὐ μόνον ἐκ τῆς αἰωνίου, ἀλλὰ καὶ ἐκ πάσης κακότητος τοῦ βίου δυσχερείας τοὺς ἀκάκους φυλάσσει· ἀκάκους δὲ λέγει τοὺς κακῶς ἔκ τινος ὑπομένοντας, καὶ ἀκακίαν ἀσκοῦντας ἐν ἀγάπῃ. Ἢ οὕτως. Ἀνεξέλεγκτος, ἡ πρόσχημα μὲν εὐσεβείας ἔχουσα, ἀγύμναστος δὲ οὖσα καὶ ἀνεξέταστος· ὁ γὰρ μὴ ἐλεγχόμενος, καὶ φανερῶν καὶ ἑτέροις τὰ φρονήματα καὶ τοὺς διαλογισμοὺς αὐτοῦ, πλανᾶται οἰήσει.

Τὸ καλύπτουσιν, ἀντὶ τοῦ οὐκ ἐῶσιν ἀνανεῦ- v. 18.
σαι. ἢ ἔχθραν τὴν κακίαν λέγει, δι' ἧς ἐχθροὶ γινόμεθα τοῦ θεοῦ· τὴν δὲ κατὰ τοῦ θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἔχθραν ἐγγινομένην ἡμῖν ἐν τῇ καρδίᾳ ὑπὸ τοῦ πονηροῦ, αὐτὴν μὲν ἀποσείονται οἱ δίκαιοι, τοῖς δὲ χείλεσι τὸν θεὸν ὑμνοῦσιν, ὅταν
οὕτως αὐτοῖς ὁ πονηρὸς ὑποβάλλῃ· εἰ γὰρ ἐχθροὶ * Rom. V. 10.
ὄντες, φησὶν ὁ Παῦλος *, κατηλλάγημεν τῷ θεῷ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ· εἰ δὲ ἡ ἔχθρα, κακία ἐστὶν, ἡ φιλία ἀρετὴ καὶ γνῶσις θεοῦ, δι' ἧς φίλοι γινόμεθα αὐτοῦ καὶ τῶν ἁγίων δυνάμεων· ἐπὶ δὲ τῆς φιλίας ταύτης, οἱ ὄντες αὐτοῦ φίλοι, καὶ ἀλλήλων εἰσὶ φίλοι.

Κύριε, ἐναντίον σου πᾶσα ἡ ἐπιθυμία μου, v. 24. cod. f. 50. a
φησὶν ὁ Δαυὶδ *· τουτέστιν ὅσα τῷ θεῷ ἀρεστὰ, * Ps. XXXVII. 10
καὶ δικαίοις ἁρμόζει, ἐπιθυμεῖν χρὴ, ἵνα δεκτὴ ἡ προσευχὴ ἡμῶν γένηται ἐναντίον τοῦ θεοῦ· ὁ δὲ ἀσεβὴς, ἀπωλείᾳ αἰωνίᾳ περιφέρεται ἐν τῷ ἐπιθυμεῖν καὶ πράττειν τὰ μὴ θεῷ φίλα.

Εἰ φόβος κυρίου προστίθησιν ἡμέρας, ἀρχὴ δὲ v. 27. cod. f. 50. b.
σοφίας φόβος κυρίου, αἱ ἡμέραι αὗται, μέρη τῆς σοφίας εἰσὶν ὑπὸ τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης γινόμεναι· προκοπτων γὰρ προστίθησι γνώσεις καὶ φωτισμούς· ὑπὲρ δὲ τοιούτων ἡμερῶν εὔχεται καὶ

*Ps. CI. 25. Δαυὶδ λέγων· μὴ ἀναγάγῃς με ἐν ἡμίσει ἡμερῶν μου· ταύτας δὲ τὰς ἡμέρας καὶ Ἀβραὰμ πληρώσας ἀπέθανε πρεσβύτερος καὶ πλήρης ἡμερῶν· καὶ τὰς θείας ὁράσεις ὡς ἡμέρας προστίθησι κύριος τοῖς ἐν πίστει φοβουμένοις αὐτόν· τὰ δὲ τῶν ἀσεβῶν ἔτη, ἄσοφα εὑρεθέντα καὶ θείας χάριτος ἄνευ, ὠλιγώθησαν.

dicens: ne revoces me in dimidio dierum meorum. Hisce diebus expletis, Abrahamus quoque obiit senex plenusque dierum. Divinas quoque visiones, quasi dies, addit Dominus cum fide timentibus se. At vero impiorum anni, insipientes comperti, et absque divina gratia, breviati fuerunt.

v. 30. Αἰῶνα τὸν ἀνθρώπου βίον λέγει, ὡς ὁ Παῦλος· οὐ μὴ φάγω κρέα εἰς τὸν αἰῶνα, ἵνα μὴ τὸν
I. Cor. VIII. 13. ἀδελφόν μου σκανδαλίσω· τὸ γὰρ συμπαρεκτεινόμενον τῇ συστάσει τῆς ζωῆς αὐτοῦ, αἰῶνα ὠνόμασεν· οὐκ ἐνδώσει γάρ, φησιν, ὁ δίκαιος ἁμαρτῆσαι ἐνοχλούμενος ὑπὸ τοῦ πονηροῦ. οἱ δὲ ἀσεβεῖς ἁμαρτάνοντες οὐ μόνον ἐκπεσοῦνται τῆς βασιλείας, ἀλλὰ τὸ πῦρ καὶ οὐ τὴν γῆν οἰκήσουσιν.

Saeculum dicit humanam vitam, ut Paulus: non manducabo carnem in saeculum, ne forte fratrem meum scandalizem. Quippe demensum vitae suae spatium, saeculum nominavit. Non delabetur, inquit, iustus ad peccandum propter illatas sibi a maligno molestias. At impii peccantes non regno tantum excident, verum ne terram quidem habitabunt.

v. 32. cod. f. 51. a. Ἀντὶ τοῦ, χάριτος ἀνάπλεως ἐστιν· εὐσεβοῦς δὲ στόμα νῦν τὸν νοῦν λέγει καὶ τὴν καρδίαν, ὡς διὰ τῶν χειλέων ὑμνοῦσαν τὸν Θεόν· τὸ δὲ λαλοῦν πονηρὰ στόμα τῶν ἀσεβῶν, ἀποστρέφεται ἀπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς τὸ εἶναι τῷ πονηρῷ· ὅρα δὲ τί ἀπ' ἐκείνου, τί δὲ ἀπὸ τούτου.

Pro eo ac si dicat, gratiae plenus est. Religiosi hominis os nunc pro mente dicit et corde, quae quasi labiis Deum concelebrant. Quod autem prava loquitur os impiorum, retorquetur a Deo in ipsum impium. Videsis autem quid ab illo, et quid ab hoc.

CAP. XI.

v. 7. cod. f. 51. b. Ἔχων γὰρ πρὸς τὰ μέλλοντα τὸν σκοπόν, τυγχάνει πάντως ὧν προσεδόκησε τελευτήσας ὁ δίκαιος. Ἢ εἰς τὴν ἀνάστασιν ἡμᾶς παραπέμπει· καί, ἐπὶ τούτου μέν, μένει τὰ ὄντα καὶ οὐκ ἀφανίζεται· ἐπ' ἐκείνου δὲ καὶ τὰ ὄντα σβέννυται· ἐν γὰρ τῷ παρόντι μόνον αἰῶνι καυχῶνται· περὶ ὧν εἴρηται· ὧν ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ
Philip. III. 19. αὐτῶν.

Qui scopum sibi proponit res futuras, prorsus adquirit expectationem suam moriens iustus. Vel ad resurrectionem nos amandat auctor. Et iusto quidem manent quae habet, nec pereunt: iniusto autem et quod habet, extinguitur. Quippe eiusmodi homines praesenti tantum saeculo exultant; de quibus dictum est: quorum gloria in ignominia ipsorum.

v. 8. cod. f. 52. a. Οὐχ ὡς ὑποκειμένου τοῦ εὐσεβοῦς τῇ δίκῃ φησὶ τὸ ἀντ' αὐτοῦ παραδίδοται ἀσεβής, ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ παγὶς ἐστιν ἀπὸ τοῦ πονηροῦ κατὰ τοῦ δικαίου, τούτου ῥυομένου περιπίπτει ταύτῃ ὁ ἀσεβής· ἐξαρπάζεται ὁ εὐσεβὴς ὑπὸ θεοῦ, ὁ δὲ ἀσεβὴς ἐγκαταλειφθείς, περιπίπτει· κατὰ τό, ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτοῦ συνελήφθη ὁ ἁμαρ-
Ps. IX. 17. τωλός. Ἢ ἐπειδὴ ὁ δίκαιος ὑπόκειταί τισιν ὡς ἄνθρωπος ἁμαρτήμασιν, ἐλθὼν ὁ ἀσεβὴς καὶ κακοποιήσας τὸν δίκαιον, τῶν μὲν ἁμαρτιῶν καὶ τῶν κολάσεων τῶν μελλουσῶν ἐῤῥύσατο, εἰς ἑαυτὸν δὲ τὰς τιμωρίας ἀνεδέξατο. παραδίδοται δὲ ὑφ' ἑαυτοῦ ὑπὸ τῆς ἰδίας κακίας, ὡς παραδοὺς ἑαυτὸν εἰς ἀδόκιμον νοῦν.

Non quia suppositus damnationi fuerit vir pius, dicit: impius traditur pro eo; sed quia laqueum improbus iusto tetenderat; hoc erepto, incidit in illum improbus. Eripitur a Deo pius; impius vero derelictus laqueum incurrit. Iuxta illud: in operibus manuum suarum comprehensus est peccator. Vel: quia iustus obnoxius est, utpote homo, quibusdam peccatis, superveniens impius et affligens iustum, a peccatis et futuris poenis hunc liberat, in se autem poenas illas attrahit. Proditur nimirum a sua ipsius malitia, postquam se in improbam mentem coniecit.

v. 14. cod. f. 52. b. Ἤτοι διάκρισις ἡ περὶ τῶν πρακτέων, ἢ μή· ἢ ὥστε τὸν ἑαυτῶν βίον οἰκονομεῖν· κλυδώνιον γάρ ἐστι μέγα καὶ ἀφόρητον· οἱ τοιοῦτοι γὰρ παντὶ ἀνέμῳ περιφερόμενοι ναυαγοῦσι περὶ τὸν

Nimirum rerum agendarum aut non agendarum discretio; vel propriae vitae administratio, quae certe magna procella est et intolerabilis. Hi enim omni vento circumferuntur in vitae aut fidei naufragio, et tamquam

arboris folia decutiuntur a Deo, quibus Dei sapientia non inest. Quod si salus in consilio vertitur, neque in consilio simpliciter sed in eius copia, non igitur corporibus divitiisve innititur: neque ab indole propria quis salvatur; quod aio contra eos qui indolis haeresim invehunt.

Heic evidenter vocabulum anima pro corpore posuit. Et quidem Christus in evangeliis corpus dicit pro anima: lucerna, inquit, corporis est oculus; lucernam nempe dicens pro mente, quae scientiae capax est. Corpus autem concupiscibilem esse animi partem, quam quidam irrationalem, alii autem patheticam appellant. Homo autem ex iis, quae fecit docetque, bonis, nunc quidem cognitionem corporalium et incorporalium, in posterum autem regnum caelorum adquirit sibi discipulisque suis. Pessumdat vero non suum tantum corpus; sed etiam animam, cum iis qui ei obaudiunt, igni exitiali contradit.

Ille manui manus inserit iniuste, qui pravorum fit operum dogmatumque magister. Ille autem iustitiam serit, qui de virtutibus et Dei scientia profert sermones.

Iis qui in propriis serunt, et plura efficiunt, opponuntur illi qui minora colligunt. Qui ergo in propriis serunt, ii sunt qui in spiritu serunt, et vitam metunt. Qui autem minora colligunt, ii sunt qui in carne serunt, et corruptionem sibi coacervant.

Frumentum est divinum verbum, quod Iudaei occultantes, gentibus dereliquerunt. Simile est huic etiam illud a Servatore nostro in evangeliis dictum: nemo lucernam accendens, ponit eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sicut enim frumentum alimonia est corporis; ita Dei cognitio, est animae. Qui vero utrumque alimentum habet, nec tamen praebet, sed mercedem pro his exigit ab iis qui dare non habent, totum id daemonibus relinquet. Dicit eum fore etiam populi execrationem, quia ei ab angelorum cunctorumque iustorum populo in die iudicii maledicetur.

Fabrica secundum spiritum, est practicum bonarum virtutum exercitium. Qui Deo debita exsequitur, quaerit alios Deo gratos homines, qui aeque Deo debita peragenda suscipiant, ut sicut ipse, ita et illi se gerant. Secus vero, eos qui pro bonis mala agunt, vitabit.

βίον ἢ τὴν πίστιν, καὶ ὡς φύλλα δένδρου πίπτουσιν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, οἷς μὴ ὑπάρχει σοφία Θεοῦ· εἰ δὲ ἡ σωτηρία ἐστὶν ἐν βουλῇ, καὶ οὐχ ἁπλῶς βουλῇ, ἀλλὰ καὶ πολλῇ, οὐκ ἄρα ἐν σώμασιν ἢ χρήμασιν, οὐδὲ κατὰ φύσιν τίς σώζεται· κατὰ τοὺς τὰς φύσεις εἰσάγοντας.

Ἐνταῦθα τὴν ψυχὴν ἄντικρυς προεῖπεν σῶ- v. 17. cod. f. 53. a.
μα· καὶ ὁ Χριστὸς δὲ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις, σῶμα τὴν ψυχὴν ὀνομάζει· ὁ λύχνος λέγων τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμός*· λύχνον μὲν εἶπε τὸν νοῦν· * Matth. VI. 22.
αὐτὸς γάρ ἐστιν γνώσεως δεκτικός· σῶμα δὲ τὸ θυμικὸν καὶ ἐπιθυμητικὸν μέρος τῆς ψυχῆς· ὅπερ τινὲς μὲν, ἄλογον· τινὲς δὲ, παθητικὸν μέρος καλοῦσιν. ὁ δὲ ἐξ ὧν ἐποίει καὶ διδάσκει ἀγαθῶν, ἐντεῦθεν μὲν γνῶσιν σωμάτων καὶ ἀσωμάτων, ἐν τῷ μέλλοντι δὲ βασιλείαν οὐρανῶν, περιποιεῖται ἑαυτῷ καὶ τοῖς μαθητιῶσιν· ἐξολλύει δὲ οὐ μόνον τὸ ἑαυτοῦ σῶμα, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν, σὺν τοῖς πειθομένοις αὐτῷ, τῷ πυρὶ συναπόλλυσιν.

Οὗτος χειρὶ χεῖρας ἐμβάλλει ἀδίκως, ὁ κα- v. 21. cod. 53. b.
κῶν γινόμενος πραγμάτων· καὶ δογμάτων διδάσκαλος· οὗτος δὲ σπείρει δικαιοσύνην, ὁ περὶ ἀρετῶν καὶ Θεοῦ γνώσεως προϊέμενος λόγους.

Τοῖς εἰς τὰ ἴδια σπείρουσι, καὶ πλείονα ποι- v. 24. cod. f. 54. b.
οῦσιν, ἀντίκεινται οἱ συνάγοντες καὶ ἐλαττούμενοι· οἱ γὰρ τὰ ἴδια σπείροντες, εἰσὶν οἱ εἰς τὸ πνεῦμα σπείροντες, καὶ ζωὴν θερίζοντες· οἱ δὲ συνάγοντες καὶ ἐλαττούμενοι, εἰσὶν οἱ εἰς τὴν σάρκα σπείροντες, καὶ φθορὰν συνάγοντες ἑαυτοῖς.

Σῖτος ὁ θεῖος λόγος, ὃν κατακρύψαντες οἱ v. 26.
Ἰουδαῖοι, κατέλιπον αὐτὸν τοῖς ἔθνεσιν.—Ὅμοιόν ἐστι τούτῳ καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐν τοῖς εὐαγγελίοις λεγόμενον*· τὸ, οὐδεὶς λύχνον * Matth. V. 15.
ἅψας, τίθησιν αὐτὸν ὑπὸ τὸν μόδιον, ἀλλ' ὑπὸ τὴν λυχνίαν, τοῦ φαίνειν πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ· ὥσπερ γὰρ ὁ σῖτος τροφὴ ἐστὶν τῷ σώματι, οὕτως ἡ θεία γνῶσις τῇ ψυχῇ· ὁ δὲ τὴν τῶν ἀμφοτέρων τροφὴν ἔχων καὶ μὴ παρέχων, ἀλλ' ὑπὲρ τούτων μισθὸν ἀπαιτεῖ τοῖς οὐκ ἔχουσι δοῦναι, ὑπολείπεται αὐτὸν τοῖς δαίμοσιν. γράφει δὲ καὶ δημοκατάρατον, ὅτι ὑπὸ τὸν δῆμον τῶν ἀγγέλων καὶ πάντων τῶν δικαίων ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, ἐπικατάρατος ἔσται.

Τεκτονικὴ ἐστὶ κατὰ πνεῦμα ἡ πρακτικὴ τῶν v. 27. cod. f. 55. a.
ἀγαθῶν ἀρετῶν ἐργασία· ὁ δὲ τὰ Θεῷ ὀφειλόμενα πράττων, ζητεῖ θεαρέστους ἄνδρας, δεχομένους τὰς Θεῷ ὀφειλὰς, ἵνα ὥσπερ αὐτὸς καὶ αὐτοὶ ἐμπερεύωνται· τοὺς δὲ μὴ τὰ καλὰ, ἀλλὰ τὰ κακὰ ζητοῦντας, παρήσεται.

v. 30. cod. f. 55. b. Τοῦτο τὸ δένδρον τῆς ζωῆς ἐστι τὸ φυτευθὲν ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου, οὗ ἅψασθαι μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐκωλύθη ὁ Ἀδάμ, τὰ σπέρματα τῆς δικαιοσύνης ἀποβαλών, ἀφ᾽ ὧν φύεται τὸ δένδρον τῆς ζωῆς.

Haec est vitae arbor in medio paradisi plantata, cuius contactu interdictum fuit Adamo, qui post peccatum semina iustitiae abiecerat, unde arbor vitae producitur.

CAP. XII.

v. 2. cod. f. 56. a. Μήποτε παρασιωπήσῃς ἀπ᾽ ἐμοῦ, φησὶν ὁ
* Ps. XXVII. 1. Δαβὶδ *, καὶ ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον· ἀνὴρ παράνομος παρασιωπηθήσεται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, τουτέστι μισηθήσεται, καὶ οὐκ ἐλεηθήσεται, ὅταν τὰ γέρα τοῖς τὴν χάριν τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας αὐτοῦ δεξαμένοις ἀπονέμῃ,
* Joh. I. 16. καθά φησιν ἐν εὐαγγελίοις, καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος *.

Ne quando taceas a me, ait David, et assimilabor descendentibus in lacum. Vir iniquus tacebitur a Deo, id est odio habebitur, nec misericordia fruetur, cum praemia iis qui incarnationis suae gratiam admiserunt Christus distribuet; prout dicitur in evangeliis: et gratiam pro gratia.

CAP. XIII.

v. 22. cod. f. 62. a. Πλοῦτος ἀσεβῶν κακία. οἱ δὲ δίκαιοι ἐξαναλώσουσιν αὐτούς, δηλονότι διὰ τῆς ἀγαθῆς διδασκαλίας· τοίνυν καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἐπάνω πεντεκαίδεκα πόλεων γενόμενοι· τὴν γὰρ κληροδοσίαν τὴν οὐράνιον ἣν ἤμελλον ἀπολαβεῖν οἱ ἀσεβείᾳ αὐτοὺς ἐκδόσαντες, ταύτην κληρονομήσουσι δίκαιοι, καθὰ καὶ Παῦλος φησὶν * κατὰ δὲ
* Rom. II. 5. (marginal note beside the preceding line) τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητόν σου καρδίαν θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως καὶ δικαιοκρισίας Θεοῦ· ὁ δὲ ἀγαθὸς κληροδοτῆσαι ποιήσει τοὺς ὡς υἱοὺς πατρὶ πειθο-
* Ita cod. μένους αὐτῷ, καὶ τοὺς ἐκείνῳ * υἱοθετήσει τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν.

Divitiae impiorum nequitia, quos iusti destruent, recto videlicet magisterio. Ea propter in futuro saeculo quindecim civitatibus praepositi erunt. Nam caelestem hereditatem quam capturi erant ii, qui nunc se impietati addixerunt, iusti consequentur, sicut et Paulus ait: secundum duritiam autem tuam et inpaenitens cor, thesaurizas tibi iram in die irae et revelationis iusti iudicii Dei. Sed bonus (Deus) heredes efficiet illos, qui, ut patri filii, ei obtemperarunt, atque in regnum caelorum adoptabit.

CAP. XIV.

v. 7. cod. f. 61. a. Ὥσπερ ἀήττητά εἰσι, καθάπερ τὰ ὅπλα τὴν ἀσφάλειαν περιποιεῖ· οὐδὲν γὰρ πονηρὸν ἀντιστήσεται τῇ σοφίᾳ, διότι ὅπλον ἐστὶν ἀκαταμάχητον· μόνην γὰρ πρὸς ταύτην ἀδυνατοῦσιν οἱ δαίμονες· τῷ δὲ ἄφρονι τά τε ὁρατὰ καὶ ἀσώματα πάντα ἐναντία.

v. 9. cod. f. 61. a. Οἰκίας ἐνταῦθα τὰ σώματα λέγει· οἰκίαι γάρ εἰσι τῶν ψυχῶν· ὀφείλονται δὲ παρὰ τῶν τὴν θεοσέβειαν εἰδότων καὶ τὴν θεωρητικὴν γνῶσιν, οἱ παράνομοι τὴν θεογνωσίαν μαθεῖν οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν τῶν ζωοποιῶν ἐντολῶν· ἵνα καθαροὶ γενόμενοι, ἴδωσι τὸν θεὸν τοῖς νοεροῖς ὀφθαλμοῖς· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ μακάριον τέλος, ὅπερ πάσῃ φύσει λογικῇ τετήρηται· αἱ δὲ οἰκίαι τῶν δικαίων ἕτοιμαί εἰσιν εἰς δοχὴν πάντων ὡς κελεύει ὁ κύριος.

Ita sunt invicta, quemadmodum arma praestant tutelam. Nulla quippe improbitas resistet sapientiae, quae est inexpugnabilis armatura. Huic uni non praevalent daemones. Imprudenti autem visibilia aeque et incorporea contraria sunt.

Domos hoc loco corpora dicit, quae sunt animarum domicilia. Debent autem ab iis, qui divini cultus et theoreticae scientiae sunt periti, discere impii non solum Dei cognitionem, sed et universam salutarium mandatorum rationem; ut emundati videant Deum intellectus oculis. Hic enim est beatus finis, qui omni rationali naturae reservatur. Iustorum vero domus paratae sunt omnium receptioni, prout iubet Dominus.

Cogitationes nunc dixit divinas visiones et habitus virtutum, quas viis hominis temerarii opponit. Namque ex abundantia cordis loquuntur labia, inquit Dominus. Haud enim male sed bene facere bonus vir meditatur. Temerarius vero imprudenter agens ac loquens, replebitur flagellis, et rei domesticae detrimentis, et denique animam suam perdet.

Διανοήματα νῦν εἶπεν τὰς θείας ὁράσεις καὶ τὰς ἕξεις τῶν ἀρετῶν, ἅς περ ταῖς ὁδοῖς τοῦ θρασυκαρδίου ἀντέθεικεν· ἀπὸ γὰρ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας λαλεῖ τὰ χείλη, εἶπεν ὁ κύριος *· οὐ γὰρ κακοποιῆσαι ἀλλ' ἀγαθοποιῆσαι ὁ ἀγαθὸς ἀνὴρ διανοεῖται· ὁ δὲ θρασυκάρδιος ὡς ἄφρων πράττων καὶ λέγων, ἐμπλησθήσεται μαστίγων, καὶ πραγμάτων ἀφαιρέσεως, καὶ τέλος τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἀπολέσει. v. 14. * Matth. XII. 34.

CAP. XV.

Correptiones dicit mandata; haec enim nos peccantes corripiunt. Qui vero illa oderunt, et peccatorum turpitudini commoriuntur, cum improbo illorum inventore tabescent. A praetereuntibus autem nequitiam, cognoscitur disciplina inpeccantiae hominis insontis.

Quies est abstinentia a nequitia actuosa et a spectaculis, qua boni quiete fruuntur. Mentis autem et corporis oculi improborum omni tempore meditantur prava.

Vir cordatus in inferno peccantium non versatur. Viae vitae, meditationes sunt divinorum verborum et operum. Vir cordatus semper haec agit et docet, ut cum discipulis suis declinans ab inferis salvus sit.

Qui Dei mandatis non obtemperant, inimici eius sunt; sed eiusdem amici fiunt, cum ut malos actus suos confiteantur, ad iustos homines se conferunt; a quibus deducti, salutares vias aeque ac illi persequentur. Paulo clamante: qui aliquando inimici erant, reconciliati sunt Deo per mortem filii eius. Animadvertendum, quomodo omnes inimici, iustorum opere fiant amici; ut omnibus demum dicat Christus: iam non amplius vos servos appello sed amicos.

Ἐλέγχους νῦν τὰς ἐντολὰς εἶπεν· αὗται γὰρ ἡμᾶς ἁμαρτάνοντας ἐλέγχουσιν· οἱ δὲ μισοῦντες αὐτὰς, καὶ τῇ αἰσχρότητι τῶν ἁμαρτιῶν συναποθνήσκοντες, σὺν τῷ πονηρῷ αὐτῶν ἐφευρετῇ πονηρῶς τακήσονται· ὑπὸ δὲ τῶν παριόντων τὴν κακίαν, γνωρίζεται τῆς ἀναμαρτησίας ἡ παιδεία τοῦ ἀκάκου· v. 10. cod. f. 66. b.

Ἡσυχία ἐστὶν ἀποχὴ κακίας ἐμπράκτου καὶ ὁράσεων, ἣν οἱ ἀγαθοὶ ἡσυχάζουσιν· οἱ δὲ τοῦ νοὸς καὶ σώματος ὀφθαλμοὶ τῶν κακῶν, πάντα τὸν χρόνον ἐπινοοῦνται κακά. v. 15. cod. f. 67. a.

Ὁ δὲ συνετὸς οὐκ ἔστιν ἐν ᾅδου τοῦ τῶν ἁμαρτωλῶν· ὁδοὶ ζωῆς, διανοήματα θείων λόγων καὶ ἔργων· ὁ δὲ συνετὸς ἀεὶ ταῦτα ποιεῖ καὶ διδάσκει, ἵνα σὺν τοῖς μαθητιῶσιν ἐκκλίνας ἐκ τοῦ ᾅδου σωθῇ. v. 24. cod. f. 67. b.

Οἱ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ μὴ πράττοντες, ἐχθροὶ αὐτοῦ εἰσίν· φίλοι δὲ αὐτοῦ γίνονται ἐπ' ἂν τοῖς δικαίοις προσδράμωσιν, ἐξομολογούμενοι τὰς πράξεις αὐτῶν τὰς πονηράς 1)· ἐξ ὧν ἐνηχθέντες ὡς ἐκεῖνοι τὰς ζωοποιοὺς ὁδοὺς πορεύσονται· Παύλου κηρύξαντος *, οἱ ποτὲ ὄντες ἐχθροὶ, κατηλλάγησαν τῷ θεῷ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ· προσεκτέον ὅτι πάντες οἱ ἐχθροὶ, διὰ τῶν δικαίων φίλοι γίνονται· ἵνα καὶ πᾶσιν εἴπῃ Χριστός *· οὐκέτι ὑμᾶς καλῶ δούλους, ἀλλὰ φίλους. v. 28. cod. f. 68. a. * Rom. V. 10. cod. f. 68. b. * Ioh. XV. 15.

CAP. XVI.

Rursus ibi quoque sapientia opus est, ut clementiam impetret. Vel qui punitionis decretum scit angelus, furor Dei dicitur. Peritus autem divinorum verborum et operum, ceu ipsi mente conformis, haud eum extimescet.

Nidi sapientiae sunt ecclesiae, vel caelestia habitacula. Sapientia vero Iesus Christus est, Dei filius. Nidi autem prudentiae, praestantio-

Πάλιν κἀκεῖ τῆς σοφίας χρεία, ἵνα ἐξιλάσηται· ἢ ὁ τοὺς περὶ κολάσεως ἐπιστάμενος λόγους ἄγγελος, θυμὸς τοῦ θεοῦ λέγεται. ὁ δὲ σοφὸς ἐν θείοις ἔργοις καὶ λόγοις, ὡς ὁμόφρων αὐτῷ ὤν, οὐ πτοηθήσεται αὐτόν. v. 14. cod. f. 70. a.

Νοσσιαὶ σοφίας εἰσὶν αἱ ἐκκλησίαι, ἢ αἱ ἐν τῷ οὐρανῷ σκηναί· σοφία δὲ, Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ τοῦ θεοῦ υἱός ἐστιν. νοσσιαὶ δὲ φρονήσεως v. 16.

1) Nihil evidentius videtur, quam haec Origenis doctrina de peccatorum apud sacerdotem facienda confessione, eiusdemque salutaribus monitis audiendis. Notent hoc heterodoxi tantopere a confitendo abhorrentes.

αἱρετώτεραι ὑπὲρ ἀργύριον, αἱ πρακτικαὶ ἀρεταί. δικαιοσύνη, γνῶσις, σοφία, σωφροσύνη, ἀνδρεία, μακροθυμία, ἀνεξικακία, ἀοργησία, ἐλεημοσύνη, πίστις σὺν ἐλπίδι καὶ ἀγάπῃ· δι' ἃς ὡς κλίμακος βαθμίδας, εἰς τὰς τῆς σοφίας σκηνὰς εἰσιέναι ἀκώλυτον τοὺς ἀνιέναι καὶ οἰκῆσαι βουλομένους.

v. 17. cod. f. 70. b. Παιδείαν λέγει φόβον Θεοῦ, νηστείαν, ἐγκράτειαν, ἀγρυπνίαν, ὕμνον, καὶ τὴν ἐν νόσοις πρὸς δοκιμὴν Θεοῦ ἐπερχομένην ἡμῖν παιδείαν. Ἐλέγχους λέγει τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ· αὗται γὰρ ἡμᾶς ἐλέγχουσιν ἁμαρτάνοντας. Ὁδοὺς ἐνταῦθα τὰς αἰσθήσεις φησίν· ὁ δὲ φυλάσσων αὐτὰς, τηρεῖ ἐκ θανάτου τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν πρὸς ζωήν· ζωὴ γάρ ἐστιν ἡ πάντα ζωοῦσα, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παραγαγοῦσα Τριὰς ἁγία· ὁ δὲ ἀγαπῶν τὴν ζωὴν, καὶ ἀεὶ ζῆν αὐτῇ ἐφιέμενος, φείσεται στόματος αὐτοῦ ἐκ τῶν μὴ Θεοῦ λόγων καὶ ἔργων, καὶ τῇ γνώσει τοῦ Θεοῦ προσέξει.

v. 22. cod. f. 71. a. Ζωὴ ὁ Θεός ἐστι· τῆς δὲ τρισσοφαοῦς αὐτοζωΐας ἡ πηγὴ, ἡ σοφία καὶ ἡ γνῶσις καὶ αἱ ἀρεταί εἰσιν· ἐξ ἧς πηγῆς οἱ πίνοντες, ἀθανασίας μετέχουσι καὶ ἀειζωΐας· τοῖς δὲ κεκτημένοις τὴν τοιαύτην πηγὴν, ἔννοια λόγων ζωῆς ἐστί· ἡ δὲ παιδεία ἀφρόνων, ἡ κακία ἐστίν· ἡ δὲ ἀνεξέλεγκτος παιδεία, ἡ ἀφροσύνη ἐστίν.

v. 21. Τὴν γνῶσιν ἐπιγνωμοσύνην εἶπε, παρὰ τὸ τὰ πάντα αὐτὴν ἐπιγινώσκειν τὰ πράγματα· ἡ δὲ καρδία τῶν σοφῶν νοεῖ τὰ ἀπὸ τοῦ ἰδίου στόματος ἔν τε κρίσει σωμάτων καὶ ἀσωμάτων, καὶ ἅπερ αὐτοὶ ποιεῖν διδάσκουσι καὶ πράττουσιν.

v. 28. cod. f. 71. b. Λόγους οἱ δαίμονες παρὰ τοῦ διαβόλου μανθάνοντες, ἐπιχειροῦσι τοῖς ἁγίοις, καὶ πειρᾶσθαι χωρίζειν αὐτοὺς ἐπινοοῦνται ἀπὸ τῆς γνώσεως, ἥ τις πέφυκε συνάπτειν αὐτοὺς πρὸς φιλίαν ταῖς ἐπουρανίοις δυνάμεσι· τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ ὁ Σολομῶν ὡς οἶμαι διὰ ταύτης τῆς παροιμίας δεδήλωκε· σκολιὸν μὲν ἄνδρα λέγων τὸν σατανᾶν· πορευομένους δὲ λαμπτῆρας δόλου τοὺς διδασκομένους παρ' αὐτοῦ κακοὺς δαίμονας φησί· φίλους δὲ, τοὺς ἁγίους, τοὺς διὰ τῆς γνώσεως ἁπτομένους τῷ Θεῷ καὶ ἀλλήλοις.

v. 29. cod. f. 72. a. Ἀνὴρ παράνομος ὁ διάβολος ἐστιν· ἀποπειρᾶται δὲ φίλους Θεοῦ, καὶ ἀπάγει αὐτοὺς ταῖς πρὸς ἀπώλειαν ὁδοῖς καὶ οὐκ ἀγαθαῖς· ὅταν δέ
v. 30. τινα τῶν ἁγίων ἀπατήσῃ, στηρίζει νοήματα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, καὶ λογίζεται διεστραμμένα, μή πως σωθῇ μετανοήσας ὃν ἐθήρευσε· κνίζει δὲ τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ ἐν τοῖς ὠσὶν ἐκείνου πάντα

res argento, practicae virtutes sunt, iustitia, scientia, sapientia, temperantia, fortitudo, longanimitas, patientia, lenitas, eleemosyna, fides cum spe et caritate; per quas ceu scalarum gradus in sapientiae habitacula ingredi, nihil vetat eos qui illuc conscendere et habitare voluerint.

Disciplinam dicit timorem Dei, ieiunium, continentiam, vigilias, hymnologiam, et eam quam nobis Deus experimenti causa morborum inducit castigationem. Reprehensiones dicit mandata Dei; haec enim peccantes nos reprehendunt. Vias hoc loco dicit sensus, quos qui custodit, morte ereptam servat animam suam ad vitam. Porro vita est quae omnia vivificat, et ex nihilo ad existentiam adduxit Trinitas sancta. Qui autem vitam diligit, semperque vivere optat, os suum continebit, quominus nonnisi de Deo verbis et operibus loquatur, et Dei cognitioni studium impendet.

Vita Deus est. Fons autem vitae tripliciter per se existentis, sapientia, scientia, et virtutes sunt; quo ex fonte qui bibunt, immortalitatem sempiternamque vitam participant. Iam qui dicto fonte potiti sunt, ii verba vitae meditantur. At vero insanorum disciplina, improbitas est: tum et quae dicitur sine correptione disciplina, stultitia est.

Scientiam appellavit cognitionem, quia haec omnia negotia cognoscit. Cor sapientium cogitat quae ab ore proprio, in iudicio de corporeis et incorporeis: et quod ipsi facere docent, pariter agunt.

Diaboli doctrina eruditi daemones, sanctos oppugnant, eosque a scientia Dei arcere conantur, quae solet ipsos copulare amicitia cum caelestibus potestatibus. Hoc ipsum Salomon quoque, ut arbitror, hoc effato significat, perversum quidem hominem dicens Satanam: transeuntes doli faces, eruditos ab illo malos daemones: amicos, sanctos qui scientia sua Deum attingunt et inter se.

Vir iniquus, diabolus est, qui Dei amicos tentat, inducitque in vias perditionis et non bonas. Postquam vero sanctorum aliquem deceperit, obfirmat sibi prae oculis machinationes, cogitat perversa, ne forte paenitens salvetur is quem venatus est. Inspirat autem auribus eius pravas quaslibet cogitationes, desperationem et omnimodam intemperantiae

voluptatem. Haec est omnis nequitiae fornax, in qua comburuntur animae eorum qui illuc labuntur. Sed enim huius quoque fornacis discutit flammam divinus Spiritus, insibilans sapientiam roris. Adhuc vero multi hoc pacto improbi homines, patrem suum diabolum solent imitari.

Sinus heic corda dixit iniquorum. Puto autem sinum ubique significare aut mentem aut scientiam. Et improbos quidem gestat in sinu diabolus, iustos Dominus.

τὰ κακὰ ἐνθυμήματα· ἀπόγνωσίν τε καὶ πᾶσαν ἡδονὴν ἀκολασίας· οὗτος κάμινος ἐστὶ πάσης κακίας· καὶ φλέγει ἐν αὐτῇ τὰς ψυχὰς τῶν ὀλισθησάντων· ἀλλὰ ταύτης τῆς καμίνου ἐκτινάσσει τὴν φλόγα πνεῦμα θεῖον, διασυρίζον σοφίαν δρόσου· πολλοὶ δὲ ἔτι τῶν κατ' αὐτὴν πονηροὶ ἄνθρωποι, εἰώθασι μιμεῖσθαι τὸν πατέρα αὐτοῖς διάβολον.

Κόλπους ἐνταῦθα τὰς καρδίας εἴρηκε τῶν ἀδίκων· οἶμαι δὲ ὅτι καὶ πανταχοῦ ὁ κόλπος ἢ τὸν νοῦν, ἢ τὴν γνῶσιν σημαίνει· καὶ τοὺς μὲν πονηροὺς ὁ διάβολος ἐγκολπίζεται, τοὺς δὲ δικαίους ὁ κύριος. v. 31. cod. f. 72. b.

C A P. XVII.

Si omnis qui facit peccatum, servus est, omnis vicissim qui a nequitia recedit propter virtutem, daemonibus vesanis dominis praevalet. Hic etiam mysteriorum Dei domicilium fiet, pro status conditione singulis fratribus spiritalem scientiam distribuens. Sic etiam Paulus Corinthios lacte, Ephesios solidiore cibo pascebat, de longitudine, latitudine et profunditate loquens, spatiis his significans rationalis naturae diversitatem, quae Dei de iudicio ac providentia sermones comprehendit, profundos equidem, et humanam conditionem excedentibus.

Εἰ πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν δοῦλός ἐστι, πᾶς ὁ ἀποστὰς τῆς κακίας διὰ τῆς ἀρετῆς, τῶν δαιμόνων ἀφρόνων ὄντων δεσποτῶν ἐκράτησεν· ὃς καὶ οἶκος μυστηρίων θεοῦ γενήσεται, κατὰ ἀναλογίαν τῆς καταστάσεως, ἑκάστῳ τῶν ἀδελφῶν διδοὺς γνῶσιν πνευματικήν· οὕτω καὶ Παῦλος τοὺς μὲν ἐν Κορίνθῳ γαλακτοτίζων, τοὺς δὲ ἐν Ἐφέσῳ τρέφων στερεωτέρᾳ τροφῇ, περὶ ὕψους καὶ μήκους καὶ πλάτους καὶ βάθους διαλεγόμενος· καὶ διὰ τούτων τῶν διαστημάτων, τὴν τῆς λογικῆς φύσεως σημαίνων διαίρεσιν, ἥτις τοὺς περὶ κρίσεως καὶ προνοίας τοῦ θεοῦ λόγους ἐμπεριέχει, πάνυ βαθυτάτους ὑπάρχοντας, καὶ ἐκφεύγοντας τὴν ἀνθρωπίνην κατάστασιν. v. 2. cod. f. 72. b.

Fornaces sunt tentationes. Etenim postquam per tentationes corda purgavit, tum demum, immaculata sibi eligit Deus.

Homo haereticus irreligiosorum dogmatum linguam obaudit; at ecclesiae fideles nulla hanc attentione dignantur. Dum autem haereticus auscultat, voluntatem suam demonstrat contra Dei sapientem providentiam peccandi.— Ille improborum linguas audit, qui iniquas ab eis suscipit meditationes, et paria his agere satagit. Quibus homo iustus dicitur non attendere, seu visibilibus, seu invisibilibus; id est illorum consilia diutius mente non alere.

Fidelis inquit, homo videbit rationes mundi huius, quas auctor tropice divitias appellavit. Incredulus autem ne minimae quidem rei rationem cognoscet propter animae suae impuritatem. Quod vero divitiae animae, agnitio Dei sit, Paulus docet dicendo: in omnibus divites facti estis in omni scientia et omni sapientia. Quod si quis ostendere velit non hunc esse huius effati sensum, dicat sane quomodo

Κάμινοι οἱ πειρασμοί· διὰ γὰρ τῶν πειρασμῶν καθάρας καὶ ἀπηλιδώτους τὰς καρδίας τῶν ἐκλεκτῶν, ὁ θεὸς ἐκλέγεται. v. 3. cod. f. 73. a.

Ὁ αἱρετικὸς ὑπακούει γλώσσης τῆς τῶν ἀθέων δογμάτων· οἱ δὲ τῆς ἐκκλησίας, οὐδὲ προσέχουσιν. Διὰ τοῦ ὑπακούειν, τὸ ἑκούσιον δείκνυσιν, ὡς εἰς τὴν τοῦ θεοῦ σοφὴν διοίκησιν ἐξαμαρτῶν·—Οὗτος ὑπακούει ταῖς γλώσσαις τῶν παρανόμων, ὁ τοὺς ἀδίκους δεχόμενος παρ' αὐτῶν λογισμοὺς, καὶ σπεύδων ἐνεργεῖν κατ' αὐτούς· οἷς ὁ δίκαιος λέγεται μὴ προσέχειν, ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων, τουτέστι μὴ ἐπὶ πλέον τρέφειν ἐν ἑαυτῷ. v. 4.

Ὁ πιστός, φησιν, ὄψεται τοὺς λόγους τοῦ κόσμου τούτου, οὓς τινας χρήματα τροπικῶς τοῦ νοῦ προσηγόρευσεν· ὁ δὲ ἄπιστος οὐδὲ τοῦ τυχόντος πράγματος γνώσεται λόγον, διὰ τὴν ἀκαθαρσίαν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ· ὅτι δὲ πλοῦτος ψυχῆς ἡ γνῶσις ἐστὶ τοῦ θεοῦ, ὁ Παῦλος διδάσκει λέγων τὸ, ἐν παντὶ ἐπλουτίσθητε, ἐν πάσῃ γνώσει καὶ πάσῃ σοφίᾳ *· εἰ δέ τις βούλοιτο δεῖξαι μὴ ταύτην τὴν ἔννοιαν εἶναι ταύτης τῆς παροιμίας, λεγέτω που v. 6.

* I. Cor. I. 5.

εὐπόρησαν χρημάτων οἱ περιελθόντες ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασι, κακουχούμενοι, θλι-
* Hebr. IX. 37. βόμενοι, στενοχωρούμενοι *; πῶς δὲ καὶ ὁ ἄπιστος οὐχ ἕξει ὀβολὸν, πολλῶν ἀπίστων περιβεβλημένων πλοῦτον πολὺν, λέγω δὲ βασιλέων καὶ ἀρχόντων τοῦ κόσμου τούτου;

v. 7. cod. f. 73. b. Χείλη πιστὰ τοὺς ἀγαθοὺς λογισμούς φησίν· ἄφρονι δὲ δεκτοὶ ἔσονται πονηροὶ λογισμοί· τίς γὰρ μετοχὴ δικαιοσύνῃ πρὸς ἀδικίαν; εἰ μή που μετανοήσας δέξηται φρόνησίν τε καὶ πίστιν.

v. 9. Διὰ μὲν τῆς δικαιοσύνης, τὴν ἀδικίαν κρύπτομεν· διὰ δὲ τῆς σωφροσύνης, τὴν ἀκολασίαν· καὶ πάλιν διὰ τῆς ἀγάπης, τὸ μῖσος· καὶ διὰ τῆς ἀφιλαργυρίας, τὴν πλεονεξίαν· κρύπτομεν δὲ καὶ διὰ τῆς ταπεινοφροσύνης τὴν ὑπερηφανίαν, καὶ διὰ τὴν πραΰτητα, τὴν θρασύτητα· ζητοῦντες τὴν πνευματικὴν φιλίαν, ἥτις τὴν ἁγίαν γνῶσιν
* Ephes. II. 19. σημαίνει· καὶ παρὰ τῷ Παύλῳ * δὲ συμπολῖται τινὲς τῶν ἁγίων λέγονται γεγονέναι, καὶ οἰκεῖοι τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ· ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν προφητῶν.

v. 13. cod. f. 74. a. Οἶκον ἐνταῦθα φησὶ τῆς μὲν ψυχῆς, τὸ σῶμα· τὴν δὲ ψυχὴν πάλιν, οἶκον τοῦ νοῦ· ὁ δ' αὐτὸς πάλιν νοῦς, τῆς ψυχῆς ὀφθαλμὸς λέγεται· ὁ δὲ τὴν ἔνθεον γνῶσιν καὶ σοφίαν μαθὼν, ἑαυτὸν δὲ ἐκδοὺς τῇ κακίᾳ, καὶ ἀντὶ ἀγαθῶν πονηροὺς λόγους ἐκφέρων, πρὸς δὲ τὸ ἐπιστρέψαι καὶ σωθῆναι μὴ βουλόμενος, τοῦ σωματικοῦ οἴκου οὐκ ἀναχωρήσει ἡ κακία καὶ ἡ πονηρία· ἀλλὰ μένουσιν ἑδραίως ἐν αὐτῷ, ἵνα τὰ τέλεια κακὰ ἐπέλθῃ, ἐν αὐτῷ ἀκίνητα μένοντα ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς κυρίου.—Τὸ ἐκ τῆς γῆς παρὰ κυρίου πλασθὲν ἡμῖν σῶμα, οἶκον ἐνταῦθα φησί· τὸ δὲ οὐ κινηθήσεται, ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀναχωρήσει ἐκ τοῦ οἴκου αὐτοῦ ὀργὴ καὶ θλίψις, διά τε ἀνθρώπων καὶ δαιμόνων ἐκπεμπόμενα παρὰ κυρίου· κατὰ τοῦ ἀντὶ ἀγαθῶν κακὰ ἀποδώσαντος τῷ ἀγαθοποιῷ αὐτοῦ ἀνθρώπῳ.—Εἰ ὁ κακὰ ἀντὶ κακῶν ἀποδιδοὺς παράνομος, πόσῳ μᾶλλον ὁ κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν ἀποδιδοὺς παρανομώτερος; τοιοῦτος δὲ ἐγένετο κατὰ τὴν ἔρημον ὁ Ἰσραήλ· πρὸς ὃν ὁ
* cod. Ἰησοῦς. Μωϋσῆς * ἐν τῷ δευτερονομίῳ φησί· γενεὰ σκολιὰ
* Deut. XXXII. 5. καὶ διεστραμμένη, ταῦτα κυρίῳ ἀνταποδίδοτε;

v. 14. cod. f. 74. b. Ἐνταῦθα ἀρχὴν, τὴν γνῶσιν φησί· δικαιοσύνη δὲ ἕπεται τῇ γνώσει· ἐκ γὰρ τῆς γνώσεως ἡ δικαιοσύνη τίκτεται· ἔνδεια δέ ἐστι ἄγνοια· στάσις δὲ καὶ μάχη, πᾶσα κακία· προηγεῖται δὲ τῆς ἀγνοίας, ἡ κακία· τίνος ἕνεκεν πάλιν τῶν πενήτων κατηγορεῖ; ἀπάγων ἡμᾶς ἀργίας· οὐκ ἄρα ἀπὸ χειροτονίας ἡ ἐξουσία· ὥστε εἰ βούλει

divitiis abundaverint illi, qui circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, afflicti, pressi, angustiati? Quomodo item homo incredulus obolum non possidebit, quum reapse multi increduli lautis divitiis affluant, reges inquam et principes mundi huius?

Labia fidelia dicit bonas cogitationes. Vesano tamen placebunt cogitationes malae. Nam quae participatio iustitiae cum iniquitate? aut quae communio lucis cum tenebris? nisi forte ille paenitens prudentiam fidemque receperit.

Iustitiâ iniquitatem obruimus; temperantia luxuriam, pariterque amore odium, et liberalitate avaritiam. Obruimus item humilitate superbiam, et mansuetudine ferociam, quaerentes spiritalem amicitiam, quae sanctam Dei agnitionem significat. Et quidem apud Paulum quidam dicuntur cives sanctorum facti, et habitatores supernae Hierusalem, superaedificati super fundamentum apostolorum et prophetarum.

Domum animae dicit heic corpus; vicissimque animam mentis domum. Item ipsa mens, dicitur animae oculus. Iam qui divinam scientiam ac sapientiam didicerit, et nihilominus se improbitati tradiderit, et pro bonis iniquos sermones protulerit, nec resipiscere et salvari voluerit, ex eius quidem corporali domo iniquitas improbitasque non discedet, sed in ea firmiter manent, ut suprema mala eveniant, quae illi immobiliter haerebunt usque ad diem irae Domini.—Fabricatum a Domino nobis corpus, domum heic appellat. Non movebitur autem dicit, pro: non abscedet a domo eius ira et tribulatio, quae per homines daemonesque a Deo immittuntur, adversus illum qui mala pro bonis reddidit benefico sibi homini.—Si qui mala pro malis retribuit, peccat; quanto magis qui mala pro bonis remuneratur, peccator est? Talis fuit in deserto Israhel; cui Moyses in deuteronomio aiebat: generatio prava atque perversa, haeccine Domino redditis?

Hoc loco initium dicit scientiam. Iustitia autem subsequitur scientiam; namque ex scientia gignitur iustitia. Egestas, est ignorantia: seditio et rixa, omnis iniquitas. Anteit ignorantiae iniquitas. Cur vero pauperes rursus vituperat? Scilicet ut ab otiositate nos abducat. Non oritur ex electione potestas. Quod si ve-

lis cum fiducia incedere, iustus esto. Praecedit egestatem seditio et rixa; nempe iniustis praecedit virtutis inopia.

Similis est huic qui dicit amarum esse dulce, et dulce amarum; et qui lucem appellat tenebras, vicissimque tenebras lucem.

Opes nunc dicit sapientiam et Dei scientiam dicit. Vesano autem cur fiat sapientiae et divinae scientiae magisterium? Nam sicut fieri nequit ut in mari sit vitis, ita in stultis sapientia fructum virtutis proferre nequit. Sunt enim vesani hominis opes, in singulis negotiis eius stoliditates. Per has quippe factus excors, possidere sapientiam nequit.—In omni negotio quisquis se extollit, humiliabitur; quia Deus superbis resistit. Qui oblique quaerit res divinas discere, malo iudicio prolabetur.

Amicum heic dicit Christum, qui propter suam erga hominem amicitiam factus est homo. Non iam servos vos dico, ait discipulis, sed amicos. Omni certe tempore Christus tibi amicus sit. Filii vero Christi, invicem sunt amici: angeli scilicet et iusti homines, mutuo sunt fratres, Spiritu adoptionis geniti. Hanc enim ob causam angeli ex sapientia gignuntur, ut sint hominibus duces a vitio ad virtutem, et ab inscitia ad Dei cognitionem.

Ille est volubilis, qui facile a virtute ad vitium declinat, malis cogitationibus abstractus.

Patrem nunc dicit Deum; matrem, benignitatem eius erga homines, quae et illi incarnationem suasit, et pro nobis pati. Noster autem pater Deus, non laetatur adoptivo filio, qui Dei sapientiam atque notitiam non sit edoctus, sed nequitiae et improbitati deditus. Prudens filius laetificat matrem suam, id est Dei benignitatem. Vel etiam adducit nos ad Deum patrem, ut filios iam ablactatos, et spiritalis solidioris cibi cupidos. Ut ob similitudinem frater noster effectus, filius eius Iesus Christus, ita et nos actu et sermone vivamus. Est mater nostra etiam ecclesia, quam per Spiritum sanctum Deus pater sibi sponsam copulavit. Gignit enim sibi per ipsam semper filios filiasque: et de edoctis Dei notitiam atque sapientiam liberis laetatur pater noster Deus materque ecclesia. Et de

μετὰ παῤῥησίας βαδίζειν, δίκαιος ἔσο· προηγεῖται δὲ τῆς ἐνδείας στάσις καὶ μάχη, ἤτοι τοῖς ἀδικοῦσιν ἔνδεια ἀρετῆς.

Ὅμοιός ἐστι τούτῳ ὁ λέγων τὸ πικρὸν γλυκὺ, v. 15.
καὶ τὸ γλυκὺ πικρόν· καὶ τὸ μὲν φῶς, ὀνομάζων σκότος, τὸ δὲ σκότος, φῶς.

Χρήματα ἐνταῦθα τὴν σοφίαν καὶ τὴν γνῶσιν v. 16.
φησίν· ἄφρονι δὲ, ἵνα τί ὑπῆρξεν ἡ τῆς σοφίας καὶ γνώσεως μάθησις; ὡς γὰρ ἄμπελον ἀδύνατον ἐν θαλάσσῃ γενέσθαι, οὕτως ἐν ἄφροσιν ἡ σοφία ἀρετὴν καρπώσασθαι· χρήματα γὰρ ἄφρονός ἐστι, αἱ περὶ καθ' ἕκαστα αὐτοῦ πράγματα ἀφροσύναι· διὰ ταύτας γὰρ καὶ ἀκάρδιος γεγονὼς, κτήσασθαι
σοφίαν ἀδυνατεῖ·—Ἐν παντὶ πράγματι, πᾶς ὁ v. 16. cod. f. 75. a.
ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται· ὅτι κύριος ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται· ὁ δὲ σκολιάζων τοῦ μαθεῖν τὰ πράγματα τοῦ θεοῦ, ἐμπεσεῖται εἰς κακὰ περὶ τὴν κρίσιν.

Ἐνταῦθα φίλον τὸν Χριστὸν φησὶν, ὃς διὰ v. 17.
τὴν πρὸς ἄνθρωπον φιλίαν, ἄνθρωπος γέγονεν. οὐκέτι γὰρ λέγω ὑμᾶς δούλους, εἶπεν τοῖς μα-
θηταῖς, ἀλλὰ φίλους *· ἐν παντὶ δὲ καιρῷ ὁ Χρι- * Ioh. XV. 15.
στὸς συνυπαρχέτω σοι φίλος· εἰ δὲ οἱ τοῦ Χριστοῦ υἱοὶ, ἀλλήλων εἰσὶ φίλοι, οἱ ἄγγελοι καὶ οἱ δίκαιοι ἄνθρωποι, ἀλλήλων εἰσὶν ἀδελφοὶ, τῷ τῆς υἱοθεσίας γεννώμενοι πνεύματι· τούτου γὰρ χάριν καὶ γεννῶνται ὑπὸ τῆς σοφίας, ἵνα ἀνθρώπους ὁδηγήσωσιν ἀπὸ κακίας εἰς ἀρετὴν, καὶ ἀπὸ ἀγνωσίας εἰς ἐπίγνωσιν θεοῦ.

Οὗτος ἐστὶν εὐμετάβολος, ὁ ῥᾳδίως ἀπὸ ἀρε- v. 20. cod. f. 75. b.
τῆς ἐπὶ κακίαν μεταβαλλόμενος, τοῖς πονηροῖς λογισμοῖς συναπαχθείς.

Πατέρα ἐνταῦθα τὸν θεὸν φησί· μητέρα, τὴν v. 21.
φιλανθρωπίαν αὐτοῦ· ἣ καὶ πεποίηκεν αὐτὸν σαρκωθῆναι, καὶ πάθη ὑπομεῖναι δι' ἡμᾶς· ὁ δὲ θεὸς καὶ πατὴρ ἡμῶν, οὐκ εὐφραίνεται ἐπὶ υἱῷ υἱοθετηθέντι μὲν, μὴ πεπαιδευμένῳ δὲ τὴν τοῦ θεοῦ σοφίαν καὶ γνῶσιν, ἀλλὰ κακίᾳ καὶ πονηρίᾳ ἑαυτὸν ἐκδόντι· υἱὸς δὲ φρόνιμος εὐφραίνει τὴν μητέρα αὐτοῦ, τὴν τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν· ἢ καὶ προσάγει ἡμᾶς αὐτῷ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, ὡς υἱοὺς ἀπογαλακτισθέντας, καὶ τῆς πνευματικῆς στερεᾶς τροφῆς ἐφιεμένους· ἵν' ὡς καθ' ὁμοιότητα ἀδελφὸς ἡμῖν γεγονὼς ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἰησοῦς Χριστὸς, οὕτως καὶ ἡμεῖς πράξει καὶ λόγῳ πολιτευώμεθα· ἔστι δὲ μήτηρ ἡμῶν, καὶ ἡ ἐκκλησία, ἣν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἑαυτῷ ὁ θεὸς καὶ πατὴρ ἡρμόσατο εἰς γυναῖκα· τίκτει γὰρ ἀεὶ δι' αὐτῆς ἑαυτῷ υἱοὺς καὶ θυγατέρας· καὶ ἐπὶ μὲν τοῖς πεπαιδευμένοις τὴν τοῦ θεοῦ γνῶσιν καὶ σοφίαν, εὐφραίνεται καὶ ὁ πατὴρ

ἡμῶν θεὸς, καὶ ἡ μήτηρ ἡ ἐκκλησία· ἐπὶ δὲ τοῖς ἀπαιδεύτοις, πάνυ μὲν κήδεται καὶ λυπεῖται, ὡς μὴ θελόντων ἡμῶν ἐπιστρέψαι καὶ σωθῆναι, ἀλλὰ τῇ κακίᾳ προσμένειν.

ineruditis tristatur magnopere ac dolet, quia nolumus converti ac salvari, sed in nequitia perseverare.

v. 24. cod. f. 76. a. Πρόσωπον ἐνταῦθα τὴν θεωρίαν φησί· θεωρία γὰρ νοημάτων συνετοῦ ἀνδρὸς, σοφία καὶ γνῶσις καὶ δικαιοσύνη· οἱ δὲ νοεροὶ ὀφθαλμοὶ τοῦ ἄφρονος, καὶ ἐν σώματι ἐν ἄκρᾳ κακίας καὶ πονηρίας.

Vultum hoc loco dicit meditationem. Nam meditatio cogitationum cordati viri, sapientia est, atque scientia, et iustitia Intellectuales vero oculi viri insani, in corpore quoque summam habent nequitiam et improbitatem.

v. 25. cod. f. 76. b. Ὀργὴ τῷ ἄφρονι υἱῷ παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἐκπέμπεται ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως· τῇ δὲ ἐκκλησίᾳ τῇ γεννησαμένῃ τῷ πνεύματι, καὶ τῇ τῶν ἁγίων χορείᾳ, ὀδύνη τότε πάντως ἔσται ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τοῦ ἄφρονος υἱοῦ· καὶ ὅτι ὁ μὲν φρόνιμος υἱὸς καὶ τεκοῦσαν ἔχει καὶ μητέρα· ὁ δὲ ἄφρων μόνην τεκοῦσαν· ἡ γὰρ μήτηρ καὶ τεκοῦσα· ἡ δὲ τεκοῦσα, οὐ πάντως ἔσται καὶ μήτηρ· ἐὰν γὰρ ἀποθάνῃ τὸ τεχθὲν ἐν κακίᾳ καὶ ἀγνωσίᾳ, τεκοῦσα μὲν ἐστι, μήτηρ δὲ οὐκ ἔστι· διότι μηδὲ τοῦ τῆς υἱοθεσίας μετέσχηκε πνεύματος τὸ τεχθέν· ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν μητέρων νοηθήσεται, καὶ ἐπὶ τοῦ θανάτου τοῦ αἰσθητοῦ· τὴν γὰρ μητέρα ἐροῦμεν καὶ τεκοῦσαν· οὐκέτι δὲ μητέρα τοῦ παιδὸς ἀποθανόντος.

ταῦθα ἀδελφὸς ὁ Χριστός ἐστι κατὰ χάριν· εἰς δὲ τὸν οἶκον τοῦ ἀδελφοῦ σου, ἄνευ τῶν ἐντολῶν, ὧν ἡμῖν δέδωκεν, εἰς ἐξουσίαν τοῦ εἰσελθεῖν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, τουτέστιν εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν, μὴ εἰσέλθῃς ἀτυχῶν τούτων· τοιοῦτος γὰρ ἦν καὶ ὁ εἰσελθὼν εἰς τὸν γάμον, μὴ ἔχων ἔνδυμα γάμου· δεθεὶς δὲ χεῖρας καὶ πόδας ἐξεβλήθη τοῦ γάμου.—Ἀδελφὸς ἡμῶν ἐνταῦθα ὁ τῶν ἀγγέλων χορός ἐστι· κατὰ γὰρ τὴν τῶν ἀγγέλων φύσιν πρὸ τῆς παραβάσεως καὶ πτώσεως ὁ διάβολος, τῶν ἀγγέλων καὶ ἡμῶν ὑπῆρχε· φίλος δὲ ἡμῶν ἐστιν ὁ Θεός· κρεῖσσον δὲ τῷ ἐγγυτέρῳ καὶ ἀληθινῷ Θεῷ ἡμῶν καὶ φίλῳ ἐγγὺς καὶ πλησιεστέρως οἰκεῖν, ἢ τῷ μακρὰν ἀπ' αὐτοῦ ἑαυτὸν ποιήσαντι διαβόλῳ, ὡς ἀδελφῷ ὑπεί-
cod. f. 128. a. κειν, εἰς τὸ συναπολέσθαι αὐτῷ.—Κρείσσων ὁ συναπτόμενός μοι διὰ τῆς ἀληθοῦς γνώσεως, ὑπὲρ τὸν συναπτόμενόν μοι μόνον διὰ τῆς φύσεως.

v. 15. Τοῦ ἀνθρώπου οἶκος, ἡ ἀρετή· ἐὰν οὖν μὴ σπουδαίως ταύτης ἐπιμελῆται, ἐν καιρῷ πειρασμῶν ἐκπίπτει αὐτῆς.

v. 18. cod. f. 129. a. Συκῆ ἐνταῦθα ἡ δικαιοσύνη ἡ τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ἣν οἱ φυτεύοντες ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἑτέροις μετάφυτα διδόντες, τὸν καρπὸν αὐτῆς φάγονται ἐκ χειρὸς κυρίου τοῦ μόνου δικαίου, καὶ τὴν δικαιοσύνην βραβεύσαντες· καὶ τοῖς τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ φυλάξασι σὺν ἑαυτῷ συντάττων, ἀπονέμει δικαιοσύνην, τὴν καὶ ἀγγέλους δικαιοῦσαν, ἐν τῇ ἀτρέπτῳ τῆς δικαιοσύνης λαμπρότητι· ὃς δὲ φυλάσσει τὸν λόγον τοῦ κυρίου, τὸν κύριον φυλάσσει ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ἀχώριστον εἶναι ἀπ' αὐτοῦ· τιμηθήσεται δὲ οὐ μόνον ἐντεῦθεν ὑπὸ τῶν ἀγγέλων, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι ὑπὸ τοῦ τῶν ἀγγέλων δημιουργοῦ.

v. 22. Οἷον, οὐκ ἀτιμάζων τὸν ἄφρονα ἀποστήσεις τῆς ἀφροσύνης, ἀλλὰ διδάσκων αὐτὸν ὁποίας ἀτιμίας ἡ ἀφροσύνη γίνεται πρόξενος· ὁ γὰρ εἰς πρόσωπον ἔλεγχος, ἀναισχυντότερον ποιεῖ τὸν ἁμαρτάνοντα.

v. 27. cod. f. 130. a. Τῶν τοῦ Θεοῦ ῥημάτων, τὰ μὲν εἰς υἱῶν ζωήν, τὰ δὲ εἰς θεραπόντων γέγραπται.

loco frater, Christus est per gratiam. Sed in domum fratris tui, absque praeceptis quae dedit nobis, ut copia esset ingrediendi in domum eius, id est in caelorum regnum, ne introëas si his inquam careas. Nam talis erat, qui ad nuptias introiit absque veste nuptiali, qui ligatis manibus ac pedibus de illo loco pulsus fuit.—Vel, frater noster hoc loco est angelorum chorus. Nam pro sua angelica natura ante transgressionem et lapsum diabolus et angelorum et nostri frater erat. Sed amicus noster Deus est. Iam vero melius est, proximiori veroque Deo nostro atque amico, prope et proximius habitare, quam ei qui ab illo procul se submovit, obsequi tamquam fratri, id est diabolo, ut cum eodem pereamus.—Melior est qui cohaeret mihi per veram scientiam, quam qui mihi cohaeret solius vi naturae.

Hominis domus, est virtus. Nisi ergo huius diligentem curam gerat, tentationum tempore ab ea excidet.

Ficus hoc loco iustitia Dei est, quam in se ipsis plantantes, aliisque surculos transplantandos cedentes, fructum eius comedunt de manu Domini, qui solus iustus est, et iustitiam muneratur. Et iis qui iustitiam custodiunt, apud se positis, concedit iustitiam illam quae angelos ipsos iustificat aeterna iustitiae claritate. Quisquis Domini verbum custodit in corde suo, Dominum ipsum custodit, ne longe fiat ab eo. Porro honorabitur non modo nunc ab angelis, sed etiam in futuro saeculo ab angelorum creatore.

Id est, non per illatum dedecus stultum revocabis a stultitia sua, sed potius eum docendo quanti dedecoris stultitia sit causa. Nam reprehensio in faciem obiecta impudentiorem facit peccatorem.

Dei verba partim ad filiorum, partim ad famulorum regendam vitam scripta fuerunt.

CAP. XXVIII.

v. 2. Εἰ ἔστιν ἀνδρεῖος ἐν ἀσεβείαις, ἔστιν ἀνδρεῖος καὶ ἐν ἀρεταῖς· καὶ εἰ ὁ ἀνδρεῖος ἐν ἀσεβείαις συκοφαντεῖ πτωχούς, ὁ ἀνδρεῖος ἐν ἀρεταῖς παρακαλεῖ πτωχούς· οὐκοῦν πᾶς ὁ παρακαλῶν πτωχοὺς ἐν ἀσεβείαις συμπράττειν, συκοφαν-

Si est fortis in impietatibus, est etiam fortis in virtutibus. Et si fortis in impietatibus calumniatur pauperes, qui fortis est in virtutibus confortat pauperes. Ergo qui pauperes confortat ad participandas impietates,

calumniatur eos apud Deum; id est vicissim criminatur, ut una pereant.

Vehemens pluvia non solum fruges pessumdat, verum etiam terrae faciem, quae fruges profert, devastat. Est etiam mitis pluvia, quae floridam facit terrae faciem, nutriens ac vivificans fruges eius. Et vehemens quidem, pessumdatis frugibus, homines simul extinguit; at mitis alendo fruges, hominum vitam conservat.

Est lex iniusta, et item lex iusta. Iniusta obtemperantes sibi perdit; iusta non modo longitudinem dierum tribuit, sed etiam regni caelorum fit donatrix obtemperantibus sibi, quia lex Dei est. Quisquis vero Deum amat, legem quoque eiusdem amat; et quae lex mandat, operatur. Iam quisquis legi morem gerit, perturbationum quietem consequitur et Dei agnitionem. Quod si legis amatores muro se communiunt, nunc murus quietem a perturbationibus significat, et Dei scientiam; quae solae rationalem naturam custodire queunt.

Si divitiae sunt impiorum nequitia, viri autem sapientes eas abiiciunt, patet nequitiam pessumdari a iustis atque sapientibus, dum per spiritalem doctrinam impuros ad virtutem reducunt.

Nequaquam lex preces cuiusquam aversatur, sed qui tulit legem Deus aversatur eius preces qui aurem suam avertit, quominus audiat legis auctorem. Et Paulus ait: praescia autem scriptura futuri: pro eo ac dicat, qui scripturam dedit, praesciebat futurum.

Qui sata in eius corde a maligno mala non confitetur Deo, aut Deo grato homini, non consequetur felicem de maligno victoriam. Qui autem confitetur, diligetur a Deo et ab angelis eius. Et Iacobus ait: confitemini alterutrum peccata vestra, ut sanemini. Psalmista quoque ait: confitebor adversus me iniustitiam meam Domino, et tu remisisti impietatem cordis mei.

Iniqui regis proventus, iniquitates sunt et falsa dogmata. Haec enim eidem pendunt subditi eius. Calumniantur autem Deum, qui maligno obediunt; quia non Deo, sed inimico eius diabolo subiecti sunt. Quia vero Deus odit diabolum ob perversa opera eius, hic vicissim calumniatur homines apud Deum. Qui odit

τοῖ αὐτοὺς πρὸς τὸν θεὸν, τουτέστιν ἀντιδιαβάλλει ὅπως συναπολεσθῶσιν αὐτῷ.

cod. f. 130. b.

Ὁ λαῦρος ὑετὸς οὐ μόνον τοὺς καρποὺς ἀπόλλει, ἀλλὰ καὶ τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, τὸ τοὺς καρποὺς διδοῦν, ἐκδαφίζει· ἔστι δὲ καὶ ὑετὸς εἰρηνικὸς, ποιῶν εὐθαλὲς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, καὶ τρέφων καὶ ζωογονῶν τοὺς ἐν αὐτῇ καρπούς· καὶ ὁ μὲν λαῦρος, διὰ τὴν ἀπώλειαν τῶν καρπῶν ἀποκτέννει τοὺς ἀνθρώπους, ὁ δὲ εἰρηνικὸς, διὰ τῶν καρπῶν ζωογονεῖ.

v. 4.

Ἔστι καὶ νόμος παράνομος, καὶ νόμος δίκαιος· καὶ ὁ μὲν παράνομος τοὺς αὐτῷ πειθομένους ἀπόλλει· ὁ δὲ δίκαιος οὐ μόνον μακρότητα ἡμερῶν δωρεῖται, ἀλλὰ καὶ βασιλείας οὐρανῶν πρόξενος γίνεται τοῖς αὐτῷ ὑπείκουσιν, ὅτι τοῦ θεοῦ ἐστί· πᾶς δὲ ὁ ἀγαπῶν τὸν Θεὸν, ἀγαπᾷ τὸν νόμον αὐτοῦ, καὶ ποιεῖ τὰ τοῦ νόμου· πᾶς δὲ ὁ ποιῶν τὸν νόμον, ἀπάθειαν κτᾶται καὶ γνῶσιν Θεοῦ· εἰ δὲ οἱ ἀγαπῶντες τὸν νόμον, παραβάλλουσιν ἑαυτοῖς τεῖχος, νῦν τεῖχος τὴν ἀπάθειαν σημαίνει καὶ τὴν γνῶσιν τοῦ Θεοῦ, ἅπερ μόνα πέφυκε φυλάσσειν τὴν φύσιν τὴν λογικήν.

v. 8. cod. f. 131. a.

Εἰ πλοῦτος ἀσεβῶν κακία, ἄνδρες δὲ σοφοὶ ἀπολέσουσιν αὐτὸν, δῆλον ὡς κακίαν ἀπολλύουσιν οἱ δίκαιοι καὶ σοφοὶ, διὰ τῆς πνευματικῆς διδασκαλίας τοὺς ἀκαθάρτους πρὸς ἀρετὴν ἐπανάγοντες.

v. 9.

Οὐχ ὁ νόμος βδελύσσεται τινὸς τὴν προσευχὴν, ἀλλ' ὁ δεδωκὼς τὸν νόμον Θεὸς, τοῦ ἐκκλίνοντος τὸ οὖς αὐτοῦ, καὶ μὴ εἰσακούειν ποιοῦντος τοῦ νόμου· καὶ ὁ Παῦλος φησί *· προϊδοῦσα δὲ ἡ γραφὴ τὸ μέλλον, ἀντὶ τοῦ ὁ τὴν γραφὴν δεδωκὼς προῄδει τὸ μέλλον. * Gal. III, 8.

v. 13. cod. f. 131. b.

Ὁ τὰ ἐνσπειρόμενα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ὑπὸ τοῦ πονηροῦ κακὰ, μὴ ἐξαγγέλλων αὐτὰ κυρίῳ τῷ θεῷ ἢ θεοφιλεῖ ἀνθρώπῳ 1), οὐκ εὐοδωθήσεται ἐν τῇ κατὰ τοῦ πονηροῦ νίκῃ· ὁ δὲ ἐξαγγέλλων ἀγαπηθήσεται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ· καὶ ὁ Ἰάκωβος φησίν *· ἀλλήλοις ἐξαγγέλλετε τὰ παραπτώματα ὑμῶν, ὅπως ἰαθῆτε· καὶ ὁ ψαλμῳδὸς εἶπεν *· ἐξαγορεύσω κατ' ἐμοῦ τὴν ἀνομίαν μου κυρίῳ, καὶ σὺ ἀφῆκας τὴν ἀσέβειαν τῆς καρδίας μου. * Iac. V. 16 * Ps. XXXI. 5.

v. 16. cod. f. 132. a.

Αἱ πρόσοδοι τοῦ πονηροῦ βασιλέως, εἰσὶν αἱ κακίαι καὶ τὰ ψευδῆ δόγματα· ταῦτα γὰρ αὐτῷ προσοδεύουσιν οἱ βασιλευόμενοι ὑπ' αὐτοῦ· συκοφαντοῦνται δὲ τῷ Θεῷ οἱ τῷ πονηρῷ πειθαρχοῦντες· ὅτι οὐ τῷ θεῷ ἀλλὰ τῷ ἐχθρῷ αὐτοῦ τῷ διαβόλῳ ὑπόκεινται· ἐπεὶ δὲ ὁ θεὸς μισεῖ τὸν διάβολον διὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ τὰ πονηρὰ, αὐτὸς πάλιν διὰ τῶν

1) Videmus Origenis auctoritatem pro confitendo religiosis viris peccata. Item infra p. 54.

ἔργων αὐτοῦ συκοφαντεῖ τοὺς ἀνθρώπους πρὸς τὸν
Θεόν· ὁ δὲ μισῶν ἀδικῆσαι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, τὸν
μακρὸν τοῦ ἀπεράντου αἰῶνος χρόνον βιώσεται.

Ἄνδρα ἐνταῦθα φονέα τὸν διάβολον φησίν·
ὁ δὲ ἐγγυώμενος τὴν ἀδικίαν, ἐγγυᾶται τὸν σα-
v. 17. τανᾶ, ὑπισχνούμενος αὐτῷ ἐκεῖνος, τοὺς τῆς
ἀδικίας ἀποδώσειν καρπούς.—Ἔθνος παράνομον,
τὰ δόγματα τῶν δαιμόνων ἐστίν, οἷς οὐχ ὑπα-
κούει ὁ παιδευθεὶς υἱός· υἱὸν δὲ τὸν νοῦν φησίν·
ὁ δὲ ἐποχὴν ποιῶν τοῦ νοῦ τοῦ μὴ παραρίπτεσθαι
ἐν τῇ τοῦ πονηροῦ ἔθνους κακίᾳ, ὡς περιτραχή-
λιον κόσμον προξενεῖ λαβεῖν τῇ ἰδίᾳ ψυχῇ ἄφ-
θαρτον ἐκ χειρὸς κυρίου.

Ὁ καθαίρων ἑαυτὸν ἐκ τῶν παθῶν, καὶ ἐρ-
γαζόμενος τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ, τοῦ ψυχοτρό-
v. 19. φου ἄρτου σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ ἐμπλησθή-
σεται· ὁ δὲ διώκων σχολὴν τοῦ μὴ ποιεῖν τὰς
ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ, πλησθήσεται πενίας.

Οἱ νῦν ἐλεήμονες, ἐν τῷ αἰῶνι τῷ μέλλοντι
ἐλεηθέντες ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ γενόμενοι ἄγγελοι,
v. 22. cod. f. 130. a. ἄρξουσι τῶν βασκάνων καὶ πλουσίων ἀσεβῶν·
τοιοῦτον δὲ ἀξίωμα καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ
ὑπέσχετο δώσειν κύριος *, τὸ καθίσαι αὐτοὺς ἐπὶ
δώδεκα θρόνων, κρίνοντας δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσ-
* Luc. XXII. 30. ραήλ· θρόνος δὲ ἐστιν ἐν ᾧ ὁ νοῦς καθέζεται, πλή-
ρης γνώσεως πνευματικῆς, τοὺς πλανηθέντας ἀπὸ
τῆς θεοσεβείας ἐπισυνάγουσα· τὸ δὲ κρίνειν ἐν-
* Prov. XXXI. 9. ταῦθα, τὸ διδάσκειν σημαίνει· ὡς καὶ τὸ *, ἄνοιγε
σὸν στόμα λόγῳ Θεοῦ, καὶ κρίνε πάντα ὑγιῶς,
ἀντὶ τοῦ δίδασκε· ἅμα δὲ καὶ τοῦτο ἰστέον, ὅτι
ὁ ἐλεήμων κρατήσας τοῦ βασκάνου, αὐτὸς μὲν
οὐ γενήσεται βάσκανος, ἐλεήμονα δὲ μᾶλλον
ποιήσει τὸν βάσκανον.

Ἐὰν ἀποθῶνται οἱ ἀσεβεῖς τὸ εἶναι ἀσεβεῖς,
γενήσονται δίκαιοι· ἡ γὰρ ἀπώλεια νῦν τὴν ἀναί-
v. 27. cod. f. 133. b. ρεσιν τῆς ἀσεβείας σημαίνει· οὕτω καὶ Ματθαῖον
τοῦ τελωνείου ἀπολέσας ὁ κύριος, δικαιοσύνην αὐ-
τῷ ἐχαρίσατο· πληθύνονται γὰρ οἱ δίκαιοι, ὅταν
οἱ ἀσεβεῖς καταλείψωσι τὴν ἀσέβειαν, καὶ σὺν
τοῖς δικαίοις γενήσονται δίκαιοι· στένουσι δὲ καὶ οἱ
δίκαιοι καὶ ὀδυνῶνται, ὁρῶντες τοὺς ἀσεβεῖς ἐν τό-
πῳ τῆς ἀσεβείας ἱσταμένους, καὶ μὴ μετανοοῦντας.

laedere animam suam, longum infiniti saeculi tempus vivet.

Virum heic homicidam dicit diabolum. Qui spondet pro iniustitia, spondet pro satana, qui promittit ei vicissim, fructus iniquitatis se daturum.—Gens iniqua, dogmata daemonum sunt, quibus non attendit bene institutus filius. Porro filium dicit pro mente. Qui vero menti impedimentum ponit, quominus ad pravae gentis nequitiam semet abiiciat, is tamquam colli immortalem ornatum parat animae suae de manu Domini recipiendum.

Qui se purgat animi perturbationibus, et Dei mandata exsequitur, nutritore animarum pane, sapientia nimirum et agnitione Dei, saturabitur. Qui vero otium sectatur, quominus Dei mandata exsequatur, is quidem inopia obruetur.

Qui nunc sunt misericordes, in futuro saeculo misericordiam a Deo nacti, factique angeli, imperabunt invidis et impiis divitibus. Hanc dignitatem daturum se spondebat discipulis Dominus, nempe sessuros eos super duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Israelis. Thronus autem est in quo mens sedet, plena scientiae spiritalis, quae a religione devios reducit. Iudicare autem hoc loco, docere significat. Ut illud: aperi os tuum verbo Dei, et integre de omnibus iudica, id est doce. Simul et hoc sciendum est, quod si misericors vincat invidum, ipse quidem non fiet invidus, sed illum misericordem potius faciet qui erat invidus.

Si impietatem suam deponent impii, iusti fient. Nam perditio hoc loco, iniquitatis extinctionem significat. Sic Matthaeum de telonio exterminatum Dominus iustitia donavit. Multiplicantur enim iusti, cum impii impietatem omiserint, et cum iustis iusti fient. Interim gemunt dolentque iusti, quamdiu impios vident in impietatis loco consistere, et nondum resipiscere.

CAP. XXIX.

Κρείσσων γὰρ ἀνὴρ ὁ ἐν παιδείᾳ καὶ νουθε-
σίᾳ κυρίου ἐλέγχων, ἢ ὁ ἐν σκληρᾷ καρδίᾳ παρ-
v. 1. cod. f. 134. a. αινῶν καὶ ὑπισχνούμενος συναπολαῦσαι αὐτῷ
τῶν ἐν κακίᾳ· ἐξαπίνης γὰρ φλεγομένου αὐτοῦ
ἐν τῇ ὀρέξει τῶν παθῶν, ὁ ἐπὶ πάντας θάνα-

Melior est enim vir qui cum disciplina et monitis Domini reprehendit, quam qui duro corde animos peccatori addit, promittens insuper se fore ei sodalem gaudii mali. Repente enim, dum ille in passionum appetitu exaestuat, de-

creta omnibus morte, ingruente eius complicibus, medela non supererit animae ipsorum. Non autem dixit: cessante flamma haud fore medelam; sed ipsi exaestuanti non fore medelam, habenti cupiditatum incentiva, ligna, foenum, stipulam. Nam et ambustis post cauterem solet sanitas redire

Laudatis a Domino iustis in iudicii die, qui sunt in illorum factione populi laetabuntur. Quotquot autem sunt sub principatibus et potestatibus ac rectoribus huius mundi, hi omnino tunc ingemiscent.

Patrem heic dicit Deum. Deus autem et pater domini nostri Iesu Christi, illos qui a Christo sunt denominati, et verbo atque opere ac sapientia illum subsequuntur et imitantur, aspiciens laetatur in ipsis. Pastor vero bonus, est mens, imperturbatas cogitationes habens. Quod si ita est, ergo haedus est cogitatio vitiosa; ovis autem, cogitatio ingenua. Propterea Dominus haedos collocat in sinistra parte, oves in dextra: haedos dicens eos, qui habent cogitationes vitiosas. Sic etiam habentes zizania, vocabulo zizaniorum appellavit; et habentes triticum, dixit triticum; nempe a pessima vel optima qualitate eos denominans, Tale est et Pauli dictum: caritas non inflatur. id est qui caritatem habet.

Christus quidem erigit rationalem naturam mandatis suis; scelestus vero Antichristus ad perniciem concitat humanum genus.

Ubique verbum iudicare dicitur pro docere. Nam et qui inter duos vel plures de aliquo negotio iudicat, is aequitatem docet, et ab iniquitate absterret. Similiter et in virtutibus et in quavis re bona, iudicare pro docere dicitur. Virum autem heic iudicantem gentes, Petrum dicit, qui mundum universum docuit Christi fidem ac religionem. Paulum item et reliquos per tempora magistros. At virum pravum dicit Theudam, et Iudam, et Samosatensem, et eorum sententiae homines. De pravo quidem homine ait David: super eum ridebunt, et dicent: ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum.

Viri sanguinum daemones sunt, qui homines in Christo viventes sanguinis effusione oc-

τος, ἐπελθὼν ἐπὶ τοὺς κατ' αὐτῶν συμπράκτορας, οὐκ ἔστιν ἴασις τῇ ψυχῇ αὐτῶν· οὐκ εἶπεν δὲ ὅτι παυσαμένης τῆς φλογὸς οὐκ ἔσται ἴασις, ἀλλὰ φλεγομένου αὐτοῦ οὐκ ἔσται ἴασις, ὡς ἔχοντος δηλονότι τὰ τῶν παθῶν ὑπεκκαύματα, ξύλα, χόρτον, καλάμην· εἴπερ καὶ τοῖς καιομένοις μετὰ τὸν καυτῆρα πέφυκεν ἡ ὑγεία προσγίνεσθαι.

Ἐγκωμιαζομένων τῶν δικαίων ὑπὸ τοῦ κυρίου v. 2.
ἐν τῇ τῆς κρίσεως ἡμέρᾳ, οἱ τῆς αὐτῶν μερίδος λαοὶ εὐφρανθήσονται· ὅσοι δέ εἰσιν ὑπὸ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας καὶ τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ κόσμου τούτου, οὗτοι πάντως τότε στένουσιν.

Πατέρα ἐνταῦθα τὸν Θεὸν φησίν· ὁ δὲ Θεὸς v. 3.
καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοὺς κατὰ Χριστὸν ἐπονομαζομένους, ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ καὶ σοφίᾳ ἑπομένους τε καὶ μιμουμένους αὐτὸν, θεωρῶν αὐτοὺς, εὐφραίνεται ἐπ' αὐτοῖς· ποιμὴν δέ ἐστιν ἀγαθὸς νοῦς, ἀπαθεῖς λογισμοὺς κεκτημένος· εἰ δὲ τοῦτο, οὐκοῦν ἔριφός ἐστιν, λογισμὸς ἐμπαθής· καὶ πρόβατόν ἐστι λογισμὸς ἀπαθής· διὸ καὶ τοὺς ἐρίφους ὁ κύριος ἵστησιν ἐξ ἀριστερῶν, τὰ δὲ πρόβατα ἐκ δεξιῶν· ἐρίφους λέγων τοὺς κεκτημένους λογισμοὺς ἐμπαθεῖς· οὕτω καὶ τοὺς ἔχοντας τὰ ζιζάνια, ζιζάνια προσηγόρευσε· καὶ τοὺς τὸν σῖτον ἔχοντας, σῖτον, ἀπὸ τῆς χειρίστης καὶ ἀρίστης ἕξεως ὀνομάσας αὐτούς· τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ παρὰ τῷ Παύλῳ λεγόμενον*· ἡ ἀγάπη οὐ περπερεύεται, ἀντὶ τοῦ ὁ ἔχων τὴν ἀγάπην. * 1. Cor. XIII. 4

Ὁ μὲν Χριστὸς ἀνίστησι τὴν φύσιν τὴν λογικὴν v. 4. cod. f. 131. b.
διὰ τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ· ὁ δὲ παράνομος ἀντίχριστος, πρὸς ἀπώλειαν ἐρεθίζει τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων.

Ἐν παντὶ τὸ κρίνειν, διδάσκειν λέγεται· καὶ v. 9. cod. f. 135. a.
γὰρ ὁ μεταξὺ δύο ἢ καὶ πλειόνων, περὶ ἑνὸς πράγματος κρίνων, διδάσκει τὸ δίκαιον, καὶ ἀπέχεσθαι ἀδικίας· ὡσαύτως καὶ ἐπὶ ἀρετῶν, καὶ ἐπὶ πᾶν ὁτιοῦν ἀγαθὸν, τὸ κρίνειν διδάσκειν λέγεται· ἄνδρα δὲ ἐνταῦθα κρίνειν ἔθνη, τὸν Πέτρον φησὶ, τὸν τὴν οἰκουμένην διδάξαντα τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν καὶ εὐσέβειαν 1)· καὶ Παῦλον, καὶ τοὺς λοιποὺς μετέπειτα διδασκάλους· ἄνδρα δὲ φαῦλον, τοὺς κατὰ Θευδᾶν καὶ Ἰούδαν καὶ Σαμοσατέα 2), καὶ τοὺς τούτων ὁμόφρονας· ἐπὶ δὲ τὸν φαῦλον* φησὶν ὁ Δαυὶδ*· καὶ ἐπ' αὐτὸν γελάσονται, καὶ ἐροῦσιν· ἰδοὺ ἄνθρωπος, ὃς οὐκ ἔθετο τὸν Θεὸν βοηθὸν αὐτοῦ. * cod. παυλον. * Ps. LI. 8.

Ἄνδρες αἱμάτων οἱ δαίμονές εἰσιν, οἱ τοὺς ἐν Χριστῷ ζῶντας ἐκχύσει αἵματος ἀποκτείναν-

1) Animadverte quomodo Origenes dicat Petrum fidei ac religionis extitisse mundo magistrum.

2) Quo pacto Samosatensem (si Paulum intelligit) nominat Origenes, qui aliquanto senior illo fuit, quamquam intra idem tertium Christi saeculum? Sane in codice nomen Origenis huic quoque fragmento appingitur; sed nihil vetat quominus, vel amanuensis mendum sit, ut in calculis facile usuvenit, vel quaelibet interpolatio.

v. 10. τες· οἱ δὲ εὐθεῖς ἐκζητήσουσι ψυχὴν αὐτοῦ· οὗτοι
οἱ τὰ αὐτῶν πρακτέα καὶ νενοημένα ποιῆσαι καὶ
νοῆσαι βουλόμενοι.

Ὄντως ὁ ἄφρων ἀκράτητον ἔχει τὸν θυμὸν
αὐτοῦ· οὗτος δὲ ταμιεύεται κατὰ μέρος, ἤγουν
v. 11. cod. f. 135. b. ἐπὶ τοῖς δικαίοις ὀργιζόμενος πράγμασι. καὶ πρὸς
μὲν τοὺς ἁπλουστέρους λεκτέον τοῦτο· πρὸς δὲ
τοὺς σπουδαίους, ὁ διὰ τῆς μακροθυμίας κατ-
αναλίσκων τὸν θυμὸν κατὰ μέρος.

Τοῖς μὲν φυλάξασι τὸν νόμον ὑπάρξει ἐξηγητὴς
ὁ κύριος ἐν τῇ βασιλείᾳ· τοῖς δὲ παρανομήσασιν,
v. 18. cod. f. 136. b. ἐξηγητὴς μὲν οὐχ ὑπάρξει, κολαστὴς δὲ ὑπάρξει.

Ὅτι οὐδεὶς κατὰ φύσιν σκληρὸς, παρίστησι
* Prov. XXIX. 19. τὸ, ἐὰν γὰρ καὶ νοήσῃ οὐχ ὑπακούσεται * ὁ γὰρ
v. 19. κατὰ φύσιν σκληρὸς, οὐκ ἂν ὀρθόν τι νοήσοι
ποτέ· τοῦτο δὲ λέγω διὰ τὸν Φαραὼ σκληρυν-
θέντα ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ, καὶ οὐ λόγοις ἀλλὰ μά-
στιξι παιδευθέντα.

Εἰ τὸ κατασπαταλᾷν, ἁμαρτάνειν ποιεῖ, πᾶς
δὲ ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρ-
v. 21. τίας, πᾶς ἄρα ὁ σπαταλῶν, δοῦλός ἐστι τῆς
ἁμαρτίας· ἐν δὲ τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ οὐκ ὀλίγα ἐφ'
ἑαυτῷ ὀδυνηθήσεται.

Ὑβριστὰς ταπεινοῖ κύριος, ταπεινοῖς δὲ δί-
δωσιν δόξαν.—Ὕβριν τὴν κακίαν φησίν· ὕβριν
v. 23. cod. f. 136. b. δὲ καὶ ταπείνωσιν ἀπωλείας προξενεῖ ἡ κακία
τοῖς πράττουσιν αὐτὴν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρί-
σεως· τοὺς δὲ ταπεινόφρονας ἡ δόξα, ἣν ἐδό-
ξαζον τὸν Θεὸν ἐν ὕμνοις καὶ τηρήσει τῶν ἐν-
τολῶν αὐτοῦ, δοξάσει αὐτούς· δόξα γὰρ θεοῦ τὸ
ποιεῖν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ· καθὼς αὐτὸς φησὶν
* I. Reg. II. 30. ὁ κύριος * ἀλλ' ἢ τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω·
ἡ δὲ κακία ὕβριν λογικῆς ψυχῆς προξενεῖ.

Κλέπτην οὐκ ἄλλον τινα, εἰ μὴ τὸν διάβολον
λέγει· ὁ δὲ μεριζόμενος, ἤγουν μέρος μὲν τῶν
v. 24. τοῦ θεοῦ προσταγμάτων τηρῶν, μέρος δὲ τοῦ πο-
νηροῦ ποιῶν, οὗτος μισεῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν· μι-
κρὸν γὰρ ὅσον καὶ τέλειον αὐτὸν κλέψας ὁ διά-
βολος, θύσει ἑαυτῷ· ὁ κλέπτης γὰρ, φησιν,
οὐκ ἔρχεται, εἰ μὴ ἵνα κλέψῃ καὶ θύσῃ καὶ ἀπο-
* Ioh. X. 10. cod. f. 137. a. λέσῃ *.—Ὅρκον εἶπε τὸν νόμον· ὥσπερ γὰρ ὁ ὅρ-
κος τίθησι τὸν Θεὸν ἐν ψυχῇ, οὕτω καὶ ὁ νόμος
εἰσάγει Θεὸν εἰς ψυχήν· καὶ ὃν τρόπον πάλιν ἀναι-
ρεῖ ἡ ἐπιορκία Θεὸν ἐκ ψυχῆς, οὕτω καὶ ἡ πα-
ρανομία ἐκβάλλει Θεὸν ἀπ' αὐτῆς· ἐὰν οὖν, φη-
σιν, νόμου τεθέντος ἀκούσαντες μὴ ἐξαγορεύσωσιν
ἑαυτῶν τὰς ἁμαρτίας, φοβηθέντες καὶ αἰσχυν-
θέντες ἀνθρώπους, ὑποσκελισθήσονται πρὸς ἀπώ-
* Ps. XXXI. 5. λειαν· οὕτω φησὶ καὶ ὁ Δαυὶδ * εἶπα, ἐξαγορεύσω
κατ' ἐμοῦ τὴν ἀνομίαν μου τῷ κυρίῳ, καὶ σὺ ἀφῆ-

cidunt. Recti autem exquirent animam eius. Hi sunt qui illorum acta et cogitata, mente et opere imitari volunt.

Revera insanus iracundiam suam continere nequit. Hic (sapiens) autem dispensat per partes, id est in rebus iustis irascitur. Et ad simpliciores quidem dicendum est hoc. Ad doctiores autem: qui cum longanimitate consumit iracundiam per partes.

Observantibus legem enarrator erit Dominus in regno: transgressoribus non erit enarrator sed punitor.

Neminem suapte natura durum esse demonstrat dictum illud: nam etsi intellexerit, non obediet. Qui enim suapte natura durus est, nihil rectum intelliget. Hoc autem aio propter Pharaonem induratum contra Israhelem, et non verbis sed castigationibus eruditum.

Si luxui indulgere, peccare facit; quisquis vero facit peccatum, servus est peccati; profecto omnis luxuriosus servus est peccati. Extrema vero die haud leviter sui causa dolebit.

Contumeliosos humiliat Dominus, humilibus autem gloriam tribuit.—Contumeliam heic dicit pro nequitia, quia reapse contumeliam et ruinae depressionem nequitia auctoribus suis conferet in die iudicii. At humiles ipsa gloria, qua Deum glorificarunt hymnis, et mandatorum observantia, extollet. Gloria enim Dei est praeceptis eius obedire. Quemadmodum ipse dicit Dominus: honorantes me honorabo. Nequitia vero contumeliam rationali animae infert.

Furem haud alium dicit quam diabolum. Qui vero in partes scinditur, id est partim quidem mandata Dei exsequitur, partim vero maligni, hic animam propriam odit. Sed hunc propediem totum suffurans diabolus, sibi immolabit. Fur enim, inquit Christus, non venit nisi ut furetur et mactet et perdat.—Iusiurandum dixit legem. Sicut enim iusiurandum Deum in anima ponit, sic etiam lex Deum in animam inducit. Et quemadmodum periurium Deum ex anima delet, ita legis violatio Deum ex illa abigit. Si ergo stante lege, peccata sua confiteri noluerint, metu ac pudore hominum, exitialiter subvertentur. Sic ait et David: confitebor adversus me iniustitiam meam Domino, et tu remisisti impietatem cordis mei. Et: dic tu prior pec-

cata tua, ut iustificeris. Item Salomon ait: qui operit iniquitatem suam, non prosperabitur: qui autem enarrat et vituperat, hic diligetur.

Quicumque mandata Dei observamus, angelos demeremur. Ipsi duces nostri sunt, suscepta ab initio tutela nostra, cum dividebat Altissimus gentes, statuebatque fines populorum secundum numerum angelorum Dei. Age vero demerendo duces nostros angelos, Dominique voluntate adimplenda, iustum a Domino praemium illa die consequemur, qua mundum iudicabit cum iustitia: quandoquidem omne iudicium pater filio tradidit.

κας τὴν ἀσέβειαν τῆς καρδίας μου· καὶ λέγε σὺ
πρῶτος τὰς ἁμαρτίας σου, ἵνα δικαιωθῇς *· καὶ πά- * Is. XLIII. 26.
λιν ὁ Σολομῶν φησίν *· ὁ ἐπικαλύπτων ἀσέβειαν * Prov. XXVIII. 13.
αὐτοῦ, οὐκ εὐοδωθήσεται· ὁ δὲ ἐξηγούμενος καὶ
ἐλέγχων, ἀγαπηθήσεται.

Ὅσοι κατορθοῦμεν τὰς ἐντολὰς, θεραπεύομεν
τοὺς ἀγγέλους· αὐτοὶ γάρ εἰσιν οἱ ἡγούμενοι ἡμῶν 1), v. 20.
ἀπ' ἀρχῆς λαβόντες ἡμᾶς, ὅτε διεμέριζεν ὁ ὕψιστος
ἔθνη, καὶ ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγ-
γέλων αὐτοῦ· ἐν δὲ τῷ θεραπεύειν ἡμᾶς τοὺς
ἡγουμένους ἡμῶν ἀγγέλους, ἐν τῷ θελήματι τοῦ
κυρίου, ἐν τῇ κρίσει δίκαιον ὑπάρξει ἡμῖν παρὰ
τοῦ κυρίου ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὅτε κρινεῖ τὴν οἰ-
κουμένην ἐν δικαιοσύνῃ· εἴ γε πᾶσαν τὴν κρίσιν
ὁ πατὴρ δέδωκε τῷ υἱῷ.

CAP. XXXI.

Fortitudo est optima qualitas animae rationalis, qua adversantes sibi inimicos anima superat.

Superata adversaria potentia, manubias inde capimus, litteraturam eius discendo: ut vitia eius palam facientes, non modo caveant a laqueis simpliciores, sed etiam quotquot irretiti fuerant facile effugiant.

Lanam linumque net anima, cum animatarum et inanimatarum doctrinas meditatur; vel cum practicae et physicae scrutatur methodos: vel cum incorporeorum theoriam practica ad se trahit consuetudine.

Noctu exsurgentem animam, vigilem invenit sponsus iustitiae sol, nec non enixe orantem ut ne in tentationem incidat, dicentemque: vigilavi et facta sum velut passer solitarius. Est autem cibus animae, meditatio divinorum eloquiorum: opera, sunt virtutes: ancillae, sensus. Haec ergo confert domicilio suo corporali aestimabilior pretiosis lapidibus anima.

Animam viri frugi dicit ecclesiam, lignum scientiae et lignum vitae habentem; scientiae ut legis, vitae ut verbi. Ipsa enim est ecclesia quae de latere Christi processit, eiusque sponsa inventa est, pudica et fortis mulier, fidem huic servans, eumque sponsum de caelis iterum expectans.

Fusus, est pura mens, virtutem virtuti agglomerans, et dogma dogmati: vel sermo

Ἀνδρεία ἐστὶν ἕξις ἀρίστη λογικῆς ψυχῆς,
καθ' ἣν τῶν ἀντικειμένων αὕτη κεκράτηκεν ἐχ- v. 10. cod. f. 137. b.
θρῶν.

Νικήσαντες τὴν ἀντικειμένην δύναμιν, σκυλεύο- v. 11.
μεν αὐτὴν, τοὺς περὶ αὐτῆς λόγους μανθάνοντες·
ἵνα τὰ κατ' αὐτὴν φαῦλα δῆλα ποιήσαντες, ἀπαγί-
δευτοι μένωσι, μὴ μόνον οἱ ἁπλούστεροι, ἀλλὰ καὶ οἱ
συλλαγωγηθέντες ῥᾳδίως ἐκφεύγωσιν ἀπ' αὐτῆς.

Μηρύεται τὸ ἔριον καὶ λίνον ψυχὴ, τοὺς περὶ v. 13.
ἐμψύχων καὶ ἀψύχων λόγους γυμνάζουσα· ἢ τοὺς
περὶ πρακτικῆς καὶ φυσικῆς ἐξετάζουσα λόγους·
ἢ τὴν περὶ σωμάτων καὶ ἀσωμάτων θεωρίαν διὰ
τῆς πρακτικῆς ἕλκουσα πρὸς αὐτὴν ἕξεως.

Ἡ καὶ τὴν ἐκ νυκτὸς ἀνισταμένην ψυχὴν, v. 15. cod. f. 138. a.
γρηγορεῦσαν εὑρίσκει ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος
νυμφίος· πάντως δὲ καὶ προσευχομένην τοῦ μὴ
ἐμπεσεῖν εἰς πειρασμὸν, λέγουσαν τὸ, ἠγρύπνησα
καὶ ἐγενόμην ὡς στρουθίον μονάζον ἐπὶ δώματος *· * Ps. CI. 8.
βρῶμα δέ ἐστι ψυχῆς, ἡ μελέτη τῶν θείων λόγων·
ἔργα δὲ, αἱ ἀρεταί· θεραπαινίδες δὲ, αἱ αἰσθή-
σεις· ταῦτ' οὖν παρέχει ἡ τιμιωτέρα λίθων πολυ-
τελῶν ψυχὴ τῷ σωματικῷ αὐτῆς οἴκῳ.

Τὴν τοῦ σπουδαίου ψυχὴν φησὶν ἔχουσαν ἐκ- v. 16.
κλησίαν ξύλον γνώσεως, καὶ ξύλον ζωῆς· γνώσεως
μὲν ὡς νόμου, ζωῆς δὲ ὡς λόγου· αὕτη γάρ ἐστιν
ἡ ἐκ πλευρᾶς Χριστοῦ προελθοῦσα, καὶ νύμφη
τούτου εὑρεθεῖσα, ἡ σώφρων καὶ ἀνδρεία γυνὴ,
ἡ τὴν πίστιν τούτου τηρήσασα, καὶ τοῦτον νυμφίον
ἀπ' οὐρανῶν πάλιν προσδοκῶσα.

Ἄτρακτός ἐστιν νοῦς καθαρὸς, συμπλέκων v. 19. cod. f. 138. b.
ἀρετὴν ἐπ' ἀρετῇ, καὶ δόγματι δόγμα· ἢ λόγος

1) Observa Origenis testimonium de custodibus hominum angelis.

προφορικὸς, ἕλκων ἀπὸ τοῦ νοῦ πνευματικὴν θεωρίαν.

externe prolatus, qui ex mente deducit spiritalem theoriam.

v. 21. cod. f. 139. a. Οὐκ ἂν προέλθοι νοῦς, οὐδὲ ἐν θεωρίᾳ γένοιτο τῶν ἀσωμάτων, μὴ τὰ ἔνδον διορθωσάμενος· ἡ γὰρ ταραχὴ τῶν οἰκείων ἐπιστρέφειν αὐτὸν εἴωθε πρὸς τὰ ἀφ' ὧν ἐξελήλυθεν· ἀπάθειαν δὲ κτησάμενος, χρονίσει τὲ ἐν τῇ θεωρίᾳ, καὶ οὐ φροντίσει τῶν ἐν οἴκῳ· ἐνδέδυνται γὰρ πάντες οἱ παρ' αὐτῆς· ὁ μὲν θυμὸς, πρᾳότητα καὶ ταπεινοφροσύνην· ἡ δὲ ἐπιθυμία, σωφροσύνην καὶ ἐγκράτειαν.

Mens non proficiet, neque theoriam incorporeorum adsequetur, nisi interiora sua recte composuerit. Nam proprii status perturbatio, solet mentem eo revocare, unde discesserat. Sed tranquillitatem cupiditatum adepta, demorabitur in contemplatione, et domesticarum rerum curam seponet: sunt enim omnes vestiti familiares eius: furor, lenitate et humilitate cupiditas, temperantia atque continentia.

v. 27. cod. f. 138. b. Σῖτα ὀκνηρὰ, τὰ ὀκνοποιοῦντα τυχεῖν τῆς βασιλείας τοὺς ἁπλουστέρους καὶ ἀφελεστέρους, ἡ εὐγνώμων καὶ θεοφιλὴς ψυχὴ οὐκ ἐσθίει, οὔτε μὴν τούτων γεύεται, εἰ τάχα τύχοι αὐτῶν ἐπιθυμῆσαι· τὰς κακίας γάρ φησι σῖτα ὀκνηρά.

Otiosas escas, et quae pigros ad regnum consequendum reddunt homines simpliciores, aut ineptiores, fidelis ac religiosa anima non comedit; et ne gustat quidem, si forte illorum cupiditas ei accidat. Porro iniquitates dicit escas otiosas.

v. 30. cod. f. 140. v. Ψευδεῖς ἀρέσκειαι, καὶ μάταιον κάλλος. Ἡ ἀφρονεστάτη ψυχὴ οὐ μόνον ἐννοεῖ καὶ φαντάζεται τὸ αὐτῇ ἀρεστὸν, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ ἐγχειρεῖ πληρῶσαι τὴν θεωρίαν· εἰ δὲ ἀρχὴ σοφίας φόβος κυρίου, δικαίως ἡ τυχοῦσα σοφίας ψυχὴ αἰνεῖ τὸν φόβον τοῦ κυρίου, ὃς γέγονεν αὐτῇ τῆς τοιαύτης γνώσεως πρόξενος.

Fallaces gratiae sunt et vana pulchritudo. Stultissima quaeque anima non modo cogitat et imaginatur, quod sibi est libitum, sed etiam in opus conferre adgreditur meditatum suum. Quod si initium sapientiae est timor Domini, merito anima sapientiam adepta, timorem Domini commendat, qui ei talis scientiae conciliator fuit.

ADDITAMENTUM.

Cap. I. 13. cod. ottob. 117. p. 16. Ἴσασι γὰρ ὅτι τὴν μὲν περὶ τὰ πρακτέα κέκτηται γνῶσιν, ἀρετῆς μὲν αἵρεσιν, φυγὴν δὲ κακίας, καὶ ὅτι κτῆσιν ἔχει τοὺς διδασκομένους ὑπ' αὐτοῦ· φασὶν οὖν ὡς αὐτὸν ἑλόντες, καὶ τούτοις χειρούμεθα· ἄλλως δὲ κτῆσις τοῦ δικαίου, σοφία καὶ φρόνησις, σύνεσίς τε καὶ ἀρετή· καταλαμβάνονται δὲ τὴν κτῆσιν ταύτην οἱ ἀσεβεῖς, πείθοντες τὸν δίκαιον ποιῆσαί τι τῶν ἀπηγορευμένων θεῷ· ἵνα τυφλωθεὶς ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας ὁ νοῦς ἐκπέσῃ τῶν ἁγίων τούτων κτημάτων.

Norunt enim, eum agendarum rerum scientiam possidere, et in propria potestate habere alumnos suos. Aiunt itaque, tamquam eo capto, hisce dominamur. Alioqui vero possessio iusti viri est sapientia, prudentia, intelligentia atque virtus. Occupant autem eiusmodi possessionem improbi, si quando iusto suadent ut aliquid a Deo vetitum perpetret: nempe ut mens peccato excaecata, a sancta huiusmodi possessione excidat.

Cap. X. 8. cod. reg. 77. p. 310. Τὸ μὲν συνετῷ δικαίῳ, καὶ τὰ δυσχερῆ τῶν πραγμάτων εὔκολα γίνεται· τῷ δὲ ἑτέρως ἔχοντι, καὶ τὰ εὔκολα καὶ ἀνάψυξίν τινα ἔχοντα, δυσχερῆ καθίσταται.

Sapienti iusto difficilia quoque negotia fiunt facilia. At ei qui aliter se habet, facilia etiam et solatium quoddam habentia, difficilia evadunt.

v. 21. cod. p. 318. Λόγον γὰρ ἔχουσι θεωρημάτων ἐπιστήμονα, μηδὲν ἔχοντες ὑψηλόν.

Theoreticam doctrinam habent, sed excelsum nihil.

FINIS ORIGENIS.

ΕΚ ΤΩΝ ΔΙΔΥΜΟΥ

ΕΙΣ ΠΑΡΟΙΜΙΑΣ ΣΟΛΟΜΩΝΤΟΣ

ΕΞΗΓΗΣΕΩΝ.

EX DIDYMI

IN PROVERBIA SALOMONIS

COMMENTARIIS.

CAP. I.

Proverbium est veluti si dicas: dulce est inexperto bellum. Et, gutta perpetua cavat lapidem.

Proverbii denominatio inde orta est, quod cum olim viae nullis signis interstinctae essent, illa nunc a Romanis appellata miliaria, antea vero dicta signa, prisci homines quibusdam in locis statuerunt, hisque inscripserunt aliquas quaestiones. Id porro duplici de causa factitabant tum ut viae quantitatem viatori indicarent, tum ut dum is legeret inscriptionem, et dum in huius intelligentia occuparetur, labore levaretur. Namque οἶμος (hinc παροιμία) via dicitur.

Cognoscere verba prudentiae, officium praecipue virtutis est, quod et ceteri interpretes satis declarant, qui non scripserunt prudentiae sed intelligentiae. Vel verba prudentiae dicit illa quae sunt sophistica et callide elaborata.

Reprehendens sacer sermo illos qui iustitiam simulant, et eam prout oportet se habere dicunt, ait: si vere utique iustitiam loquimini, recta iudicate, filii hominum.

Audio Theodotionis interpretationem, quam in editione sua posuit etiam Symmachus; hi enim problema scripserunt. Quid est igitur tenebrosus sermo? confusus scilicet sensu et phrasi; velut ille apud Isaiam prophetam. « Vae » terrae navium, trans flumina Aethiopiae! » Qui mittit in mare obsides, et epistolas » papyraceas super aquas. » Nihil enim horum sive in ratione parabolae dictionem perspicuam habet, sive alicuius historiae manifestam narrationem. Iam vero aenigmatis

Παροιμία ἐστὶν, οἷον, γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος· καὶ ῥανὶς ἐνδελεχοῦσα κοιλαίνει πέτραν. Cod. A. f. 1. vat. 1802. B. f. 5. C. reg. p. 28. Cat. latin. Peltp. 6.

Ἡ παροιμία εἴρηται· ἐν ἀρχῇ γὰρ ἔτι τῶν τρίβων οὐσῶν ἀσήμων, τὰ νῦν προσηγορευόμενα μίλια παρὰ Ῥωμαίοις, τότε σημεῖα καλούμενα, οἱ παλαιοὶ κατά τινας τῆς ὁδοῦ τόπους ἐτίθεσαν, καὶ τούτοις ἐπέγραφον τινὰ ζητήματα· τοῦτο γὰρ ἐποίουν δυοῖν ἕνεκεν, τοῦ τε γνωρίζειν τὸν ὁδεύοντα τὸ ποσὸν τῆς ὁδοῦ, καὶ τοῦ ἀναγινώσκοντα τὸ ἐπίγραμμα, καὶ περὶ τὴν τούτου σαφήνειαν γινόμενον, τοῦ καμάτου ἐπικουφίζεσθαι. Οἶμος γὰρ λέγεται ἡ ὁδός.

Τὸ γνῶναι λόγους φρονήσεως, κυρίως ἐστὶ τῆς ἀρετῆς δηλονότι, ὥσπερ καὶ οἱ λοιποὶ ἑρμηνευταὶ σαφηνίζουσιν, ἐκδεδωκότες ὡς οὐ φρονήσεως ἀλλὰ συνέσεως λόγους. Ἢ λόγους φρονήσεως φησὶ τοὺς σοφισματώδεις καὶ πανουργευμένους. v. 2. B. ol. f. 7. C. p. 117. 42.

Ἐλέγχων ὁ λόγος τοὺς ἐπιμορφαζομένους τὴν δικαιοσύνην, καὶ λέγοντας ἔχειν αὐτὴν ὡς δεῖ, φησίν· εἰ ἀληθῶς ἄρα δικαιοσύνην λαλεῖτε, εὐθείας κρίνατε υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. v. 2. A. f. 2. b.

Ἀκούω τοῦ Θεοδοτίωνος ἑρμηνείαν, ἣν ἐξέδωκε καὶ Σύμμαχος, ὅτι πρόβλημα ἐκδεδώκασιν· τί οὖν ἐστιν ὁ σκοτεινὸς λόγος; ὁ συγκεχυμένος κατά τε λόγον καὶ διάνοιαν καὶ φράσιν· οἷον τὸ παρὰ τῷ προφήτῃ Ἡσαΐᾳ *. « οὐαὶ γῆς πλοίων, » ἐπέκεινα ποταμῶν Αἰθιοπίας· ὁ ἀποστέλλων » ἐν θαλάσσῃ ὅμηρα, καὶ ἐπιστολὰς βιβλίνους » ἐπάνω τοῦ ὕδατος· » οὐδὲν γὰρ τούτων οὔτε ἐν παραβολαῖς τὴν λέξιν σαφῆ ἔχει, οὔτε μὲν ἱστορίας διήγησιν φανεράν· καὶ τοῦ μὲν αἰνίγματος ἔστι νοεῖν τὸ ῥητὸν, τοῦ δὲ σκοτεινοῦ v. 6. B. f. 12. b. C. p. 74. Pelt. lat. p. 36.

* Is. XVIII. 1.

B. f. 13. C. p. 78. Pelt. lat. p. 38. λόγου οὐδὲ τὸ ῥητόν.—Σκοτεινὸς μὲν λόγος, γενική ἐστι φωνή· ἡ δὲ παραβολή, ἰδική· σκοτεινὸς δὲ οὐ τὸν κατὰ στέρησιν φωτός, ἀλλὰ τὸν κεκρυμμένον, ὡς σκοτίζεσθαι τὸν ἀγνοοῦντα. Ῥήσεις δὲ τὰ καλλιεπῆ ἀποφθέγματα· αἴνιγμα δὲ λόγος μετ' ἐπικρύψεως σημαίνων τὸ ἀληθές· ὁποῖον ἐστὶ τό, διάνοιξον ὁ Λίβανος τὰς πύλας σου, καὶ καταφαγείτω πῦρ τὰς κέδρους σου.

v. 7. A. f. 5. b. Ἀληθὴς γὰρ φόβος, ἡ κατὰ σεβασμὸν εὐλάβεια· σύνεσις δὲ ἀγαθή. Εἰς τόδε ὑποστικτέον· οὐκ ἀρκεῖ γὰρ εἰς μακαριότητα τὸ εἰδέναι τὸ ἀγαθόν, εἰ μὴ καὶ πράττοι τις αὐτό· εὐσέβεια δὲ εἰς Θεόν, ἀρχὴ συνέσεως.

v. 8. B. f. 14. b. C. p. 92. Pelt. lat. p. 46. Πατὴρ μὲν δικαίων ὁ Θεός· πᾶς γὰρ ὁ ποιῶν τὴν δικαιοσύνην, ἐκ τοῦ Θεοῦ γεγέννηται· μήτηρ δὲ ἡμῶν ἡ ἐκκλησία, ἧς νυμφίος ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. Θεσμοὶ δὲ αἱ ἀποστολικαὶ διατάξεις 1)·—Εἰ καὶ ἀναγωγὴν ἔχει τὰ προκείμενα, (A. f. 6. b.) ἀλλ' ἐφαρμόζονται καὶ τοῖς κατὰ φύσιν γονεῦσιν, ὅταν θεοσεβεῖς ὄντες ἀνατρέφωσι τὰ τέκνα· ὄντος δὲ ἀνδρὸς τοῦ διδασκάλου τοῦ γεννήσαντος διὰ τοῦ εὐαγγελίου τοὺς παιδευομένους, σύζυγος τούτῳ καὶ μήτηρ τῶν τεχθέντων ἐστὶν ἡ ἐκκλησία, μᾶλλον δὲ ἡ ἐκκλησιαστικὴ γνώμη καὶ πολιτεία· ἣν τοίνυν ἐμοῦ, φησί, τοῦ παροιμιαστοῦ, νῦν ὡς καθηγητοῦ καὶ πατρός, νῦν δὲ σοφίας καὶ ἀρετῆς ἀντὶ μητρὸς κατακούσῃς, στεφθήσῃ χαρίτων στεφάνῳ, καὶ τὸν τράχηλον κοσμηθήσῃ κλοιῷ, ἐκ νοητοῦ χρυσοῦ καὶ κόσμου κατεσκευασμένῳ· ὕλη γὰρ στεφάνου ὃν ἀναδεῖται ἡ τοῦ ἔσω ἀνθρώπου κεφαλή, ἡ τῶν ἀρετῶν περιοχή, χάριτες ὀνομαζόμεναι τυγχάνουσι· συμφώνως τῷ στεφάνῳ νοητῷ ὄντι, ἐκληπτέον καὶ τὸν χρυσοῦν κλοιὸν ἐπιβαλλόμενον τῷ τῆς ψυχῆς τραχήλῳ, τουτέστι τῷ ὑποτακτικῷ αὐτῆς·

v. 9. B. f. 15. a. C. p. 94. P. lat. p. 47. Κορυφὴν δὲ καὶ τράχηλον λέγει τὸν νοῦν· κλοιὸν δὲ χρύσεον, τὴν γνῶσιν καὶ τὸν νοητὸν τῆς ψυχῆς κόσμον· ἢ κλοιὸς χρύσεος ἡ ὑποταγὴ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ τῶν θείων λογίων περιοχή.

v. 10. Καὶ τὸ σὺν ἄλλοις μὲν ἁμαρτάνειν, κόλασιν ἐπιφέρει· ἄνδρες γε μὲν ἀσεβεῖς, οἱ ἐν κακίᾳ τέλειοι.

v. 11. B. f. 15. b. Κρύπτουσιν εἰς γῆν, οὓς ἂν πείσωσι τὰ ἐπίγεια φρονεῖν· ἄνδρα δὲ δίκαιον νοήσεις τὸν οὐράνιον ἔχοντα φρόνημα· δύναται δὲ ταῦτα νοεῖσθαι καὶ εἰς Χριστόν, καὶ εἰς τὸν τῶν Ἰουδαίων λαόν.

v. 12. B. f. 16. a. Τὸ ἱκανὸν ἡ γραφὴ δηλοῖ διὰ τοῦ καταπιεῖν,

quidem saltem dictum intelligi potest, tenebrosi vero sermonis ne dictum quidem.—Tenebrosus sermo, est generalis vox; parabola, peculiaris. Tenebrosus haud ob lucis defectum, sed quia abtrusus est, ita ut tenebrae ignoranti oboriantur. Effata sunt venusta apophthegmata. Aenigma, oratio occulte significans rem veram; velut illud: aperi, Libane, portas suas, et devoret ignis cedros tuas.

Verus timor est in religione reverentia. Intellectus autem bonus. Heic interpungendum est. Non enim sufficit ad beatitudinem cognoscere bonum, nisi quisque id etiam opere exerceat. Pietas vero in Deum, initium intelligentiae.

Pater iustorum Deus. Quisquis enim iustitiam exercet, ex Deo natus est. Mater nostra ecclesia, cuius sponsus dominus noster Iesus Christus. Leges, sunt apostolicae constitutiones.—Etsi autem anagogen quoque habent supradicta, attamen accommodantur etiam naturalibus genitoribus, cum pro sua in Deum pietate liberos educant. Iam quum sit vir, magister ille qui gignit per evangelium alumnos suos, coniux huius, et natorum mater, ecclesia est, immo potius ecclesiastica doctrina et vivendi ratio. Si ergo me, inquit, proverbiorum auctorem, modo ut patris enarratorem, modo ut sapientiae et virtutis, id est matris, audies, cingeris gratiarum corona, et collum tuum torque ornabitur, ex intellectuali auro et ornamentis confecto. Materia enim coronae, qua interioris hominis caput cingitur, est virtutum circulus, quae gratiae appellantur. Itaque consonanter coronae intellectuali intelligendus est etiam torques aureus animae collo iniectus, id est obedientiae eius.

Verticem collumque dicit mentem: torquem vero aureum scientiam et intellectualem animae ornatum. Vel torques aureus, est subiectio Deo, et divinorum eloquiorum munimentum.

Peccare quoque cum aliis, non caret poena. Viri impii sunt, in nequitia consummati.

Obruunt eos sub terra, quibus suaserint terrena cogitare. Virum iustum illum reputabis, qui caelestem habet animi sensum. Possunt haec etiam de Christo et de iudaico populo intelligi.

Quod multum est, scriptura vocabulo de-

1) Animadverte testimonium Didymi de apostolicis constitutionibus.

gluticndi denotat; ut illic: ne abundantiore tristitia deglutiatur qui huiusmodi est. Aiunt itaque: hominem hunc caelesti animi sensu praeditum, devictum comprehendentes ad nos transferemus, ut terrena cogitet. Vivens autem deglutitur, qui rectam habens circa res agendas sententiam, hanc abiicit.

ὡς ἐν τῷ· ἵνα μὴ τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ τοιοῦτος· φασὶν οὖν, ὅτι τὸν οὐράνιον ἔχοντα φρόνημα καθελόντες καὶ νικήσαντες, εἰς ἑαυτοὺς μεταστήσωμεν, ὥστε τὰ ἐπίγεια φρονεῖν· ζῶν δὲ καταπίεται, ὁ δόξαν ἔχων ὀρθὴν περὶ τῶν πρακτέων, καὶ ταύτην ἀποβαλών.

CAP. II.

Consilium dicit, animi propositum, quo constituimus facere quae debemus, vel secus. Cogitationem vero dicit quae est circa visibilia, ut haec omittamus, et ad Deum accedamus, et mandata eius pro viribus observemus.

Βουλὴν δὲ λέγει τὴν προαίρεσιν, καθ' ἣν αἱ- v. 11. B. f. 20. b.
ρούμεθα τὰ πρακτέα ποιεῖν, ἢ καὶ μή· ἔννοιαν δὲ τὴν περὶ τὰ θεωρητὰ, ὥστε καταλιμπάνειν αὐτὰ, καὶ Θεῷ προσοικειοῦσθαι, τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ ὅση δύναμις φυλάττεσθαι.

CAP. III.

Qui virtutum consuetudinem habet, nec facile ad illarum exercitium torpet, hic habet eas inscriptas in tabula cordis sui, in penetrali videlicet animae suae seu perpetui adfectus, ne umquam adversarius te subvertat.

Corpus esse aio, animae virium congeriem. Ossa, sunt firmae vires eius: omnia enim ossa nostra dicent: Domine Domine.

Dextera eius, est divinarum rerum scientia, unde aeterna vita. Sinistra, est rerum humanarum cognitio.

Heic rursus vitae lignum appellat crucem. Nam iis qui sincere Christo adhaerent, multiplex ex ligno manat vita: et innitentibus basi eius, munita firmitas stat indeclinabiliter, velut iis qui in Domino tute sunt fundati.— Quod si vitae lignum sapientia Dei est, merito prohibitus est eam Adamus participare. Etenim in malitiosam animam sapientia non introibit, quoniam ex iustitiae fructibus pullulat arbor vitae. Non inveniens autem cui comparet sperantem in Dominum, in se convertit sermonem quasi loquatur de Domino: nam qui in eam incumbit, tamquam in Dominum, securus est.

Congruit hoc nunc quoque filio Dei, qui sapientia et prudentia Dei est. Sed et fidelis anima, terra est fructum centuplicem reddens. Illa vero ex pinguedine sapientiae fit sapiens, stabiliente eam in hac Deo patre. Fundat enim in ea doctrinae magisterium, eamque sapientia coagmentat, atque in melius semper pro-

Ἐν ἕξει τὰς ἀρετὰς ἔχων, μὴ ἐπιπολαίως v. 3. C. p. 136.
καταῤῥαθυμῶν αὐτῶν, οὗτος ἔχει αὐτὰς γεγραμμένας ἐπὶ πλακὸς τῆς ἑαυτοῦ καρδίας, ἐπὶ τοῦ βάθους δηλαδὴ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, ἤτοι τῆς διηνεκοῦς ἐπιθυμήσεως, ἵνα ὁ ἐξ ἐναντίας μὴ παρατρέπῃ σε.

Σῶμα τὸ ἄθροισμα τῶν δυνάμεων τῆς ψυχῆς
λέγω· ὀστᾶ, αἱ στερεαὶ δυνάμεις αὐτῆς· πάντα v. 8. A. f. 16. b.
γὰρ τὰ ὀστᾶ ἡμῶν ἐροῦσι, κύριε κύριε.

Δεξιὰ αὐτῆς, ἡ τῶν θείων ἐπιστήμη, ἐξ
ὧν ἡ αἰώνιος ζωή· ἀριστερὰ δὲ ἡ τῶν ἀνθρωπί- v. 16. C. p. 146.
νων γνῶσις.

Ἐνταῦθα πάλιν ξύλον ζωῆς, τὸν σταυρὸν v. 18. B. f. 21. b.
ὀνομάζει· τοῖς γὰρ εἰλικρινῶς ἐξηρτημένοις ἐν τῷ Χριστῷ, ἡ διάφορος ἐκ τοῦ ξύλου ἀποστάζει ζωή· τοῖς δὲ ἐπερειδομένοις ταῖς κρηπῖσιν αὐτοῦ, βεβαίωσις ὀχυρὰ πέπηγεν ἀκλινῶς, οἷα δὴ καὶ ἐπὶ κύριον ἀσφαλῶς ἱδρυμένοις.—Εἰ δὲ ξύλον ζωῆς ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ, δικαίως κεκώλυται μεταλαβεῖν αὐτῆς ὁ Ἀδάμ· εἰς γὰρ κακότεχνον ψυχὴν σοφία οὐκ εἰσελεύσεται· ἐπείπερ ἀπὸ καρπῶν δικαιοσύνης φύεται δένδρον ζωῆς· μὴ εὑρηκὼς δέ τινι ὁμοιώσει τὸν ἐλπίζοντα ἐπὶ κύριον, εἰς ἑαυτὸν μεταστρέφει τὸν λόγον, λέγων ὡς ἐπὶ κύριον· ὁ γὰρ ἐπερειδόμενος ἐπ' αὐτῇ, ἅτε δὲ εἰς Θεὸν ἐλπίζων, ἐστὶν ἀσφαλής.

Ἁρμόττει τοῦτο καὶ νῦν τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ, v. 20. B. f. 22. C. p. 150.
σοφίᾳ καὶ φρονήσει ὄντι θεοῦ· ἀλλὰ καὶ ἡ ψυχὴ ἡ πιστὴ, γῆ ἐστιν ἑκατονταπλασίονα καρποφοροῦσα· αὕτη δὲ ἐκ τῆς πιότητος τῆς σοφίας γίνεται σοφὴ, θεμελιοῦντος αὐτὴν ἐπ' αὐτῇ τοῦ θεοῦ καὶ πατρός· ἑδράζει γὰρ αὐτῇ τὴν εἰσαγωγὴν τῆς διδασκαλίας, πῆξιν ἀπὸ σοφίας ποιούμενος

ἐν αὐτῇ· καὶ ἀεὶ προκόπτουσαν αὐτὴν ἀποδεικνύς· οὐρανὸν δὲ ἐργάζεται καθαρώτατον κτίσμα, ἀγγέλων καὶ τῶν νοερῶν οὐσιῶν οἰκητήριον· λαβοῦσα δὲ αἴσθησιν τοῦ ὄντος, καὶ κατανοοῦσα τὴν τῶν πραγμάτων ἀκρίβειαν, οἷον τὸ πολύβυθον τῶν τοῦ Θεοῦ κριμάτων, νέφη ταῦτα προσεῖπεν· ἢ νέφη τοὺς προφήτας ἐκάλεσε, δρόσον τὴν διδασκαλίαν.

vehens, caelum veluti efficit, creaturam purissimam, angelorum et intellectualium substantiarum habitaculum. Illa autem sensu rerum existentium percepto, et illarum accuratam rationem considerans, quasi abyssum multam iudiciorum Dei, nubes ea nominavit. Vel nubes, prophetas appellavit; rorem, doctrinam.

v. 21. A. f. 18. b. Μὴ ἐκτὸς γένῃ τοῦ ποτίμου τῆς ζωῆς ὕδατος· βουλὴν δὲ λέγει τὴν περὶ πρακτέα κίνησιν· ἔννοιαν, τὴν περὶ τὰ θεωρητικά· τράχηλον τὴν αὐτὴν ψυχὴν εἶπε, τὴν βαστάσασαν τὸν ζυγὸν τοῦ κυρίου· ὥσπερ δὲ ὁ τράχηλος τοὺς στηθοδέσμους περίκειται, οὕτως ἡ ψυχὴ τὰ τοῦ Θεοῦ γέρα κομιεῖται ἐν τῇ βασιλείᾳ, ὡς καὶ ἐν τῇδε τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ.

Ne longe abeas a potabili vitae aqua. Consilium autem dicit, erga res agendas motum; meditationem, eam quae fit circa theoretica. Collum dicit ipsam animam, quae iugum Domini portat. Sicut autem collum pectoralibus praecingitur, sic anima dona Dei in regno gestabit, sicut heic mandata eius.

v. 33. A. f. 20. a. Τῶν ἀσεβῶν καὶ τὰ ἐπίδοξα κεκατήραται· τῶν δὲ δικαίων καὶ τὰ εὐτελέστερα ηὐλόγηται· οἶκον δὲ λέγει, τῆς λογικῆς ψυχῆς τὰς δυνάμεις· ἐπαύλεις δὲ, τὰς τοῦ θυμικοῦ καὶ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ· ἐν αὐταῖς γὰρ τὰ ἄλογα διατρίβουσι πάθη.

Impiorum res etiam splendidae maledictione feriuntur; at iustorum etiam viles benedicuntur. Domum dicit, rationalis animae facultates: tuguria, partem iracundam et concupiscibilem: ibi enim irrationales habitant passiones.

CAP. IV.

v. 8. A. f. 21. b. Τιμὴ σοφίας, ἡ τήρησις τῶν ἐντολῶν· σοφία δὲ ὁ Χριστὸς, οὗ νύμφη ἡ διὰ τῶν ἀρετῶν τιμῶσα αὐτὸν ψυχὴ, ἥτις ὑπ' αὐτοῦ περιληφθήσεται.

Honor sapientiae, mandatorum observantia. Sapientia Christus, cuius sponsa est, quae eum virtutibus honorat anima, quam ille amplexabitur.

v. 20. A. f. 22. a. Καθάπερ νηπίῳ τινὶ παιδίῳ ἔπαθλα ἀεὶ ταῖς προσοχαῖς τίθησι, καὶ διεγείρει ἔξω που διεπτοημένον· πηγαὶ δὲ ζωῆς αἱ ἀρεταὶ, ἀφ' ὧν τὸ ζῶν ὕδωρ, ἡ γνῶσις ἡ τοῦ Χριστοῦ. Τῷ κατὰ σοφίαν προκόπτοντι, πολλαὶ πηγαὶ καὶ οὐ μία γίνεται, ἀλλὰ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀρετῶν· τοῖς τὰς παραινέσεις, φησὶ φυλάττουσι ταύτας, ζωὴ γίνονται· αὗται τὸ ἆθλον.

Simplici veluti puerulo praemia semper proponit attentionibus eius, erigitque extra aliquando prolapsum. Vitae fontes, virtutes; unde aqua vivens, Christi agnitio. Proficienti sapientiâ multi fontes, non unus, sed pro virtutum numero. Iis qui observant has monitiones, vita fiunt. Item praemia sunt.

v. 26. A. f. 22. b. Τὴν κατὰ τὸν βίον πορείαν ὀρθῶς βάδιζε, φησί· πόδες εἰσὶ τῆς ψυχῆς αἱ μεταβατικαὶ ταύτης ὁρμαί· μεσότης γάρ ἐστιν ἡ ἀρετή.

Vitae iter recte persequere, inquit. Pedes sunt, tralaticii huius motus; nam virtus medium tenet.

CAP. V.

v. 2. A. f. 21. b. Μὴ πρόσεχε ἀπατηλῇ διδασκαλίᾳ, διὰ τῆς χρηστολογίας δελεαζούσῃ, τουτέστιν αἱρέσει καὶ τῇ εἰδωλολατρίᾳ καὶ ματαίοις ῥήμασι.

Cave adtendas fraudulentae doctrinae, quae per dulces sermones inescat, id est haeresi et idololatriae et vaniloquiis.

v. 3. A. f. 21. b. Μέχρι τῆς ἀκοῆς αὐτῶν τὸ καλόν· τοιαύτη γὰρ ἡ ἀπάτη· τὸ μὲν ὀλέθριον κρύπτειν εἴωθε, προβάλλεται δὲ τὸ ἡδὺ, ὥστε ἀπατᾷν· ἢ γὰρ ἂν εὐθέως ἀπεπήδησαν· ὁ δὲ Θεὸς οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τὸ ἡδὺ ἀποκρύπτει, τὸ δὲ ἐπίπονον προτίθησι· καὶ οὐκ εἶπεν ἀποῤῥεῖ, ἀλλὰ ἀποστάζει, ὡς μὴ

Auditûs tenus, harum rerum bonitas. Talis est erroris natura, perniciem celare solet, iucunditatem prae se ferre, ut decipiat; aliter enim, statim homines recederent. Non ita Deus, qui dulce celat, laboriosum proponit. Neque dixit defluit, sed destillat, ne satiatura vi-

deatur amaritudo; nam postea felle amarior sentietur. Non quanta est (vitii) dulcedo, tanta etiam amaritudo, sed multo maior.

Viae nomine mentem quae ad virtutem tendit, heic denotavit. Vel fortasse mandat virtuti ut nos a nequitia separet.

Id est in senectute. Vel carnium contritione denotat intemperantiam quae est quaedam corruptio.

Introducit hominem corruptum, qui semet vituperat quia disciplinam oderit, aitque: perii et contabui conterendo carnes meas in luxuriis, et vitam propemodum proieci. Ideo palam facta est punitio mea in medio ecclesiae ac synagogae. Est enim haec poenitentis vox, qui nondum est in ea extremitate cui proximus fuit. Par illud est: paene effusi sunt gressus mei. Namque evigilans, sentiensque, ubinam inquit prope fui? Quomodo igitur possumus ex natura orienti insaniae mederi.

Scientia, simul est puteus ac fons: his qui ad virtutes accedunt, puteus: illis qui in eis sunt perfecti, fons. Scientia dicitur etiam mater, uxor, soror: mater, quia per eam a magistro gignimur: uxor quia copulata parit virtutes et recta dogmata: soror, quia ex uno Deo existimus. Et dixi sapientiae: soror mea es.

Videsis quomodo non modo abundantiâ facilitatem ostendit, sed et neminem habendo gaudii participem. Duplicat autem eam rem, et possessionem appellat: novit enim eiusdem rei voluptatem.

προσκορῆ γενέσθαι τὴν πικρίαν· ὕστερον μέν τοι
πικρότερον χολῆς· οὐχ ὅσον τὸ ἡδὺ, τοσοῦτον
τὸ πικρὸν, ἀλλὰ πολλῷ πλέον.

Ὁδὸν εἶπεν ἐνταῦθα, τὸν ἐπὶ τὴν ἀρετὴν v. 8. A. f. 25. b.
ὁδεύοντα νοῦν· ἢ τάχα τὴν ἀρετὴν προστάσσει
χωρίζειν ἡμᾶς ἀπὸ κακίας.

Τουτέστιν ἐν γήρᾳ· ἢ διὰ τοῦ κατατριβῆναι v. 11. A. f. 26. a.
τὰς σάρκας, τὴν ἀκολασίαν δηλοῖ φθοράν τινα
οὖσαν.

Εἰσάγει τὸν διαφθαρέντα κακίζοντα ἑαυτὸν v. 12. Ibid.
ὡς μισήσαντα παιδείαν, καὶ φησίν· ἀπωλόμην
ἂν καὶ διεφθάρην, κατατρίψας τὰς σάρκας μου
ἐν ἀσωτίαις, καὶ τὴν ζωὴν αὐτὴν μικροῦ δεῖν
προσκάμην. διὸ φανερὸν ἐγένετο τὸ ἐπιτίμιόν μου
ἐν μέσῳ ἐκκλησίας καὶ συναγωγῆς· μετανενοηκό-
τος γὰρ ἡ φωνὴ, καὶ μὴ γεγονότος ἐν ᾧ παρ'
ὀλίγον γεγένηται· ὅμοιον καὶ τὸ, παρ' ὀλίγον v. 14.
ἐξεχύθη τὰ διαβήματά μου· ἀνανήψας γὰρ καὶ
αἰσθηθεὶς, ποῦ ἐστι, λέγει, τὸ παρὰ μικρόν·
πῶς οὖν ἔνι τὴν ἐκ τῆς φύσεως μανίαν παρα-
μυθήσασθαι;

Ἡ γνῶσις, καὶ φρέαρ ἐστὶ καὶ πηγή· τοῖς v. 15. A. f. 26. b. B. f. 31. b.
μὲν προσερχομένοις ταῖς ἀρεταῖς φρέαρ ἐστι· C. p. 100.
τοῖς δὲ κατ' αὐτὰς τελειωθεῖσι, πηγή· λέγεται
δὲ ἡ γνῶσις καὶ μήτηρ, καὶ γυνὴ, καὶ ἀδελφή·
μήτηρ ὅτι δι' αὐτῆς ὑπὸ τοῦ διδασκάλου γεγεν-
νήμεθα· γυνὴ, ὅτι συνοῦσα τίκτει ἀρετὰς καὶ
ὀρθὰ δόγματα· ἀδελφὴ, ὅτι ἐξ ἑνὸς Θεοῦ γεγό-
ναμεν· καὶ εἶπα τὴν σοφίαν ἀδελφήν.

Ὅρα ὡς οὐ μόνον τῇ ἀφθονίᾳ τὴν εὐκολίαν v. 16. A. f. 27. a.
ἐνδείκνυται, ἀλλὰ καὶ τῷ μηδένα κοινωνὸν ἔχειν
τῆς ἀπολαύσεως· διπλασιάζει δὲ αὐτὸ, καὶ κτῆ-
σιν ἀποκαλεῖ· οἶδε γὰρ τὴν τοῦ πράγματος ἡδο- v. 17.
νήν.

CAP. VI.

Ipsam brutorum naturalem operam imitare. Vel, vade dictum est pro scias. Multi enim theoriae tenus et auditus bene agunt, non autem usque ad disciplinam.—Apes dicit prophetas atque apostolos, quorum labores utiles sunt tum alta conditione praeditis tum etiam humilibus. Favum dicit negotia; mel, horum theoriam. Sicut ducit capellas cicur animal, ita rex apes. Pulchra res itaque in omni vita ordo est.

Insipiens est atheus, qui theoreticam abolet; iniquus, qui practicam.

Κἂν τὴν φυσικὴν τῶν ἀλόγων ἐργασίαν μίμη- v. 8. A. f. 30. b.
σαι· ἢ ἴσθι, τουτέστι πορεύου· πολλοὶ γὰρ ἀγα- B. f. 33. b.
θοεργοῦσιν ἀπὸ θεωρίας ἢ ἀκοῆς, καὶ οὐκ ἐξ C. p. 214.
ἐπιστήμης.—Μελίσσας λέγει προφήτας καὶ ἀπο-
στόλους, ὧν οἱ πόνοι χρήσιμοι τοῖς τε μεγάλοις
τὴν ἕξιν καὶ τοῖς βραχέσι· κηρὸν μὲν οὖν λέγει
τὰ πράγματα· μέλι δὲ, τὴν τούτων θεωρίαν.
Ὥσπερ ὁδηγεῖ τὰς αἶγας ὁ κτίλος, οὕτως ὁ
ἐσσὴν τὰς μελίσσας· καλὸν οὖν παρὰ πάντα
τὸν βίον ἡ τάξις.

Ἄφρων ὁ ἄθεος, ὁ τὸ θεωρητικὸν ἀπολέσας· v. 12. A. f. 31. b.
παράνομος δὲ, ὁ τὸ πρακτικόν.

CAP. VII.

v. 1. A. f. 35. a. Κατὰ κοινοῦ φύλαξον, ἵν᾽ ᾖ σοι, φησὶ, καὶ βιῶναι ζωὴν αἰώνιον, καὶ θεωρητικῷ γενέσθαι· πολλῷ γὰρ τοῦ τῶν ὀμμάτων φωτὸς λαμπρότερον αἱ τῶν θείων ἐντολῶν τηρήσεις ἡμῖν ἀναλάμπουσιν.

v. 2. C. p. 317. Χεὶρ ἡ ὁλοσχερὴς πρᾶξις, δάκτυλος δὲ ἡ μερικωτέρα· πειθόμενος δέ μοι, πλατεῖαν ἕξεις τὴν καρδίαν εἰς ὑποδοχὴν τῶν ἀρετῶν.

v. 19. A. f. 7. a. Συνοικεῖν ἀνδρὶ προσποιεῖται ὡς κατὰ νόμον βιοῦσα· καὶ ἀναιρεῖ πάντα τὰ φοβερὰ καὶ κωλυτικὰ, τὴν ἀποδημίαν προβαλλομένη τοῦ συνοικοῦντος.

v. 27. C. p. 301. Ὁ γὰρ οἶκος αὐτῆς ὁδοὶ ᾅδου εἰς ταμεῖα θανάτου κατάγουσαι· οἱ γὰρ πειθόμενοι αὐτῇ, χοϊκοὶ γινόμενοι παρ᾽ αὐτῆς καὶ γήϊνοι, οὕτως ἀπολοῦνται· τὸ δὲ ἐπὶ πέταυρον ᾅδου, οἱ λοιποὶ ἐν βάθεσιν εἶπον.

Lato sensu dicitur custodi; ut tibi contingat, inquit, vita aeterna frui, et esse speculativo. Ceterum multo oculorum luce splendidius divinorum mandatorum observantia fulget.

Manus est tota actio; digitus, pars eius. Si mihi obediveris, latum cor habebis ad virtutum receptionem.

Habitare cum marito simulat, quasi ad legis normam vivens: omnesque timores et impedimenta aufert, peregrinationem praetendens coniugis sui.

Domus eius viae inferni, quae ad mortis conclavia ducunt. Nam qui huiusmodi mulieri morem gesserint, lutei ab ipsa facti et terreni; sic peribunt. Quod autem heic dicitur « ad petaurum inferni » ceteri interpretes scribunt profunditatem.

CAP. VIII.

εἰς μόνας πράξεις ἐπιλήπτους ἄγων τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλὰ καὶ ἀπρονοησίαν ὁρίζων· πολλοὺς γοῦν ἔπεισεν ἀπροστασίαστον τὸν κόσμον δογματίσαι, πρότερος αὐτὸς ἐκπεσὼν τῆς ὀρθῆς περὶ διοικήσεως Θεοῦ καὶ κρίσεως γνώμης· παρίσταται τοῦτο ἐκ τοῦ λεγομένου τῷ θεῷ περὶ αὐτοῦ· ἀντανῃρεῖται τὰ κρίματά σου ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ κατακυριεύσει· οὐχ ὡς πάντως τοῦτο σχήσοντος, ἀλλὰ διὰ τὸ αὐτὸν τοῦτο προτεθεῖσθαι· ψεῦδος γὰρ, τὸ κύριον αὐτὸν πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ εἶναι ἢ γενήσεσθαι· μάλιστα γὰρ ἐχθροὶ αὐτοῦ εἰσὶν οἱ ἐν ἁγιότητι τέλειοι· ὧν οὐδενὸς βασιλεύει, μόνων δὲ τῶν ποιούντων τὴν ἁμαρτίαν κατακυριεύει· εἴρηται γάρ· « πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, » δοῦλός ἐστιν τῆς ἁμαρτίας. » κατακυριεύεται ὑπὸ τοῦ διαβόλου τοῦ ἐνεργήσαντος ἐν αὐτῷ τὴν ἁμαρτίαν.

v. 6. Κατὰ δὲ τὸ ἀκόρεστον τῆς κακίας αὐτοῦ, ἐστὶν τὸ ἑξῆς ἐπιφερόμενον· « εἶπεν γάρ, φησιν· οὐ » μὴ σαλευθῶ ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεὰν ἄνευ κα» κοῦ » δηλοῖ τὸ ῥῆμα τῆς ἀλαζονείας αὐτοῦ θράσος ὁμοῦ καὶ ἀναισχυντίαν. Ταύτῃ τῇ φωνῇ ἐπιστήσας τις, ἑρμηνεύσει περὶ μόνων τῶν ἀνθρώπων ἐχθρῶν αὐτοῦ κατακυριεύσειν· εἰ γὰρ ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεὰν εἶπεν ἐν τῇ καρδίᾳ ἄνευ κακοῦ μὴ δὲ πώποτε κεκλονῆσθαι, φανερὸν ὡς περὶ τῶν κατὰ διαδοχὴν ἐχόντων τὸ εἶναι μόνων ἀνθρώπων εἴρηται· πλὴν οὐδὲ τοῦτο πάντως ἀληθές· τῶν γὰρ ἁγίων πατριαρχῶν καὶ προφητῶν καὶ ἀποστόλων οὐκ ἐκυρίευσεν· μᾶλλον γὰρ αὐτοὶ αὐτὸν ὑπὸ πόδας ἔσχον, τοῦ Ἰησοῦ τὴν ἐξουσίαν ταύτην ὀρέξαντος.

v. 7.

« Οὗ ἀρᾶς τὸ στόμα αὐτοῦ γέμει καὶ πι» κρίας καὶ δόλου· ὑπὸ τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ κό» πος καὶ πόνος. » Ὁ τῆς ἁγιότητος αὐτοῦ ἐκπεσὼν, τῆς ἀληθείας καὶ εὐλογίας πόῤῥω ἑαυτὸν ἀπαγαγὼν, τὸ στόμα πλῆρες ἔχει ἀρᾶς, δι' ὧν λέγει πειρώμενος ὑπὸ κόλασιν καὶ ἀρὰν ποιεῖν τοὺς ἀπατωμένους· ἔχει δὲ αὐτοῦ ὁ λόγος σὺν τῷ δολερῷ πολλὴν δεινότητα· διὸ σὺν τῇ ἀρᾷ καὶ πικρίας καὶ δόλου ὁ λόγος αὐτοῦ πλήρης ἐστὶν, [λόγον] στόμα αὐτοῦ καλοῦμενος· καὶ ἐπὶ τούτων ἐπὶ τὸ βλάψαι καὶ ἀπολέσαι προφέρει ὑπὸ τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ· αὕτη δὲ ὁ λόγος ὁ δολερός ἐστιν, πόνος καὶ κόπος ὑπάρχει· οὐδὲν γὰρ προσηνὲς ἢ χρηστὸν, ἀλλ' εἴ τι

v. 8. A. f. 68. B. f. 39. b. κόπον καὶ πόνον ἐμποιοῦν προφέρει.

Διὰ πάντων βλαπτικὸς καὶ ἀπωλείας προθέ-

do actus trahens homines, verum etiam Dei providentiam negans. Multis itaque suadet, mundum sine Dei gubernatione credere, postquam ipse primus a recta excidit de Dei gubernatione et iudicio sententia. Hoc probatur ex his quae Deo de peccatore dicuntur: auferuntur iudicia tua a facie eius, omnium inimicorum suorum dominabitur; non quod omnino id sit consecuturus, sed quia id potius sibi faciendum proposuerit: namque falso diceretur, ipsum omnium inimicorum suorum dominum esse vel fore. Praecipui enim inimici sunt homines sanctitate perfecti, quorum neminem possidet, sed illis tantummodo qui peccatum faciunt dominatur. Dictum est enim: « omnis qui facit peccatum, servus est pec» cati. » Ergo a diabolo imperio premitur, qui in ipso peccatum operatur.

Ex immodica autem malitia eius, quae sequuntur dimanant. « Dixit enim: non move» bor a generatione in generationem, sine ma» lo. » Quae dictio superbiae ipsius audaciam impudentiamque demonstrat. Verumtamen hac animadversa locutione, aliquis interpretari volet, quod hominibus tantummodo inimicis suis dominabitur: nam si a generatione in generationem dixit in corde suo, se mali expertem numquam iri commotum, constat de hominibus tantum serie generis sibi succedentibus verba fieri. Atqui ne hoc quidem prorsus verum est. Nam sanctis prophetis et apostolis non est dominatus; sed ipsi potius cum pedibus suppositum habuerunt, hanc Iesu potestatem tradente.

« Cuius maledictione os plenum est, et ama» ritudine ac dolo: sub lingua eius labor ac » dolor. » Qui a Dei sanctitate excidit, et a veritate ac benedictione se abducit, os habet maledictione plenum, dans operam scilicet ut poenae et maledictioni obnoxios faciat quos ipse decepit. Habet autem oratio eius multam cum fallacia vim. Propterea maledicto, amaritudine, ac dolo sermo eius redundat; os dicens pro sermone eius: atque ut noceat et perdat, haec gerit sub lingua sua; talis vero sermo dolosus est, dolor laborque: nihil enim habet blandum bonumve; sed quicquid dolorem laboremque ingerit, id eloquitur.

Cum usquequaque se noxium et exitiosum

esse decreverit, deligit sibi socios homines qui divite oratione esse videntur, fallacibus nimirum verbis utentes: cumque iis clam sedens, ut qui sit lateat, insidias struit, quibus innocentem interimat, igneis suis illum vulnerans telis: sunt enim haec mortifera, utpote quae a comite virtutis vita abstrahunt hominem his armis confixum. Attamen sic etiam interpungere possumus: sedet in insidiis cum divitibus: dehinc facta interpunctione prosequemur, ut in occultis innocentem occidat: nam quia in occultis amphibolian habet, utrimque interpungi potest: quod nuper primo fecimus interpungendo: sedet in insidiis, cum divitibus in occultis. Postea vero legere maluimus: sedet in insidiis cum divitibus, ut in occultis innocentem occidat. Attamen quamvis insidiatur, cum praedictis divitibus sedens ut capiat occidatque innocentem, nihilominus sciendum est, ab eo neminem qui secundum Deum sit sapiens posse feriri, utpote armatura Dei munitum. Unde oculos in inopem intendit, sperans ipsum capere; quasi ille esset pauper, qui uritur ob impii superbiam. Insidiatur in abscondito ceu saevus leo in spelunca sua, ut pauperem dolosa oratione abripiat, et quandoque etiam operibus: quem etiam, postquam laqueo comprehendit, ad apostasiam trahet. Immanis enim fera est, immo vero leo. Igitur saepe insidians, dum de parsimonia disserit, latenter avaritiam suadet: et de pudicitia loquens, luxuriae aliquam speciem insinuat. Sic Evam fraudulenter in paradiso ad mandati transgressionem perpulit, parem illam fore Deo dictitans. Sic Iudam avaritia illaqueavit.

Quod incurvatus iacet, demonstrat eum fixo deorsum oculo procubuisse. Quid ni enim ille deorsum spectat, qui providentiam negat, dum ait: oblitus est Deus, et reliqua?

Quum sine mora possis superbum humiliare, qui turbatos ab ipsius audacia opprimit, cur inquam quum possis optime his auxiliari, sinis eos tempore aliquo in pressuris versari? cuius certe rei aerumnam a te spectari scitum est. Verum ita contingit, ut qui a temporali calamitate eruditi fuerint, sponte se tradant in manus tuas, cupientes posthinc a te regi atque doceri. Tibi ergo derelictus est pauper: tu salutis eius negotium

μενος εἶναι αἴτιος, ἐπιλέγεται δοκοῦντας εἶναι πλουσίους ἐν λόγῳ, ψευδώνυμον λόγον ἔχοντας ἀνθρώπους· καὶ σὺν αὐτοῖς καθεζόμενος κεκρυμμένως ἐπὶ τὸ λανθάνειν τίς ἐστιν, ἐνεδρεύειν πειρᾶται ἵνα ἀθῶον ἀποκτείνῃ, τρώσας αὐτὸν τοῖς πεπυρωμένοις αὐτοῦ βέλεσιν. Θανάτου γὰρ ποιητικὰ ταῦτα, κατασπῶντα ἀπὸ τῆς σὺν ἀρετῇ ζωῆς, τὸν ὑπὸ τῶν βελῶν βαλλόμενον· στίξαι δυνατὸν καὶ οὕτως· ἐγκάθηται ἐνέδρᾳ μετὰ πλουσίων· μεθ' ὃ στίξαντες ἐπιφέρομεν, ἐν ἀποκρύφοις ἀποκτεῖναι ἀθῶον· τὸ γὰρ ἐν ἀποκρύφοις ἀμφιβολίαν ποιοῦν, ἑκατέρως διαστέλλεται· ὅπερ ἤδη πεποιήκαμεν πρότερον, στίξαντες ἐγκάθηται ἐν ἐνέδρᾳ μετὰ πλουσίων ἐν ἀποκρύφοις· ὕστερον οὕτως ἀναγνόντες ἐγκάθηται ἐν ἐνέδρᾳ μετὰ πλουσίων, ἐν ἀποκρύφοις ἀποκτεῖναι ἀθῶον· πλὴν εἰ καὶ ἐνεδρεύει, πλουσίοις τοῖς προειρημένοις συγκαθήμενος ἐπὶ τῷ ἑλεῖν καὶ ἀποκτεῖναι ἀθῷον, ἀλλά γε ἐπιστατέον ὡς οὐδένα τῶν κατὰ Θεὸν σοφῶν τρῶσαι δύναται ἐνδεδυμένων τὴν πανοπλίαν Θεοῦ· ὅθεν τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν πένητα ἔχειν, πειθόμενος αὐτὸν ἔχειν ἁλωτὸν, τὸν αὐτὸν ὄντα τῷ ἐμπυριζομένῳ πτωχῷ ἐπὶ τῇ τοῦ ἀσεβοῦς ὑπερηφανίᾳ· ἐνεδρεύει ἐν ἀποκρύφῳ οἷα ἄγριος λέων ἐν τῇ μάνδρᾳ αὐτοῦ, τοῦ ἁρπάσαι πτωχὸν διὰ λόγων ἀπατηλῶν, ἔστιν δ' ὅτε καὶ διὰ πράξεων· ὃν καὶ ἑλκύσει μετὰ τὸ ἁρπάσαι ἐν τῇ παγίδι αὐτοῦ, ἐπὶ τῷ καταφυγεῖν· θὴρ γὰρ ἄγριός ἐστιν, μᾶλλον δὲ αὐτὸ τοῦτο λέων· πολλάκις γοῦν ἐνεδρεύων, περὶ οἰκονομίας ὅθεν ὁμιλῶν, ἐγκρύπτει τὸν περὶ φιλαργυρίας λόγον· ὡς περὶ σωφροσύνης φθεγγόμενος, τρόπον ἀκολασίας ὑποβάλλει· οὕτως τὴν Εὔαν ἠπάτησεν ἐν τῷ παραδείσῳ διὰ τῆς παραβάσεως τῆς ἐντολῆς, ἰσοθεΐαν ὑποβάλλων· καὶ τὸν Ἰούδαν διὰ φιλαργυρίας.

Τὸ κύψαι κείμενον δηλοῖ, ὡς κάτω στρέψας v. 10.
τὸν ὀφθαλμὸν ἔπεσεν· πῶς γὰρ οὐ κάτω τὴν
βλέψιν ἔχει ὁ ἀθετῶν πρόνοιαν διὰ τοῦ λέγειν,
ἐπιλέλησται ὁ Θεὸς, καὶ τὰ ἑξῆς;

Δυνάμενος παραχρῆμα ταπεινῶσαι τὸν ὑπερή- v. 12. A. f. 59.
φανον καταδυναστεύοντα τοὺς ταραττομένους ἐπὶ
τῇ θρασύτητι αὐτοῦ, διά τι χρήσιμον βοηθῆσαι
αὐτοῖς δυνάμενος, εἴασας αὐτοὺς χρόνον τινὰ
θλιβῆναι; ἐφ' ᾧ γινομένῳ ἐγνώσθης οὐ μόνον καὶ v. 13.
τὸν ἐπ' αὐτῷ καὶ δι' αὐτοῦ πόνον κατανοῶν· γέ-
γονε δὲ τοῦτο, ἵν' οἱ ὠφεληθέντες διὰ τῆς προσ-
καίρου κακώσεως, ἑκουσίως ἑαυτοὺς παραδῶσιν
εἰς τὰς χεῖράς σου, πόθον λοιπὸν ἔχοντες παι-
δεύεσθαι καὶ ἄρχεσθαι ὑπὸ σοῦ· σοὶ οὖν ἐγκα- v. 14.

καλέλειπται ὁ πτωχός· σὺ τὰ περὶ τῆς σωτηρίας
B. f. 60. b. αὐτοῦ οἰκονομήσεις, ἵνα πλούσιον αὐτὸν ποιήσῃς
ἀγαθὰ οὐρανόθεν παρασχών· οὕτω καὶ ὀρφανῷ
αὐτὸς βοηθεῖ, προϊστάμενος καὶ ἀνατρέφων αὐ-
τὸν εἰς υἱοῦ τάξιν· ὀρφανὸν ἐν τούτοις ἐκλαβεῖν
δεῖ τὸν ποτὲ ἔχοντα τὸν πατέρα τὸν διάβολον
διὰ κακίαν· νῦν δὲ αὐτὸν ἀποβαλόντα μετανοίας
v. 15. τρόπῳ· ἁμαρτωλὸς δὲ τίς καὶ πονηρός, μετὰ τοῦ
ἄρθρου εἰρημένος, ἢ ὁ διάβολος; τούτου ὁ βρα-
χίων ὑπὸ κυρίου συντρίβεται, καὶ ἡ ἁμαρτία αὐ-
τοῦ ζητουμένη οὐχ εὑρίσκεται, ἔχουσα ἐν τῷ
ἐπιτελεῖσθαι τὸ τέλος λαβοῦσα· οὐ γὰρ οὐσία
τίς ἐστιν τὸ κακόν, ἀλλὰ ποιότης· καὶ οὕτως
ἐνστήσεται τὸ ἐπὶ πᾶσι τέλος, οὗ χάριν τὰ ἄλ-
λα πάντα γέγονεν· αὐτὸς δὲ οὐδενὸς ἕνεκά ἐστιν.
v. 16. B. f. 61. » Βασιλεύσει κύριος εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς
» τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· » ὡς τῆς βασιλείας
αὐτοῦ μὴ εἶναι τέλος· οὐ γὰρ οἷόν τε τὸν αὐτὸν
ὑπὸ δύο κυρίους καὶ βασιλεῖς εἶναι· ὅτε ἐκυρίευεν
καὶ ἐβασίλευεν ἡ ἁμαρτία, τοῦ αὐτὴν ποιοῦν-
τος, ὁ θεὸς οὐ κύριος, οὐ βασιλεὺς τοῦ ἁμαρ-
τάνοντος ἦν· ἐπειδὴ δὲ ζητηθεῖσα ἡ ἁμαρτία ἡ
βασιλεύουσα τοῦ ἐνεργοῦντος αὐτὴν οὐχ εὑρέθη,
« κύριος εἰς τὸν αἰῶνα βασιλεύει καὶ εἰς τὸν αἰ-
» ῶνα τοῦ αἰῶνος· ἀπολεῖσθε ἔθνη ἐκ τῆς γῆς
» αὐτοῦ. » Γῆ τοῦ θεοῦ, ἡ ἀγαθὴ καρδία εἴρη-
ται· ἐκ ταύτης τῆς γῆς ἔθνη ἀπόλλυνται, ὅτ'
ἂν ἐκβληθῇ πᾶν ἐνθύμημα φαῦλον καὶ λογισμὸς
πονηρός· ἔθνη γὰρ τὰ φαῦλα ἐνθυμήματα καὶ
λογισμοὶ εὐεργεσίᾳ θεοῦ ἀπολλύμενα· εἰ δὲ καὶ
τὴν τῶν πραέων γῆν δηλοῦσθαί τις βούλεται,
κυρίου γὰρ καὶ αὐτή, ἀπόλλυνται ἐκ τῆς γῆς
ταύτης ἔθνη· πᾶς γὰρ ὁ ἁμαρτάνων οὐκ ἐπιτρε-
πόμενος εἰς αὐτὴν ἀναβῆναι· μόνοι γὰρ ἅγιοι
κληρονομήσουσιν αὐτήν· εἴρηται γὰρ πρός τινος
ἁγίου, πιστεύω τοῦ ἰδεῖν τὰ ἀγαθὰ κυρίου ἐν
γῇ ζώντων· καὶ πρὸς ἄλλον ὁ θεὸς εἶπεν· ἀνα-
βιβάσω σε ἐπὶ τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς.

v. 17. « Τὴν ἐπιθυμίαν τῶν πενήτων εἰσήκουσας,
» κύριε, τὴν ἑτοιμασίαν τῆς καρδίας αὐτῶν προσ-
» έσχε τὸ οὖς σου· » ἐπιθυμία τῶν πενήτων
ὑπῆρχεν τὸ πεσεῖν τὸν τυραννικῶς κατακυριεύ-
σαντα αὐτῶν· ἐπεὶ οὖν ὑπῆρκται αὕτη, συν-
τριβέντος τοῦ βραχίονος τοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ πο-
νηροῦ, εἰκότως θεῷ τῷ τὰς καρδίας ἐπισταμένῳ
καὶ τὸ κρυπτὸν εἰδότι, ἡ ἐπιθυμία αὐτῶν πε-
φανέρωται, ἐνεργὴς οὖσα προσευχή· εἰσήκουσεν
δὲ αὐτῶν ὁ κύριος, προσχόντος τοῦ ὠτὸς αὐτοῦ
τῇ ἑτοιμασίᾳ τοῦ ἡγεμονικοῦ αὐτῶν· πῶς γὰρ οὐχ

curabis, ut eum divitem supernis bonis efficias. Sic etiam orphano ipse auxiliatur, patrocinans atque alens in filii loco. Orphanum heic intelligere oportet hominem, qui olim diabolum habuit patrem ob suam malitiam; nunc vero illum per paenitentiae mores abiecit. Iam quinam peccator sit et improbus, praesertim si (more graeco et italico) cum articulo proferatur, nisi diabolus? Huius brachium a Domino conteritur; et peccatum eius conquisitum non invenitur, quia in quo patratur articulo, in eodem desinit: non enim substantia aliqua est peccatum, sed qualitas. Ita eveniet ut sit quidem supremus finis, cuius causa omnia fiunt; ipse autem a nulla causa est.

« Regnabit Dominus in aeternum, et in sae- » culum saeculi » ita ut regni eius nullus sit finis. Neque enim fieri potest, ut idem homo sub duobus dominis regibusve sit. Cum dominabatur regnabatque peccatum, eius qui illud patrabat non erat Deus dominus, neque rex peccatoris audiebat. Postquam vero conquisitum quod dominabatur auctori suo peccatum, inventum non est, « Dominus in aeternum regnat et in saeculum saeculi. Peribitis gen- » tes de terra ipsius. » Terra Dei, cor bonum dicitur: de terra hac gentes pereunt, quando scilicet prava quaelibet animi molitio et omnis mala cogitatio expellitur. Nam gentium nomine denotantur prava animi molimina et cogitationes, quae Deo favente pereunt. Quod si quis terram mansuetorum heic designari vult, nam et haec Domini est, pereunt ex hac terra gentes: siquidem nemo peccator in hanc ingredi sinitur: nam sancti tantummodo eam possidebunt. Dictum est enim a quodam sancto viro: credo videre bona Domini in terra viventium. Atque alii Deus dixit: extollam te ad bona terrae.

« Desiderium pauperum exaudisti, Domine: « praeparationi cordis eorum intendit se auris » tua. » Desiderium pauperum fuit, ut is caderet, qui tyrannide ipsos premebat. Quia vero id contigit, fracto peccatoris atque improbi brachio, recte Deo cordium cognitori et arcanorum conscio, desiderium pauperum patefactum est efficaci prece. Audivit autem eos Dominus, voluntati ipsorum aurem praebens. Quid ni enim paratum cor haberent propriae saluti, qui praedictorum bo-

norum cupidi erant, suamque animam ad promissum Dei regnum capiendum comparaverant?

ἕτοιμον τὴν καρδίαν εἶχον πρὸς τὸ σωθῆναι οἱ τῶν προλεχθέντων ἔχοντες ἐπιθυμίαν, καὶ ἑτοίμην ἑαυτῶν ποιοῦντες τὴν ψυχὴν εἰς τὴν ἐπηγγελμένην αὐτοῖς βασιλείαν τοῦ Θεοῦ;

Duplici heic quoque sensu hominis vocabulum est accipiendum; nempe et de mortali logico animante in superbiam elato; et de diabolo dicente: « mundum universum manu capiam; neque erit qui me effugiat, aut mihi resistat. » Utique iam ulterius non gloriabitur, sanctis pede potentiam eius prementibus, propter datam ipsis abs Iesu facultatem.

Διχῶς καὶ ἐνταῦθα τὸν ἄνθρωπον ἐκληπτέον, v. 18. A. f. 60.
εἴς τε τὸ θνητὸν λογικὸν ζῶον ἀλαζονευόμενον, καὶ εἰς τὸν λέγοντα διάβολον « τὴν οἰκουμένην » ὅλην καταλήψομαι τῇ χειρὶ, καὶ οὐκ ἔστιν » ὃς διαφεύξεταί με, ἢ ἀντείπῃ μοι· » οὐ γὰρ ἔτι μεγαλαυχήσει συντριβόμενος ὑπὸ τοὺς πόδας τῶν ἁγίων πατούντων αὐτοῦ τὴν δύναμιν, Ἰησοῦ τοῦτο χαρισαμένου.

PSALMUS X

« In Domino confido, quomodo dicitis animae meae etc. Ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt sagittas in pharetra, et reliqua. » Quibus dictis adhortatur animam suam, ut se attollat passeris instar alis virtutis, ut altos transcendens spiritales montes, incolumis maneat. Verum utcumque huius lectionis distinctio facienda sit, certe in Domino confidendum est.

« Ἐπὶ τῷ κυρίῳ πέποιθα, πῶς ἐρεῖτε τῇ ψυχῇ v. 1. A. f. 60. b.
» μου κ. τ. λ. Ἰδοὺ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἐνέτειναν τόξον, ἡτοίμασαν βέλη εἰς φαρέτραν, καὶ τὰ ἑξῆς. » Ἐφ' οἷς εἰρημένοις παρορμᾷ τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ μετεωρισθῆναι δίκην στρουθίου πτεροῖς ἀρετῆς, ἵνα περάσας ἐπὶ τὰ ὕψος ἔχοντα ὄρη πνευματικὰ, ἀβλαβὴς διαμείνῃ· ὅπως δ' ἂν ἔχῃ τὰ τῆς διαστολῆς τοῦ ἀναγνώσματος, πεποιθέναι ἐπὶ κύριον προσήκει.

Spiritali autem sensu, multis calliditate pollentibus tum visibilibus tum etiam invisibilibus hostibus, qui intentam voluntatem habent, et qui ob paratam vim arcui intento comparantur. Sed et parata tela, sermones diserti sunt. Haec tibi configendo adsunt. Tu tamen (o anima) celsis in montibus mansionem habes: illic posita, nequaquam vulneraberis. Dictum porro est, diviniores scripturarum sententias, montium appellatione designari; nec non etiam sapientes magistros apostolos ac prophetas. Verbum transmigra in montes sicut passer, possumus hoc sensu dictum a Spiritu reputare, hortante ad secessum animam, quae venenata sagittariorum tela vitare velit. Quod si forte invisibiles ipsae potestates et arcitenentibus similes, dicant: transmigra in montes sicut passer, dici hoc irridenter putabimus, dum eos denotare volunt qui toto corde Deo confidunt. Item quia tenebrarum noctisque filii sunt, qui hac sophistica oratione utuntur, tamquam sagittarii per obscuram noctem tela vibrare constituunt adversus homines recto corde praeditos.

Κατὰ θεωρίαν δὲ, πολλῶν σοφιστικῶς παρε- v. 2. B. f. 13.
σκευασμένων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ἐχθρῶν, ὡς ἤδη τὸ ἡγεμονικὸν ἔχειν τεταμένον, δι' ἑτοιμασίαν τόξῳ ἐντεταμένῳ ἐοικός· ἀλλὰ καὶ βέλη ἕτοιμα, λόγοι δὴ πιθανοί· ταῦτα πρὸς τὸ κατατοξεῦσαί σε· ἔχεις διατριβὴν ἐν ὑψηλοῖς ὄρεσιν· ἐνταῦθα γενομένη οὐ τρωθήσῃ· εἴρηται δὲ ὡς τὰ θειότερα τῶν γραφῶν νοήματα τῇ τῶν ὀρῶν προσηγορίᾳ σημαίνεται· πρὸς τούτοις καὶ οἱ σοφοὶ διδάσκαλοι ἀπόστολοι καὶ προφῆται, δυνατὸν ὑπὸ τοῦ πνεύματος εἰρημένον ἐκλαβεῖν τὸ μετανάστευε ἐπὶ τὰ ὄρη ὡς στρουθίον, προτρεπομένου ἀναχωρεῖν, τὸν διαδρᾶναι θέλοντα τὴν ἰοβόλον τρῶσιν τῶν τοξοτῶν· εἰ δὲ καὶ ἀόρατοι δυνάμεις αἱ αὐταὶ οὖσαι, ἢ συγγενεῖς τοῖς τοξόταις, λέγοιεν τὸ μετανάστευε ἐπὶ τὰ ὄρη ὡς στρουθίον, χλευαστικῶς αὐτὸ εἰρημένον ἐκληψόμεθα, ὑποδηλῶσαι θελόντων τοὺς ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἐπὶ Θεὸν πεποιθότας· εἶτ' ἐπεὶ σκότους υἱοὶ καὶ νυκτός εἰσιν οἱ πρὸς τὸ οὕτως σοφιστεύειν παρεσκευασμένοι, τοξόται ἐν ἀφεγγεῖ νυκτὶ κατατοξεύειν προτίθενται τοὺς εὐθεῖαν καρδίαν ἔχοντας.

Si vel de Patre, vel etiam de ipso Salvatore ante incarnationem sermo est, sanctum eius

Εἰ ἢ περὶ τοῦ πατρὸς, ἢ καὶ αὐτοῦ τοῦ σω- v. 5. A. f. 61.
τῆρος πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως, ναὸν ἅγιον αὐ-

τοῦ ἀληπτεῖν τὴν περὶ αὐτοῦ ἁγίαν καὶ οὐράνιον νόησιν, ᾧ ἐν ναῷ ἁγίῳ καὶ τὸν θρόνον ἔχει ἐν οὐρανῷ θεϊκῶς καὶ ἐπουρανίως βασιλεύων· ἐσημειωσάμεθα καὶ ἐν τοῖς πρότερον ἀντὶ βασιλείας τὸν θρόνον λαμβάνεσθαι· αἱ δὲ ἐποπτικαὶ καὶ ἔφοροι τοῦ θεοῦ δυνάμεις, ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ καλούμεναι, πρὸς τὸν πένητα γινόμεναι, φρουροῦσιν αὐτὸν ἀβλαβῆ· τούτων περὶ αὐτὸν οἰκονομηθέντων, τὰ βλέφαρα τῶν ὀφθαλμῶν τοῦ θεοῦ ἐξετάζει τὰς πράξεις καὶ τοὺς λογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων· ἐκ τούτου παρίσταται τοῦ κριτοῦ τὸ φιλάνθρωπον· εἰ γὰρ ὀφθαλμοῖς ἐξήταζεν καὶ βλεφάροις, ἀνύποιστος ἦν ἀνθρώποις ἡ κρίσις· τῷ δὲ τοῖς βλεφάροις ἑαυτοῦ ἐξετάζειν τὰ κατ' αὐτούς, οὐ παρατηρεῖται πάντα τὰ ἁμαρτήματα τῶν κρινομένων, οὐδὲ οἵου μεγέθους ὑπάρχει ταῦτα. εὖ δὲ καὶ τὸ εἰπεῖν, τοὺς μὲν ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ἐπὶ τὸν εὐεργετούμενον εἶναι, κἂν εἷς πένης ὑπάρχῃ· τὰ δὲ βλέφαρα ἐπὶ τοὺς πολλοὺς ἀνθρώπων υἱούς, ἵν' αἱ μὲν εὐεργεσίαι δαψιλῶς παῤῥησίᾳ ἐπιτελῶνται· αἱ δὲ κολάσεις πολὺ τὸ κεκρυμμένον ἔχουσι περὶ θεοῦ· καὶ ταῦτα λέξει διανοούμενα, οὐδὲν αἰσθητὸν βλέφαρον ἢ ἕτερόν τι τοιοῦτον ἐμφαίνουσιν· ὅθεν καὶ ταῦτα θεοπρεπῶς νοητέον.

v. 6. « Κύριος ἐξετάζει τὸν δίκαιον καὶ τὸν ἀσεβῆ. » Ὁ Χριστός ἐστιν οὗ τῷ βήματι φανερωθῆναι πάντας δεῖ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴ τε ἀγαθὸν εἴ τε κακόν· εἰπὼν δὲ ὑπὸ κυρίου ἐξέτασιν γινομένην τοῦ δικαίου καὶ τοῦ ἀσεβοῦς, ἐπιφέρει· ὡς μισεῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, ὁ τὴν κακίαν οὖσαν ἀδικίαν ἀγαπῶν, ποιῶν αὐτὴν κολαστέαν, διὰ τοῦ ἁμαρτάνειν· ᾧ ἐναντίον ποιεῖ ὁ δικαίως ἐνεργῶν, ἀγαπῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν, ὁ εἰς ἀρετὴν αὐτὸν ἄγων. Οὐ μάχεται τὸ δίκαιος ἐξετάζει τὸν δίκαιον καὶ τὸν ἀσεβῆ, τῷ μὴ ἀνίστασθαι ἀσεβεῖς ἐν κρίσει· τὸ μὲν γὰρ, τοὺς πάντη ἀθέους σημαίνει· τὸ δὲ, τοὺς διὰ τὸ ἁμαρτάνειν καταφρονοῦντας θεοῦ· πλείονες γὰρ γραφαὶ δηλοῦσι τοῦτο, μάλιστα ἡ λέγουσα, ἔσται ὁ δίκαιος ὡς ὁ ἀσεβὴς, ἐν γενέσει.

v. 7. B. f. 12. b. « Ἐπιβρέξει ἐπὶ ἁμαρτωλοὺς παγίδας » τοῦτ' ἔστι κολάσεις παγιδευούσας, καὶ ἐντὸς ἀρκύων ποιούσας τοὺς ἀγρευομένους· εἰ μὴ ἄρα τὸ παραδίδοσθαι αὐτοὺς ὑπ' αὐτοῦ ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐτῶν τοῦτο δηλοῖ, καὶ πάθεσιν ἀτιμίας, καὶ ἀδοκίμῳ νῷ· καὶ ὅρα εἰ μὴ διὰ

templum intelligendum est, ipsum esse sanctum caelestemque intellectum, in quo ceu sancto templo suo thronum habet quasi in caelo, ubi scilicet divine et sublimiter regnat. Iamque in anterioribus diximus thronum pro regno accipi. Inspectrices autem ac providae Dei virtutes, quae oculi eius appellantur, pauperi intentae, incolumem eum servant. His circa pauperem curatis, oculorum Dei palpebrae, actus cogitationesque hominum explorant. Atque hoc dicto benignitas iudicis ostenditur. Nam si oculis simul et palpebris suis exploraret, intolerabile hominibus iudicium fieret: nunc quum palpebris suis tantummodo res singulorum exploret, haud omnia iudicandorum hominum peccata observari constat, neque horum magnitudo quanta sit. Bene item dicitur, oculos eius ad eum qui beneficio adficitur intendi, etiamsi unus de pauperum numero sit: palpebras autem ad multitudinem filiorum hominum; ut beneficia quidem copiose alacriterque dentur; at poenae multo occultius a Deo proveniant. Atque haec ad litteram considerata, nullam materialem palpebram, aut quidlibet huiusmodi denotant; nam decente Deum modo intelligenda sunt.

« Dominus explorat iustum et impium. » Dominus videlicet Christus est, ante cuius tribunal manifestari omnes oportet, ut referat unusquisque propria in corpore suo, prout gessit, sive bonum sive malum. Iam postquam dixit a Domino explorari iustum et impium; subdit, eum odio habere animam suam qui malitiam seu iniquitatem diligens, facit eam poenae obnoxiam peccando. Secus vero agit qui iustitiam sectando, animam suam diligit, nec non proximum tamquam se ipsum, quem etiam ad virtutem deducit. Neque dictio « explorat iustum et impium » repugnat illi « non resurgent impii in iudicio: » nam haec dictio homines omnino irreligiosos significat: illa autem homines qui peccandi tantum causa Deum aspernantur. Multi enim sacrae scripturae textus id ostendunt; et illa praecipue geneseos verba: erit iustus sicut impius.

« Superpluet peccatoribus laqueos » id est poenas quae illaqueant, ac veluti retibus venaticam praedam capiunt. Nisi forte hoc innuit, tradi eos a Deo cupiditatibus cordium suorum, et passionibus ignominiae reproboque sensui. Et vide num ideo forsitan dixerit

superpluet, et non pluet, laqueos: nam iam illaqueatis, adhuc superpluuntur laquei. Id illa quoque dictione demonstratur: « declinantes autem in obliquitates adducet Dominus cum operantibus iniquitatem. » Utrique sensui accommodabis illud quod in proverbiis scriptum est de perversis: « vias perversas aversabitur Deus. » Nam iuxta priorem sensum, poenae loco erunt perversae viae, hominibus malitia perversis oblatae: posteriore autem sensu traditiones intelliguntur illorum, quibus traduntur sponte peccantes: quae sunt passiones ignominiae, et alia ibidem numerata.

« Ignis et sulphur et spiritus procellae, » pars calicis eorum. » Molestae punitiones denotantur saepe apud scripturam calicis vocabulo; veluti in Esaia: « exsurge exsurge Hierusalem, quae bibisti calicem ruinae, craterem furoris, et reliqua. » Sed etiam apud Hieremiam idem sensus aperitur hac locutione: « dixit Dominus omnipotens, Deus Israhelis: sume calicem vini meri de manu » mea, eoque potabis gentes, ad quas ego te » mittam. » Num ergo congruenter his, praesente quoque loco punitionem denotat pars calicis ipsis distributi? praesertim quia plenitudo calicis huius est ignis, sulphur, et spiritus procellae: cuius symbola erant, quae in genesi scribuntur, poenarum genera Sodomis et Gomorrae inflictarum a Domino. Et ignis quidem significat inflammatas minas: sulphur, impetum quo ignis magis incenditur: denique spiritus procellae, tentationis turbinem quemdam demonstrat. Quod autem tentationem procella significet, perspicue possumus discere ex Esaia scribente: « et sicut » procella per desertum transiens, in proximo » terribilis saevaque visio nunciata mihi est. » Fugiamus ergo impietatem, ut huiusmodi calix procul nobis sit, et pie vivamus; ut bibamus ad ebrietatem quod est optimum. Ex quo illud quoque fortasse dictum est: « Dominus » pars hereditatis meae et calicis mei. Quoniam iustus Dominus, et iustitiam diligit, » rectitudines videt vultus eius: » ideoque super pauperem oculos intentos habet, de salute ipsius sollicitus. Sed tamen super peccatores laqueos immittit. Non enim temere Dei providentia ac iudicia fiunt: quippe Deus

τοῦτο ἐπιβρέξει ἀλλ' οὐ βρέξει παγίδας, εἴρηται· ἤδη γὰρ παγιδευθεῖσιν ὑφ' ἑαυτῶν ἐπιβρέχονται παγίδας· τοῦτο δηλοῦται καὶ ἐκ τοῦ « τοὺς δὲ » ἐκκλίνοντας εἰς τὰς στραγγαλιὰς ἀπάξει κύ» ριος μετὰ τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν. » Ἐφαρμόσεις πρὸς ἑκατέρας τὰς ἀποδόσεις τὸ οὕτω γεγραμμένον ἐν παροιμίαις πρὸς τοὺς σκολιοὺς « σκολιὰς ὁδοὺς ἀποςρέφει ὁ Θεός· » πρὸς μὲν γὰρ τὴν προτέραν ἀπόδοσιν, κολάσεις εἶεν αἱ σκολιαὶ ὁδοὶ τοῖς διὰ κακίαν σκολιοῖς γεγενημένας ἐκπεμπόμεναι· πρὸς δὲ τὴν ἑτέραν, αἱ παραδόσεις εἰσὶν αἷς παραδίδονται οἱ ἑκουσίως ἁμαρτάνοντες· αἳ δηλοῦνται διὰ τῶν παθῶν τῆς ἀτιμίας, καὶ τῶν κατηριθμημένων.

« Πῦρ καὶ θεῖον καὶ πνεῦμα καταιγίδος ἡ v. 7.
» μερὶς τοῦ ποτηρίου αὐτῶν. » Αἱ ἐπίπονοι ἀνταποδόσεις δηλοῦνται πολλάκις ἐν τῇ γραφῇ ὀνόματι τοῦ ποτηρίου· ὡς ἐν Ἡσαΐᾳ « ἐξεγείρου ἐξε» γείρου Ἱερουσαλὴμ, ἡ πιοῦσα τὸ ποτήριον τῆς » πτώσεως, τὸ κόνδυλον τοῦ θυμοῦ » καὶ τὰ ἑξῆς· ἀλλὰ καὶ ἐν Ἱερεμίᾳ παρίςαται τὸ αὐτὸ ἐκ τῆς ἐχούσης οὕτω φωνῆς· « εἶπεν κύριος ὁ παντοκρά» τωρ, ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ· λάβε τὸ ποτήριον » τοῦ οἴνου τοῦ ἀκράτου ἐκ χειρός μου· καὶ πο» τιεῖς αὐτὸ πάντα ἔθνη πρὸς οὓς ἐγὼ ἀποςε» λῶ σε. » Μήποτ' οὖν συμφώνως τούτοις καὶ ἐν τοῖς προκειμένοις κόλασιν δηλοῖ ἡ μερὶς τοῦ ποτηρίου τοῦ μερισθέντος αὐτοῖς; μάλιστα ὅτι τὸ πλήρωμα τοῦ ποτηρίου τούτου, πῦρ καὶ θεῖον καὶ πνεῦμα καταιγίδος ἐςίν· οὗ σύμβολα τὰ ἐν γενέσει ἀναγεγραμμένα εἴδη κολάσεων ἐλθόντα ἐπὶ Σόδομα καὶ Γόμοῤῥα παρὰ κυρίου· πρὸς τούτῳ τῷ πυρὶ καὶ τῷ θείῳ, καὶ πνεῦμα καταιγίδος ἐςὶν ἐν τῷ ποτισμῷ τοῦ ποτηρίου· δηλοῖ τὸ πῦρ τὴν διὰ καύσεως ἀπειλήν· τὸ δὲ θεῖον, τὴν διεγείρουσαν ἔτι μᾶλλον τὸ πῦρ ἀφορμήν· πρὸς τούτοις τὸ πνεῦμα τῆς καταιγίδος, πειρασμοῦ τινὸς συςροφὴν δηλοῖ· ὅτι δὲ πειρασμὸν, ἡ καταιγὶς δηλοῖ, σαφῶς ἐστιν μαθεῖν ἀπὸ τοῦ ἐν Ἡσαΐᾳ γεγραμμένου « ὡς καὶ καταιγὶς δι' ἐρήμου διέλθοι ἐρχομένη, ἐγγὺς φοβερὸν τὸ ὅραμα καὶ σκληρὸν ἀνηγγέλη μου. » Φύγωμεν τοίνυν τὴν ἀσέβειαν, ἵνα τοῦτο τὸ ποτήριον μακρὰν γένηται ἀφ' ἡμῶν, καὶ ἐν εὐσεβείᾳ ζήσωμεν, ἵνα πίωμεν τὸ μεθύσκον ὡς κράτιστον· περὶ οὗ κἀκεῖνο λέλεκται· « κύριος ἡ μερὶς τῆς κληρονο» μίας μου καὶ ποτηρίου μου· ὅτι δίκαιος κύριος » καὶ δικαιοσύνας ἠγάπησεν, εὐθύτητας εἶδεν τὸ » πρόσωπον αὐτοῦ. » καὶ τούτου χάριν ἐπὶ τὸν πένητα τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχει, φροντίζων αὐτοῦ τῆς

σωτηρίας· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοὺς ἁμαρτωλοὺς παγίδας ἐπισπείσει· οὐ γὰρ ὡς ἔτυχεν εἰκῇ γίνεται τὰ τῆς προνοίας καὶ Θεοῦ κρίσεως· δίκαιος δὲ κύριος κατ᾽ οὐσίαν, ἀλλ᾽ οὐ μετοχῇ δικαιοσύνης ἐστίν· πλὴν εἰ καὶ οὕτως ἔχει φύσεως, ἀλλ᾽ οὖν ἀγαπᾷ τὰς ἐν τοῖς πολλοῖς δικαίοις δικαιοσύνας, τὴν ἑκάστου πρόθεσιν ἀποδεχόμενος· ἔστιν καὶ ἄλλως εἰπεῖν ἀγαπᾶν αὐτὸν δικαιοσύνας· ἐπεὶ ἑκάστου κρίματος ἐστίν τις δικαιοσύνη· πολλὰ δὲ τὰ κρίματα τοῦ Θεοῦ, περὶ ὧν γέγραπται· τὰ κρίματα τοῦ κυρίου ἀληθινὰ, δεδικαιωμένα ἐπὶ τὸ αὐτό· ἀνάγκη καὶ τὰς δικαιοσύνας πολλὰς εἶναι· ὥσπερ δὲ δίκαιός ἐστιν, οὕτω καὶ εὐθύτητα βλέπων· εὐθύτητα δὲ ἐρεῖς γνώμην τὴν πρὸς ὀρθὸν λόγον κανονιζομένην· ταύτην ὁρᾷ χαίρων ἐπὶ τοῖς ἔχουσιν· ῥηθείη καὶ περὶ τῆς εὐθύτητος ἁρμονίως τῇ περὶ τῶν δικαιοσυνῶν δευτέρᾳ νοήσει, ὑπαρχούσῃ ἐν τοῖς κρίμασιν τοῖς ἀνεξερευνήτοις αὐτοῦ· ἣν διὰ τὸ πάνυ ἀποδέχεσθαι, τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὁρᾷ· ἐπιφαίνεται γὰρ παρὼν ὁ Θεὸς τοῖς ἔργοις τῆς προνοίας καὶ τοῖς ἀποτελέσμασιν τῶν κριμάτων.

substantialiter iustus est, non autem iustitiae particeps: qui cum ita natura propria sit comparatus, diligit pariter in multis iustis esse iustitiam, bonum cuiusque propositum adprobans. Possumus et aliter explanare quomodo Deus iustitias diligat; quoniam singulorum iudiciorum est quaedam iustitia: multa vero sunt iudicia Dei, de quibus scriptum est: iudicia Domini vera, iustificata in id ipsum. Et quidem opus est multas esse iustitias. Et quomodo iustus est, ita etiam rectitudinem esse dices voluntatem illam quae ad rectam rationem exigitur. Eam Deus libenter in iis qui habent spectat. Dicendum vero est de rectitudine, sensu congruo secundae illi de iustitiis notioni, quam in inscrutabilibus Dei iudiciis constituimus: quamque ob omnimodam adprobationem facies eius spectare dicitur. Nam Dei praesentia, ex providentiae actibus et ex iudiciorum effectibus, innotescit.

PSALMUS XI.

Οὐ γὰρ τὰ μέλη τοῦ σώματος ἐξολοθρευόμενα
v. 4. A. f. 83. b. B f. 41. ἡγεῖσθαι δεῖ, ἀλλὰ τὴν χρῆσιν τὴν δολίαν αὐτῶν καὶ τὸν μεγαλορρήμονα λόγον· καὶ γὰρ ἐν παροιμίαις εἴρηται « περίελε σεαυτοῦ σκολιὸν στό» μα, καὶ ἄδικα χείλη μακρὰν ἄπωσαι ἀπὸ » σοῦ. »

« Τὰ χείλη ἡμῶν παρ᾽ ἡμῶν ἐστιν· τίς ἡμῶν » κύριος ἐστίν; » Ἀπὸ ταύτης τῆς θρασύτητος ὁ ἀσεβὴς εὐοδούμενος ἐν τῷ τυγχάνειν ὧν ἐπιθυμεῖ, προφέρει φωνὴν τὴν ἐν τῷ Ἰώβ· λέγει δὲ κυρίῳ· « ἀπόστα ἀπ᾽ ἐμοῦ· ὁδούς σου εἰδέναι » οὐ βούλομαι· τίς ἱκανὸς, ὅτι δουλεύσομεν αὐ» τῷ. » Καὶ γὰρ οὗτοι τῆς προσούσης αὐτοῖς εὐπραγίας αἰτίους νομίζοντες εἶναι, λέγουσι κυρίῳ· ἀπόστα, μὴ φανεροῦ μοι τὰς ὁδούς σου· εἰδέναι γὰρ αὐτὰς οὐ θέλω· τί γὰρ πλέον ἡμῶν ἔχων ἱκανὸς εἶ, ἵνα δουλεύσωμέν σοι;

v. 6. A. f. 84. Ἐπὶ τῶν ἀσεβῶν μέγα φρονούντων ὡς μεγαλορρήμονα γλῶτταν καὶ χείλη δόλια αὐχεῖν, οἱ πτωχοὶ ταλαιπωροῦσιν, καὶ στενάζουσιν οἱ πένητες, τὸ τυραννικὸν αὐτῶν οὐ φέροντες· τούτου χάριν φησὶν ὁ κύριος· ἀναστήσομαι νῦν, ἵνα θήσομαι τὴν βουλὴν ἐν σωτηρίῳ· παῤῥησιάσομαι ἐν αὐτῷ κατὰ τῶν ἐναβρυνομένων ὑπερηφάνως τῶν ὑποδεεστέρων· ἀπολύσω δὲ τοῦ ταλαιπωρεῖν καὶ στενάζειν τοὺς πτωχοὺς καὶ πένητας· πτωχοὺς

Nequaquam existimandum est corporis membra heic destruenda dici, sed illorum dolosum usum, et arrogantem sermonem. Nam et in proverbiis dicitur: « aufer a te os per» versum, et iniqua labia a te procul re» pelle. »

« Labia nostra a nobis sunt; quis no» ster dominus est? » Hac audacia impius elatus dum expetita re potitur, vocem emittit, cuiusmodi apud Iobum est, dicitque Domino: « recede a me, vias tuas scire nolo. » Quid prodest, si ei nos serviamus? » Nimirum hi propriae felicitatis putantes se esse auctores, dicunt Domino: recede, ne mihi vias tuas manifestare velis; namque eas cognoscere nolo. Quid enim nobis utilitatis accedet, si tibi famulemur?

Dum impii tumida mente sunt, linguaque magniloqua et dolosis labiis insolescunt, pauperes moerent, inopes gemunt, tyrannicum illorum morem minime ferentes. Propterea dicit Dominus: nunc exsurgam, ut ponam consilium in salutari: fiducialiter agam in eo, contra illos qui superbe se extollunt supra infirmiores. En solvam a sua miseria, ne gemant, pauperes ac inopes. Porro pauperes at-

que inopes nunc quoque dices eos, qui semet tueri ob virium infirmitatem nequeunt, vel qui propter nequitiam suam ad huiusmodi statum redacti sunt. Hi celsiores calamitate et gemitu facti sunt eo tempore, quo Christus ad nos venit et resurrexit; ita ut salvi apparuerint, erepti aerumnis atque ploratibus. Praedictis itaque consentaneum est verba illa audire: infelix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis huius? Quo dicto, confidenter deinde ait: gratias ago Deo per Iesum Christum. Per haec enim ostenditur, Iesum Christum, qui calamitosum hominem corporis mortalis causa liberavit, illum esse qui ait: nunc exsurgam, dicit Dominus.

Venit in mentem nonnullis dicere, pauperes quidem esse qui patrimonio eversi sunt; inopes autem illos qui labore operae victum comparant. Atque hoc sensu pauper quidem, necessario est inops; neque tamen vicissim inops, pauper est. Immo quod de paupere dicitur, fortasse etiam a scriptura argumentum habet, ubi dicitur: divites eguerunt. Et pauperes admodum facti sumus. Consonanter his accipietur, etiam quod de Salvatore dicitur: qui pauper propter nos factus est, cum esset dives, ut illius paupertate nos divites essemus. Favet item sensui vocabuli inopis «dictio: » gemitus inopum; qui nimirum semper gemunt plorantque propter laborem, quem ob rerum necessariarum inopiam tolerant. Dictio «ponam in salutari» significat definiam et faciam. Sicut in verbis: quem posuit heredem universorum; id est quem decrevit constituitque heredem. Similiter intelliges: posuit Deus in ecclesia primum quidem apostolos, et reliqua. Nec non illud quod ecclesiae senioribus dictum fuit: posuit vos Spiritus sanctus episcopos regere ecclesiam. Nam verbum posuit, electionem demonstrat, qua constituti sunt et facti apostoli atque episcopi.

Hac notione verbi «servare» Salvator quoque de discipulis aiebat patri: «pater sancte, » serva eos. Quamdiu fui cum ipsis, ego serva- » bam eos, neque hos attingebat malignus.» Hoc autem sensu sum heic ego locutus, quia in genesi dicitur de Adamo serpenti: ipse ser-

καὶ ἐν τούτοις καὶ πένητας ἐρεῖς τοὺς μὴ οἵους τε ἐπαμύνειν ἑαυτοῖς δι' ἀσθένειαν προσοῦσαν· ἢ διὰ τῆς εἰς τοιαύτην κατάστασιν ἄγουσαν κακίαν· οὗτοι ἀνώτεροι ταλαιπωρίας καὶ τοῦ στενάζειν γεγένηνται, τοῦ κυρίου κατὰ τὸν τῆς ἐπιδημίας καιρὸν ἀναστάντος καὶ πρὸς ἡμᾶς ἐληλυθότος· ὡς φανερωθῆναι τὴν σωτηρίαν τῶν ἔξω ταλαιπωρίας καὶ τοῦ στενάζειν γεγενημένων· ἔστιν γοῦν καταλλήλως τοῖς προκειμένοις ἀκοῦσαι τὸ, ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος. τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; ἐφ' ᾧ λεχθέντι παῤῥησιαζόμενος ἑξῆς λέγει· εὐχαριστῶ τῷ θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ· δείκνυται γὰρ διὰ τούτων, ὡς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ὁ ῥυσάμενος τὸν ταλαιπωροῦντα δι' ὃ εἶχεν σῶμα θανάτου, ὁ εἰπών ἐστι· νῦν ἀναστήσομαι, λέγει κύριος.

Ἐπῆλθέν τισιν εἰπεῖν πτωχοὺς μὲν εἶναι τοὺς μεταπεσόντας τοῦ πλούτου· πένητας δὲ τοὺς ἐκ πόνου δι' ἐργασίας γινομένου τὸ ζῆν ἔχοντας 1)· καὶ ἔστιν γε κατὰ ταύτην τὴν νόησιν ὁ πτωχὸς, πένης ἐξ ἀνάγκης, οὐκ ἀντιστρέφοντος τὸν πένητα πτωχὸν εἶναι· καὶ τάχα γε τὰ εἰρημένα περὶ τοῦ πτωχοῦ κατασκευάσεται καὶ ἐκ τῆς γραφῆς· εἴρηται γάρ· πλούσιοι ἐπτώχευσαν· καὶ ὅτι ἐπτωχεύσαμεν σφόδρα· συμφώνως τούτοις ἐκληφθήσεται, καὶ τὸ περὶ τοῦ σωτῆρος λεχθέν· ὡς ἐπτώχευσεν δι' ἡμᾶς πλούσιος ὤν, ἵνα ἡμεῖς πλουτήσωμεν τῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ· συναινεῖ καὶ τοῖς περὶ τοῦ πένητος τὸ, στεναγμοῦ τῶν πενήτων, στενόντων ἀεὶ καὶ ὀλοφυρομένων, ἐπὶ τῷ πόνῳ τῷ ἐκ τοῦ ἀπορεῖν τῶν ἐπιτηδείων προσόντι. Τὸ θήσομαι ἐν σωτηρίῳ, δηλοῖ τὸ ὁρίσω καὶ ποιήσω· ὥσπερ καὶ ἐν τῷ, ὃν ἔθηκεν κληρονόμον πάντων· δηλούσης τῆς λέξεως, ὃν ὥρισεν καὶ ἀνέδειξεν κληρονόμον· εἰς ταῦτα λήψει τὸ, ἔθετο ὁ θεὸς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πρῶτον ἀποστόλους, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ τὸ πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας εἰρημένον· ὑμᾶς ἔθετο τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπισκόπους ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν· τὸ γὰρ ἔθετο, ἀπόδειξιν τὴν διὰ τοῦ ὁρίσθαι καὶ πεποιῆσθαι ἀποστόλους καὶ ἐπισκόπους δηλοῖ.

Κατὰ τοῦτο τὸ σημαινόμενον τοῦ διατηρεῖν, v. π. λ. ἴ. ιβ.
καὶ ὁ σωτὴρ περὶ τῶν μαθητῶν ἔλεγεν τῷ πατρί· «πάτερ ἅγιε, τήρησον αὐτούς· ὅτε ἤμην » μετ' αὐτῶν, ἐγὼ ἐτήρουν αὐτοὺς, καὶ ὁ πο- » νηρὸς οὐχ ἥπτετο αὐτῶν.» εἶπον δὲ κατὰ τοῦτο τὸ σημαινόμενον, διὰ τὸ ἐν τῇ γενέ-

1) Adnotent graeci lexicographi hanc vocabulorum πτωχὸς et πένης distinctionem. Omnino et Itali adhuc retinent distinguuntque *pitocco* (ex graeco πτωχὸς) et *povero*.

σει λεχθὲν περὶ τοῦ Ἀδὰμ πρὸς τὸν ὄφιν· « αὐ-
τός σου τηρήσει κεφαλὴν· σὺ δὲ τηρήσεις αὐτοῦ
πτέρναν· » οὐκέτι γὰρ ἐνταῦθα ταὐτὸν τὸ φυλάξαι
καὶ τὸ τηρεῖν· φαίνεται γὰρ ἐξ αὐτοῦ τὸ, αὐτός
σου ἐπιτηρήσει κεφαλὴν, καὶ σὺ αὐτοῦ πτέρναν·
ἀναπέμπει τὴν εὐχὴν ὁ φάσκων· σὺ κύριε φυλά-
ξεις ἡμᾶς, μετὰ τὸ πάντα ποιῆσαι τὰ παρ'
ἑαυτοῦ, ἐν τῷ τηρεῖν τὴν λέγουσαν παραίνεσιν
« πάσῃ φυλακῇ τήρει σὴν καρδίαν· » καὶ ἐπεὶ
τούτων κατορθουμένων, οὐκ αὐτάρκη πρὸς τὸ ἀνε-
πιβούλευτον τὰ ὑφ' ἡμῶν σπουδαζόμενα· « ἐὰν
» γὰρ μὴ κύριος φυλάξῃ πόλιν, εἰς μάτην ἠγρύ-
» πνησεν ὁ φυλάσσων αὐτήν· » εἱρμὸς ἄγει μετὰ
τὸ φρουρηθῆναι ἡμᾶς ὑφ' ἑαυτῶν, προσευχὴν
προσαγαγεῖν τὴν λέγουσαν· σὺ κύριε φυλάξεις
ἡμᾶς, καὶ διατηρήσεις ἡμᾶς· αὐτοῦ γὰρ φυλάτ-
τοντος θαρσήσωμεν, ὡς ἀνεπιβούλευτοι εἰς τὸν
v. 9. αἰῶνα ἐσόμεθα· ὕψιστος γὰρ ὤν, δέσποτα, καὶ ἐν
ὑψηλοῖς ὑπάρχων κατὰ τὸ πρέπον ὕψος τῇ ἀγα-
θότητί σου, τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων ἐπολυώ-
ρησας, κρίνας αὐτοὺς ἀξίους εἶναι τοῦ προστα-
σίαν ἔχειν ἐκ προνοίας τῆς σῆς.

vabit (observabit) caput tuum; et tu servabis (observabis) calcaneum illius: non enim hoc loco idem est observabis et servabis: apparet enim dicendum esse: ipse observabit caput tuum, et tu vicissim illius calcaneum. Precatur nimirum dicens: « tu, Domine, custodies nos; postquam omnia quae suarum » virium erant, praestitit; admonitione nempe illa observata: omni custodia serva cor » tuum. Quamquam bis rite curatis, nondum satis adversus omnes insidias curae nostrae sunt: « nam nisi Dominus custodierit » civitatem, frustra vigilat qui custodit eam. » Consentaneum ergo est postquam nosmet custodierimus, precem pronunciare dicentem: tu Domine custodies nos, et conservabis nos. Etenim eo custodiente, fiducialiter agemus, et tamquam ab insidiis tuti in aeternum erimus. Nam cum altissimus sis, Domine, et in excelsis habites, prout celsitudinem bonitatis tuae decet, filios hominum multiplicasti, dignos eos iudicans tutelam providentiae tuae experiri.

PSALMUS XII.

v. 1. A. t. 66. b. Εἰ καὶ πρεσβείας τρόπῳ ὑπὸ τοῦ ἁγίου λέγε-
ται ταῦτα, ἀλλά γε οὐχ ὑποκείμενος λήθῃ θεοῦ,
ἀλλὰ τὰ ἄλλων εἰς ἑαυτὸν ἀναδεξάμενος, λέγει
τὰ τῆς αἰτήσεως. Πάντα δῆλον ὡς οὐ περὶ αἰ-
σθητοῦ φωτισμοῦ ἢ ὕπνου καὶ θανάτου τὰ τῆς
αἰτήσεώς ἐστιν, ἀλλὰ περὶ τοῦ ἐκ γνώσεως θεοῦ
φωτισμοῦ· « φωτίσατε γὰρ ἑαυτοῖς φῶς γνώσεως,
» καὶ προσέλθετε τῷ κυρίῳ καὶ φωτίσθητε· »
Γίνεται ὁ φωτισμὸς οὗτος, οὐ περὶ τὸ τῆς σαρ-
κὸς ὄμμα· ὁρατικὸν γὰρ τοῦτο ἡλίου, καὶ εἴ τε
ἕτερον αἰσθητὸν φῶς τῶν ὁρώντων τὸν τῆς δικαι-
οσύνης ἥλιον, τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, ὀφθαλμῶν
οὐ σώματος, ἀλλὰ καρδίας ὄντων· τοῦ γὰρ ἔσω
ἀνθρώπου ὀφθαλμοὶ αἱ νοηταὶ δυνάμεις· τῷ
οὕτω φωτιζομένῳ, ἕπεται ζωὴν μακαρίαν ἔχειν·
v. 5. « ἐγὼ γάρ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου, ὁ κύριος
» λέγει· ὁ περιπατῶν ἐν ἐμοί, φησίν, ἐν τῇ
» σκοτίᾳ οὐ μὴ μείνῃ, ἀλλ' ἕξει τὸ φῶς τῆς
v. 6. » ζωῆς· » ἧς ζωῆς παραγινομένης εἰς τὸν φω-
τισθέντα, ἄπεστιν αὐτοῦ τὸ ὑπνῶσαι εἰς θάνα-
τον, ὑπνοῦντος καὶ ἀποθνήσκοντος τοῦ ὄντος ἐν
σκότει τῆς ἀγνοίας· ὁ γὰρ δοὺς δι' ἀμελείας καὶ
ῥαθυμίας εἰς ὕπνον τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, εὐ-
θέως τεθνήξεται, ἐκπίπτων τῆς σὺν ἀρετῇ ζωῆς·
ὅθεν φευκτέον τὸν ψεγόμενον ὕπνον τοῦτον καὶ

Quamquam orantis specie haec a sancto viro dicuntur; haud is tamen quasi a Deo oblivioni traditus, sed quasi aliorum persona indutus, hanc precem recitat. Prorsus constat, non de materiali lumine, neque de somno et morte verba orationis loqui, sed de lumine quod a Dei cognitione nanciscimur: « accendite enim » vobismet lumen scientiae, et accedite ad Do» minum atque illuminamini. » Fit autem haec illuminatio, non in carnis oculo, qui nonnisi solem aspicit, et si quod est aliud materiale lumen; sed fit illis qui solem iustitiae aspiciunt, quod verum est lumen, non corporis sed cordis oculorum. Namque interioris hominis oculi, sunt vires intellectuales. Homini sic illuminato vita beata contingit. « Ego enim sum lux » mundi, ait Dominus. Qui in me, inquit, am» bulat, in tenebris non manet, sed lumen vi» tae habebit. » Quam vitam postquam illuminatus adeptus est, caret mortis somno; dum contra obdormiscit et moritur is qui in tenebris ignorantiae versatur. Nam qui per negligentiam atque socordiam tradit somno oculos suos, statim morietur, ab agenda cum virtute vita discedens. Quamobrem fugiendus est hic

vituperabilis somnus atque mors; ut sic conservato oculorum animae lumine, haud queat inimicus dicere: praevalui adversus eum; iamdiu se praevaluisse existimans, cum nos peccavimus.

« Qui tribulant me, exultabunt, si motus » fuero; ego autem in misericordia tua spe» ravi: exultabit cor meum in salutari tuo.» Qui iustos tribulant inimici, malo gaudio exultant si qua evenerit ex peccato ruina, quum contra opus esset condolere cadentibus. Sed quamvis illi ob alicuius lapsum exultaturi sint, ego Domine de tua sperans misericordia, non patiar ea quae in me videre illi exoptant. Expecto enim salutare tuum quantocius venturum, cuius causa cor meum exultat. Quid ni enim laetetur exultetque is qui salutem a Deo expertus est? Quod vero etiam prophetia extet de venturo salutari Dei Christo, animadverte sis. Hic enim ad mundi salutem veniens, perdidit eos qui de ruina animarum gaudebant; una cum iis profligans inimicum superbe se extollentem: lucem oculis tribuit, ne quis animae mortem videret. Hic mundum ingressus, respiciens exaudiit, dolorem sedavit. Quibus feliciter actis, homo beneficio accepto, hymnum gratiarum actionis canit dicens: « cantabo Domino, qui bona tribuit » mihi, et psallam nomini Domini altissimi.» Quippe opere ipso edoctus, quid sit illud orantibus praeclare dictum a Domino: « adhuc » te loquente, dicam: ecce adsum.» Dicit nimirum sibi adstantibus: bene habeo, qui voti compos sum factus; ideoque nomini Domini altissimi psallam. Superest ut ad singula tributa nobis beneficia nos quoque praesentem hymnum canamus dicentes non meditatione tantummodo verum etiam psallendo. Porro canere, meditationem significat; psallere autem, practicum opus.

θάνατον, ἵνα πεφωτισμένων τῶν ὀφθαλμῶν τῆς ψυχῆς, μηκέτι εἴπῃ ὁ ἐχθρὸς, ἴσχυσα πρὸς αὐτόν· πάλαι νομίζων ἰσχυκέναι, ὅτε ἡμαρτομεν.

« Οἱ θλίβοντές με ἀγαλλιάσονται, ἐὰν σαλευ» θῶ· ἐγὼ δὲ ἐπὶ τῷ ἐλέει σου ἤλπισα· ἀγαλλιά» σεται ἡ καρδία μου ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ σου.» Ἐπεὶ χαιρέκακοι ὄντες οἱ θλίβοντες τοὺς δικαίους ἐχθροὶ ἀγαλλιῶνται, εἰ συμβαίη ἐξ ἁμαρτίας γεγονέναι κλόνον, δέον λυπεῖσθαι ἐπὶ τοῖς πίπτουσιν· ἀλλ᾽ εἰ καὶ ἀγαλλιῶνται ἐπὶ τῷ σαλεύεσθαί τινα ἐκεῖνοι, ἐγὼ, ὦ δέσποτα, ἐλέει τῷ σῷ ἐλπίζων, οὐ πείσομαι ὃ ἰδεῖν ἐν ἐμοὶ ποθοῦσιν· προσδοκῶ γὰρ τὸ σωτήριόν σου θᾶττον παραγενόμενον, ἐφ᾽ ᾧ ἀγαλλιᾶται ἡ καρδία μου· πῶς γὰρ οὐκ εὐφραίνεται καὶ ἀγαλλιᾶται ὁ πεῖραν θεοῦ σωτηρίαν ἔχων; εἰ δὲ καὶ προφητεία ἐστὶν δηλουμένη περὶ τοῦ ἐλεύσεσθαι τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ τὸν Χριστὸν, ἐπίσκεψαι· οὗτος γὰρ ἐλθὼν ἐπὶ σωτηρίᾳ κόσμου, καθεῖλεν τοὺς ἐφηδομένους ἐπὶ τοῖς κλονουμένοις κατὰ ψυχὴν, καταβαλὼν σὺν αὐτοῖς τὸν ἐχθρὸν τὸν ὑψούμενον ὑπερηφάνως· ἐφώτισεν τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἵνα μή τις ἴδῃ τὸν τῆς ψυχῆς θάνατον· οὗτος ἐπιδημήσας, ἐπιβλέψας ἤκουσεν, ὀδύνην ἔπαυσεν· ὧν κατορθωθέντων, ὁ εὖ παθὼν χαριστήριον ἐπινίκιον ᾠδὴν ᾄδει λέγων· « ᾄσω τῷ » κυρίῳ τῷ εὐεργετήσαντί με, καὶ ψαλῶ τῷ » ὀνόματι κυρίου τοῦ ὑψίστου» πραγματικῶς μαθὼν τὸ πρὸς τοὺς εὐχομένους καλῶς λεγόμενον ὑπὸ κυρίου « ἔτι σου λαλοῦντος ἐρῶ, ἰδοὺ » πάρειμι.» λέγει δὲ ταῦτα πρὸς τοὺς συνόντας ἤδη· εὖ πέπονθα τυχὼν ὧν ᾐτησάμην· ὅθεν ψαλῶ τῷ ὀνόματι κυρίου τοῦ ὑψίστου· διὸ ἐφ᾽ ἑκάστης εὐεργεσίας γινομένης εἰς ἡμᾶς, ὑμνῶμεν καὶ ἡμεῖς τὸν προκείμενον ὕμνον, λέγοντες μὴ θεωρίᾳ μόνῃ, ἀλλὰ καὶ τῷ ψάλλειν. Θεωρίαν τὸ ᾄδειν, ἐνέργειαν δὲ πρακτικὴν τὸ ψάλλειν δηλοῖ 1).

PSALMUS XIII.

Insipiens heic intelligitur non ille qui communi sensu sit expers vel sollerti mentis acumine, sed qui una ex virtutibus caret prudentia, de qua scriptum est: « qui possidet prudentiam, diligit se ipsum. Et qui custodit prudentiam, inveniet bona.» Reapse quod hic

Ἄφρων δὲ οὐ κοινῶν ἐννοιῶν λειπόμενος, ἢ τῆς σὺν δεινότητι εὐτρεχείας, ἀλλὰ τῆς μιᾶς τῶν ἀρετῶν φρονήσεως, περὶ ἧς γέγραπται· « ὁ » κτώμενος φρόνησιν, ἀγαπᾷ ἑαυτόν· καὶ ὁ φυ» λάσσων φρόνησιν, εὑρήσει ἀγαθά·» ὅτι δὲ εἶχεν τὴν φυσικὴν εὐτρέχειαν, παρίστησιν ἡ v. 1. A. f. 68. A. f. 46. b.

1) Recole quae nos diximus p. 141. adn. 1.

διάλεξις, δηλοῦσα ὡς οὐκ εἰς ὑπήκοον τινῶν, ἀλλ' ἐν τῇ ἑαυτῶν καρδίᾳ λέγει μὴ εἶναι Θεόν· ᾔδει γὰρ ὅτι οὐδεὶς ἐδέχετο τοὺς περὶ ἀρνήσεως Θεοῦ λόγους· πάντων σχεδὸν ἀνθρώπων ἀδιάστροφον τὴν περὶ Θεοῦ ἔννοιαν ἐχόντων 1).

Ἔχει πολλὴν οἰκειότητα ὁ πρῶτος στίχος, ὡς εἰρημένος περὶ διαβόλου· καὶ γὰρ ἐκεῖνος οὐ τινὶ ἤ τισιν εἶπεν, ἀλλ' ἐν διανοίᾳ τῇ ἑαυτοῦ « εἰς τὸν » οὐρανὸν ἀναβήσομαι, ἐπάνω τῶν ἄστρων τοῦ » οὐρανοῦ θήσω τὸν θρόνον μου, ἔσομαι ὅμοιος » τῷ ὑψίστῳ· » ὥσπερ γὰρ ὁ γνῶσιν ἔχων Θεοῦ τηρεῖ τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ εἰς ἔργα μεταβάλλει, οὕτω πᾶς ἁμαρτάνων, ἀγνοῶν Θεὸν εἰς τοῦτο ἔρχεται· γράφει γοῦν Ἰωάννης ὡς πᾶς ὁ ἁμαρτάνων, μακρὰν ἐστι τοῦ ἔχειν γνῶσιν Θεοῦ· ὡς πᾶς ὁ ἁμαρτάνων οὐχ ἑώρακεν αὐτόν· ἐκβαλὼν γὰρ ἀπὸ τῆς ψυχῆς τὴν προύχουσαν καὶ βασιλεύουσαν τῶν ἀρετῶν εὐσέβειαν, συναναχωρούσας αὐτῇ ἔχει τὰς ἀρετάς· ὅτι δὲ αὕτη ἡ νόησις ἔῤῥωται, δῆλον ἂν γένοιτο ἐκ τῶν γεγραμμένων περὶ τῶν υἱῶν Ἠλεί· οὐκ εἰδότες γὰρ οὗτοι τὸν κύριον, λοιμοὶ ἀποδεδειγμένοι, ἡμάρτανον, μᾶλλον δὲ ἠσέβουν περὶ τὴν ἱερουργίαν, διαφθείροντες ἐν ἐπιτηδεύμασιν τοῖς τῆς νομοθεσίας τε καὶ θεοσεβείας. Λήψῃ τὰ προκείμενα καὶ εἰς τὰ ἐν Ἱερεμίᾳ ἐπαγγελλόμενα οὕτως· « τόκος ἐπὶ τόκον, δόλος ἐπὶ δό» λον· πάντες μοιχῶνται· σύνοδος ἀθετούντων· » ὅτι ἐκ κακῶν εἰς κακὰ ἐξῆλθον, ἐμὲ δὲ οὐκ » ᾔδεισαν, λέγει κύριος· » πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλον ἄγνοιαν Θεοῦ ἔχοντες, παραβάται εἶναι τῶν νόμων αὐτοῦ; ταῦτα καθόλου θεωρούμενα πείθει διὰ μνήμης ἔχειν Θεὸν, ἵνα ἐν ἐπιτηδεύμασιν ἐπαινετοῖ ἀποδειχθῶμεν, ἀφθάρτῳ προθέσει αὐτὰ μεταδιώκοντες· « Οὐκ ἔστιν ὁ ποιῶν χρηστότητα οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός » ἐν τοῖς βδελυχθεῖσιν τῷ διαφθείρειν ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν, οὐδεὶς ποιῶν χρηστότητα εὑρίσκεται· πάντες γὰρ εἰσὶν πονηροὶ, πᾶσαν χρηστότητα ἐκτμηθέντες διὰ σκληρότητα καρδίας.

v. 2. « Κύριος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψεν ἐπὶ τοὺς » υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, τοῦ ἰδεῖν εἰ ἔστιν συ» νιῶν ἢ ἐκζητῶν τὸν Θεόν· » τῆς ἀσωμάτου οὐσίας οὐχ ὑποκειμένης περιγραφαῖς καὶ τόπων διατριβαῖς, εἴ ποτ' οὖν περὶ Θεοῦ λέγοιτο, πῶς ὑπάρχοντος ἐν τόπῳ ἢ ἐξ ἑτέρου ἢ εἰς ἕτερον

homo naturalem sollertiam retineat, demonstrat locutio quae ait, eum non ad aures aliquorum, sed intra cor suum dicere, non esse Deum; noverat enim neminem passurum audire orationem quae Deum neget; quandoquidem cuncti propemodum homines, firmam de Deo opinionem habent.

Habet multam primus hic versiculus adfinitatem cum illo qui de diabolo dictus fuit. Nam et diabolus non alicui vel aliquibus, sed intra propriam mentem aiebat: « in caelum conscendam, » super astra caeli thronum meum collocabo, » similis ero Altissimo. » Nam sicuti qui scientiam habet Dei, observat verba eius, et eiusdem praecepta in rem confert, ita quisquis peccat, ideo quia Deum ignorat, sic agit. Scribit itaque Iohannes: quicumque peccat, longe abest ut Dei scientiam possideat. Item, qui peccat non vidit illum. Eiiciens enim ex anima praecipuam reginamque virtutum religionem, discedere pariter cum illa experitur virtutes. Quod autem sententia haec firmo nitatur fulcro, ex iis quae Heli liberis acciderunt constat. Namque hi Dominum nescientes, evaserunt pessimi, immo munus sacerdotale impie gesserunt, legalia et religiosa officia male tractantes. Hactenus dicta cognosces etiam comparatione eorum quae apud Hieremiam dicuntur: « foenus supra foe» nus, dolus supra dolum: omnes fornicantur: » conciliabulum contumacium: quoniam de » malo in malum prolapsi sunt, et me ignora» verunt, dicit Dominus. » Qui enim fieri poterat, ut Deum ignorantes, transgressores legum eius non evaderent? Haec si bene considerentur, Dei memoriam retinere suadebunt, ut laudabili vitae genere uti videamur, sanae mentis proposito id sectantes. « Non est qui faciat » bonum, non est usque ad unum. » Inter eos qui abominandis studiis semet impiaverunt, qui boni aliquid faciat nemo comperitur. Omnes enim reprobi sunt, omnemque bonitatem ob suam cordis duritiem abiecerunt.

« Dominus de caelo prospexit super filios » hominum, ut videat an sit intelligens vel » requirens Deum. » Quum incorporea natura neque circumscriptionibus obnoxia sit neque locorum mansionibus, si Deus aliquando in loco esse dicatur, vel de loco in locum trans-

1) Adnotemus Didymi dictum de universali hominum consensu circa Dei existentiam. Item mox eiusdem Didymi effatum: *praecipua et regina virtutum religio est; qua deficiente, virtutes pariter discedunt.*

sire, id digna Deo ratione intelligendum est, sicut et alia pari modo de eodem dicta; veluti quod pedes habeat et manus et oculos, et quod consurgat et sedeat. Quoniam itaque haec conclusio religiosa est, Deum habitare in caelo intelligemus, quatenus veluti templo suo utitur augustis potestatibus, quae in caelo appellationem, locis in quibus sunt homonymam, habent. Sic enim etiam homines terra veluti sunt, ut cum dicitur: universa terra adoret te. Et, omnis terra clamat cum laetitia. Tum quia Deus in hominibus etiam versatur, qui caelestem imaginem retinent, dici potest in caelis habitare. Praeterea, tertia quoque ita loquendi causa dicetur. Quoniam opus eius orbis terrarum est; ipse autem creationis ac providentiae ratione in omni creatura versatur; a pulcherrima mundi parte, quae caelum est, demonstratur Deum esse in mundo. Veluti: pater noster, qui es in caelis. Et, Deus in caelo superne. Praeter hactenus dicta, aliter quoque in multis divinae doctrinae locis apparet, caeli appellatione denotari intellectualem substantiam, in qua potissimum Deum exquirere decet. Caelum quippe caeli Domino. Ex hoc indulgenter prospectat, observans inferioris naturae homines, ut videat quinam ex his prudente sensu praediti Deum exquirant, invenire eum studentes, ut eiusdem beneficia impetrent. Tunc autem id praecipue fit, cum inter homines malitia multa, non sine impietate, versatur, ut iam dicatur: « non est misericordia, neque » veritas, neque Dei cognitio in terra: maledi» ctio et mendacium et furtum et adulterium » inundaverunt in terra, et sanguis sanguini » miscetur. » Ad homines tantopere calamitosos nonne oportebat bonum Salvatorem respicere, ut si in aliquo intelligentiae vestigium comperiret, id augeret vel potius compleret? Et si quis foret Dei studiosus, illi se inveniendum praeberet? Apparet enim iis, qui sibi fidem non denegant.

Sicut in malitiosam animam non ingredietur sapientia, neque habitat in corpore peccatis obnoxio, ita non recipit Dei scientiam is qui adhuc iniquitates operatur. Nullus enim peccator videt aut agnoscit Deum, prout in Iohannis epistola scribitur: quamobrem qui sapiens fieri cupit, iustitiam serit, metit vitae fructum, ut ita sibi comparet scientiae

Contemporalis episcopo Bonizoni fuit Cardinalis Deusdedit, cuius in iure praesertim canonico magnum nomen est. Huius tria saltem opera nota sunt, etsi typis nondum impressa. Primum opus inscriptum fuit: *de privilegiis romanae ecclesiae*, ad Victorem ·III· pontificem, narrante Baronio ad annum 1080. n. XX, qui et particulam exordii recitat, concluditque: «est apud nos exscriptum volumen, fine tamen carens.» Secundum: *collectio canonum* in quatuor libros distributa, cuius nobilissimus codex auctori coaevus in vaticana bibliotheca conservatur, de quo nos quoque breviter locuti olim sumus in Spicilegii romani tomo sexto p. 314. Id quoque opus ad praedictum Victorem ·III· a Cardinale missum fuit. Tertium denique opusculum quod nunc vulgamus *contra invasores simoniacos et schismaticos*, ad clericos romanae ecclesiae scriptum, vivente Urbano II. Victoris successore, ut ipse ait auctor in libro nostro p. 94. De secundo et tertio Baronius ad annum 1087. n. XXII. sic perhonorifice loquitur. «Extat Cardinalis Deusdedit lucubratio tanto viro digna » in vaticana bibliotheca, *collectio canonum* nominata. Extat apud nos alia eius» dem Deusdedit nobilis lucubratio *adversus invasores, simoniacos, et reliquos schi» smaticos*, egregium opus, elaboratum ab eo tempore Urbani papae successoris » Victoris.» Rari admodum sunt hi codices, et fortasse singulorum operum unici; nisi forte aliquod exemplar ex his derivatum fuit. Namque illud *de privilegiis* nusquam ego vidi, et ipse Baronius nonnisi fine mutilum habuit, prout ad an. cit. 1080. narravit. Secundum, ceteris multo abundantius et pretiosius, nonnisi codice unico, ut diximus, vaticano contineri videtur. Tertium contra *invasores* etc. nunc agnovimus feliciter inter codices vatic. ottobonianos; etsi titulus initio codicis scriptus *canonum collectionem* falso denotabat. Porro tria haec Cardinalis opera confuderunt bibliographi Oudinus, Fabricius, aliique, qui modo duo, modo unum fecerunt. Atque haec de purpurati viri codicibus praefanda a nobis fuerunt. Interim vero dum primum opus *de privilegiis* latet; secundum autem cum sua mole luctatur, nec adhuc proximum nativitati videtur (exceptis praefatione et rubricis iamdiu vulgatis) tertium hoc *contra invasores* etc. typorum luce impertiri, et Bonizoni non incongruum comitem dare decrevimus. Neque tamen, ut in Bonizone, lautis excerptis contenti fuimus, sed integrum dare placuit, quia non tanta huius latitudo erat, quae brevitatem suaderet. Illud potius molestum fuit, quod hunc auctorem critica et elaborata editione indigere cognovimus; quam operose curare, totque ab eo testimoniorum citatorum fontes recognoscere ac repurgare, dubia aut spuria documenta a probatis discernere, praesentis otii mei non erat; et tamen egregium opus, ut Baronius appellat, in unico apud nos codice periclitari diutius non sum passus. Quod si posthinc fortasse volent tot consurgere auctori nostro emendatores, quot Gratiano τῷ πάνυ, ab Ant. Augustino usque ad Richterum contigerunt, en liber adest, non iam codicum pluteis reconditus, sed in litterariae reip. lumine collocatus.

EX LIBRIS DECRETI

BONIZONIS EPISCOPI

EXCERPTA.

EX LIBRO I, QUI EST DE BAPTISMO.

BONIZO EPISCOPUS 1).

1. Quibusdam non ambigo videri mirabile, cum Spiritus sanctus sit pacis et non dissensionis, quid est quod sancti viri Spiritu sancto pleni, multum de sacramentis inter se diversa dixisse videantur? Nam sanctus Ambrosius, filium ecclesiae, cuius mellifluo ore catholica redolet ecclesia, et inclytus martyr Cyprianus et doctor, carthaginiensis episcopus, et Pelagius papa, et totius veteris ac novi testamenti dilucidator Hieronymus, et alii quamplures eruditi viri religiosi adfirmant, sacramenta haereticorum et schismaticorum suscipientibus non prodesse, immo vero obesse; et quod peius est, nec dici quidem debere sacramenta. Beatus vero Augustinus difficilium quaestionum enodator, sacramenta per bonos et malos, et ab his qui intus sunt, et foris, dari posse et haberi testatur in primo libro de baptismo, contra Donatistas disputans. Sed absit hoc a fidelium mentibus credere, tantos viros diversa sensisse. Nam cum admirabilis doctor Augustinus sacramenta a bonis et malis, et ab his qui intus, et foris, sunt posse dari et haberi testatur, hoc de sacramento tantum, non de effectu, putandum est sensisse sacramenti. Gratia enim Spiritus sancti nonnisi per columbam, vel per filios columbae, dari potest. Nulli tamen sacramento, ut iteretur, iniuria facienda est. Sed sicut ii qui intus baptizantur ab hypocritis vel ab avaris et foeneratoribus, ab homicidis et a libidinosis, a baptizatoribus, si catholicae ecclesiae concordant, non contrahunt offensam; sic qui foris baptizantur, postquam catholicae se conglutinaverunt ecclesiae, per manus quidem impositionem gratiam suscipiunt Spiritus sanctii, sacramento baptismi non iterato, nec aliqua labe haereticorum contaminato. Cod. R. f. 9. b.

2. Sed longe aliter de ordinationibus sentiendnm. Nam qui scienter ab haeretico ordinationem suscepit (haereticos autem eos esse credimus qui in defendendis suis sceleribus perdurantes excommunicati sunt, et omnes qui in superba mente adversus catholicam et apostolicam ecclesiam eriguntur) talem haereticum esse et excommunicatum, nulli dubium est. Si vero talis ad unitatem ecclesiae, cognoscens delictum suum, aliquando redierit, secun-

1) Ponitur hic titulus in codice quotiescumque fere inter aliorum doctrinas interponit se Bonizo. Alibi vero, cum ipsum solum seriatim loqui apparet, nomen Bonizonis repetere supervacaneum fuisset.

dum decreta papae Innocentii, pro magno illi sit, ut ea carens dignitate, quam superbe acquisierat, in eo maneat gradu, quem in catholica susceperat: promovendi vero ulterius sibi omnem caonica auctoritate sublatam esse potestatem. Si quis autem nesciens ordinatorem suum excommunicatum vel haereticum, et a tali ordinatore * secundum scita canonum ordines receperit; et postquam cognoverit se ab excommunicato vel ab haeretico ordinatum (haereticos autem et schismaticos pro uno hic accipio) statim officio se indignum iudicaverit, et ab eodem cessaverit, hic talis si bonae vitae fuerit et meriti, utilitatis causa vel necessitatis, potest quidem ministerio frui, quod canonice ab eo quem credebat catholicum assecutus est. Hoc habebit pro naevo omni tempore, ut ulterius a quoquam non promoveatur. Quia vero boni et mali ministrando, sibi tantum noceant, et non aliis, satis aperte declarat Anastasius papa scribens ad Anastasium imperatorem de Acacio in hunc modum 1). « Nam secundum catholicae ecclesiae consuetudinem, sacratissimum serenitatis tuae pectus agnoscat, » quod nullum de his vel quos baptizavit Acacius, vel quos sacerdos sive » levitas secundum canones ordinavit, ulla eos ex nomine Acacii portio » laesionis attingat], quo forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia minus firma videatur. Nam et baptismum, quod procul fit ab ecclesia, sive » ab adultero vel a fure fuerit datum, ad percipientem munus pervenit illibatum. Quia vox illa quae sonuit per columbam, omnem maculam humanae pollutionis excludit; qua et declaratur et dicitur: hic est qui baptizat in spiritu et igne. Nam si visibilis solis istius radii cum per loca » foedissima transeunt, nulla contactûs inquinatione maculantur; multo » magis illius qui istum visibilem fecit virtus, nulla ministerii indignitate » constringitur? Ideo ergo et hic, cuius nomen dicimus esse reticendum, » male bona ministrando, sibi tantum nocuit. Nam inviolabile sacramentum, quod per illum datum est, aliis perfectionem suae virtutis obtinuit.»

* cod. ordinato.

cod. f. 10. a. 3. Scio autem, nostris temporibus quosdam promotos qui voluntarie coinquinati sunt temporibus coinquinationis; et quod peius est, reordinatos et reordinasse; quod licet non approbem, canonibus interdicentibus, omnino tamen vituperare non audeo, quia audio et hoc romanae ecclesiae factum esse auctoritate. Ut enim beatus Nicolaus [scribens ad Michaëlem imperatorem ait, licuit semperque licebit romanis Pontificibus novos canones cudere, et veteres pro consideratione temporum immutare. Sed non omne quod libet expedit. Verum donetur necessitati quod factum est. Ergo quod necessitas reperit, secundum decreta Innocentii papae, cessante necessitate, debet pariter cessare quod urgebat. Quia aliud est ordo legitimus, aliud usurpatio, quae ad praesens tempus facere impellit. Videant alii quid sentiant de talibus; mea autem sententia de recens actis haec est: difficile bono consummantur exitu, quae malo sunt inchoata initio.

1) Extat haec Anastasii II. PP. epistola.

EX LIBRO II, QUI EST DE EPISCOPIS.

4. Quod autem ante sit docendus omnis quam baptizandus, quid sit baptismum, et quot modis fiat, et a quo sumpserit (initium), quando et quomodo fieri debeat, superiori libro breviter prout potuimus enarravimus. Dein catechumenum per exorcismi insufflationem, et per olei exorcizati unctionem purgatum certis temporibus ad fontem usque perduximus, in quo tertio inmissus vel inmersus, propria oris confessione, vel suscipientium fide, se credere in Deum patrem omnipotentem, et in Iesum Christum filium Dei et hominis crucifixum, et in Spiritum sanctum, praesentibus angelis testatus est. De quo ascendens vel sublatus, oleo principali delibutus, caelestis mensae convivio participatus est. Quia vero, teste Iacobo apostolo, fides sine operibus mortua est, superest nunc opera digna fide enumerare, ut velut sapiens architectus possit domum super fundamentum, quod Christus est, aedificare; quam nec venti nec flumina nec imbres valeant eradicare. Nunc vero Dei confisi misericordia adoriamur sermonem. Prima ac principalis christianorum virtus est obedientia, humilitatis filia, quae traxit Dei filium de sinu patris ad publicum nostrum, qui factus obediens patri usque ad mortem, quam protoplasti nobis propinaverant, evacuans mortem sua morte delevit. Huic contraria est inobedientia, superbiae filia vel contra praelatos rebellio, quae teste propheta Samuhele, peior est idololatria, et omni peccato ariolandi vel magica. Quisquis hanc adipisci, vel adeptam custodire voluerit, in primis humilitatem sectetur, superbiamque procul de corde suo repellat; ut maioribus deferens, modum mensuramque suam cognoscat; ut in eo quo vocatus est gradu, ordinate assuescat, prout decet vivere christianum. Et ut hoc possit fieri, christianorum faciens divisionem, quid singulis ordinibus speciale conveniat, dicere curabo. cod. f. 10. a.

5. Christianorum alii sunt clerici, alii sunt laici: et in his conditionibus, alii subditi alii praelati. Praelatorum in clericali ordine positorum alii sunt episcopi, alii secundi ordinis sacerdotes, alii abbates, alii praepositi. In laicali vero ordine alii reges, alii iudices. Semper ergo cavendum est, ut non ostiarius adversus exorcistam, non exorcista adversus lectorem, non lector adversus acolythum, non acolythus adversus subdiaconem, non subdiacon adversus diaconem, non diacones adversus presbyterum, non presbyter adversus episcopum, audeant se superba mente extollere; sed unusquisque modum suum cognoscens, maioribus sua iura conservans, praelatis in omnibus debitam offerat obedientiam. Sic et de laicis sentiendum est, ut non plebs adversus milites, non milites adversus principes, non iudices adversus reges, in aliquo rebelles existant; nisi forte, quod absit, utriusque ordinis praelati illud praecipiant, quod christianae religioni omnino videatur esse contrarium. Et a capite repetentes, ab episcopis ordiamur.

cod. f. 10. b.

6. Episcopatus licet unus sit toto orbe diffusus, licet secundum episcopalem benedictionem talis sit nepesinus ut romanus, talisque laudensis ut mediolanensis, tamen esse in eo aliquos gradus, nostri maiores nobis tradidere: nam alios esse volunt primates, quos patriarchas vocant; alios archiepiscopos, alios vero simpliciter episcopos. Patriarchas vero tres esse tantum antiqua nobis commendat traditio, romanum scilicet et alexandrinum et antiochenum. Sunt vero multi, qui ob dominicae crucis ac sepulturae reverentiam, quartum asserunt Aeliae civitatis episcopum. Sunt qui ob regiae civitatis excellens fastigium, quintum addunt constantinopolitanum episcopum. Nonnulli vero Aquileiensis civitatis totius Venetiae metropolis episcopum, sextum volunt esse patriarcham. Qui in hoc differunt a romano episcopo, quia quicquid dignitatis habent vel privilegii, a romana habent ecclesia: romana vero ecclesia nullis synodicis constituta sed ipsius est Domini voce fundata dicentis ad beatum Petrum: *tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam.* Cui addita est societas beati Pauli apostoli magistri gentium; ut quae erat electa caput gentium, sedes esset apostolorum principis et magistri gentium. Sunt qui hos dicunt esse patriarchas, quos supra memoravimus: alios vero primates, ut Lugdunensem * in Gallia, et Trevirensem in comata Gallia, et Maguntinum in Germania: alios vero archiepiscopos, ut Remensem in Gallia, et Mediolanensem in Liguria: alios vero metropolitanos, ut Augustidunensem in Gallia, et Morinensem * in comata Gallia, et et Bambergensem in Germania, et Papiensem in Italia, et Veronensem in Venetia. Alios vero simpliciter dicunt esse episcopos. Quia vero omnes licet primates vel archiepiscopi, episcopali tamen censentur nomine, ab episcopis incipiendum est, et quid ipsum nomen episcopi significet, discutiamus.

* cod. *Laudu-*[illegible]

* cod. *Motinen-*[illegible]

7. Episcopus dicitur superintendens, eo quod super suam et populi intendat actionem. Curet ergo episcopus sollicite ut eius vita aedificet et non scandalizet subditos. Talis enim debet esse vitae singularis omniumque bonorum morum praerogativa decoratus, ut ad eius comparationem subdita plebs, grex debeat appellari. Hi sunt qui vicem apostolorum tenent in ecclesia, quibus ligandi solvendique in ecclesia Christus tribuit potestatem. Hi sunt oculi qui in Christi corpore, quod est ecclesia, nitidi; quorum decore universa membrorum compago circumspecta, ad decorem capitis ornatur ac custoditur. Hi sunt quos Dominus in evangelio participatione sui nominis decoravit dicens: *vos estis lux mundi.* Et in alio loco: *vos estis sal terrae.* Et cum omne quod offertur in sacrificio, praecepto Moysi, salis semper sit aspersum condimento, hoc pro certo significat, nihil Dei placere voluntati, quod sacerdotali non est benedictione roboratum. Sed valde terribile est quod subsequitur: *quod si sal evanuerit, in quo salietur? ad nihilum est, nisi ut mittatur foras et conculcetur ab hominibus;* quia quanto gradus altior, tanto casus gravior, et potentes potenter tormenta patientur. Quod Salvator satis aperte declarat, quando scandalizanti unum de pupillis, expe-

dire ei dicat, ut suspendatur ei mola asinaria, et demergatur in profundum maris: quia multo satius esset ei in huius laboriosae vitae volvi curriculo, quam in regimine posito, verbo et exemplo scandalizare subiectos.

8. Sed videamus qualis eligi debeat episcopus, et singillatim ipsa verba apostoli discutiamus. *Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* Opus itaque, non dignitatem 1). Et hic ambitum reprimit, venalitatem excludit. *Oportet ergo episcopum inreprehensibilem esse.* Omnes virtutes uno sermone complectitur, et paene rem impossibilem dicit. Nisi forte inreprehensibilem intelligamus esse sine querela, id est sine crimine. *Monogamum.* Et quia in primitiva ecclesia positis, quae magnam partem ex Iudaeis constabat, praecepta dabat apostolus, eos recepit episcopos qui incontinentiae non tenerentur naevo obnoxii, continentes scilicet et in coniugali ordine monogamos. Et licet non eligat virgines, non tamen putandum est ut aspernetur angelicae vitae sectatores. Non enim poterat ut virgines essent praecipere, qui sciebat de virginibus non sibi aliquid imperatum. Nostris autem temporibus, ut ait beatus Hieronymus in apologetico ad Pammachium, episcopi, presbyteri, diacones aut continentes eligantur aut casti, aut post ordinationem in perpetuum pudici. *Sobrium.* Sacerdotes qui ministrant in templo Dei, prohibentur siceram et vinum bibere, ne in crapula et ebrietate aggraventur corda eorum. Nos vero qui non in umbra ambulamus sed in veritate, sic vini utentes potione sobrios nos esse convenit, ut sensus noster officium exhibens Deo, vigeat semper et tenuis sit. *Prudentem.* Quod autem infert prudentem, exclusit eos qui sub nomine simplicitatis excusant stultitiam sacerdotum. Nisi enim cerebrum sanum fuerit, omnia membra in vitio erunt. *Ornatum.* Qui virtutibus pollet, ornatus est. Sunt enim quidem ignorantes mensuram suam, et tantae stoliditatis ac vecordiae, ut et in motu et incessu et in habitu et in sermone communi risum expectantibus 2) tribuant; et quasi non intelligentes quid sit ornatus, comunt se vestibus et munditiis corporis, et lautioris mensae epulas parant; cum omnis istiusmodi ornatus et cultus sordibus foedior sit. cod. f. 11. a.

9. *Doctorem.* Quod autem doctrina a sacerdotibus expectetur, et veteris praecepta sunt legis, et ad Titum plenius scribitur. Innocens enim et sine doctrina conversatio quantum exemplo prodest, tantum silentio nocet. Nam latratu canum baculoque et sibilo pastorum, rabies luporum deterrenda est. Et idcirco errant qui dicunt innocentiam, et ciborum continentiam posse sufficere sacerdotibus. Et cum in Malachia scriptum sit: *labia sacerdotis custodiunt scientiam,* quomodo custodit scientiam qui peccatis suis exigentibus adhuc dogmatizandi non meruit scientiam? Et in lege scriptum est: *interroga sacerdotes legem,* sacerdotum est enim interrogantibus respondere de lege. Quod si legem ignorat, ipse se arguit Domini non esse sacerdotem. Et ideo si contigerit de simplicibus Dei iudicio et cleri et populi consensu aliquando electionem fieri, oportet ut discant quae ante non

1) Ita fere et S. Augustinus in sermone vat 104. — 2) Pro *spectantibus*, ut alibi saepe in codicibus.

didicerant; et non erubescant non solum a clericis sed etiam a laicis discere ea quae ad ministerium pertinent sacerdotum. Ad ministerium enim sacerdotum pertinet sacros libros utriusque testamenti legere, et canones sanctorum patrum non ignorare; non poëtarum fabulis insudare, nec dialecticae dare operam. Quantum vero iusta rusticitas ab erudita differat iustitia, Danihel in fine sacratissimae visionis ostendit dicens justos fulgere ut firmamentum; et qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellas in perpetuas aeternitates.

10. *Non vinolentum, non percussorem.* Virtutibus vitia opposuit. Didicimus quales esse debeamus, discamus quales esse debeant sacerdotes. *Non vinolentum.* Vinolentia scurrarum est et comessatorum; venter enim mero aestuans, cito despumat in venerem. In vino luxuria, in luxuria (cod. f. 11 b.) voluptas, in voluptate impudicitia est. Qui luxuriatur, vivens mortuus est. Ergo qui inebriatur, mortuus et sepultus est. *Non percussorem.* Percussorem vero episcopum ille condempnat, qui dorsum posuit ad flagella, et maledictus non remaledixit. *Sed modestum.* Duobus malis unum opposuit bonum, ut temulentia et ira refrenetur modestiâ. *Non litigiosum.* (* cod. rustico-) Nihil est impudentius arrogantia episcoporum *, qui garrulitatem auctoritatem putant, et parati semper ad lites in subiectum sibi gregem tumidis sermonibus tonant. *Non avarum.* Avaritiam in sacerdotibus esse vitandam, et Samuhel docet, nihil coram populo eripuisse cuiquam probans; et apostolorum paupertas, qui refrigeria sumptuum a fratribus accipiebant, et praeter victum et vestitum nihil se aliud nec habere nec velle gloriabantur. *Domum suam bene regentem.* Non ut opes augeat, non ut regias paret epulas, non ut caelatas pateras struat; non ut gemma bibat, sed ut quod populis praecepturus est, primus a domesticis exigat. *Filios habentem subditos cum omni castitate.* Ne imitetur filios Heli, qui dormiebant cum mulieribus in vestibulo templi excubantibus. *Non neophytum, ne in superbiam* (* cod. ex.) *elatus, in iudicium incidat diaboli.* Iudicium vero et * ruina diaboli nulli dubium est quin arrogantia sit. Incidunt in eam qui in puncto nec dum discipuli, incipiunt esse magistri. *Oportet autem eum et testimonium habere bonum ab his qui foris sunt.* Quale principium, talis et clausula. Qui inreprehensibis est, non solum a domesticis verum etiam ab alienis consono ore laudatur. Alieni et extra ecclesiam, sunt Iudaei.

11. Talis ergo sit pontifex Christi, ut qui religioni detrahunt, vitae eius detrahere non audeant. Et idcirco omni diligentia oportet ut se custodiat pontifex Christi, ut verbo et exemplo aedificet, et non scandalizet subditos. Nam ob id pectusculum accipit lege mosaica, et armum separatum in prandio. In pectore mundas cogitationes, et notitiam accipere scripturarum: in brachio bona opera, pontificalia scilicet et singularia, et exertam manum contra pugnam diaboli: ut hoc, quod in te conceperis, opere probes et praedicatione clarifices. Unde rationale iudicii quod pectori inseritur, sacerdotis veritas et doctrina et manifestatio inscribitur, ut quae

docere debet, vera esse cognoscat; et quae vera esse cognoverit, omni sublato terrore ad aedificationem subditis ministrare non differat. Et sollerter intuendum est quomodo lex vetus novae conveniat. Id ipsum Moyses quod apostolus: ille sacerdotem ornat in vestibus, hic discipulum instruit disciplinis. Et cum Moyses lotum aqua Aaron vestibus induat sacerdotalibus, sola feminalia sibi vestit sacerdos; quia de omnibus virtutibus, utpote de sapientia et humilitate et temperantia et de ceteris harum similibus possunt humani sensus diiudicare; de sola vero temperantia humani oculi certi arbitri esse non possunt, excepto de his qui brutorum passim animalium in coeno libidinis volutantur. Unde et apostolus dicit: *de virginibus praeceptum Domini non habeo.* Quasi Moyses dicat, feminalibus ego non vestio, nec impono alicui necessitatem. Qui vult sacerdos, ipse se vestiat.

Qualiter consecrari debeat episcopus.

12. Nonnisi in dominicis diebus consecrationes episcoporum posse fieri, nec minus quam a tribus, ceteris autem assensum praebentibus, beato Anacleto (qui Clementi successit in pontificatum, quique etiam a beato Petro per mensem decembrim presbyter romanus ordinatus est) referente cognovimus. Et hoc vero ordine ut veniens electus intra quintum mensem ab electione sua, nisi forte gravis necessitas differre ulterius coëgerit, ante praesentiam metropolitani scrutinio diligenter habito, ceteris episcopis cum eodem metropolitano manus sibi imponentibus, et evangelia super humeros eius aperta tenentibus, rite consecretur. Quod si provincia metropolitano caruerit, tres episcopi congregati, ceteris assensum praebentibus, consecrent episcopum. Si vero tres in eadem provincia non potuerint inveniri, ad alterius provinciae confugiendum est episcopos, usque dum trinus episcoporum numerus possit computari. Quod si, peccatis exigentibus, evenerit ut in provincia nonnisi unus superstes inveniatur episcopus, et ille per malitiam manus electo imponere noluerit, liceat electo secundum decreta Hosii episcopi in sardicensi concilio, ad alterius provinciae transire metropolitanum, vel quod multo melius est, ad sanctae romanae ecclesiae, a qua omnis episcopatus sumpsit exordium, patrocinium convolare. Igitur postquam electus digne et regulariter fuerit consecratus, sedula meditatione secum quid spoponderit, et cui, et ubi, diu noctuque recogitet, et quod catholicum esse et orthodoxum praesentibus se professus est, omnemque haeresim extollentem se adversus sanctam ecclesiam anathematizaverit; et quod omnibus modis romano Pontifici et consecratori suo, secundum privilegium archiepiscopis a romano Pontifice concessum, obedientiam praebiturum testatus est.

13. Memineritque qualiter episcopus evangelia super humeros eius tenente, caput chrismatis unctione sit delibutum, ut principale suum, quod est mens, oleo laetitiae habens exhilaratum, in regale assurgat sacerdotium: et nazaraeus evangelista effectus, virgam pastoralis iudicii, et anulum fidei

Cod. f. 12. a.

Cod. f. 12. b.

in brachio susceperit dextro; ut totus dexter pro minimo habeat temporalia, et pro magno aeterna: in Christo spem suam ponat, et non in mamona. Novus christus effectus audit per consecratoris, immo per ipsius omnipotentissimae Trinitatis, vocem: qui maledixerit tibi, sit ille maledictus; et qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Et cum manus sacrosancto chrismate perungerentur, audivit: quaecumque benedixerint, benedicta sint: et quaecumque consecraverint, sint consecrata. Hae sunt manus quae sanctum chrisma conficiunt, cuius infusio salutaris, septiformis spiritus tribuit gratiam. Hae sunt manus quae cum Deus omnium rerum sit creator, res in aliam transformant, naturam dum panis et vini substantiam in corpus transfundunt et sanguinem Iesu Christi. Hae sunt manus quae sacerdotes ordinant et levitas, quibus datum est praedicare et baptizare et infirmos oleo tangere, et animarum et corporum languoribus medicari. Quid plura? ipsos lapides insensibiles in aliam transformant naturam, dum domum manufactam, per consecrationem habitaculum faciunt Trinitatis et angelorum. Tales ergo ac tantae oportet ut mundae sint manus; et non solum opera, quae per manus significantur, munda debent esse et singularia, verum etiam ab omni inquinamento et ab illecebroso tactu oportet esse alienas. Videant igitur ne graventur corda eorum in crapula et in ebrietate, et in curis huius saeculi. Crapula et ebrietate quod non oporteat episcopum gravari, superius dum verba apostoli tractaremus, satis aperte disseruimus. Quod vero non oporteat episcopum saecularibus curis involvi, satis aperte apostolus demonstrat, cum resuscitatos quae sursum sunt sapere admonet, non quae super terram. Quod si omnibus praecipitur christianis, quid de episcopis sentiendum est? qui debent dicere cum apostolo: nostra autem conversatio in caelis est. Et quomodo poterunt alios verbo et exemplo ad caelestia sublevare, si ipsi, quod absit, saecularibus tenentur faecibus inretiti?

De mensa episcopi.

cod. f. 13. a. 14. Mensa episcopi cum clericis et hospitibus sit semper, in qua lectio divinarum scripturarum assidue recitetur; ut quos reficit corpore, recreet et spiritu: in qua cibi secundum qualitatem loci et possibilitatem ita nitidi et ordinate apponantur, ut esuriem repellant, et non generent nausiam; neque sic parci, ut convivantibus materiam tribuant murmurationis. Illud enim laudabile est ieiunium, quando quis ieiunans alios non cogit ieiunare. Ut enim ait beatus Augustinus, nemo invitus bene facit, etsi bonum sit quod facit. Nec ideo dico quod non sint cogendi fideles verbo et exemplo ad ieiunandum; sed quia scio nonnullos, qui cum episcopali polleant fastidio, eremitice quidem et non episcopaliter vivere; tum quia illis hoc est naturale, tum ut opes augeant, et habeant unde aliis detrahant. Et illi quidem cum Simone crucem portent post Iesum, et non ascendant; et cum pharisaeis et discipulis Iohannis ieiunent; nos vero sobrie cum discipulis Christi manducabimus; scientes quia omne quod intrat in os non coinqui-

nat hominem; sed quae procedunt ex corde, haec sunt quae coinquinant hominem. Et illud sollerter cavendum est, ut si quando ieiunat, Domino ieiunet et non sibi; si quando eleemosynam tribuit, Domino tribuat et non sibi. Et ut breviter cuncta comprehendam, omnia quae ad profectum animae videntur operari, Domino operetur, et non sibi. Et sollicite caveat ne vana gloria eius actibus se aliquando interserat, neve regina sibi osculum porrigat.

Quales vestes debeant esse episcopi.

15. De appetitu pretiosarum vestium quid dicam, nisi quod inter utrumque incedat Domini pontifex? ut nec speciosas appetat, nec sordidas affectet. Si enim appetitus pretiosarum vestium culpa non esset, nequaquam Dominus in evangelio purpuratum divitem notasset, nec Iohannem baptistam pro asperitate vestimentorum laudasset; nec apostolorum princeps mulieres ab huiusmodi appetitu compesceret dicens: *non auro vel argento vel in veste pretiosa, nec intortis crinibus auro et margaritis radiantibus*. Vestes itaque communes, ut toga, vel bombycinus, sint comptae et unius coloris, non artatae ad mensuram membrorum, ut pugilum, sed laxae ut cito exuantur, ut cum exsurgendum fuerit a somno, non habeant cubicularii unde conquerantur. Nec magnopere curandum est si pes in laxa pelle follescat. Similiter cavendum est episcopis, ne pulchras vel sordidas vestes affectent; pretiosae enim, luxuriam; sordidae vero, vanam gloriam expetunt: nec cilicia circa collum defluentia et usque ad nodos manuum dependentia ostentent; quia valde inhonestum est, ut qui vita et doctrina Deo et hominibus placere student, sola inhonestate vestium cupiant honorari. Sunt autem nonnulli, quos valde decet vestimentorum abiectio, ii qui ex monachis fiunt episcopi. Hi siquando excellentis vitae merito, utilitatis causa vel necessitatis, ad episcopale fastigium pervenerint; talibus multo satius est, ad instar beati Martini, morum probitate et praedicationis instantia, incomptis capillis et incomposita veste Deo placere et hominibus, quam crucem Domini sub albo camisio contegentes, abscondant quod sunt, et velint apparere quod non sunt. Scio nostris temporibus sanctum Anselmum lucensem episcopum 1), quem Deus post mortem multis et variis et magnis glorificavit miraculis, humilitatem quam gestabat in corde, usque dum vixit vestium propalasse in habitu.

cod. f. 13. b.

Cod. f. 15. a

Quod sacrae vestes sint speciosae.

16. De vestibus vero sacratis nil aliud sentiendum est, nisi quod Moyses mandavit fieri in exodo, et David fecisse legimus in paralipomenon, ut secundum possibilitatem ecclesiae sic induantur qui ministrant nitidis et pretiosis, ut qui non reverentur eos propter iustitiam, saltem admoniti revereantur inaequalitate vestium.

De ornatu ecclesiae.

17. Cura sit episcopo ut ecclesiae parietes niteant, et pavimenta sint

1) Hic est magni de iure canonico operis auctor, cuius nos summaria edidimus in spicil. rom. T. VI.

erasa, ut ecclesia variis picturis sit decorata, ut lychni laquearibus dependeant, ut trabes quae imagines sustinent sint depictae, et ut altare resplendeat, et ut evangelia auro et gemmis sint radiantia, et ut pallae et altaris linteamina sint candida, et ut dominica vasa sint pretiosa.

De choro clericorum.

18. De choro clericorum ita episcopo curandum est, ut in choro non assistat qui aut bene legendo aut bene psallendo non aedificet audientes: quos victu et vestitu non patiatur egere, sed per oeconomum larga eis stipendia subministret. Turpe est enim episcopum divitiis affluere, et clerum miserum egere.

Quod episcopus sacculum de turpibus lucris non impleat.

19. Caveant ergo episcopi ne turpibus lucris sacculum sibi velint farcire; illud audientes primi Leonis capitulum: non licet episcopo a monasteriis et a piis locis nec a subiectis clericis exactiones exquirere quasi sub nomine pensionum, nec in angariis sollicitare; sed velut pius pastor pro omnibus esse sollicitum, ut oves sibi commissae ab illo pascantur et non depraedentur; illud assidue recogitantes apostolorum principis ad episcopos praeceptum: *pascite qui in vobis est gregem Domini, non quasi dominatores in clero, sed forma facti gregis.* Et Paulus divinus apostolus inter cetera sic scribit: *non debent thesaurizare filii parentibus, sed parentes filiis.* Scio nonnullos nostri ordinis, qui sub praetextu religionis ita affligunt subditos, ut paene nudatos facultatibus, ad stipem publicam petendam oporteat, licet erubescant, transire. Hi veluti lupi Arabiae non aspicientes ad ortum solis, possessiunculas ecclesiae et Christi dona, fidelium vota animarum, clericis auferunt, per quasdam novitatum vanitates, quas palliata iustitia commentantur, laicorum freti adiutorio, cum quibus velut triumphantes spolia dividunt. Et videas eos tumidis vocibus rabidisque conviciis in subiectos sibi clericos velut lupum inter oviculas fremere, ut dicas eos, si non cognosceres, thracii regis esse germanos.

Quod episcopo assidue sit orandum et legendum.

20. De assidua vero oratione quid aliud episcopis sentiendum est, nisi quod Dominus in evangelio discipulos admonet dicens: *vigilate et orate, ut non intretis in temptationem.* Qui enim vult temptationes evadere inimici, vigilet, et velut in castris positus orationis fultus adiutorio, municipatus sui iura defendat. Quis enim umquam suis viribus, nisi gratia Dei adiutus, callidi hostis sustinere poterit insidias? Unde iuxta illud apostoli sine inter-
cod. f. 16. b. missione orandum est. Et quid diebus ac noctibus orandum est, nisi ut, fuga nostra non fiat hieme vel sabbato? Et licet omnibus horis orandum sit, sunt tamen horae ad orandum determinatae, quae non solum ab episcopis sed etiam ab omnibus christianis sunt suscipiendae, ut est vespertinalis synaxis, iuxta illud psalmistae: *elevatio manuum mearum, sacrificium vespertinum.* Et nocturnae vigiliae, iuxta illud: *media nocte surgebam ad confitendum tibi.* Et matutinalis synaxis, in qua dominus Iesus Christus resur-

gens a mortuis mulieribus apparuit dicens: *ite nuntiate fratribus meis, praecedam vos in Galilaeam.* Et hora diei prima, ut omnis nostra operatio a Christo incipiatur. Et secunda diei hora, in qua solvitur capitulum. Et hora diei tertia, in qua Christus linguis Iudaeorum crucifixus est, et in qua die pentecostes Spiritus sanctus in linguis igneis super centum viginti discipulos apparuit. Et hora diei sexta, in qua Christus pro salute nostra crucifixus est. Et hora diei nona, in qua emisit spiritum. Et completorium, ut omnis nostra operatio a Christo coepta, in Christum finiatur, quae ab omnibus sunt venerandae et explendae. Episcopus autem orationi et lectioni semper debet esse intentus, iuxta illud psalmographi: *beatus vir qui in lege Domini meditatur die ac nocte.* Et quid beatius quam audire Dominum colloquentem? Cum enim oramus, cum Deo confabulamur; cum vero legimus, Deus nobiscum loquitur, ad cuius vocem nox et tenebrae et nubila, confusa mundi et turbida, Christo veniente, vanescunt.

De hospitalitate episcopi.

21. Curent episcopi ut hospitales sint; ex hoc enim quidam placuerunt Deo, angelis hospitio receptis. Et cum omnibus laudabile sit hospitalitatem prout vires expetunt sectari, de episcopo ita scriptum est: qui hospites non suscipit, inhumanus est. Et idcirco canonibus sancientibus definitum est, ut de omnibus redditibus ecclesiarum et decimis duae partes concedantur episcopo, una ad sustentandam familiolam suam; altera peregrinis et hospitibus profutura; tertia fabricis ecclesiae deputetur; ultima clericis pro singulorum meritis dividatur.

De susceptione confratris episcopi.

22. De susceptione autem confratris episcopi, a sede sua pro catholica fide expulsi, nil aliud sentiendum videtur, nisi quod in sardicensi concilio Hosium episcopum cordubensem dixisse legitur. Hosius episcopus dixit: « Suggerente fratre nostro Olympio etiam hoc placuit, ut si aliquis vim » perpessus est et expulsus propter disciplinam et catholicam confessionem, » vel propter defensionem veritatis effugiens pericula, innocens et devotus » ad aliam venerit civitatem, non prohibeatur immorari quamdiu aut re» dire poterit, aut iniuria eius remedium acceperit; quia durum est, eum » qui persecutionem patitur, non recipi. Etiam larga benivolentia et hu» manitas est ei exhibenda. Omnis synodus dixit: universa quae constituta » sunt, catholica ecclesia in universo orbe diffusa custodiet. » Scio quosdam ex fratribus, qui siquando confratrem infirmum deprehenderint*, ante quam amicus dicere valeat, se pauperes esse et sub magno foenore iacere conqueruntur; ut audiens amicus, ab eis aliquid petere desistat. Et cum Croesi divitias exaequent, si forte audierint aliquos vel clericos vel monachos vel laicos liberalitati studere, nacti occasionem quasi hoc non possit inveniri venale in suis civitatibus, pro cinnamomo et pipere et aliis pigmentis mendicant. Quid plura? Iam poscunt aera. Hi solent dicere infirmis

* cod. decreverint.

confratribus: argentum et aurum non est mecum; quod autem habeo, hoc tibi non do.

De eleemosyna.

cod. f. 15. a. 23. Quantum vero ad promerendam Dei omnipotentis gratiam, et ad extinguenda mortalia peccata eleemosyna valeat, Salvator in evangelio aperte declarat dicens: *date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis.* Nec vilipendendum est opus compassionis, per quod ab omnibus mundamur offensis. Et licet Christus finis sit ad salutem omni credenti, et postquam * ita cod. beamur * re, superfluum sit laborare de figura, tamen quia non venit Christus solvere legem sed implere; et qui priscis loquebatur temporibus in prophetis, in evangelio dixit: *ecce adsum;* operae pretium est quantum veteris testamenti et incitemur documentis, et provocemur exemplis ad misericordiae opus faciendum, non profuse sed compendiose disserere.

24. Cum mosaica lege praeceptum sit, Deum mente et corde totis viribus diligere, proximum quoque sicut nos diligere eodem mandato constringimur. Pauperibus vero et advenis et peregrinis septimo anno terrae sabbatismus indicitur: et iubilaeo anno omnes possessiones redeunt ad dominum: et cum pro gratiarum actione et pro voto offertur Domino, pauper et advena et peregrinus simul et levita invitantur ad prandium. Etiam ille, cuius non est cor exaltatum, secundum cor Domini electus, cum laudes iusti viri psalleret, inter cetera sic ait: *tota die dic miseretur et commodat. Et semen eius in benedictione erit.* Et post pauca: *iocundus homo qui miseretur et commodat, disponet sermones suos in iudicio, quia in aeternum non commovebitur. Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in saeculum saeculi.* In evangelio vero dominum Iesum Christum, qui coepit facere et docere, misertum legimus bis pavisse turbas. Et in ultima caena post Petri ceterorumque apostolorum pedum lavacrum, et post tradita discipulis sacramenta corporis et sanguinis sui, post panem intinctum et datum Iudae, legimus ei dixisse: *quod facis, fac citius.* Hoc autem, ut fert evangelista, nemo scivit discumbentium, credentes eum dixisse emere ea quae sunt necessaria ad diem festum, vel egenis aliquid dare. Hoc aperte demonstrans Dominum et victum et vestitum discipulis, et egenis eleemosynam per oeconomum procurasse. Quod apostoli boni magistri imitantes exemplum, post sancti Spiritus donum die pentecostes caelitus illis collatum, in primitiva ecclesia facere studuerunt, quando de pecunia quae ante pedes ponebatur, dividebatur singulis prout cuique opus erat. Paulus vero divinus apostolus ecclesiis ex gentibus, quas parturivit Domino, epistolis mandat ut per unam sabbati collectas faciant, ut refrigeria sumptuum mitterentur sanctis qui erant in Hierusalem.

25. Et licet magnus sit fructus eleemosynae, et omnibus proficuus christianis, praecipue tamen episcopis est ita proprius, ut qui episcopus est, et prout vires ecclesiae suppetunt, huic operationi non studet, non solum esse sed nec dici quidem poterit episcopus. Curet ergo episcopus, ut si-

quando eleemosynam tribuit, propter caritatem faciat non propter mundi gloriam; et si ex caritate fit, ut ordinate fiat, ut prius a domesticis fidei incipiatur, et sic postea aliis erogetur. In vulgi enim pauperibus sustentandis sola manu opus est; in sanctis vero pauperibus manu et intellectu. Unde David dicit: *beatus qui intelligit super egenum et pauperem.* In sanctis vero intelligitur, opus est ut illi tribuat qui erubescit accipere, et dolens accipit, metens temporalia et seminans spiritualia. Quod Salvator in evangelio satis aperte demonstrat dicens: *facite vobis amicos de mammona iniquitatis; ut cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula.* An illi, inter quorum sordes et inluvies* corporum et sordidos pannos ebrietas et flagrans libido dominatur, recipient nos in aeterna tabernacula, qui nec praesentia habent bona nec futura? Sed et pro redemptione animarum illis donanda est eleemosyna, qui omnia sua pro Christi nomine reliquerunt, ut sancti sunt monachi, vel qui pro defendenda iustitia dampna rerum temporalium sustinent vel exilia: et qui erubescentes petere, viri morum honestate praeclari, camino coquuntur paupertatis. Nec a propinquis longe fieri debet eleemosyna; qui enim dicit *diliges proximum,* non contradicit diligere proximiorem. Quod si proximis non esset larga impedenda munificentia, nequaquam Dominus pharisaeos notasset, quod calliditate et palliata iustitia, patris et matris non miserentes dicebant: *munus quodcumque est ex me, tibi proderit.* Sed parentibus et propinquis primitus donanda est eleemosyna, deinde extraneis, ita dumtaxat ut ex bonis ecclesiae sustententur sed non ditentur.

* cod. *ingluves.*

cod. f. 15. b.

De assidua praedicatione.

26. Curent igitur episcopi ut semper sint vocales, ut audiatur sonitus ex eis, et non moriantur. Sacerdos enim in veteri testamento tintinnabulis ambiebatur, ut ingressus eius in templum posset audiri, et regressus ne moreretur. Sacerdos vero ingrediens templum et egrediens moritur, si de eo sonus praedicationis non auditur. Quanta vero comminatione eis praecipitur, ut a clamando non desistant, in Ezechiele aperte describitur ita. *Fili hominis speculatorem posui te domui Israhel. Quod si speculator viderit gladium venientem, et non insonuerit bucina, et veniens gladius occiderit hominem vel iumentum, ipsi quidem in iniquitatibus suis mortui sunt, sanguinem autem de manu tua requiram. Quod si insonuerit bucina, et ipsi quidem audire contempserint, et veniens gladius interfecerit quemquam ex eis, ipsi quidem in iniquitatibus suis mortui sunt, tu vero animam tuam liberasti.* Quapropter oportet episcopum pro se et pro ovibus sibi commissis sollicitum semper esse in specula. Et ideo per prophetam ei dicitur: *super montem excelsum ascende tu quidem evangelizans Sion;* ut eius vita ab imis sequestrata, quae sursum sunt sapiat, non quae super terram; quia cuius vita despicitur, restat ut et praedicatio contempnatur.

27. Oportet autem episcopum et assidua lectione instructum, et longo

exercitio in divinis scripturis esse exercitatum, ut possit iuxta illud evangelii de thesauro suo proferre nova et vetera. Et hoc a Deo sibi donari, assiduis orationibus flagitare non desinat. *Quis enim dedit gallo intelligentiam? aut quis posuit spiritum in visceribus hominis?* ille scilicet a quo omnis sapientia procedit, et omne datum optimum, et omne donum perfectum. Qui enim galli nomine, nisi sancti doctores significantur 1)? Gallo enim a Domino datur intelligentia, ut nocturnas temporis horas discernat, et a se torporem excutiens, surgentis aurorae et diei venturae lucem propinquam annuntiet, clamans: hora est iam nos de somno surgere. Et sicut periti medici est alios levioribus fomentis, alios vero gravioribus medicinalibus, quosdam vero cauterio adurere, sic episcopo scire convenit quae quibus vulneribus opponere medicamenta conveniat. Aliter enim admonendi sunt senes, aliter iuvenes, aliter adulescentes, aliter pueri, aliter continentes, aliter coniugati, aliter viri, aliter feminae, aliter docti, aliter indocti, aliter hebetes, aliter veloces, aliter qui peccata praeterita deflent, aliter qui peccata perpetrata defendunt, aliter qui iustos se esse simulant, aliter qui se peccatores esse cognoscunt. Et ut breviter cuncta comprehendam, diversis hominibus, diversis culpis, diversa praedicationum adhibenda medicamina. Quod si quis huiusce rei gnarus esse voluerit legat assidueque meditetur pastoralem curam admirabilis doctoris Gregorii romani pontificis, et de eadem re brevem ac compendiosum libellum eruditissimi viri Gregorii nazianzeni episcopi, et illic inveniet modos praedicationum contra vitia quaeque ordinate digestos (2). Neque enim mei propositi est modos praedicationis intexere, sed quantum potero, Dei iuvante gratia, vitam episcopalem depingere.

* Iob. XXXVIII. 36.

De vitando malo hypocriseos.

28. De vitanda vero hypocrisi Dominus aperte in evangelio discipulos admonet dicens: *attendite a fermento pharisaeorum, quae est hypocrisis. Et cum oratis, nolite orare in propatulo sicut hypocritae.* Et cum Verbum caro factum visibiliter apparuit in terris, peccatores, et publicanos, et meretrices a suo consortio non fecit alienos; hypocritas vero aeternae vae * dampnatos caelesti regno iudicavit extorres, dicens: *vae vobis scribae et pharisaei hypocritae, qui clauditis regnum caelorum, nec ipsi intratis, nec alios intrare permittitis.* Et in die iudicii, quando redditurus est unicuique iuxta opera sua, hypocritis dicentibus: *Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et daemonia eiecimus, et virtutes multas fecimus? Respondebit: discedite a me operarii iniquitatis, nescio vos.* Qualiter vero cavendum sit a talibus, et qualiter a veris Christi discipulis pseudo possent discerni discipuli, evidentius Christus declarat dicens: *in hoc cognoscent*

cod. f. 16. a.
* vae interiectio.

1) Hinc galli figura poni solita in turribus ecclesiarum campanariis. Vide Sycardum cremonensem, in nostris ex eo excerptis, Spicil. rom. tom. VI.

2) Intelligit praestantem illum de sacerdotum, et praesertim episcoporum, officiis sermonem qui est secundus in editione maurina.

omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem. Nemo enim hypocrita Deum et proximum poterit umquam pura mente diligere.

29. Beatus vero Paulus magister gentium prophetat novissimis temporibus surrecturos homines periculosos, amantes semet ipsos, avaros, invidos, superbos, sua quaerentes non quae Iesu Christi, novitatum inventores et amatores, cauteriatam habentes conscientiam. Nostris autem temporibus, in quos fines saeculorum devenerunt, hae pestes validissime emersere. Nam quia tempora Antichristi imminent, secundum dominicam et apostolicam prophetiam, insurrexerunt nostris temporibus pseudo Christi et pseudo prophetae, qui per quasdam novitatum vanitates, simulata iustitia, corpus Christi, quae est ecclesia scindere non timuerunt, modo margaritas ante porcos ponentes, modo se ipsos iustificantes et alios condempnantes, modo passiones sanctorum patrum suscipientes, modo inter apocryphas iudicantes, modo responsoria et hymnos suscipientes, modo velut frivola contempnentes. Hi sunt qui spoliant *mulierculas oneratas peccatis, semper discentes et numquam ad notitiam veritatis pervenientes.* Et quamvis mulierculas simplices animas nullo virili robore firmatas quidam accipere velint, ego autem vim litterae inferre non audens, mulierculas illas credo oneratas peccatis, quas apostolus viventes mortuas notat dicens: *vidua in deliciis vivens, mortua est.* Quas hypocritae prius spoliant castitate, dehinc omnibus mundanis divitiis et probitate. Videas eas maritorum immo moechorum sequentes vestigia, alpes devias superare, et flumina transmeare, et urbes ignotas quaerere studio orationis, et sub praetextu religionis ut eorum releventur alloquio, et nocturnis vigiliis diabolo instigante, aliquando intra sacella inpudico foveantur amplexu. Sed ut verbis utar apostoli, *si quis aliter mihi praedicaverit quam praedicatum est, anathema sit.* Et si quis aliter senserit de tenellis viduis quam apostolus docuit, anathema mihi est. Ego autem non sum incredulus vicarium ibi deesse diaboli, ubi solus cum sola nocturnis horis confabulatur.

De castistate ab episcopis observanda.

30. Timendum est episcopo et valde retractandum illud dominicum praeceptum: *sint lumbi vestri praecincti, et lucernae ardentes in manibus vestris.* Qui enim vult cum prudentibus virginibus lucernas ardentes portare in manibus, lumbos praecingat. Sine castimonia enim nemo videbit Deum, quanto minus episcopus? Episcopus enim qui mente et corpore castus non est, etsi vivere videatur, mortuus tamen et sepultus est; et ideo mulierum colloquia devitet et praecipue agapetarum. Quid enim episcopus cum mulieribus confabuletur? Nemo sibi de propinquitate blandiatur. Sororem Thamar concupivit Amon. Non quaerit diabolus quae sua sunt, nec illos quos babylonius rex succendit in olla. Iob subvertere cupit; et devorato Iuda, cribrandi in apostolos expetit potestatem. De ecclesia semper rapere festinat. Esca eius, secundum Abacuc, electa. Monasteria virginum raro

adeat, et non sine testibus, quarum vultus inspiciat cum omni castitate.
cod. f. 16. b Est etenim visus castus, est et incestus; si enim omnis visus castus esset, nequaquam in evangelio Dominus diceret: *qui viderit mulierem ad concupiscendum, iam moechatus est eam in corde suo.*

Quod episcopus non habeat familiarem infamem.

31. Curet ergo episcopus ut familiares tales habeat, de quorum vita et conversatione non infametur. Non enim sufficit ut manus ipse custodiat suas, nisi custodiat et familiarium. Non enim sanctior esse poterit Elisaeo, cuius Giezi dum avaritiae studet, mercatus est maculam sempiternam.

Ut bellorum tumultibus se non inmisceat episcopus.

32. Ut bellicosis rebus animum non intendat suum, omnis fere sanctarum scripturarum series contradicit. Dominus enim Iesus Petro volenti, ne caperetur, gladio prohibere sic ait: *mitte gladium tuum in vaginam. An putas quia non possum rogare patrem meum, et exhibebit mihi plus quam duodecim mille legiones angelorum?* Sed et sancti qui efficacia miraculorum et sanguine suo fundarunt ecclesiam, possent quidem armis resistere, si vellent tumultum populorum ad seditionem invitare; sed potius frementes animos populorum sedare curaverunt dicentes: nolite, fratres, quietem domini nostri Iesu Christi in tumultum convertere. Et beatus Ambrosius de episcopis sic loquitur: « vis Domini cognoscere censores? iubentur incedere sine virga, et condere gladium, non quaerere aurum. » Et beatus Augustinus inter cetera sic scribit. « Quod in veteri testamento de Eliae et Phinees zelo laudatur, quorum alter zelo confixit adulteros, alter vero gladio peremit idololatras, hoc in novo testamento de degradationibus et excommunicationibus sentiendum est, cum in ecclesia visibilis gladius fuisset cessaturus. » Nec ideo dico ut non sint admonendi fideles, et praecipue reges et iudices et milites, ut schismaticos et excommunicatos armis persequantur; si enim hoc non esset, superfluus videretur ordo pugnatorum in christiana legione, quos Dominus primitias sibi elegit ex omnibus hominibus sub romano imperio degentibus. Scilicet admoneantur, ut iustum est, milites dominis suis fidem servare, et pro salute eorum et pro re publica usque ad mortem decertare, schismaticos et haereticos debellare. Tantum ne aliorum mortibus pii foedentur obtutus, a bellorum apparatu suam debent (episcopi) arcere praesentiam.

De adulatione et detractione vitanda.

33. Adulatoribus vero et detractoribus facilem non praebeat aurem; naturali enim ducimur malo, et adulatoribus libenter favemus: et licet callidus rubor suffundat ora, ad laudem interius mens laetatur, et quodammodo extra se vana gloria rapitur; ita ut etiamsi falsa sint, quae de eo adulantis voce promuntur, credit tamen, quia vult vera esse quae falsa sunt. De detractoribus autem quid dicam? nisi quia cum illorum capite, quod est diabolus, cuius invidiâ mors intravit in mundum, episcopali sunt omnino removendi familiaritate.

De bene morigerato eius sermone et incessu.

34. Sit eius sermo omni suavitate dulcoratus et sale sapientiae conditus. Non nutibus loquatur oculorum, non innuat digitis; sed sermo eius sit semper placidus et tranquillus, facies eius nulla sit varietate notabilis; sed siquando laetus, non dissoluto risu, non cachinnis ora distorqueat. Si vero severus, si ieiunus, tristitia faciem non exterminet. Sit eius incessus placidus, nec multum citus nec multum tardus, non elumbis vel fluxus incedat. Huc usque secundum apostolum qualis debeat eligi episcopus, et quando, et a quibus, et qualiter post consecrationem debeat vivere, Dei iuvante gratia, compendiose narravimus. Superest nunc ut qualiter in missarum sollempniis, in privatis, in festivis, in confectione chrismatis, in reconciliatione paenitentium, et qualiter ordines secundum canones debeat celebrare, breviter dilucidemus.

De missa sollempni.

35. In missarum quidem sollempniis aliqua debet esse diversitas. Nam in cod. f. 17. a. maioribus sollempnitatibus, ut in nativitate Domini et eius epiphania, et in sancto pascha et ascensione, et die pentecostes, et in sollempnitate omnium sanctorum, et in festis sanctae Mariae, et in nativitate Iohannis baptistae, et in natale apostolorum principum, et in dedicatione ecclesiae, et in propria ipsius episcopi festivitate, si possibilitas ecclesiae requirit, postquam cantor antiphonam imposuerit, procedat pontifex duodecim sacerdotum vallatus adiutorio, et septem diaconorum, iuxta decreta sanctorum patrum fultus testimonio, tribus hypodiaconis ad obsequium paratis. Et veniens ad altare, his dextra laevaque compositis, acolythis septem cereostata tenentibus, et si non minus quam duobus, exhomologesim incipiat: qua finita, dans pacem omnibus tam sacerdotibus quam levitis, ascendat in sedem in qua spectante clero et populo resedeat, donec kyrie eleison a clero sollempniter decantetur, et quamdiu laudes romano pontifici, et omnibus episcopis, imperatori quoque et imperatrici, iudicibus, et cuncto exercitui christiano sollempni cum reverentia fuerint decantatae. Sic stans in eadem sede hymnum intonat angelicum. Quo finito, collectam inibi offerat super populum.

36. Post lectum vero apostolum, et graduale cum alleluia et eius sequentia decantatum, post recitatum evangelium, descendat ad pulpitum, et sermone ibi decenter habito ad populum, eundem benedictione confirmet episcopali: et tunc demum accedens ad altare, alta voce symbolum incipiat, a clero et a populo decantandum. Postquam vero et populum salutaverit, et eos ad orandum invitaverit, dum offertorium a clero decantatur, oblationes suscipiat populorum. Dein rediens ad altare, lotis manibus nitidus et purgatus, oblata de manu suscipiat diaconi, et ea super corporale nitidum, non ex serico nec tincto panno, sed ex mundo lino contextum, decenter in modum crucis imponat. Postquam vero aquam in calice subdiacono vel acolytho subministrante immiscuerit, tunc diaconus cum

eodem calice crucem faciens, iuxta oblata ad dexteram partem illum imponat, et desuper mundo linteamine cooperiat; et hoc propter munditiam: ceterum secundum meram veritatem, et secundum romanam consuetudinem, nullo opertorio debet velari. Post odoramentum thuris in memoriam passionis Christi, vel quod multo significantius est, orationes significans sanctorum', super oblata et calicem sollempniter impositum. Et postquam lenta voce clerum et populum ad adorandum invitaverit, obsecrationes quae super oblata dicuntur secrete incipiat recitare.

37. Quibus finitis, praefationes incipiat non histrionico ritu harmonizando decantatis, non cava nare verba subsannans, non ita tenuiter ut vix a circumstantibus possit audiri, nec tam clamose, ut a voce transire oporteat ad gractilem *, sed considerata magnitudine ecclesiae et multitudine populorum, sic sonora decantet, ut ab omnibus decenter possit audiri; et ad aram simplicitatis accedens, nulla sit duplicitate notabilis *. Et hoc sibi sollerter cavendum est, ne dum lacrymas vult elicere, immo vero extorquere invitas, in conspectu omnium singultus emittat, ora distorqueat: lacrymae enim compunctionis non debent extorqueri sed promereri; et quibus proveniunt, non tristes reddunt, sed videas eos ex fletu hilarescere. Dum vero orationes canens tacite inceperit recitare, quibus caelestia terrenis iunguntur, et ad quarum preces verbo Dei cooperante creantis omnia, materies panis et vini secundum Christi veridicam vocem in corpus et sanguinem transformatur eiusdem domini nostri Iesu Christi, totus ibi assistat in consideratione divinae misericordiae, et in commemoratione passionis et resurrectionis et ascensionis eiusdem domini nostri Iesu Christi; sperans et pro certo sciens, quia sicut Deus per passionem unigeniti filii sui gratuito mundo subvenit perdito, sic cotidie per eiusdem filii sui commemorationem passionis, virorum fidelium ac defunctorum relaxet delicta.

* Ita cod.

* cod. *nobilis.*

38. Finito vero canone, postquam ad eum locum ventum est, ubi episcopus corpus Domini super patenam in tres dividit portiones, ante quam particulam ponat in calicem, benedictiones super clerum et populum faciat pontificales. Dehinc alta voce dicat: *et pax eius sit semper vobiscum.* Sic ponat particulam in calicem, et communicet tam ipse quam ceteri ministri; et tali quidem ordine, ut presbyteri et diaconi post acceptum sacramentum, ab episcopo pacis confirmentur osculo; subdiaconi vero non, sed sicut ceteri clerici vel laici similiter accipiant communionem. Post acceptam communionem, gratiarum actione sollempniter Deo patri reddita, dicat diaconus ad populum: *ite, missa est;* et sic missa suo ordine finiatur. Si vero possibilitas ecclesiae tot sacerdotum et levitarum non requirit adiutoria, sufficiat trium levitarum testimonium, totidemque sacerdotum adiutorium. In privatis vero diebus unius sacerdotis adiutorio, et unius levitae testimonio, tribus subdiaconibus (1) ad obsequium praeparatis, poterit missam celebrare.

1) Ita codex modo *subdiacon* modo *subdiaconus*, et ita *diacon diaconus.* Et sic in patrum variis scriptis liturgiisque legitur latinis et graecis.

39. In caena Domini antiqua traditione a sanctis patribus accepimus reconciliari specialiter debere paenitentes, ideo quia in ea sacramentorum baptismi 1) scilicet et sanguinis Domini apostolis a domino Christo donata fuit traditio. Et quia hoc officium, scilicet reconciliatio et consecratio chrismatis, solis debetur episcopis, operae pretium visum est apostolis et apostolicis viris, quia nemo potest ecclesiae Dei *sociari*, nisi divinae mensae fuerit convivio sociatus, eo *die* debere celebrari mysterium, quo sacramentorum traditio sumpsit exordium. In primis vero dicendum quot modi sint excommunicationis: postea quomodo quisque excommunicatus debeat reconciliari. Nam excommunicatorum alii sunt in anima, alii in corpore, alii in anima et corpore. excommunicati vero in anima ii sunt, quos apostolos in epistola sua a regno Dei iudicat alienos dicens: *nolite errare; neque fornicarii, neque avari, neque maledici, neque fures, neque raptores, neque molles, neque masculorum concubitores, neque adulteri, neque similibus passionibus inretiti, regnum Dei possidebunt.* Quos tamen ecclesia tolerat velut zizania cum tritico usque ad ventilabrum. Alii vero in anima et corpore exconmunicati, evangelica falce ab ecclesiae societate succisi; cum quibus nec orare nec vesci licet, quos etiam nec salutare oportet. Qui siquando sancti Spiritus iuvante gratia ad ecclesiae voluerint redire unitatem, qualiter ab episcopo recipi debeant, qualiterve redintegrari, in novo libro 2), si vita comes fuerit, plenius enarrabo. cod. f. 17. b.

40. Nunc vero de his qui iuxta apostolum traditi sunt satanae in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini, qualiter in caena Domini secundum ecclesiasticum morem ab episcopo debeant reconciliari, breviter enarramus. Mediante hora diei prima episcopus concilium, sollempnibus vestimentis indutus, cum presbyteris ceterisque ad hoc dispositis, celebret secundum canonum instituta. Peracto autem concilio, sedente episcopo pro foribus ecclesiae, paenitentibus eminentibus cum archidiacono iussum illius praestolantibus dicat pontifex antiphonam: *venite filii.* Et diaconus ex parte paenitentium: *flectamus genua.* Tunc omnes stantes genua flectunt paenitentes. Quo facto, dicat diaconus ex parte pontificis: *levate.* Similiter agatur secundo, repetente episcopo antiphonam: *venite filii.* Et diaconus ex parte paenitentium: *flectamus genua*, ut antea. Et sic ad medium pavimentum solo tenus veniant. Quando autem tertio domnus episcopus annuntiaverit antiphonam *venite*, prosequatur diaconus *flectamus genua.* Mox cum diacono paenitentes corruant ad pedes episcopi, sicque prostrati iaceant, usque dum domnus episcopus innuat alteri diacono: *levate.* Prosequatur clerus: *venite filii*, et psalmum *benedicam Dominum in omni tempore.* Item antiphonam *venite* Postea ab archidiacono dicatur haec praefatiuncula: *adesto venerabilis pontifex*, et cetera. Moxque surgat episcopus, faciatque omnes paenitentes ante se prosternere, simulque cum astantibus cod. f. 18. a.

1) Quomodo *baptismi?* Nempe, ut videtur, quasi in exemplo ac typo lotionis pedum.
2) Animadvertamus promissum novum a Bonizone librum, qui certe non apparet.

canat hos psalmos: *miserere mei Deus. Deus in nomine tuo. Miserere mei Deus, miserere mei. Deus in adiutorium meum.* His finitis, sequitur dominica oratio, cum capitulis orationibusque sequentibus. Tunc diaconus ex parte paenitentium dicat ad episcopum: redintegra in eis, apostolice pontifex, quicquid diabolo suadente corruptum est, et orationum tuarum patrocinantibus meritis per divinae reconciliationis gratiam, fac homines proximos Deo, ut qui antea in suis perversitatibus displicebant, nunc autem se placere in regione vivorum, devicto mortis suae auctore, gratulentur. Tunc episcopus sermonem ad paenitentes dicat. Quo finito, imponat antiphonam cum psalmo *venite;* et manuatim paenitentes ab archidiacono dentur in manus episcopi: et episcopus singulis manus imponens, eos diaconibus tradat; et illi manuatim singuli singulos introducant in ecclesiam. Et hoc secundum Romanos, quos omnes Orientales et Germanorum imitantur ecclesiae. Ceterum occidentales in hoc aliquantulum videntur discrepare; nam prius quam ab archidiacono manuatim susceperit paenitentes, alteri commendat diacono, ut ipse omnes iuxta ianuam ordinet ecclesiae. * Ita cod. Quo facto, episcopus porrigens gambuttam * suam paenitentibus, imponens antiphonam *cor mundum crea*, clero cantante psalmum, matri reddit ecclesiae. Sciendum tamen est, quia non omnes qui redduntur per manus episcopi ecclesiae, eo die sacrae communionis merentur gratiam, sed ii tantum qui peracta paenitentia caelestis mensae redintegrantur convivio.

41. Superius dixisse me memini, ab apostolis et apostolicis viris ecclesiae traditum esse, specialiter in caena Domini chrismatis fieri debere consecra- cod. f. 18. b. tionem, et paenitentium reconciliationem, quia ultimo pascha cum discipulis celebrato, post Petri ceterorumque discipulorum pedum lavationem, ut nobis evangelica narrat historia, iterum Christum scimus recubuisse, et sacramenta sui corporis et sanguinis, et ordinem celebrandi apostolis tradidisse dicendo: *hoc est corpus meum; accipite et manducate.* Similiter et calicem postquam caenavit dicens: *bibite ex eo omnes. Hic est enim calix novi et aeterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Et ideo iustum sanctis patribus visum est, eo die quo veteri abolito testamento, sacramentorum in novo testamento coepit exordium, chrismatis olei, cuius infusione fons sanctificatur baptismatis, cuiusve unctione ecclesiae filii, Christi (uncti) vocabulo, iure debere fieri consecrationem. Quae hoc modo secundum ecclesiasticum morem sic incipit.

42. Hora diei tertia procedit pontifex decenter indutus, ut mos est in sollempnioribus festivitatibus, cum duodecim sacerdotibus, et septem diaconibus, et totidem subdiaconibus. Postquam vero cantor antiphonam imposuerit, hymnum angelicum incipiat, et sic incipiat missam celebrare. Dum vero in canone ad eum locum pervenerit in quo sic legitur: *per quem haec omnia semper bona creas*, sacerdotibus dextra laevaque compositis, incipiat cum eis oleum consacrare infirmorum. Postquam vero episcopus

dixerit: *et pax eius sit semper vobiscum*, resideat in sede, exspectans donec chrisma cum plenaria processione ducatur ad benedicendum. In hoc loco quaedam in consecrando chrismate inter episcopos videntur varietates: nam Romani et Germani, celebrata processione, postquam ab archidiacono chrismatis ampulla ad benedicendum pontifici fuerit oblata, sacerdotibus dextra laevaque compositis, et ad consecrandum chrisma cum episcopo paratis, non in altari sed subdiacono tenente ampullam, ante quam benedictiones incipiant, balsamum miscent in ampulla. Occidentales vero super altare benedicunt chrisma, et balsamum miscent in eo loco ubi sic dicitur: *et Spiritus sancti admiscere virtutem.* Quod vero in eo loco benenedicitur chrisma, ubi pax denuntiatur ecclesiae, ante quam communicent, hoc pro certo significat, omne sacramentum in pace valere ecclesiae; quod si in pace non fuerit datum ecclesiae, licet non iterandum propter vim sacramenti, suscipientibus tamen nil prodesse, nisi ad unitatem redierint ecclesiae.

43. Cur vero per olivae liquorem hoc sacramentum significantius sanctis patribus placuerit designari, haec fuit causa. Legimus in veteri testamento aqua vindice mundi deleta crimina, et octo tantum salvatos, quos mundo pereunte arca custodivit inclusos. Dehinc volentem Noë scire utrum cessassent aquae, emisisse corvum qui egrediebatur et non revertebatur. Quique postea emisit columbam, quae cum non inveniret ubi requiesceret pes eius, reversa est ad eum in arcam; quam etiam expectatis aliquot diebus, misit iterum. At illa portans ramum olivae virentibus foliis more suo redit ad eum ad vesperam. Intellexit protinus vir Spiritu sancto plenus a vesperascente mundo, per avem quae caret felle, genus humanum sanguine Christi patri reconciliandum. In baptismo autem domini nostri Iesu Christi per similem avem Spiritum sanctum super eum descendisse cognovimus, Iohanne baptista dicente: *et ego nesciebam eum; sed qui misit baptizare, ille mihi dixit: super quem videris Spiritum sanctum descendentem sicut columbam, et manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto.* Et quis est qui baptizat in Spiritu sancto, nisi ille qui unctus est de Spiritu sancto? secundum quod ipse de semet ipso prophetatum in evangelio testatur dicens: *Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me.* Cuius unctio docet nos de omnibus: cui non est datus Spiritus ad mensuram, sed ad plenitudinem, de cuius plenitudine omnes accepimus gratiam pro gratia. Et ideo christiani qui a Christo baptizantur, gratiam Spiritus sancti participant pro gratia, oleo sacramenti delibuti. Hoc est olei cod. f. 15. a.
sacramentum quod non deficit in domo fidelis viduae iuxta Eliae prophetiam; nec pugillus farinae de hydria, quamdiu Dominus donabit pluviam super faciem terrae. Nam chrismalis olei sacramentum, et corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi memoria, non deficit a Christi corpore, quod est ecclesia, quamdiu Christus subiecerit omnia patri per fidem; tunc ipsi subicietur patri, ut sit Deus omnia in omnibus.

De ordinationibus faciendis.

44. Videant episcopi ne ordinationes faciant nisi certis temporibus, id est ieiunio primi, quarti, septimi et decimi (mensis), et non passim nec omnibus diebus, et in dominicis tantum sabbato advesperascente, qua hora initium est noctis sequentis diei. Beatus vero Gelasius papa dicit ordinationes fieri posse in initio quadragesimae, et in mediana hebdomada. Gelasius autem et Pelagius in sabbato sancto. Symmmachus vero papa et Siricius in mense februario facere ordinationes. In his diversitatibus quid episcopis solide tenendum sit, in quinto libro, quem de secundi ordinis sacerdotibus ceterisque ordinibus disseremus, aperte demonstrabimus. Videant ergo episcopi ne bigamos vel curiales vel neophytos vel filios concubinarum, vel paenitentes, vel hos quos sacri removerint canones, ad sacros ordines promoveant. Et hoc illis cavendum est quasi venenum mortiferum, ne avaritia subripiat eorum corda, ut per quodlibet munus manus impositionem tribuant, et per simoniacam haeresim in praeceps ruant. Inexpiabilis enim est, ut ait beatus Ambrosius, venditi culpa mysterii, et culpa auctoris transit ad pastores. Erga hanc enim foedissimam haeresim, quae prima surrexit adversus Domini ecclesiam, et a beato Petro apostolorum principe cum auctore suo aeterna maledictione damnata, nullam misericordiam quovis ingenio vel aliqua dispensatione faciendam sancti patres decrevere (1). Ex bigamis vero vel curialibus et neophytis et paenitentibus et ex inlicito matrimonio procreatis, episcopali iudicio quosdam magnae vitae et meriti non solum sacerdotes, sed episcopos cognovimus ordinatos. Quod quî possit fieri, ut et sanctorum statuta non violentur, et talium ordinatio rata consistat, post quaedam huic opusculo inserta capitula, ad enodandam tamen hanc difficillimam quaestionem, pro futura Dei consueta misericordia, dilucidare curabo.

(Reapse post inserta quinque capitula, quaestionem propositam pertractat in sequentibus Bonizo.)

cod. f. 19. b. 45. Paulus apostolus in epistolis suis, quibus Titum et Timotheum adornat disciplinis, bigamos et neophytos arcet a sacerdotio; bigamos propter incontinentiam, neophytos vero ne in superbiam elati incidant diaboli iudicium: ruina autem diaboli, nulli dubium est quin arrogantia sit. Quia vero de bigamis se occasio praebuit, operae pretium est quod nostri maiores super hoc capitulo sensere, breviter enarrare. cod. f. 20. a. Nam alii monogamum voluisse esse sacerdotem, apostolum asseverant, id est qui unam tantum habet ecclesiam, et in duabus simul non sit ordinatus ecclesiis; cui sensui et sanctorum patrum regulae videntur concordare. Alii vero, quia in primitiva ecclesia praecepta dabat apostolus, quae magnam partem ex Iudaeis constabat, quibus non prohibebantur numerosa coniugia, illos dicunt hoc capitulo prohibitos a sacerdotio, qui propter incontinentiam de-

1) Intellige perpetuam a sacris ordinibus exclusionem. Alioquin paenitentiam ad salutem numquam petentibus negat ecclesia. Confer infra n. 49.

relicta naturali uxoria lege, qua primo dictum est homini: *propter hoc relinquet homo patrem et matrem, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una,* cum Lamech Caini adnepotis filio duplicia sit sortitus coniugia. Quamplures vero, de quorum numero ego sum, castum dicunt apostolum voluisse sacerdotem, id est viduum, vel in matrimonio continentem. Non enim poterat praecipere ut virgo eligeretur, qui sciebat a Domino de virginibus nil sibi imperatum. Quod si contigerit aliquando episcopali iudicio, utilitatis causa vel necessitatis, aliquem licet venientem ex bigamia, diuturna tamen continentia probatum, morum probitate, et excellentis vitae merito promoveri, non ideo franguntur apostolicae regulae, ut quod aliquando conceditur utilitati vel necessitati, universaliter transeat omnibus ad exemplum.

46. Quod autem ait beatus Innocentius papa: alius est ordo legitimus, alia dispensatio, quam ad tempus fieri necessitas impellit; ergo quod necessitas reperit, cessante necessitate, debet pariter cessare quod urgebat. Sic non peccaverunt hispani episcopi ordinantes Carterium, virum magnae vitae et meriti, venientem licet ex bigamia, in cuius laudem, immo in cuius ordinationis defensionem, beatus Hieronymus divinae legis interpres, luculentam composuit epistolam quae intitulatur *pro unius uxoris viro*, in qua inter cetera sic ait. « Dum promovemur, non est quaerendum quales » nati sumus, sed quales post baptismum viximus. » Beatus vero Pelagius papa quendam Latinum nomine ad diaconatus iussit provehi ordinem, qui admissa gamia de concubina filios generavit; canonibus interdicentibus, ut qui concubinam dignoscitur habuisse, non promoveatur; quem et ipse postea ordinavit episcopum. Quid igitur? fracti sunt canones? minime, quia sicut ipse ait suis temporibus, quibus non solum merita sed et ipsa corpora defecerant, condescendendum putavit necessitati temporis, ut eum ordinandum iudicaret, cuius aetas futurae incontinentiae suspicionem videbatur auferre. Sic et beatum Gregorium romanum pontificem Neapolitanis de quodam Iohanne, quem sibi elegerant in episcopum, inter cetera sic dixisse legimus. « Qua enim ratione ad episcopatum audet accedere, qui adhuc longam sui corporis continentiam, filiola teste, convincitur non habere? » Hoc pro certo demonstrans, quia si longam sui corporis habuisset continentiam, condescendendo tempori, eius electionem non infirmasset. Quid dicam de Marino salonitano episcopo, quem invasorem in multis suis scriptis idem beatus nominat Gregorius, qui etiam electus et ordinatus est in schismate? quem etiam condescendens tempori, utilitati vel necessitati consulens, non canonum iura dissolvens, recepit in communionem. Sanctum vero Ambrosium, lilium ecclesiae, catechumenum electum, et octo diebus post baptismum transactis in episcopum ordinatum, sacrae nobis narrant historiae, quem neophytum fuisse, nulli dubium est. Quid ergo? fracti sunt canones apostolici? minime; quia ubi superbia locum non habuit, nec arrogantia menti eius quovis ingenio ob susceptum honorem inrepsit. Pro ca-

none qui ad resecandam vanam gloriam est datus, superfluum est laborare; veluti si quis novaculam ad radendos pilos duceret, ubi pili nusquam possunt inveniri. Sed non ideo omnes neophyti passim ordinandi sunt: raro enim tales inveniuntur Ambrosii. Et quod aliquando conceditur tempori, utilitati vel necessitati, universalem *non* possidet firmitatem.

47. De paenitentibus vero cur interdictum sit ut non promoveantur ad ordines, in superiori capitulo, beato Augustino referente cognovimus, duas ob causas, ut et humilitatis adhiberetur diligentia, et desperatione adipiscendi honoris animus intumescens a peccatis quiesceret. Sed si qui ex paenitentibus iudicio episcopali promoti, vel ex lapsis redintegrati fuerint, quis-
cod. f. 20. b. quis horum peccata, quae in oblivione sunt apud Deum teste propheta, ad memoriam voluerit revocare, hic contra beati Petri regni caelorum a Domino traditas claves incipiet disputare, et omnipotentiam Dei quodammodo conabitur minuere. De filiis autem concubinarum, et de curialibus, ideo interdictum est ne promoveantur, ne honor tantae dignitatis vilesceret.

48. Praeterea sciendum est, canonum alios in voluntate positos, alios sub praecepto. Voluntarii canones sunt, ut est illud dominicum: *si vis perfectus esse, vade et vende omnia quae habes*. Et, *qui vult venire post me, abneget semet ipsum*. Et virginitas, et omnia quae supra nos sunt, in voto sunt. Canonum quae sub praecepto sunt, alii sunt necessarii, alii dispensatorii: necessarii vero sunt, quia nulla ratione possunt inritari, ut fides symboli, et regula baptismatis, et confectio sacramentorum, et diliges dominum Deum tuum in toto corde tuo, et non fornicaberis, et non falsum dices testimonium, et cetera his similia. Alii vero fere omnes tam in veteri quam in novo testamento dispensatorii sunt, et possunt inflecti et levari, et propter melius quid faciendum inmutari. Qui enim dixit, non furtum facies, non concupisces rem alienam, Hebraeos admonuit ut peterent ab Aegyptiis vasa argentea et aurea mutuo non pauca, ut hac calliditate spoliarent Aegyptum. Et qui dixit: non occides, colligentem ligna in sabbato iussit interfici lapidibus. Et qui dixit: honora patrem et matrem, ut sis longaevus super terram; ipse mandavit dicens: *si pater tuus et mater tua et uxor quae cubat in sinu tuo, voluerint te avertere a veritate, sit manus tua super eos, et interfice eos*. Et qui dixit, non periurabis in nomine meo, ego Dominus; David iurantem occidere Nabat Carmeli usque ad mingentem ad parietem, quia non interfecit, reum non iudicavit periurii. Et licet praefati canones ab apostolo et a sanctis patribus episcopis ob distribuendos ordines traditi dispensatorii sint, et eorum iudicio aliquando inflectendi vel levandi, videant tamen ne sine examinatione inordinate hos promoveant ad ordines quibus sacri canones contradicunt, et iuxta apostolicum praeceptum, quod non dispensatorie sed inviolabili necessitate illis mandatum est, videant ne aliquibus cito manus imponant, nec communicent peccatis alienis.

EX LIBRO III, QUI EST DE ORDINATIONIBUS.

49. Quisquis hoc facinus, videlicet simoniacae et neophytorum haereseos emendandum pro officii sui consideratione vehementer non asserit, cum ipso se habere non dubitet portionem, a quo hoc peculiare flagitium sumpsit exordium. Omnis ergo episcopus vel presbyter aut diaconus convictus, quod per pecunias manus impositionem dederit vel acceperit, a sacerdotio et a gradu decidat. Fortassis autem dicunt aliqui, quia paenitentiam agimus pro peccato, et Deus ignoscit illud. Ita est, quia omnes agentes paenitentiam Deus suscipit, et indulget per paenitentiam peccata quae iam patrata sunt. Sed secundum apostolum, sacerdos irreprehensibilis debet esse. Qui per pecunias quemquam consecravit vel consecratus est, alienus est a sacerdotio. Sic ut omnes ecclesiae simus alumpni ex canonicis disciplinis eruditi. cod. f. 22. a.

Ut ad humandum episcopum omnes sacerdotes conveniant.

50. Ea quae competunt honestati, contingit saepe quorumdam desidia non impleri. Proin quia notum est, quae dignitas in exequiis morientis episcopi ex canonibus conservetur, traditioni moris antiqui hoc tantum adicimus, ut si quis sacerdotum secundum statuta valentini concilii ad humanda defuncti episcopi membra venire commonitus pigra voluntate distulerit, appellantibus clericis obeuntis episcopi apud synodum sive apud metropolitanum episcopum tempore anni unius, nec faciat missam nec communicandi habeat omnino licentiam. Presbyteri vero sive ceteri clerici, quibus maior honoris locus apud eandem ecclesiam fuerit, cuius sacerdos obierit, si omni sollicitudine pro exequiis iam mortui, aut continuo antistitis mortui, ad cohumandum vicinum episcopum tardi veniant, aut per quamcumque molestiam animi id negligere comprobentur, totius anni spatio ad paenitentiam in monasteriis deputentur. cod. f. 28. a.

Unde sacerdotium sumpserit exordium.

51. In veteri testamento ab Aaron fratre Moysi sacerdotii coepit exordium. Nam licet antea quosdam legamus obtulisse sacrificia: ut Abel et Noë et Abraham, sponte tamen et non ex praecepto Domini: nec chrismate unctos, nec vestibus ad sacrificandum dedicatis initiatos; praeter unum Melchisedech, qui rex Salem legitur et sacerdos; quique Abraham revertenti a caede Chodorlahomor et sociorum eius panem obtulit et vinum in sacrificium Deo, in figuram nostri aeterni et semper novi sacramenti. Alii vero Sem autumant fuisse filium Noë, quem supputantes annos quos vixit post diluvium, dicunt supervixisse Abraham et Isaac, et usque ad Ioseph durasse venditionem. Quomodo vero sanctus vir in terra Cham et in prosapia Chanaan, quem scierat maledictione patris damnatum, derelictis filiis suis ac nepotibus, spretaque terra, quae sibi suisque cesserat in hereditatem, advena vellet habitare in terra aliena, non satis adverto, nisi quia forte vir Spiritu sancto plenus praescierat ab Hierusalem evangelium regni in toto mundo cod. f. 28. b.

disseminandum. Alii vero Melchisedech dicunt non hominem fuisse nec angelum, sed aliquem iustum virum veluti Iob; et licet in terra habitasset Chanaan, non tamen ex Cham duxisse prosapiam; ignotus quibus maioribus ortus ab his quorum terras licet rex potens incolebat; natus vero ex viro et ex muliere, et peccato primi parentis mortalis; qui sacerdos dicitur non quia sacerdos esset, sed quod in figura nostrum praecesserat sacerdotium, offerens primus panis et vini oblationem.

52. De Aaron autem sacerdotio, a Domino Moysi mandatum reperimus, scilicet ut applicaret Aaron et eius filios lotos aqua ad Dominum, et vestibus eius indueret sacerdotalibus; quarum quattuor sacerdotibus erant, tres vero tantum pontificibus debebantur. Quarum vestium significationes beatus Hieronymus in epistola quam scripsit ad Fabiolam aptissime dilucidavit. Nostri vero propositi non est de lamina aurea quae solis pontificibus ponebatur; nec de rationali vel superhumerali seu podere nunc disputare: nec de feminaliis sacerdotum quibus ipsimet vestiebantur, nec de linea tunica et cingulo vel mitra disserere. Veniendum est nunc ad novi testamenti regale sacerdotium, et a quo sumpserit exordium, et qualiter, et quibus debeant, cum ad sacrificandum accedunt, non figura sed veritate, indui vestibus, Dei iuvante gratia, incipiam narrare.

53. In ecclesiae vero sacramentis revelata iam gloria, pontifex Christi evangelicum praecipitur sumere calciamentum, quo ut dicit beatus Ambrosius in libro de fuga saeculi, venenum serpentis excluditur, morsus eius hebetatur, ut sit calciatus pes in evangelium. Et fortasse, inquit, ideo Moyses iubetur solvere calciamentum pedum suorum, ut sumeret calciamentum evangelii; vel quia non Moysi, id est non prophetis, sed apostolis praedicatio evangelii debebatur. Induitur quoque mystico inter sacra amictu sive superhumerali, studio scilicet et labore bonorum operum, quae semper coram Deo ferenda sunt, in cuius conspectu non debet apparere vacuus; quia nullus ad regimen animarum promoveri debet, nisi cuius bona opera praecesserunt. In pectore autem secundum facturam humeralis recte praecingitur, quia non solum opus libidinis, sed etiam ipsa in corde sacerdotis restringitur cogitatio vigore mentis. Desuper tunica vestitur talari, quasi perseverantia in opere iustitiae et sanctitatis usque ad finem, quia non sufficit inchoare, nisi compleatur et in fine. Circa lumbos vero accingitur, cum fortitudo animi contra corporalia vitia viriliter assumitur. In veteri testamento legimus Daniheli angelum Domini praecinctum apparuisse in renibus: in apocalypsi autem Iohanni non iam in renibus, sed ad mamillas praecinctus ostenditur. Praecinctio renum cohibitionem significat luxuriae. Angelus itaque Daniheli apparens, iure in renibus cinctus fuisse dicitur, quia vetus testamentum ipsum opus luxuriae dampnat. Iohanni vero in pectore, quia novum testamentum etiam cogitationes nefarias refrenat. Utroque cingulo sacerdos Dei semper utatur, ut sit sanctus corde et corpore
cod. f. 22. a. et spiritu. Stolam deinde accipit, figuram videlicet immortalitatis et inno-

centiae; quia primus homo in paradiso expoliatus fuerat, sed iterum per occisum vitulum saginatum, id est per passionem filii Dei, in baptismo eandem recepit. Beatus igitur qui custodit stolam suam, id est fidem quam in baptismo percepit, et innocentiam vitae ne nudus ambulet, ne iterum expoliatus turpiter cum diabolo damnetur. Beati, inquit Iohannes, qui lavant stolas suas, et vitam suam lacrymis paenitentiae atque custodia mandatorum Dei, ut sit potestas eorum in ligno vitae, id est in domino Iesu Christo; quem habentes utique in capite suo, omnia possidebunt.

54. Post haec pontificali decoratur tunica. Duas habebit tunicas, unam mysterii carnalis, et aliam intelligentie spiritualis. Et ut breviter iuxta ordinem * explicem, pontifex est qui legem et secundum spiritum et secundum litteram novit, et uniuscuiusque mysterii novit rationes. Quod vero interius est tunica linea, exterius hyacinthina, monstratur quia per castitatis candorem pervenitur ad caelestium rerum amorem. Sciendum vero est quia pro dalmaticis apostoli et omnes romanae ecclesiae episcopi usque ad sancti Silvestri tempora colobiis utebantur: quia autem nuditas brachiorum culpabatur, placuit hoc fieri quod potius aspectibus placeret populorum. Casula ceteris indumentis superponitur, per quam caritas intelligitur, quae donis omnibus est supereminentior. Sicut autem casula totum tegit hominem, quasi minor casa, sic caritas unire debet totum virtutum ordinem; custos enim est sanctitatis, sine qua nihil est virtus omnis. Manipulum ante, id est sudarium, quo solet laborantium sudor detergi, in brachio sumit, ut hoc nomine discat quanto eum orationis studio contra peccata insudare oporteat. Rationale in pectore portat, cum bona malaque discernit, et quod unicuique congruat cogitat, et curationis censura disponit. Hoc indumento omnes in animo utuntur sacerdotes Domini, dum rationis arbitrio et quae sunt expetenda requirunt, et quae sunt spernenda contempnunt. Sed non omnes materialiter hoc induuntur in corpore. Pallii enim dignitas non aliis conceditur episcopis, nisi his quibus magisterii iura dispensatorie a romanis tradita sunt pontificibus, ita dumtaxat ut in partem vocati sint sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Anulum in digito gerit, pontificalis dignitatis indicium et fidei signaculum, quatinus sponsam Dei sanctam ecclesiam intemerata fide custodiat. Haec indumenta illi nobis praeparaverunt, quorum vitam et doctrinam ideo sequi debemus, ut non nudi et deformes, sed variis ornati virtutibus in conspectu Dei appareamus. Illius namque sacerdotii anterioris habitus, nostrae mentis est ornatus; et sacerdotalem gloriam non iam nobis honor commendat vestium, sed splendor animarum.

55. His ac talibus, ut supra retulimus, vestibus Christi pontifices decorati, immo vero virtutum varietatibus adornati, videant ut se murum opponant pro filiis Israhel, et ut stent in acie in die Domini, nec imitentur filios Ephraem, qui intendentes arcum et mittentes sagittas conversi sunt in die belli. Quis enim armatis fugientibus, inermis non timebit? Et quis ministris turpiter terga praebentibus et latibula quaerentibus, securus erit

* cod. *orientem*

ad bellum? Quos si non movet illud evangelicum praeceptum, *bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis*, saltim erubescant si non Israhelitarum excellant sacerdotes tanto quanto interest inter umbram et veritatem, inter substantiam et figuram. Illi enim inermes tubis ante aciem concrepabant, nos vero proh pudor! induti lorica iustitiae et galea salutis, habentes scutum fidei, pro ovibus nobis commissis non pugnabimus usque ad vincula et carceres, usque ad inrisiones et opprobria, et si oportuerit usque ad membrorum truncationes et mortem? 1) Et si nos non terret illud boni malive pastoris specimen, lupus scilicet veniens ut oves mactet
cod. f. 29. b. et perdat, admoneant nos innumerabilium confratrum nostrorum, et praecipue romanorum pontificum exempla, qui a beato Petro usque ad pii Constantini tempora ·XXXIII· numero, vicibus sibi invicem succedentes mori non timuerunt, quamdiu ipsum romani nominis principem christianae submisere religioni. Et quis non Cornelio ab imperatore Decio cruciatibus variis interemto; Lucio vero eius successore ab eodem extincto; Stephano autem post hunc ab eodem inter missarum sollempnia cum duodecim sacerdotibus et septem diaconibus et sexdecim clericis in sede decollato, non timeret accedere ad papatum! Sed Sixtus intrepidus accessit ad pontificatum, non ut auro fulgeret et ostro, non ut gemma biberet, non ut candentis equi tergo portaretur supinus, sed ut pro sponsa Christi, quae est ecclesia, vinctus traheretur ad mortem. Nonne operae pretium et gloriosum erat illis temporibus videre Marcellum compedibus ligatum vaccas mulgentem Diocletiani, et per epistolas parochias primatibus dividentem?

56. Nostris vero temporibus quidam ex fratribus nostris episcopi, ita avide hoc dominicum *si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam*, in arca cordis ligaverunt, ut brevicula nube prospecta, ante quam procellae incipiant desaevire vel grandines, de fuga incipiant cogitare, non vacui viatores, sed auro honusti, et ideo timidi. Hi si forte viderint sudam faciem caeli nubescere, videas eos maria transmeare, alpes devias superare, et inpudenti fronte sese emeritis anteponere, male intelligentes evangelicum; non enim omnibus nec omni tempore est fugiendum. Quo
* Ep. CCXXVIII. ne quis credat hoc meum esse, quod dico, beati Augustini * capitulum introducam ad medium, et quid de talibus senserit, quidve faciendum iudicaverit, eius audita admonitione cognoscamus. « Recolimus verba dicentis: » *cum autem persequentur vos in civitate ista, fugite in aliam*. Quis autem » credat hoc ita Dominum fieri voluisse, ut necessario ministerio, sine quo » vivere nequeunt, deserantur greges quos suo sanguine comparavit? Num» quid fecit hoc ipse quando portantibus parentibus in Aegyptum parvulus » fugit? qui nec dum ecclesias congregaverat, quas ab eo desertas fuisse di» camus? Numquid quando apostolus Paulus, ne illum comprehenderet » inimicus, per fenestram in sporta missus est, et effugit manus eius,

1) Hoc adamussim necis genus Bonizoni nostro obtigit pro iusta legitimi romani Pontificis causa pugnanti.

» deserta est quae erat ibi ecclesia necessario ministerio, et non ab aliis » fratribus ibidem constitutis quod oportebat impletum est? Eis quippe » volentibus hoc apostolus fecerat, ut se ipsum servaret ecclesiae, quem » proprie persecutor ille quaerebat. Faciamus ergo servi Christi, ministri » verbi et sacramenti eius, quod praecipit sive permisit. Fugiant omnino » de civitate in civitatem, quando eorum quisquam specialiter a persecu- » toribus quaeritur, ut ab aliis qui non ita requiruntur, non deseratur » ecclesia, sed praebeant cibaria conservis suis quos aliter vivere non » posse noverunt. Cum autem omnium id est episcoporum et clericorum et » laicorum est commune periculum, ii qui aliis indigent, non deserantur » ab his quibus indigent. Aut igitur ad loca munita omnes transeant; aut » qui habent necessitatem remanendi, non relinquantur ab eis, per quos » illorum est ecclesiastica supplenda necessitas, ut aut pariter vivant, aut » pariter sufferant, quod eos paterfamilias volet perpeti. »

EX LIBRO IV, QUI EST DE EXCELLENTIA ROMANAE ECCLESIAE.

57. Scripturus de excellentia romanae ecclesiae, et de privilegiis ad eius- cod. f. 29. b. dem ecclesiae episcopum pertinentibus, et de constitutionibus eiusdem, sollerter rogo lectorem, ne citissime in meam prorumpat sugillationem, dum viderit me in tam profuso opere succinctum pauca dixisse de magnis. Quod si Moyses omnem scientiam doctus aegyptiacam, qui erat vir mitissimus super omnes homines qui habitabant in terra, quem Dominus noverat ex nomine, incircumcisum se labiis dicit, ne mitteretur ad Aegyptum; et Hieremias se puerum nominat, ne ad regna evellenda et plantanda, aedificanda et destruenda mitteretur excusans; quid ego miserrimus, nullius bonitatis vel scientiae mihi conscius, aliud quam me indignum tanto cod. f. 30. a. opere iudicabo? Sed quia Dominus in sentibus 1) locutus est, et cum voluit linguam rudentis resolvit in verba loquentis, accepta fiducia ab illo, a quo omne datum optimum et omne donum perfectum est, supplicabo ei orans, ut meas utinam non dedignetur invisere sentes. Mihi vero multa volenti ac cogitanti nil melius occurrit, quam quod haec sacrosancta ecclesia nullis synodicis constituta, sed ipsius est Domini voce fundata dicentis ad beatum Petrum: *tu es Petrus, et super hanc Petram aedificabo ecclesiam meam.* Cui addita est societas beati Pauli magistri gentium, ut quae erat electa caput gentium, sedes esset apostolorum principis et magistri gentium. Ipsa est vertex et firmamentum omnium ecclesiarum, dicente Domino ad beatum Petrum: *ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua; et tu aliquando conversus, confirma fratres tuos.*

58. Quid dicam, quod omnis christiana religio, omniaque ecclesiae sacramenta, praeter unum, quod in ultima caena discipulis a Domino traditum est, ab ipso sumpsere exordium 2)? Nam Iudaeis in die pentecostes

1) Nempe in rubo ad Moysem. — 2) Ordinatione quidem et praxi Petri, sed institutione divina.

mentientibus, linguis loquentes variis ebrios esse et meribibulos, Petrus magna auctoritate Iohelis prophetia, falsa profari perfidos declaravit. Et davitica prophetia evangelizans illis Iesum, usque ad tria milia eo die baptizavit in remissionem peccatorum, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Unde non dubium baptisma nostrum ab illo sumpsisse exordium. Sed et ordinatio episcoporum et sacerdotum et levitarum ceterorumque ordinum, ab illo cepit exordium. Nam post Domini ascensionem, Matthiam elegit in apostolatum, ut compleret duodenum numerum. Post adventum vero sancti Spiritus paracliti, ut nobis sacrae narrant historiae, Iacobum qui dicebatur Iustus, cum filiis Boanerges *, Hierosolymis ordinavit episcopum, dans formam omnibus ecclesiis, ut minus quam a tribus non ordinetur episcopus. De levitarum vero ordinatione quid dicam, nisi ut in actibus apostolorum dum legerentur audivimus? Factum est Graecorum murmur adversum Hebraeos, eo quod despicerentur in ministerio viduae eorum; ad qüem sedandum elegerunt septem viros de plebe; quibus apostolorum princeps imponens manus, adiuvantibus ceteris apostolis, tradidit illis Spiritum sanctum, simul et diaconi ministerium, ut servirent mensis. Philippus vero cum praedicasset Samariae, et recepissent Samaritae verbum Dei, et baptizati ab eo non suscepissent perfecte Spiritum sanctum, miserunt apostoli ab Hierosolymis Petrum et Iohannem ut imponerent illis manus; qui venientes et cum oratione imponentes illis manus, tradiderunt Spiritum sanctum; hoc pro certo demonstrantes, quod licet aliquis baptizatus sit in nomine Trinitatis, ut perfecte tutorem habeat Paraclitum, oportet eum per manus impositionem ab episcopo confirmari, quae fit per chrismatis consignationem. Unde patet et hoc sacramentum a Petro sumpsisse exordium.

* cod. *bonages*.

59. Hic idem evangelium Matthaei hebraice dictatum, apostolis tradidit praedicandum ecclesiisque Dei legendum. Hic idem alexandrinam ecclesiam fundavit, et Marcum evangelistam discipulum suum inibi episcopum ordinavit; cuius evangelium graece dictatum, ecclesiis Dei tradidit usquequaque legendum. Sciendum praeterea est, omnia evangelia et omnes epistolas tam Pauli quam canonicas graece dictatas, praeter Matthaei evangelium, et unam Pauli ad Hebraeos. Quid referam de eius praecipua humilitate, quam servandam praelatis ecclesiae suo exemplo mandavit? Nam cum audiret princeps apostolorum quosdam ex fratribus murmurantes, quod domum Cornelii incircumcisi intrasset, et cum suis baptizasset, non dedignatus est princeps apostolorum coram fratribus rationem de se reddere, exponens eis et visionem suam in Ioppe, et quod ante suscepissent Spiritum sanctum, quam baptismi unda tingerentur, adiecit: *fuerunt autem et hi sex fratres mecum;* ac si aperte diceret, si mihi non creditis, quod ante suscepissent Spiritum sanctum, quam a me baptizati essent, vel his testibus credite.

60. Paulus autem qui non ab homine neque per hominem, sed per revelationem Iesu Christi dicit se esse apostolum, et qui gloriatur dicens:

qui operatus est Petro in apostolatu, operatus est ex mihi inter gentes, cod. f. 30. b. lustrata Arabia et Damasco, post annos tres a conversione sua dicit se ascendisse Hierosolymam ut videret Petrum; et cum eo mansit diebus quindecim, ut eius auctoritate fultus libere posset verbum Dei ecclesiis praedicare. Demum post annos quattuordecim, assumpto Barnaba et Tito, iterum dicit se ascendisse Hierosolymam, secum deferens * evangelium quod * 2a col. intitulatur secundum Lucam, ut conferret cum apostolis, et praecipue cum apostolorum principe, ne in vacuum curreret, aut cucurisset; ut illorum auctoritate roboratus, qui videbantur esse columnae, et praecipue apostolorum principis, cui Dominus non solum ecclesiam, sed etiam regendos tradidit ipsos apostolos, libere posset praedicare evangelium suum ecclesiis Dei usque in Illyricum, et usque in Hispanias disseminare. Hic idem ante quam apostoli in totum orbem mitterentur, symbolum cum eis instituit, ut concordi praedicatione praedicaretur orbi; et observationem diei dominicae, et ut in sexta feria ab esu carnium omni sit abstinendum christiano. Hic antiochenam fundavit ecclesiam, et inibi episcopus ordinatus sedit annos septem. In qua residens duas composuit epistolas, quae canonicae nominantur, breves in verbis, longas in sententiis, ita ut rarus sit qui earum sensu non caecutiet. Dein successore sibi in antiochena sede ordinato, romanam ecclesiam glorioso suo decoravit episcopatu; in qua residens per ·XXV· annos et menses ·III· et dies ·III·, per omnem Italiam et Gallias et Hispanias, et insulas interiacentes ordinavit episcopos:

61. Quamobrem errant Mediolanenses, qui fastu superbiae inflati, suam dicunt ecclesiam non a Petro nec a suis successoribus, sed a Barnaba sumpsisse exordium; nulla enim littera, nullave historia commemorat eum umquam maria transisse; sed post separationem a Paulo factam, propter Iohannem qui dicebatur Marcus, cum eodem Cyprum delatum ab Elis mago multa perpessum, quem Paulus antea percusserat caecitate ad tempus. Is postquam venenum intrepidus hausit, inclyto vitam finivit martyrio. Quamquam post Domini ascensionem, et post sancti Spiritus adventum, cum multitudinis credentium Hierosolymis esset cor unum et anima una, cyprius Barnabas habens agrum, ut in actibus apostolorum legitur, vendidit eum, et attulit pecuniam ante pedes apostolorum, et factus est eorum discipulus. Sed ut falsitas Mediolanensium omnibus fiat notissima, quid beatus Innocentius (qui temporibus Arcadii et Honorii romanum gubernabat episcopatum, quibus imperantibus sanctus Martinus obiisse cognoscitur, in cuius obsequio funeris beatum interfuisse legimus Ambrosium) super hac re dixerit, audiamus. Innocentius Decentio eugubino *, * Epist. XXV, 2. inter cetera. « Quis enim nescit aut non autumat, id quod a principe apo» stolorum Petro romanae ecclesiae traditum est, ac nunc usque custo» ditur, ab omnibus debere servari; nec superduci vel introduci aliquid » quod auctoritatem non habeat, aut aliunde accipere videatur exem» plum? Praesertim cum sit manifestum, in omnem Italiam, Gallias, et

» Hispanias, Africam, atque Siciliam, insulasque interiacentes, nullum in-
» stituisse ecclesias, nisi eos quos venerabilis apostolus Petrus aut eius suc-
» cessores constituerunt sacerdotes. Aut legant, si in his provinciis alius
» apostolorum invenitur aut legitur docuisse. Qui si non legunt, quia nus-
» quam inveniunt, oportet eos hoc sequi, quod ecclesia romana custodit. »

62. Hic ter beatissimus instituit ·III· hebdomadas et ·IIII· imperfectam ab omni christiano populo venerari in commemorationem primi adventus et secundi domini nostri Iesu Christi. Et ordinationes celebravit per mensem decembrem. Hic idem Clementem ordinavit romanum pontificem, et adhuc vivens eum collocavit in cathedra; Linum vero et Cletum adiutores
cod. f. 31. a. habuit. Isque uno die 1) cum beato Paulo magistro gentium sub caesare Nerone agonizans, crucis affixus patibulo, romanam urbem inclyto glorificavit martyrio, et sepultus est in Vaticano.

63. Huic successit Clemens natione romanus. Quomodo autem primus sit post Petrum, et tertius legatur in ordine, haec fuit causa, ut nobis sacrae narrant historiae. Metuens enim vir Spiritu sancto plenus, ne haec apostolica ordinatio posteris temporibus transiret in vitium, dum quidam hereditarium munus putantes, minus de Dei cogitarent electione, Linum et Cletum priores sibi in episcopatu ante coëgit pontificari: et sic primus est per Petri electionem, tertius vero per gradum. Hic instituit canonem super eucharistiam ante quam frangatur decantari; et ut episcopus electione cleri et laude plebis constitueretur, et ut episcopalis cathedra in eminentiori loco poneretur; et ut baptizatus ab episcopo chrismate in fronte perungeretur; et ut ministri altaris presbyteri et diaconi caste viverent; et si non casti inventi, ab altaris arcendos ministerio. Hic exilio deportatus trans Hellespontum marinis fluctibus pro Christi nomine inmersus est.

64. Anacletus graecus genere, quem ipse apostolorum princeps presbyterum ordinaverat, huic successit in episcopatu. Hic instituit, ut minus quam a tribus non ordinaretur episcopus, et ut ordinationes presbyterorum et levitarum ceterorumque ordinum palam fierent praesente plebe; et ut inimici et suspecti non possint accusare episcopum. Et hic martyrio coronatus est, et sepultus in Vaticano.

65. Evaristus natione israhelita ex oppido Bethleem post hunc suscepit ecclesiam. Hic constituit ut septem diacones essent in urbe Roma qui custodirent Papam ne infestaretur a malivolis, et semper essent parati ad praebendum obsequium et in missarum sollempniis et in praedicatione. Et hic martyrio vitam finivit, et iacet in Vaticano.

66. Alexander natione romanus post hunc, cathedram suscepit episcopalem, iuvenis quidem sed senior moribus. Hic in canone memoriam Christi addidit ab eo loco in quo sic incipit: *qui pridie quam pateretur*, usque *quotienscumque feceritis, in mei memoriam facietis*. Hic idem praecepit ut aqua vino misceretur in sacrificio, propter Christi et ecclesiae unita-

1) Dicendum potius *eodem die sed non eodem anno*, ut vera tradit historia.

tem 1); et ut oblatio ex azymo fieret, non ex fermentato, propter Christi corporis veritatem; et ut modica esset dicens: *haec oblatio quanto potior, tanto parcior.* Hic idem praecepit omnibus dominicis diebus aquam cum sale exorcizari et mixtam benedici, et ex ea populum aspargi ad effugandas diabolicas insidias et contrarias valitudines. Et hic martyrio coronatus est, et sepultus est foras muros civitatis, sed non cum fratribus suis.

67. Sixtus natione graecus 2) post hunc levatur episcopus. Hic instituit ut ministeria sacrata non contingerentur nisi ab altaris ministris, et ut corporale non fieret ex serico nec de tincto panno sed de purissimo lino contexto: et ut nulla mulier vasa sacrata vel pallam altaris auderet contingere. Et hic martyrio coronatus est, et iacet in sepulchro in quo requiescunt Linus et Cletus, Anacletus et Evaristus, et sanctorum martyrum altare solum sibi nomen vindicat Sixti.

68. Telesphorus natione graecus et anachorita post hunc romanam suscepit ecclesiam. Hic hymnum in missarum sollempniis addidit angelicum, et ante natale Domini ·VII· hebdomadibus omnem clerum ab esu carnium praecepit abstinere; et in natale Domini tres missas instituit celebrandas: primam in pullorum cantu, media iam proximante nocte, quando Christus in Bethleem nasci dignatus est: secundam illucescente aurora, quando Christus in cunabulis a pastoribus adoratus est, et hymnus angelicus in choro angelorum decantatus: tertiam in ipso die, quando illuxit nobis dies redemptionis nostrae. Hic idem instituit, ut missae collectae hora diei tertia decantarentur. Sunt qui dicunt eum quadragesimale instituisse ieiunium; beatus vero Ambrosius, vir magnae scientiae et sanctitatis, dicit quadragesimale ieiunium a beato Petro traditum esse ecclesiis 3), Telesphorum tan- cod. f. 31. b.
tum clericis praecepisse septem hebdomadibus ante pascha ab esu carnium abstinendum. Et hic martyrio coronatus est, et appositus est ad fratres suos.

69. Hyginus natione graecus post hunc ecclesiae suscepit gubernacula. Hic instituit ut unus patrinus vel patrina suscipiat levatum a fonte. Similiter et in confirmationibus fiat, et in catechumeno faciendo. Et hic martyrio coronatus est, et sepultus cum fratribus suis.

70. Pius natione italus huic successit in episcopatu. Huic ab angelo nuntiatum est quod in dominicis diebus pascha deberet celebrari: nam antea quartum decimum lunae vernalis cum Iudaeis observantes, quocumque evenisset, pascha celebrabant. Hic collectam celebravit in titulo Pa-

1) Ante quam ulterius in his recitandis Bonizonis biographiis pergamus, facere non possumus quin lectorem ad Francisci Pagii breviarium allegemus, quod gesta romanorum Pontificum magna luce perfundit. Is enim vir κριτικώτατος tum in praefatione, tum in singulis Pontificum vitis, perquam accurate docteque certa a dubiis, falsa, praesertim isidoriana, a veris secernit. Et quamquam nemo errore omni immunis est, nec Bonizonem nostrum (qui peculiaria non pauca habet) nec cunctos historiae pontificiae tractatores Pagius vidit (permulti enim in codicibus praesertim vaticanis adhuc latent) nihilo tamen minus in hac sacrorum fastorum parte, suo quodam iure regnare videtur. Bonizo quidem aetatis suae traditionem sequitur, et novus sive indagandae veritatis sive arguendae falsitatis fons habebitur. Nos itaque novum auctorem in lucem proferimus, de singulis eius dictis non iudicamus, neque disquirimus.

2) Liber pontificalis cum Pagio *romanus.* — 3) Confer Ambrosii epistolam LXIII. 16.

storis 1), ubi et fontem benedixit. Huius etiam temporibus fuere Romae duae sacratissimae virgines Praxedes et Potentiana. Et hic martyrio vitam finivit, et sepultus est cum fratribus suis.

71. Agnitius 2) natione syrus post hunc romanam gubernavit ecclesiam. Hic praecepit ut nullus clericus comam nutriret secundum praeceptum apostoli. Huius temporibus Polycarpus ephesinus episcopus, discipulus et successor Iohannis evangelistae, Romam venit orationis voto, et benigne, licet quartadecimaret, a Papa in communionem susceptus est. Eodem quoque tempore Irenaeus admirabilis doctor, graecus genere, lugdunensem gubernabat ecclesiam. Sed et hic venerabilis pontifex martyrio coronatus est, et requiescit cum sodalibus suis in Vaticano.

72. Soter natione campanus post hunc romanum suscepit pontificatum. Hic instituit ut legitima non habeatur uxor nisi quae fuerit a sacerdote benedicta, et a parentibus tradita, et secundum legem dotata, et a paranymphis custodita: et ut nulla monacha pallam sacratam contingeret, nec incensum in ecclesia poneret. Sed et hic iacet in sepulchro cum fratribus suis.

73. Eleutherius natione graecus post hunc pontificalem suscepit cathedram. Hic epistolam suscepit a Lucio britannico rege ut christianus efficeretur per eius mandatum. Hic iterum firmavit ut nulla esca a christianis repudiaretur quae rationalis et humana esset. Et hic martyrio coronatus est, et appositus est ad collegas suos.

74. Victor natione afer post hunc suscepit episcopatum. Hic praecepit omnibus sub interminatione anathematis ut non quartadecimarent, sed pascha in dominicis diebus cum romana ecclesia observarent. Quod orientales graviter tulere episcopi, et praecipue asiani. Huius vero rebellionis auctor erat Polycrates ephesinus episcopus successor Polycarpi, qui et ipse discipulus fuerat Iohannis evangelistae. Scripsit in hunc Victor interminans ni ab incepto desisteret, eum a consortio ecclesiae sequestraturum. Scripsit et Polycrates epistolam mira suavitate dulcoratam, obtestans et obsecrans romanum pontificem ut pacem ecclesiae non turbaret, affirmans non aliter de pascha sentire quam per ·CC· fere annos ecclesia ab apostolis traditum custodivit. Quid plura? Vicit auctoritas romani pontificis, et omnes pascha sicut romanus episcopus praeceperat suscepere. Et hic martyrio coronatus est, et sepultus cum fratribus suis.

75. Zephyrinus natione graecus 3) huic successit in episcopatu. Hic constituit ut omnia vasa altaris essent vitrea; nam antea omnia erant lignea. Et hic martyrio coronatus componitur ad collegas suos.

76. Callixtus natione romanus de civitate Ravennatium 4) post hunc papalem suscepit cathedram. Hic iuxta quattuor anni tempora, quattuor indixit omni ecclesiae ieiunia, primum vernale, secundum aestivale, tertium

1) In Pii epist. II. isidor. *Pastor presbyter titulum condidit.* Certe Pii frater fuit nomine *Pastor*.

2) Bernardus Guidonis a nobis editus: *Anicetus in decretis dicitur Anicius.*

3) Apud librum pontificalem cum Pagio *romanus.*

4) Locus hic erat in regione transtiberina, qui a statione militum classis ravennatis nomen contraxit.

autumnale, quartum hiemale, in quibus etiam praecepit et ordinationes fieri, quamquam nec ipse nec alius quislibet romanorum pontificum, a beato Petro usque ad sancti Silvestri tempora, legitur celebrasse ordinationes nisi in mense decembris. Hic idem accusationem episcoporum voluit difficillimam esse, et ut infames et suspecti et inimici in eorum ne suscipiantur accusationem, omnino prohibuit. Eos vero haereticos nominat, qui dicunt sacerdotes post lapsum, si dignam egerint paenitentiam, cod. f. 31. a. non posse redire ad pristinos ordines 1). Huius quoque temporibus divino incendio concremata est pars Capitolii a meridiano, et sinistra manus Iovis aurea fulmine percussa liquefacta est. Sed et hic martyrio coronatus est, et sepultus est in coemeterio, quod suo nomine dicitur Callixti.

77. Urbanus natione romanus post hunc ecclesiae suscepit gubernacula. Hic constituit ut omnia vasa ecclesiastica aurea fierent vel argentea; vel si pauper esset ecclesia, stannea, ne sacerdotes culparentur avaritia. Hic primus instituit, ut ecclesia susciperet praedia, ex quorum reditibus clerici communiter viverent. Huius tempore extitit Caecilia virgo prudentissima quae duos fratres convertit, Pammachium exsuperavit. Quae postquam domum suam beato Urbano tradidit in ecclesiam dedicandam, in eadem inclyto vitam finivit martyrio, quam etiam in catacumbis sanctorum pontificum sepelivit. Et hic martyrio vitam finivit, et sepultus est cum fratribus suis. Postea vero christiana crescente religione, domus beatae Caeciliae in ecclesiam est dedicata, in qua sub uno altari quiescunt humati Urbanus, et Caecilia, Tiburtius, et Valerianus, et Maximus cubicularius.

78. Pontianus natione romanus huic successit in pontificatu, qui iussu Macrini et Alexandri exilio dampnatus est in insula Sardinia, et ibi pro Christi nomine martyr effectus requiescit in pace.

79. Antherus natione graecus post hunc rexit ecclesiam. Hic constituit ut episcopi utilitatis causa vel necessitatis possint tranferri de sede in sedem. Hic gesta martyrum diligenter a notariis exquisivit et in ecclesia recondidit. Nam priscis temporibus ex praecepto Clementis primi post Petrum romani pontificis, notarii erant in urbe Roma divisi per regiones, ut gesta et passiones scriberent martyrum; quas beatissimus hic diligenter exquisivit, et exquisitas in ecclesiis recondidit. Quapropter erubescant hypocritae magistri prurientes auribus, qui dicunt passiones sanctorum in ecclesia non legendas, et inter apocrypha deputandas; scientes procul dubio non esse apocryphum, quod sanctae romanae ecclesiae est auctoritate roboratum. Beatus vero Ambrosius doctor admirabilis passiones sanctorum martyrum intra missarum sollempnia interserit in praefationibus recitandas; ut evidens sit et manifestum, non esse apocryphum quod sanctus vir inter missarum sollempnia interserit populis recitandum. Et hic martyrio coronatus est, et sepultus est cum collegis suis.

1) Hinc ab anonymo auctore philosophumenorum, qui erat de secta novatiana, reprehenditur (ed. Oxon. p. 290.) nominatim Callixtus, qui paenitentiam lapsis huiusmodi concedebat.

80. Fabianus natione romanus post hunc romanus episcopus factus est. Hic constituit ut omni anno in caena Domini chrisma ab episcopo consecraretur, et vetus in ecclesiis cremaretur. Hic regiones divisit diaconibus, et fecit ·VII· subdiacones, qui ·VII· notariis imminerent, ut gesta martyrum in integro colligerent. Et hic martyrio coronatus est, et iacet ad catacumbas.

81. Cornelius natione romanus post hunc suscepit episcopatum. Hic sacerdotibus concessit pro recta fide iurare. Huius tempore corpora sanctorum apostolorum Petri et Pauli ab orientalibus viris religiosis noctu furata sunt; quo facto, tantus terrae motus romanam civitatem (concussit) ut paene omnes mori cogitarent. Sicque factum est, ut omnes tam pagani quam christiani, tam viri quam mulieres, tam parvuli quam senes, ita unanimes prompta voluntate eos persequerentur indidem tota urbe demigrare. Sed Dei nutu ita actum est, et sanctorum corpora Romam cum honore reportata sunt: et orientales viri religiosi, qui id amore fecerant pietatis, penitus non inventi, a cruciatu et morte, Dei misericordia, sunt liberati. Sanctorum vero corpora per annum unum apud catacumbas iacuere inhumata. Interea ex praecepto Decii et totius senatus consulto consulto concessum est romano pontifici ceterisque christianae religionis cultoribus libere ad sepulturas apostolorum faciendas insudare, et ad id faciendum data sunt eis de fisco rei publicae adiutoria. Primum quidem beati
cod. f. 82. b. Pauli corpus levatum de catacumba suscepit beatus Cornelius, et sepelivit eum una cum beata Lucina in praedio eiusdem via ostiensi ad litus ubi decollatus est. Beati vero Petri corpus accepit praefatus episcopus, et posuit iuxta locum ubi crucifixus est, inter corpora sanctorum episcoporum in templo Apollinis in monte aureo vaticani palatii neroniani. Hic idem iussu Decii exilio Centumcellis dampnatus est, et martyrio vitam finivit; cuius corpus in . X . miliario ab urbe Roma in praedio suo decenter requiescit humatum.

82. Lucius natione romanus post hunc cathedram suscepit episcopalem. Hic damnatus exilio fuit, et postea nutu Dei incolumis ad ecclesiam reversus est. Hic praecepit ut duo presbyteri et tres diaconi in 1) omni loco non desererent Papam propter ecclesiasticum testimonium; qui etiam a Valeriano capite truncatus est, et requiescit cum collegis suis episcopis.

83. Stephanus natione romanus post hunc curam suscepit episcopalem. Hic constituit sacerdotes et levitas vestibus sacratis in usu cotidiano non uti, nisi in ecclesia tantum. Et hic decollatus est ex praecepto Decii inter missarum sollempnia, quando communicabat cum duodecim presbyteris et septem diaconibus, sexdecim clericis. Et sepultus est in eodem loco ad catacumbas cum sede in qua residens decollatus est.

84. Sixtus post hunc intrepidus accessit ad pontificatum. Hic non metuens principum minas, nec veritus impia praecepta, dixit ad clerum suum:

1) Inferius *diaconibus*. Recole p. 18. adn. 1.

fratres et commilitones, audistis diabolica praecepta saeva vulgari: videte, nemo metuat terrores. Tunc commendans thesauros ecclesiae beato Laurentio, tentus et catenatus ducitur ad templum Martis. Sed athleta Dei fortissimus totam passionis 1) suae hereditatem archidiacono suo committens Laurentio, templum Martis oratione comminuit, et in eodem loco decollatus est cum duobus diaconibus Felicissimo et Agapito, et sepultus est in coemeterio Callixti. Et hic atheniensis fuit genere et philosophus.

85. Dionysius ex monacho natione romanus huic successit in praesulatu. Hic presbyteros constituit in urbe Roma in titulis, singulos in singulis, propter poenitentes suscipiendos, et propter baptisma, et parochias divisit. Et hic martyrio coronatus est, et sepultus est cun fratribus suis.

86. Felix post hunc natione romanus episcopus factus est. Hic constituit super reliquias martyrum missas celebrari. Et martyrio coronatus est, et sepultus in coemeterio Praetextati.

87. Marcus natione romanus 2) post hunc suscepit episcopatum. Hic constituit ut nullus episcopus vel sacerdos, etiamsi maioris sit scientiae et probitatis, anteponat se prius quam ipsi ordinato. Et hic solus de tanto numero pontificum martyrium evasit. Et requiescit in ecclesia in qua prius presbyter ordinatus fuerat, quae usque hodie ecclesia sancti Marci vocatur, in media Roma, in regione quae dicitur Pinus 3).

88. Eutychianus natione tuscus post hunc romanus dictus est archiepiscopus. Hic constituit fruges super altare benedici uvae et fabae. Hic suis temporibus per diversa loca trecentos quadraginta duos martyres manibus suis sepelivit. Et martyrio coronatus est, et sepultus est cum coëpiscopis suis.

89. Gaius natione dalmata ex genere Diocletiani post hunc papalem suscepit cathedram. Hic constituit ut septem diacones qui Romae sunt ordinati, nulli alii episcopo praeter quam Papae ministrent. Et hic martyrio coronatus est, et iacet in Vaticano. Nunc vero altare eius in ecclesia sancti Petri iuxta columnam contra altare sanctorum Leonum, in via quae ducit ad sanctam Petronillam; sub quo requiescit ipse et frater eius Gavinius, et filia eius Susanna.

90. Marcellinus post hunc in romanum eligitur episcopum. Huius temporibus persecutio ingens christianorum, iussu Diocletiani efferbuit, in tantum ut intra triginta dies ·X· et ·VII· milia hominum promiscui sexus martyrio vitam finierint. Quo terrore territus Marcellinus, simulque quorumdam suasu deceptus, thurificavit idolis. Quam ob rem convenere episcopi Romae ex diversis provinciis, non poenis, non exiliis, non ipso mortis discrimine pave- cod. f. 31. a.
facti, numero CXV; qui cum lacrymis et gemitu celebrantes concilium siscitabantur cum reverentia episcopum, si ita res se haberet, ut fama retulerat.

1) Ita cod., non *possessionis*.

2) Marcum hunc, tamquam huius nominis primum, scribit hoc loco etiam Bernardus Guidonis cum chronographo archiepiscopo cusentino, ut legitur apud nos in Spicilegio romano T. VI. p. 37, de qua re breviter in adnotationibus diximus ibi p. 38. — 3) Nunc *rione della Pigna*.

Marcellinus vero rem omnem seriatim confessus est, et se peccasse, et reum esse professus est; adiiciens etiam se paratum obedire quicquid illi sibi voluissent imponere. Ad haec illi: absit ut summus pontifex ab aliquo iudicetur: negasti tu? negavit et beatus Petrus magister tuus; et quis apostolorum ausus fuit eum exinde iudicare? sed egressus foras flevit amare. Tu in sinu tuo tolle causam tuam, tu proprio ore te iudica. Audiens haec Marcellinus dictavit in se sententiam dicens: ego Marcellinus ob scelus idololatriae, quod infelix commmisi, iudico me deponendum: anathematizo etiam quicumque corpus meum aliquando tradiderit sepulturae. Sicque pergens ad Diocletianum, ultro se professus christianum, capitalem suscepit sententiam. Cuius corpus per ·XXX· dies iacuit inhumatum. Noctu vero apparuit apostolorum princeps in visione Marcello sacerdoti, qui post eum episcopus factus est, dicens: Marcelle dormis? At ille: quis es, domine? Et ille: ego sum princeps apostolorum magister tuus. Et adiecit: Marcelle, corpus meum quod inhumatum est, quare non sepelis? At ille: domine, inquit, corpus tuum digno cum honore sepultum est. Et Petrus: corpus confratris mei Marcellini, qui pro Christo sanguinem suum fudit, quare non sepelis? Nonne legisti in evangelio Domini sententiam dicentis: qui se exaltat, humiliabitur; et qui se humiliat, exaltabitur? An non se humiliavit, qui indignum sepultura se iudicavit? Vade ergo et sepeli eum iuxta me, ut quos non separavit martyrium, quosque Dei iustificavit gratia, non dividat sepultura. Sicque factum est, et sepultus est secus pedes beati Petri apostoli.

91. Marcellus natione romanus post hunc levatur episcopus. Hic fecit coemeteria via salaria, et ·XXV· titulos in urbe Roma constituit, et dioeceses propter baptismum et poenitentiam multorum qui convertebantur ex paganis, et propter sepulturas martyrum. Huius temporibus venerabilis matrona Lucina ecclesiam Christi rerum suarum fecit heredem. Quod audiens Diocletianus dampnavit eam proscriptione, et iussit ut Marcellus episcopus dampnaretur in domo eiusdem matronae ad custodiendum animalia publica, et per ·VII· annos compedibus ligatus in eodem martyrio perdurans, per epistolas parochias primatibus dividebat. Et hic in bona confessione vitam finivit, et sepultus est in eadem domo in qua dampnatus animalia custodiebat. Postea vero christiana crescente religione, domus catabuli in pulcherrimam ecclesiam translata est, quae usque hodie sancti Marcellini nomine titulatur.

92. Eusebius natione graecus post hunc rexit ecclesiam. Huius temporibus inventa est crux domini nostri Iesu Christi ·V· kal. martii, et baptizatus est Iudas, qui et Cyriacus, qui etiam martyrio coronatus est, et sepultus est cum fratribus suis.

93. Melchiades natione romanus 1) huic succesit in episcopatu. Hic constituit nulla ratione die dominico, aut quinta feria ieiunium quemquam fidelium agere. Huic inter missarum sollempnia revelata sunt nomina quatuor

1) Liber pontificalis et alii *afer*.

Coronatorum, quae multo tempore latebant incognita. Et hic martyrio coronatus est.

94. Silvester natione romanus post hunc romanam gubernavit ecclesiam. Huius temporibus Constantinus, qui monarchiam tenebat imperii, baptismi legitur suscepisse sacramenta; sed quia de eius baptismo varie scriptura pronunciat 1), dicendum mihi videtur quid diversae scripturae sentiant, et cui magis fides sit adhibenda. In decretali epistola Eusebii, sicut ipso narrante cognovimus, legimus eumdem principem post victoriam Scytharum, qui transmeato Danubio Thracias vastaverant, venisse Romam, et ab Eusebio romano episcopo catechizatum, non tamen baptizatum; quamvis in multis codicibus vitio scriptorum reperiatur, eundem a praefato pontifice baptizatum; quod falsum esse, satis evidenter apparet. Quis enim tanto cod. f. 23. b. principe baptizato, auderet christianis necem inferre, et ipsum romanum pontificem, Melchiadem nomine, iugulare? Et cuius erat Tarquinius nisi romani imperatoris praefectus, qui Timotheum christianissimum variis tormentis interemit, et Silvestrum eiusdem Timothei hospitem carcerali mancipavit custodiae? Et cuius persecutiones fugiens Silvester episcopus in monte Soracte * latebram fovebat? Quia vero regius animus variis implicitus * cod. Seraple. curis per multa ostenditur, a beato Eusebio catechizatus distulit baptismum; quod postea divina favente gratia, revelatione apostolorum admonitus, occasione recuperandae salutis a beato Silvestro (suscepit.) Et hoc ita esse indubitanter catholica credit ecclesia. Illud vero quod in historia tripartita legitur, eum usque ad mortem distulisse baptisma, et in Nicaea civitate Bithyniae in arriana fide baptizatum, mirabiliter abhorret a vero. Quis enim nisi mente captus crediderit tantum virum, sub quo nicaena synodus trecentorum ·X· et ·VIII· sanctorum patrum, in qua fides nostra recitata est, et Arrius cum suis complicibus dampnatus est, errori se velle mancipare dampnato, maxime cum Arrium sciret sanctorum patrum et sua auctoritate dampnatum, et Constantinopoli Dei iudicio turpissima morte mulctatum? Sed iam nunc ad proposita revertamur. Hic privilegium a venerabili meruit Constantino evangelicae veritati concordans, ut omnes episcopi romano sint subiecti Pontifici, ut omnes iudices imperatori. Hic constituit ut romanus praesul a nullo iudicetur: et ut presbyter non condempnetur nisi sub quadraginta testium certa comprobatione: et ut minoris ordinis aliquis maiorem se non possit accusare: et ut clericus apud laicos non iudicetur: et ut presbyter chrismate liniat baptizatum in vertice, sed quod ab episcopo consecratum est. Hic dalmaticis praecepit uti in ecclesia: et in concilio apud Nicaeam habito Hosio cordubensi ab Hispania, et Victori ab Italia, vices concessit apostolicas. Et dormivit in pace, et sepultus est Romae iuxta palatium Octaviani ad locum qui dicitur Caput.

1) De Constantini baptismo vetus et notissima quaestio est: nos eius defensoribus, nempe quod Romae a S. Silvestro eius sacramenti gratiam susceperit, duos nunc adiungimus nempe latinum Bonizonem, et graecum, quem postea vulgabimus, anonymum magni Constantini biographum.

95. Marcus natione romanus huic successit in episcopatu. Hic constituit in ecclesia omnibus diebus dominicis et nataliciis apostolorum post evangelium symbolum ab omni Clero et populo alta voce decantari. Et hic requievit in pace, et sepultus est in ecclesia beati Petri apostoli, cuius fundamenta Constantinus imperator octavo die post baptisma suum, terram ipsemet fodiens, primus imposuit, et ad finem, ut est cernere, usque perduxit.

96. Iulius natione romanus post hunc papalem suscepit apicem. Huius ex praecepto orientales episcopi thronos suos recepere. Et hic instituit ut omnia monumenta chartarum ecclesiasticarum rerum per romanae ecclesiae fierent primiscrinium. Et hic sepultus est in basilica beati Petri apostoli.

97. Liberius natione romanus post hunc suscepit pontificatum. Hic exilio deputatur a Constantio eo quod noluisset haeresi arrianae consentire, et fecit in exilio annos tres. Postea vero multorum religiosorum rogatu, et maxime ad sedandam imperatoris quam habebat erga christianos crudelitatem, concessit Arrianis ut unam haberent Romae ecclesiam. Quod factum, licet si ab aliquo alio fieret, non esset vituperabile, ne auctoritas tamen romani pontificis omnes possit ad hoc tam crudele inflectere episcopos, cum communi consilio ab omnibus catholicis hoc concessum cassatum est; et ne nomen eius inter catholicos recitaretur, prohibitum; quamquam sanctus sit et bonus, et beato Ambrosio teste laudabilis 1). Et hic sepultus est in basilica apostolorum principis.

98. Dies autem Felicis sub Liberii papatu computantur 2). Et sepultus est non longe ab Urbe in praediolo suo.

99. Damasus natione hispanus post hunc romanum suscepit episcopatum. Hic synodali iudicio, voce publica, dampnavit Liberium, et adnullavit omne quod fecerat. Hic constituit ut psalmi Davidis cum gloria patri distincte cantarentur per diei horas et noctis vigilias. Hic praecepit ut in
cod. f. 31. a. missarum celebratione presbyter confessionem suam faciat, ante quam ad altare accedat. Hic invidiose accusatus de adulterio, facta synodo se expurgavit. Et sepultus requiescit apud sanctum Petrum apostolum.

100. Siricius natione romanus post hunc papa effectus est. Hic primus constituit ut ex monachis fierent (episcopi) utilitatis causa vel necessitatis. Et dormivit cum patribus suis, et sepultus est ad sanctum Petrum.

101. Dicerem 3) quidem de Anastasio et de Innocentio, qui sabbato praecepit ieiunandum, et pacem inter missarum sollempnia dari. Et de Zosimo natione graeco, qui cereum in sabbato sancto praecepit in omnibus titulis

1) Liberii lapsus qualis fuerit, non incuriose nos ventilavimus Spic. rom. T. VI. p. 59. 60, prolato etiam Bonizonis nostri testimonio ex codice vaticano. Illuc igitur lectores nostros ablegamus. Insuper admonemus, inter P. Zachariae latinas dissertationes T. I. septimam esse *de commentitio Liberii lapsu.*

2) Nempe quia Felix loco Liberii viventis et exulis tenuit pontificatum, quem postea recuperavit Liberius. Videsis Bernardum Guidonis p. 61.

3) Sequentia quae per saturam de reliquis romanis Pontificibus narrat Bonizo, iam nos recitavimus in Spicil. rom. T. VI. p. 273-281, non sine tamen notabili varietate multisque defectibus, ex Bonizonis compendio quodam, seu potius excerpto vaticano.

benedici. Et de Bonifacio qui monachabus et diaconissis interdixit ne sacrata vasa vel pallas tangerent altaris. Et de Caelestino qui constituit, ut psalmi Davidis ·CL· numero antiphonatim cantarentur ante canonem; nam antea, evangelium tantum et epistolae legebantur. Et de Sixto, qui ecclesiam, quae dicitur ad praesepe, et hodie vocatur maior ecclesia, in monte Livio aedificavit. Et de magno Leone qui ecclesiam a nestoriana et eutychiana haeresi, sua praedicatione liberavit, et Dioscori superbiam calcavit. Et de Hilaro natione sardo, qui interdixit ut pontifex sibi successorem eligeret Et de Simplicio tiburtino, qui ·XXVII· presbyteros Romae constituit. Et de Felice episcopo, et de Gelasio scholastico doctore mirifico, qui gelasianum codicem composuit, et innumeros tractatus fecit 1), ut beatus Ambrosius; et declaravit qui libri recipi debeant in ecclesia quive contempni: et quo tempore ordinationes sacerdotum ceterorumque ordinum fieri debeant. Et de Anastasio eius successore, qui constantinopolitanum imperatorem excommunicavit. Et de Symmacho sardo, qui constituit omnibus dominicis diebus et nataliciis apostolorum et martyrum hymnum angelicum decantari. Et de Hormisda magnae vitae et meriti. Et de Iohanne eius successore, qui in custodia Theoderici regis mortuus est. Et de Felice, qui patriarcham constantinopolitanum per epistolam excommunicavit. Et de Bonifacio qui constitutum fecit, ut non fieret electio romani pontificis nisi post tertium diem depositionis eius. Et de Iohanne eius successore. Et de Agapito qui Mennam constantinopolitanum ordinavit episcopum. Et de Silverio, qui primus post beati Silvestri tempora sine imperiali assensu, Gothorum manu est ordinatus; quique postea fraude Vigilii 2) sui archidiaconi, ex praecepto uxoris Belisarii patricii monachus factus, exilio deportatus est. Et de praefato Vigilio, qui licet fraudulenter accepisset episcopatum, quia tamen facti paenituit, firmus et perseverans imperialibus noluit obedire praeceptis, ideo exilio ductus apud Constantinopolim vitam finivit; cuius corpus in locello aureo positum magno cum honore Romam translatum est. Et de Pelagio episcopo, qui praecepit ut schismatici episcopi per saeculares potestates comprimerentur. Et de Iohanne eius successore. Et de Benedicto cuius temporibus Longobardorum aspera gens intravit Italiam. Et de Pelagio praedecessore Gregorii, qui novem praefationes tradidit ecclesiae ante canonem decantandas; si mei esset propositi seriatim romanos Pontifices numerare.

102. De beato vero Gregorio silendum non arbitror, a quo liber sacramentorum editus; et antiphonarius tam diurnus quam nocturnus; et tractatus in Ezechielem; et (homiliae) quadraginta in evangelia; et in Iob moraliter et allegorice et ad historiam compendiose digestans*; et dialogorum liber; et pastoralis cura Iohanni ravennati directa; et register ad regendam ecclesiam satis utilis 3). Hic instituit ut antiphona cantaretur, quae vocatur

* Al. cod. *digestus.*

1) S. Gelasii scriptis accessit nova grandis epistola graeca ad Syriae episcopos in hac bibliotheca nostra T. II. p. 653-662.

2) Gestorum Vigilii PP. copiosissimam defensionem, in mss. observatam, nos postea evulgabimus.

3) Praeter libros S. Gregorii editos, aliosque eiusdem a bibliographis memoratos, Onuphrius Panvinius

introitus, ad mulcendm audientium animos: deinde kyrie eleison a clero novies decantari, et post apostolum graduale, et alleluia, excepto in septuaginta diebus, in quibus tractus instituit decantandos: post evangelium vero, dum oblationes offeruntur, offertorium decantari, et post fractionem eucharistiae postquam communicaverint. Hic idem addidit in canone: diesque nostros in tua pace disponas: et ut oratio dominica a sacerdote super eucharistiam alta voce decantaretur. Hic idem instituit stationes fieri apud sanctum Petrum in natale Domini, in epiphania, in dominica de passione, in maiori sabbato scrutiniorum, in secunda paschae feria, in ascensione Domini, in die sancto pentecostes, in natali apostolorum, in tertia dominica de adventu, et in dedicatione eiusdem ecclesiae, quae est in octavo die sancti Martini, et in natali sancti Andreae, et in cathedra sancti Petri, et in litania maiore, et omni sabbato quattuor temporum. Similiter instituit in omnibus diebus quadragesimae stationes fieri per diversas ecclesias, et in albis paschalibus, et ut a septuagesima usque in pascha non cantetur alleluia; et ut in matutinali synaxi festiva octo tantum cantarentur responsoria, et sequeretur ambrosianum; et in cottidiana duo tantum, et a presbytero diceretur: Deus in adiutorium meum 1). Hic litaniam instituit maiorem; et Anglicam gentem Christi ecclesiae sociavit; et angelorum insertus choris caelo spiritum reddidit, et sepultus est in basilica beati Petri ante secretarium.

cod. f. 34. b.

103. Quid referam de Sabiniano* eius successore, qui luminaria addidit in ecclesia beati Petri? Et de Bonifacio, qui a Phoca caesare meruit privilegium, ut romanae ecclesiae constantinopolitana subiceretur? Et quid de alio Bonifacio, qui obtinuit a Phoca caesare dari ecclesiae Dei catholicae templum Romae, quod ab antiquis Pantheon dicebatur? Et de Deusdedit, episcopo, qui legem posuit in ecclesia sub interminatione separationis, ut nulla mulier filium suum de fonte susciperet, similiter et in confirmationibus? Et de tertio post beatum Gregorium Bonifacio, qui sub anathemate interdixit, ut nullus audeat aliquid rapere de ecclesia? Et de Honorio eius successore, qui instituit omni sabbato a sancto Apollinari litanias usque ad sanctum Petrum procedere? Et de Severino, cuius temporibus fuit Heraclius christianissimus imperator, qui extincto Chosroë crucem Hierosolymam reportavit? Et de Iohanne eius successore, qui distractis thesauris ecclesiae multa milia hominum per Istriam et Dalmatiam a barbarorum dominatu liberavit? Et de Theodoro pontifice, qui paenitentialis librum composuit 2)?

* Al. cod. *Sabinio.*

in sua inedita historia ecclesiastica cod. vat. 6104. f. 909. b. narrat periisse sancti huius pontificis opera 1. *Commentarios in omnes libros regum.* 2. *Commentarios in proverbia.* 3. *Commentarios in XII. prophetas.* 4. *De heptatico.* Iam *heptaticus* intelligendus est *heptateuchus*, pro quo, quasi ex vulgari aut corrupta pronunciatione, scribitur reapse *heptaticus* a Gregorio in registro lib. II. 32. et VII. 19.

1) Heic brevis adiectio vel interpolatio erat in codice vat., quam vide sis in Spicilegio rom. cit. p. 275. Ibique corrige sis *apostolum*, (idest lect. act. apost. vel epist. apost.) pro *amplum*; *fractionem* pro *factionem*; et denique p. 281. *legat* pro gripho typographico *alegt.*

2) De huius paenitentialis libri ambiguitate, recole quae nos diximus in Spicilegio rom. T. VI. pp. 133. et 276. Sed certe Theodori I. papae novam epistolam ex codice syriaco vat. edidimus nos in hac nostra

Et de ter beatissimo papa Martino ac martyre, qui dum missarum sollempnia ad altare Dei genitricis et virginis Mariae, quod dicitur ad praesepe, celebraret, divina bonitate, spatharius Olympii ducis missus ut eum interficeret, percussus caecitate eum omnino videre non potuit: qui non post longum tempus a lateranensi altari tractus iussu imperatoris Constantinopolim delatus est, et ibi longo martyrio maceratus caelo spiritum reddidit. Nisi 1) quia isti sunt dominici gregis arietes, romanae ecclesiae Pontifices, qui sanguine proprio et constitutionibus ecclesiam Dei consecravere.

104. Quod si chartae mihi non deessent, scriberem quidem de Eugenio Martini successore, viro benigno et canonum scientia erudito. Et de Vitaliano, qui cantum composuit, quo hodie utuntur Romani. Et de Adeodato eius successore. Et de Domno, cuius temporibus stella splendidissima nec antea visa apparuit in caelo. Et de Agathone, qui dum Constantinopolim causa componendae pacis inter Longobardos et imperatorem viseret, obvium habuit in porta civitatis leprosum, cui cum osculum dedisset, statim a lepra mundatus est. Et de secundo Leone viro omnium virtutum meritis decorato. Et de Benedicto episcopo, qui instituit ut ad tumulandum romanum pontificem omnes eiusdem ecclesiae occurrerent clerici: similiter et ipse in eorum faceret exequiis. Et de eius successore Iohanne, qui librum de dignitate pallii composuit 2). Et de Conone omnium morum honestate praeclaro. Et de Sergio episcopo, qui basilicam lateranensem reparavit, et ut agnus Dei inter missarum sollempnia decantareur instituit. Et de quinto Iohanne et sextò. Et de Sisinnio, qui instituit ut in ·V· feria missae decantarentur. Et de Constantino episcopo, cuius pedibus Iustinus imperator cod. f. 35. a. in media platea constantinopolitanae civitatis advolutus veniam petiit et impetravit. Huius temporibus duo Saxonum reges venere Romam causa orationis, et ibi mortui sunt. Et de secundo Gregorio, qui per Bonifacium monachum et episcopum gentem Germanorum sedentem in tenebris et umbra mortis, doctrina lucis convertit ad Christum. Et de tertio Gregorio, qui ad feretrum antecessoris sui electus est, qui et Leonem imperatorem, qui sacras imagines destruere nitebatur, excommunicavit et regno privavit. Hic idem cum Roma obsideretur a Liutprando * Longobardorum rege, misit navali itinere claves confessionis sancti Petri Karolo regi Francorum 3) rogans ut civitatem liberaret a perfida gente Longobardo-

* cod. *Aliprando.*

Bibl. T. VI. p. 510. Praeterea aliorum veterum Pontificum rom. scripta aliquot vel fragmenta nova in nostris collectionibus sunt, nimirum Felicis I, Eutychiani (sed falso nomine) Iulii I, Silvestri I, Gregorii II, Iohannis VIII, Innocentii I. ac III. Sed haec quid sunt prae illis copiis uberrimis, quas in continuatione Coutantianae editionis epistolarum pontificalium, si vita et vires suffecerint, daturi sumus?

1) Nempe repetendum: *quid dicam; inquam, nisi* etc.

2) Et quidem Iohannes PP. III. Edaldo archiepiscopo viennensi in Gallia usum pallii concessit, per epistolam quae extat in collectione novissima Conciliorum, Florentiae coepta, Venetiis continuata, T. IX. col. 760. Recentiores autem de pallio scriptores recenset Robertus Sala in adn. ad Card. Bonam de reb. liturg. lib. I. cap. 24.) Ad Iohannem PP. quod attinet, ego in codice vat. reg. 1491. f. 16. in catalogo veteris cuiusdam bibliothecae ms. legebam hunc titulum: *Iohannis papae romani explicatio in evangelia dominicalia totius anni.* Quis hos Iohannis papae sermones nobis demonstrabit?

3) Immo dicendum erat *Karolo Martello*, qui insuper titulo regali carebat.

rum. Et de Zacharia viro magni meriti et sanctitatis, qui pacem fecit Longobardis, et praecepit ut filii compatrum et commatrum non se iungerent in matrimonio. Et de Stephano eius successore, qui pergens in Franciam Karolum deposuit, et Pipinum fratrem eius regem constituit 1).

105. Et quia finem iam spectat paginula, silere non debeo de Hadriano Zachariae successore 2), cuius rogatu Karolus rex intravit Italiam in potentatu magno et manu robusta, et Desiderium regem Longobardorum victor e campo fugavit, et in Papia obsessum tenuit. Dehinc Romam veniens, a monte qui dicitur Gaudii usque ad Petri ecclesiam pedes properavit. Quem beatissimus papa in gradibus sancti Petri praestolatus est, et venientem usque ad confessionem sancti Petri cum hymnis et lampadibus et psalmis clericorum et laudibus iudicum romanorum, ut mos est, decenter perduxit. At ille potentissimus rex offerens beato Petro multa donaria, promittensque eius vicario fidem et debitam reverentiam, patriciatus a Romanis sublimatus honore, Papiam reversus civitatem quidem cepit, et Desiderium regem cum coniuge secum ultra montes duxit, et ex illo dici meruit rex Francorum et Longobardorum, et patricius Romanorum. Et de tertio Leone, qui sermocinarius appellatus est 3). Et de Stephano eius successore. Et de Paschali, qui Romae ecclesiam aedificavit in honorem beatae Mariae quae Domnica nominatur, quam etiam marmoreis crustis vestivit. Et de Eugenio, qui paenitentialem librum composuit 4), et in Franciam transmisit. Et de Valentino, qui Lodoicum filium Karoli imperatorem consecravit. Et de eius successore Gregorio. Et de Sergio, cuius temporibus Sarraceni vastarunt Italiam.

106. Et de quarto Leone, qui Karolum filium Lodoici coronavit imperatorem, quique etiam aedificavit civitatem quae hodie Porticus nominatur, quam Leoninam suo nomine appellavit. Hic fecit ciborium super altare sancti Petri argenteum, et ante ipsum altare tabulam auream mira gemmarum varietate distinctam, et iuxta altare crucem auream, et tegulas confessionis argenteas, et portas ecclesiae argenteas. Hic idem aedificavit ecclesiam Romae, quae hodie dicitur sancta Maria nova, et ecclesiam quattuor Coronatorum. Hic idem invidiose super quibusdam criminibus pulsatus, synodum congregavit, et se iuramento innoxium demonstravit. Sed quia invidia vinci potest, quiescere tamen non potest, paucis post evolutis die-

1) Grave huic quoque loco mendum obrepsit; etenim scribendum erat: *Childericum deposuit, et Pipinum maiorem domus eius regem constituit.* Et quidem id gestum a Zacharia potius Stephani II. praecessore, vulgo historia narrat. Ceterum pro Stephano II. facit cum Bonizone etiam auctor Draconis normannici lib. II, quod ingens opus versibus 4336, (non supputatis lacunis aliquot) anglicanae gallicanaeque historiae insigniter utile, diuque frustra quaesitum, nos in vaticano codice inventum prelo iam supposuimus, et propediem luci publicae exponemus.

2) Immo vero Hadrianus I. successit Stephano IV, non Zachariae, cui potius successerat, ut diximus Stephanus II. Iam Bonizo hac in re aeque mendosus est apud Albinum scholarem, cuius excerptum nos dedimus in Spicil. tom. cit. p. 277.

3) Appellationem hanc video; nullum tamen Leonis tertii sermonem me videre memini.

4) Paenitentialis hic liber desiderari videtur; neque enim locum eius tenere crediderim canones concilii rom. anno 826. sub Eugenio celebrati.

bus, malivoli qui invidiose eum accusaverant, seditionem concitantes in populo, iniuriantes eum, a palatio in forum romanum traxerunt, et ibi diabolico instinctu et populari audacia caecaverunt. Quod audiens Karolus rex, Romam veniens multos de populo romano trucidavit, ipsos vero auctores seditionis ligno suspendit. Ipse vero, licet orbatus, quamdiu vixit romanam gubernavit ecclesiam 1).

107. Et de Benedicto eius successore. Et de Nicolao, qui Seufridum 2) placentinum episcopum, depositum ab alia synodo, reconciliavit; et qui in uno eodemque tempore duos imperatores excommunicavit; orientalem quidem nomine Michaëlem propter Ignatii patriarchae iniustam depositionem; (cod. f. 36. b.) occidentalem vero nomine Lotharium propter Waldradae pellicis suae societatem. Et de secundo Hadriano qui Lodoicum filium Karoli constituit imperatorem. et de octavo Iohanne, qui altercatus est cum Arigelberga regina de civitate Ravenna; qui etiam Karolum filium eiusdem Arigelbergae ordinavit imperatorem. Et de Marino eius successore, cuius temporibus duo gloriosi episcopi fuere in Longobardia, unus placentinus nomine Paulus, nepos imperatricis, qui placentinam ecclesiam per Seufridi ignaviam funditus destructam a fundamentis reaedificavit. Alter vero parmensis nomine Gumbodius 3), qui canonicam parmensem constituit. Et de Hadriano qui ei successit in pontificatu. Et de Stephano. Et de Formoso, cuius temporibus Longobardis rebellantibus, Franci perdiderunt imperium. Et de quodam Stephano, cuius temporibus Sarraceni occupaverunt Siciliam. Et de Iohanne tusculano, cuius temporibus romani capitanei patriciatus sibi tyrannidem vindicavere. Et de quodam Silvestro, viro omnium artium liberalium peritissimo, qui primitus abbas bobiensis, postea episcopus ravennas, post vero romanus papa effectus est. Et de ·X· Iohanne tusculano, fratre maioris Alberici, qui pugnavit cum Sarracenis, et ab Italia pulsos in Siciliam fugavit. Hic aedificavit basilicam in palatio lateranensi. Et de Silvestro tusculano genere. Et de quodam Benedicto papa romano, qui uno eodemque die et laicus fuit et pontifex. Et de Iohanne tusculano genere, qui Othonem regem Saxonum coronavit imperatorem.

108. Et de quodam Silvestro* tiburtino, qui mortuo Alberico tusculano, (* Al. cod. *Silverio.*) qui patriciatus sibi nomen vindicaverat, a Crescentio nomentano qui patricius dicebatur, papa ordinatus est, quique etiam secundum Othonem ordinavit imperatorem; postea vero cum magno dedecore ab eodem Crescentio a papatu expulsus est; et quidam Iohannes placentinus episcopus graecus genere 4), legatione functus Othonis iunioris, a Constantinopoli re-

1) Sobrie noster Bonizo de Leone IV. At vero Anastasius et Bernardus Guidonis, haec referunt de Leone III, addito ingenti prodigio de lingua et oculis ei restitutis.

2) Cod. *Sophronium* heic et infra. Sed verius apud Ughellium dicitur *Leufridus* vel *Gofredus*.

3) Hic apud Ughellium dicitur *Vuibodus*, sed in epitaphio ibi adscripto *Vuidiboldus*, quod Canonicae ab eo constitutae memores eidem posuerunt parmenses Canonici, nempe ut aiunt: *dignitatis eorum auctori*. Res nunc a Bonizone clarius panditur.

4) Est hic episcopus 33. placentinus apud Ughellium, qui graecus a Bonizone dicitur, quia calaber

diens, dum Romam causa orationis veniret, a praefato Crescentio et a Romanis capitur, tenetur, et licet invitus, papa tamen infelix ordinatur romanus. Quod audiens rex, mente effrenus Romam veniens ipsum Crescentium diu obsessum cepit et capite truncavit; ipsum vero pontificem oculis orbatum ceterisque membris debilitatum, ad dedecus et ignominiam sacerdotalis ordinis per plateas leoninae civitatis circumduci iussit. Sed antequam ·XXX· dies implerentur, anima et corpore impius rex defunctus est. Et de Benedicto tusculano, qui Henricum maioris Othonis nepotem regem Theutonicorum ordinavit imperatorem. Et de eius fratre Iohanne, qui uno eodemque die et laicus fuit et pontifex.

109. De his mihi silendum esse non credidi. Ceterum si quis de Theophylacto tusculano, qualiter Iohanni sacerdoti vendiderit papatum, et quomodo uno eodemque tempore Theophylactus et Gregorius et Silvester romanum non regebant sed vastabant pontificatum, et qualiter Henricus rex Conradi filius romanam ecclesiam a talibus pestibus liberavit, gnarus esse voluerit, legat librum quem dictavi, qui inscribitur AD AMICUM, et ibi inveniet haec ordinabiliter esse digesta 1). Inveniet autem et ibi qualiter papa Clemens electus, qualiterve Henricus rex imperator ab eodem ordinatus sit. Et de Damaso eius successore quot in papatu duxerit dies. Et de praeclaro Leone 2), quid in papatu egerit, qualiterve vitam finierit. Et de Victore eius successore, quid egerit, aut quid eius temporibus novum evenerit. Et de Stephano Gothefredi ducis germano, et qualiter eius temporibus patarea 3) apud Mediolanum exorta est. Et de Nicolao papa, et de lite quam habuit cum Benedicto invasore, et quid egerit in papatu. Et de Alexandro papa, et de lite quam habuit cum Cadolo parmensi, et de eius victoria, et quid egerit in papatu, et de eius fine. Et de septimo Gregorio, et de eius electione, et de vita eius et moribus, et qualiter in natale Domini ad altare sanctae Mariae a Centio viro crudeli captus sit, et eo die gratia Dei
cod. f. 36. a. liberatus. Et de guerra quam sustinuit ab Henrico imperatore, et de controversia quam habuit cum Wiberto 4), et de aerumpnis quas sustinuit, et de obsidione civitatis et sua, et qualiter a Roberto Normannorum duce sit liberatus, et qualiter beato fine quievit, apertissime declaratur. Urbani vero pontificis acta, et de eius victoria si quis scire voluerit, legat librum quem scripsi in HUGONEM SCHISMATICUM, et ibi inveniet ad plenum lucidata quae voluerit.

erat, id est ex magna Graecia. De eo etiam Ciacconius in vita Gregorii V. In catalogo autem Pontificum dicitur Iohannes XVII. antipapa.

1) De romanis Pontificibus patet ter saltem scripsisse Bonizonem, nempe in hoc decreto, in libro ad amicum, et in libro contra Hugonem schismaticum. Immo et quater scripsisse videtur, quia Albinus scholaris (Spic. rom. tom. cit. p. 277.) partem horum quae heic exposuimus, dicit se recitare ex libro Bonizonis *de vita christiana*: nisi forte hic liber idem erat qui *ad amicum*.

2) Scilicet Leone IX. qui in albo sanctorum est. Hic etiam a Bernardo Guidonis dicitur: *vir sapientia et sanctitate praeclarus*.

3) Id est haeresis Patarenorum, ut diximus in Spicilegio tom. cit. p. 281.

4) Extat S. Anselmi lucensis liber contra Wibertum apud Canisium A. L. ed. nov. T. III. Nos item paris fere argumenti opus edituri sumus Cardinalis Deusdedit.

110. Huc usque incipiens a beato Petro apostolorum principe usque ad nostra tempora, romanorum Pontificum acta compendiose digessimus. Superest nunc ut de privilegiis ad romanum Pontificem pertinentibus, et de praerogativa ipsius sedis non profuse, sed succincte, Dei iuvante gratia, disseramus. Sed ante quam ad ea disserenda veniamus, quid beatus Innocentius Exsuperio tolosano 1) scripserit de consuetudinibus ecclesiasticis observandis, ad medium introducamus. « De his quibus certum nil scri» ptura demonstrat, et nil certum nostri maiores nobis scriptis suis reli» quere, recurrendum est ad sanctae romanae ecclesiae 2) consuetudines, » quae ab omnibus ecclesiis sunt custodiendae, et velut sacrosancti cano» nes venerandae. »

111. *Exin Bonizo multas recitat auctoritates pro argumento suo, quae tamen pleraeque omnes cognitae sunt, et supposititiae etiam nonnullae ex isidorianis, quibus ceteroqui non indigemus. His itaque omissis, titulos tantum ipsius Bonizonis ponemus.*

I. Quod ubi aliquid incerti oritur, recurrendum est ad sanctae romanae ecclesiae auctoritatem.
II. Quod difficiles quaestiones ad Petri sedem referantur.
III. Quod sacerdotalis ordo a Petro sumpsit exordium.
IV. Quod romana ecclesia a Domino sit fundata.
V. Quod nullus episcopus apud iudicem saecularem diiudicetur.
VI. Quod pulsatus romanam sedem appellet.
VII. Quod romana ecclesia caput sit omnium ecclesiarum.
VIII. Quod episcoporum causa non possit sine romano pontifice determinari.
IX. Quod episcoporum iudicia ad romanam sedem deferantur.
X. Quod ad romanam ecclesiam ab omnibus oppressis sit confugiendum.
IX. Quod romana ecclesia a tramite veritatis non erraverit.
XII. Quod ad romanam ecclesiam semper sit fugiendum.
XIII. Quod romana ecclesia possit corrigere quod novum est.
XIV. Quod maiora negotia ad romanam ecclesiam deferantur.
XV. Quod difficiles quaestiones ad sedem apostolicam referantur.
XVI. Quod romana ecclesia semper sine macula fuerit.
XVII. Quod episcopus non sit condemnandus inconsulto Papa.
XVIII. Quod summus praesul a nemine iudicetur.
XIX. Quod omnes synodi romana sint auctoritate convocandae.
XX. Quod romana ecclesia aperire possit regnum caelorum vel claudere.
XXI. Quod synodus non possit sine auctoritate romanae sedis celebrari.
XXII. Quod beati Petri apostoli sedes magistra sit sacri ordinis.
XXIII. Quod nulli fas sit apostolica decreta temerare.
XXIV. Quod romana ecclesia possit solvere quod iniqua synodus dampnavit.

1) Extat unica Innocentii I. ad Exsuperium tolosanum epistola, ordine sexta, in qua tamen locus infra recitatus, ad litteram certe, non legitur. — 2) Cod. mendose *ad sanctae Mariae.*

XXV. Quod in Papa si desint bona per meritum, sufficiunt quae apud decessorem testantur.
XXVI. Quod inter apostolos fuit quaedam discretio potestatis.
XXVII. Quod sententia romani pontificis a nullo possit retractari.
XXVIII. Quod Papa possit episcopum contra voluntatem archiepiscopi consesecrare.
XXIX. Quod sic Papa vices suas contulit archiepiscopo, ut in partem sit vocatus sollicitudinis.
XXX. Quod qui romanae ecclesiae conatur minuere dignitatem, haereticus sit.
XXXI. Quod nulli fas sit apostolica praecepta cassare.
XXXII. Quod Petri non tenens unitatem, fidem non tenet.
XXXIII. Quod qui potestatem romanae ecelesiae minuere cupit, in haeresim labitur.
XXXIV. Quod nullus incolumi Papa ambiat papatum.
XXXV. Quod qui navem Petri non ascendit, diluvio inundante peribit.
XXXVI. Quod omnis Bulgaria et Pannonia romanae sint subditae ditioni.
XXXVII. Quod omnis Sclavonia pannoniensi sit data dioecesi.
XXXVIII. Quod omne Illyricum romanae sit subiectum ditioni.
XXXIX. Quod tentantes Papam e sede pellere excommunicentur.
XL. Quod vivente Papa nullus in eius locum possit ordinari.

Bonizo episcopus de consecratione ecclesiarum et altarium.

cod. f. 39. b. 112. Consecrationes altarium et ecclesiarum secundum ritum, quem nunc romana ecclesia tenet, Silvester papa primus fieri instituit; fuisse tamen a primis apostolorum temporibus loca Deo dicata, quae a quibusdam oratoria, a quibusdam vero ecclesiae appellabantur, ubi collectae fierent per unam sabbati, et in quibus populus christianus ad audiendum verbum Dei, et ad percipiendum dominici corporis et sanguinis sacramentum conveniret, et apostolorum edocemur epistolis, et sanctorum patrum instruimur exemplis 1): quae licet salibus exorcizabantur, non tamen chrismate ungebantur, nec altare stabat lapideum adhuc erectum in titulum, in figuram domini nostri Iesu Christi chrismate delibutum, qui est altare nostrum et cod. f. 40. a. sacerdos et hostia. Postquam vero Constantinus, qui monarchiam tenebat imperii, a beato Silvestro baptismi meruit purificari sacramento, tunc primum lege ab ipso promulgata concessum est omnibus sub romano imperio degentibus licite ecclesias fabricare: et ad faciendum suo alios ut hortaretur exemplo, in proprio lateranensi palatio ecclesiam in honorem Salvatoris mundi fabricavit, et basilicam appendiciam iuxta in honorem Iohannis baptistae * ita cod. in balneo caloris * sui, in loco in quo baptizatus, a lepra meruit mundari; quam etiam praefatus Papa publice consecravit ·V· idus novembris; et est illa usque hodie celeberrima festivitas Romae, in qua prima ecclesia publice consecrata est, et imago Salvatoris depicta parietibus primum visibi-

1) De ecclesiis Christianorum librum eruditum nos edidimus O. Panvinii in Spicil. rom. T. IX. p. 141-180.

Digitized by Google

bilis omni populo romano apparuit. Consecravit autem et idem venerabilis Papa ecclesiam principis apostolorum ·XIIII· kal. decembris, quam etiam piissimus imperator a fundamentis aedificavit, et ex cuius apertura fundamenti ipsemet propriis humeris duodecim cophinos ex tellure fundamenti consertos in honorem ·XII· apostolorum exportavit: in qua (Silvester) et super corpus apostoli altare erexit lapideum, et chrismate perunctum secundum morem quem posteris tradidit observandum benedixit ac consecravit.

113. In lateranensi vero prima ecclesia altare non erexit lapideum, sed stabilium ligneum. Et hoc quare? quia credo aliquibus profuturum, breviter si potero enodabo. Ab episcopatu apostolorum principis, usque ad sancti Silvestri felicissima tempora, saeviente persecutorum rabie, certa non erat episcopalis statio, sed ubicumque necessitas impulerat, sive in cryptis, sive in coemeteriis, sive in domibus religiosorum virorum vel mulierum, sive in fabricis secundum quod superius diximus Deo dicatis missam celebrabant super altare ligneum, in modum arcae concavum, habens in quattuor angulis circulos in quibus vectes immittebantur, quibus a sacerdotibus portabatur, ubicumque romanus episcopus latitabat, vel ubi collectam disposuerat celebrare. Quod ob reverentiam apostolorum principis qui super altare hoc dominicum dicitur celebrasse sacramentum, et sanctorum suorum praedecessorum martyrum; licet decreto firmasset, ut nullum deinceps altare esset, nisi lapideum, hoc tamen in dominicum et patriarchae stabilium altare, ut nullus super illud nisi romanus Papa missam audeat celebrare. Quod in coena Domini post dominici corporis et sanguinis celebratam commemorationem a sacerdotibus violatur 1); mensaque sublata, in ipso altaris concavo usque hodie oleum exorcizatum, et chrismale ab ipso Papa benedicitur. Et sabbato vesperascente, finito baptismo, post litanias, post novies decantatum kyrie, post hymnum angelicum, post collectam, post lectum apostolum, postquam Papa stans in sede, alta voce novum cantaverit alleluia, ilico a sacerdotibus reposita mensa reconciliatur, et linteaminibus et palliis decenter ornata, ad usum sacerdotalis ministerii peragendum, romano pontifici preeparatur. Sed de hac varietate hoc dixisse sufficiat. Et quid sancti patres de consecrationibus altarium et ecclesiae nobis tradidere, breviter si poterimus disseramus. *(Auctoritates heic in codice subsequentes utpote satis, ut remur, notas praetermittimus).*

Quid agendum sit de incertis.

114. Innocentius. De causis, de quibus nulla solvendi ligandique auctoritas in libris veteris testamenti, vel ·IIII· evangeliorum, cum scriptis totis apostolorum, non appareat, ad divina recurrito scripta graece. Si nec in illis, ad catholicae ecclesiae historias catholicas a doctoribus catholicis scriptas manum mitte. Si nec in illis, canones apostolicae sedis intuere. Si nec cod. f 12. a.

1) Nunc adhuc in vaticana basilica arae maximae mensa, feria supradicta, serotino tempore, omni amictu nudatur, et ab universo clero praetereunte, psalmosque lugubriter recitante, vino et abstersionibus abluitur.

in his, sanctorum exempla perspicaciter recordare. Quod si in his omnibus inspectis huius quaestionis qualitas non lucide investigatur, seniores provinciae congrega, et eos interroga; facilius namque invenitur quod a pluribus sentientibus quaeritur. Verus enim repromissor Dominus ait*: *si duo ex vobis vel tres conveniant super terram in nomine meo, de omni re, quamcumque petierint, fiet illis a patre meo.*

* Matth. XVIII. 19.

EX LIBRO V, QUI EST DE SECUNDI ORDINIS SACERDOTIBUS.

cod. f. 42. a. 115. Superioribus tribus libellis qualis debeat eligi episcopus, et a quibus, et ubi, et quando debeat consecrari, et qualiter post consecrationem decenter debeat vivere, prout potuimus breviter enarravimus. Deinde de metropolitani dignitate, et usu pallii, et eius genio, et de excellentia episcopali, et de indusiis, et de respuenda inimicorum accusatione et infamium, et de eorum iudicio, compendiose tractavimus. Post vero de excellentia romanae ecclesiae, non profuse sed succinte, et de praerogativa romani Pontificis, et de constitutionibus et consuetudinibus praefatae ecclesiae, vix paucissima de multis carpendo digessimus. Superest nunc de secundi ordinis sacerdotibus et diaconibus ceterisque ordinibus, prout Deus concesserit, enarrare.

Post textum Gelasii papae quando ordinationes fieri debeant.

cod. f. 42. b. 116. Bonizo. De hoc capitulo multi nacta occasione vim facientes scripturae, et ad suum libitum inflectentes, a veritatis tramite aberravere, dum quartam quadragesimae septimanam medianam putantes, in sabbato scrutiniorum celebrare praesumunt ordinationem; qui si ipsum verbum, quod est mediare intelligerent, numquam ita desiperent. Ab initio enim quadragesimae usque ad quartam tertiae quadragesimae feriam, tot dies ieiuniorum sunt, quot ab eadem feria usque in caenam Domini computantur.

De paenitentia lapsi sacerdotis.

cod. f. 44. b. 117. Inter cetera quae de ordine sanctarum ecclesiarum sancita sunt, sancta hibernensis synodus 1), cui praefuit Leo sanctae romanae ecclesiae episcopus tempore Karoli regis Francorum, cum Theodorico Anglorum et Hibernensium episcopo, multisque aliis illarum regionum episcopis, de lapsu sacerdotum sic ait. « Hoc in omni paenitentia non solum laicali sed etiam sacerdotali sollerter est intuendum quanto quis tempore in delictis remaneat, qua eruditione imbutus, quali impugnatus passione vel aetate, quali
cod. f. 45. a. etiam compulsus est peccare gravitate aut necessitate. Omnipotens etenim Deus qui corda omnium novit, diversisque gentibus quas creavit, diversas naturas indidit, non aequali modo lance paenitudinis peccaminum pondera
Is. XXVIII. 27. pensabit; ut est illud propheticum*: *non enim in serris triturabitur gith,*

1) Supererit disquirendum de hac insigni, ut heic narratur, hibernensi carolinae aetatis synodo. Interim conferri poterunt hibernensis cuiusdam saec. octavi synodi canones apud Dacherium Spic. ed. nov. T. I. p. 492. (et quidem ibi p. 506. loquitur Theodorus, non Theodoricus, episcopus.) Item apud Marten. Anecd. T. IV. p. 2. De collectione canonica hibernensi agunt Ballerinii opp. S. Leonis T. III. p. 273.

neque rota plaustri sycaminum circumiet; sed in virga excutietur gith, cyminum in baculo panis comminuetur. Ac pro inconsiderata humanae fragilitatis infirmitate, sacerdos si suggerente diabolo in fornicationem ceciderit, et Deo miserante ad paenitentiam confugerit, tribus annis hoc modo expiabitur: primo · XL · diebus et noctibus se purificet tuto remotus in loco in solo pane et aqua: quibus exactis, primo anno qui sequitur similiter in pane et aqua luat, exceptis dominicis et festis praecipuis et paschalibus, in quibus vino et omnibus pulmentis uti poterit, excepta sola carne: ceteris vero diebus solo pane et aqua sit contentus. Tamen considerata personae qualitate, in his etiam feriis indulgeatur eidem modico vino, lacte, legumine, pomis, pisciculis, holeribus, sicut confessori suo visum fuerit. Decurso igitur primo anno, statim sacrosancti corporis et sanguinis Domini particeps fiat, psalmos cum fratribus ultimus canat, et ad pacem veniat, minora gerat officia. Secundo anno tres legitimas ferias in unaquaque hebdomada expleat in pane et aqua. Expletis duobus annis, si iuxta praefixos gradus paenituerit, episcopus eum in suum gradum revocare poterit.

Bonizo episcopus.

118. De hac controversia, de reparatione scilicet lapsorum, multi non intelligentes putant sanctos patres sibi invicem in hac re esse diversos, cum beatus Clemens primus post sanctum Petrum romanus episcopus, et admirabilis doctor Gregorius, et fere omnes romanae ecclesiae pontifices tam confessores quam martyres, et sancta nicaena synodus, lapsis redeundi ad pristinos gradus interdicant aditum; solus vero Callixtus inclytus martyr et episcopus ex tanto numero romanorum pontificum eos redire posse testatur ad ordines, et contradicentes affirmat haereticos Quod ne videatur contrarium, unum e multis, sancti scilicet Clementis capitulum ad medium deductum discutiamus, et quid potest inclytus martyr Callixtus tertius decimus post praefatum romanus episcopus super hac re dixerit, diligenter consideremus; et inveniemus sanctos viros non diversa sensisse sed unum. « Ministri altaris presbyteri sive diaconi ad dominica tales eligantur officia » qui ante ordinationem proprias coniuges reliquerint. Quod si contigerit » propriae invadere cubile uxoris, sacrarii non intret limina nec ad altare » accedat, et cetera. » Beati vero Callixti hoc est. « Errant qui putant sa» cerdotes Domini post lapsum non posse redire ad ordines, si dignam » egerint paenitentiam: et non solum errant, sed etiam clavigero regni cae» lorum nituntur inferre iniuriam, dum quaedam esse dicunt peccata in » terris quae solvi a beato Petro non possint in caelis. 1) » Beatus vero Clemens in primitiva ecclesia dans praeceptum interminatus est ministris altaris, legem ponens ne peccarent, contra claves vero caelorum beato Petro traditas non disputavit. Suis enim temporibus ita raro peccabant sacerdo-

cod. f. 45. b.

cod. f. 46 a.

1) Sunt haec in S. Callixti secunda collectionis isidorianae epistola (ed. Carafae), quam Coustantius non admisit. Atqui coaevus Callixto auctor philosophumenorum nuper graece editorum p. 290. hanc ipsam Callixto imputat doctrinam (ut iam innuimus p. 35. adn. 1.) Certe non omnia isidoriana spuriis sunt connumeranda, sed multa potius interpolata credenda; quod aliunde satis compertum est.

tes, ut non opus esset de restauratione cogitare. Temporibus vero Callixti papae, pullulante iam christiana religione, ruentibus sacerdotibus antiqui hostis insidiis, dum quidam invidiose redeundi intercluderent aditum, rogatus praefatus pontifex ab episcopis Galliae in quorum provincia haec gerebantur, eos nominavit haereticos, qui omnipotentiam verbi conabantur minuere; non tamen deliberative praecepit tales debere redire ad ordines: et qui dixit posse redire, non affirmavit debere. Et sic non diversa sentiunt sancti patres, sed unum. Quod ut enucleatius appareat, quid beatus Gregorius* super hac re dixerit, audiamus. « Si lapsis redeundi ad pristinos gra» dus conceditur licentia, vigor procul dubio canonicae frangitur disciplinae.» Ac si aperte diceret: non nego posse redire lapsos ad ordines, sed dico non esse opportunum. Quare? quia vigor procul dubio canonicae frangitur disciplinae, dum peccantibus promittitur venia, qua mente percepta incipiant iam peccata non formidare. Quod si quis a me quaesierit de lapsis utrumnam reparari debeant necne, cum reparari posse nulli dubium sit, utrum vero expediat ignoretur, hoc a me habebit responsi: ad episcopum recurrendum est, in cuius dioecesi morantur, in cuius potestate erit et arbitrio, utrum reparari debeant necne. Ceterum qui aliter turbas faciunt, pharisaico more se ipsos iustificantes et alios condempnantes, audiant non me sed Dominum*: *hypocrita eiice primum trabem de oculo tuo, et tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui.*

* Regist. V. 4.

* Matth. VII. 5.

De regula canonica unde sumpserit exordium.

cod. f. 48. a. 119. Bonizo episcopus. Antiquitus usque ad sancti Leonis papae tempora subdiaconis, quia manus non suscipiunt impositionem, non negabantur connubia. Postea vero crescente christiana religione, non solum ministris altaris presbyteris sive diaconibus, verum etiam ministris vasorum videlicet subdiaconibus interdictum legibus ne carnali se misceant copulationi. Ceteris vero clericis in aliis ordinibus constitutis ne coniugali serviant copulae interdictum non legimus, exceptis his qui sponte canonicae se iugo regulae submiserunt. Quia vero se occasio praebuit, unde haec canonica habitatio primum sumpserit exordium, breviter si potero enarrabo. Omnibus qui scripturas sacras legunt, credo notissimum, quod post Domini ascensionem, et post adventum Spiritus sancti paracliti, apostolis necdum in orbem terrarum dispersis, multitudinis credentium in Iudaea erat cor unum et anima una, nec quisquam suum aliquid esse dicebat; sed quotquot possessores agrorum erant, vendebant et ponebant pecuniam ad pedes apostolorum, et dividebatur singulis prout cuique opus erat. Futuram enim ecclesiam de gentibus apostoli praevidebant, et se expellendos esse a Iudaea sciebant, et ideo in Iudaea praedia non sunt adepti, sed tantum pecuniam ad fovendos egentes; maxime cum Dominus eis praecepisset dicens*: *ite in mundum universum, praedicate evangelium omni creaturae.* Romae vero temporibus Urbani pontificis, tunc primum coepit ecclesia praedia possidere; nam instar primitivae ecclesiae, romana ecclesia praedia non suscipiebat,

cod. f. 48 b.

* Luc. XXI. 8.

sed tantum pecuniam ad sustentandos egentes. Beatus vero Urbanus ex reditibus praediorum sumptus deputavit clericis et notariis qui scriberent gesta martyrum. Postquam vero romani imperatores christianae se submisere regioni, tunc coepit ecclesia non solum praedia et villas, sed et civitates et provincias et paene totum orbem possidere 1). Sicque factum est ut non solum clerici, verum etiam monachi; et fideles laici, et devotae mulieres coeperint ab ecclesia quaerere victualia. Quamobrem decreto Iulii papae successoris Silvestri constitutum est, et a Siricio successore Damasi postea confirmatum est, ut ex omnibus reditibus ad ius ecclesiae pertinentibus, et ex decimis, quattuor fierent portiones, una episcopo ad sustentandam familiam suam; altera eidem concessa propter hospites; tertia fabricis ecclesiae servitura; ultima clericis pro meritorum qualitate dividenda, qui sub episcoporum obedientia absque foedere coniugali in suis domibus religiose degentes, in quibusdam ecclesiis canonici, in quibusdam vero ordinarii, in quibusdam vero ut Romae qui Cardinales nominantur 2). His prohibitum non est cum matre et sorore et amita vivere, et ad hereditatem parentum per successionem legaliter venire *, ita dumtaxat, ut quicdquid post * cod. vivere.
ordinationem adquisiverint iuri cedat ecclesiae 3). Temporibus vero Ludoici imperatoris apud Francos et Germanos canonica primum inventa est cohabitatio. Nostris vero temporibus in Italia apud Mediolanum ex praecepto Alexandri papae 4) coeperunt clerici secundum praecepta beati Hieronymi ad Nepotianum de vita clericorum, et secundum regulam sancti Augustini episcopi, nihil possidentes in commune vivere; quae postea a sancto Anselmo lucensi episcopo brevi libello 5) digesta tradita est ecclesiis observanda; quae quanto perfectiores fecit, tanto amplius diligenda et ab omnibus expetenda.

Admonitio sacerdotis.

120. Curent igitur sacerdotes Domini, quorum curae christianus grex cod. f. 48. b.
commissus est, ut irreprehensibiles vivant, ne de illis dicatur: sacerdotes mali, ruina populi. Et illud propheticum sedula mente pertractent: *si sacerdos peccaverit, quis orabit pro eo* *? Nec hoc ideo dico, ut peccantibus sacer- * I. Reg. II. 25.
dotibus denegetur venia, sed cum magno labore vix eis conceditur indulgentia: et qui dixit, malo paenitentiam peccatorum quam mortem, paenitentiam morti antetulit, non tamen adaequavit iustitiae; et multo melius est sanum et vegetum esse corpore, quam per medicorum fomenta et amara antidota et per canteriata vulnera amissam quaerere sanitatem. Quapropter omni sollertia custodiant corda sua, et matronarum non frequentent domos, et praecipue agapetarum devitent colloquia. Quid enim ministro al-

1) Vide de hac mirabili ampliatione Thomasinum vet. et nov. Eccl. discipl. Part. III. lib. I. cap. 32.
2) De Cardinalium origine opusculum Onuphrii Panvinii est in nostro Spicil. rom. T. IX.
3) Sic praecipitur etiam in Photii canonum syntagmate apud nos Spicil. rom. T. VII. p. 342. 343.
4) Apud Ciacconium et Oldoinum constat Alexandrum II. sedulum fuisse per Italiam Canonicorum regularium institutorem et ordinatorem. Nunc nominatim apparet Mediolani quoque in patria sua idem institutum esse voluisse. — 5) Desideratur hic S. Anselmi lucensis libellus.

taris cum mulieribus confabulari? Quod si contigerit aliquando pro sacerdotali ministerio visitari et visitare, non solus cum sola, excepta peccatorum confessione, loquatur, nec sine testibus adeat. Nec hoc ideo dico quod non sint pudicae mulieres, quae etiam de impudicis facerent pudicos, sed ob id ne forte per pudicarum colloquia aliquando ventum sit ad impudica. Et hoc sollerter sanctis cavendum est presbyteris, ut sic regia incedant via, ne ad dexteram declinantes velint plus iusto videri sancti: nec sic ad
cod. f. 49. a. sinistram deviantes, ut ex toto incipiant apparere mundani. Scio nonnullos ita calamistratos et tam pompatice per civitatem incedentes, summisque digitulis pulverem vix tangentes, ut dicas eos non sacerdotes esse sed sponsos. Hi vocantur benigni et dapsiles et faciles ad dandam peccatorum veniam. De talibus vulgus loquitur: hi non sunt hypocritae, hi non horre-
* Ezech. XIII. 19. scunt peccatores. Qui si secum pertractarent illud propheticum * *mortificabant animas quae vivebant, et vivificabant quae non vivebant,* numquam impunitatem peccandi promitterent peccantibus. Et sunt nonnulli pullis vestibus circumamicti, vulto demisso incedentes, capitia magna ferentes, vix pedes pro enormitate subtellarum trahentes, cilicia grossa ferentes. Hi sunt qui penetrant domos viduarum, et non solum viduarum sed et matronarum, novitatum inventores et amatores, semper quaerentes ab omnibus vocari rabbi: in verbis iusti, ceterum in operibus malefici: foris nitidi, intus vero foetidi et coinquinati. Vestibus igitur nec multum sordidis nec multum speciosis utantur Domini sacerdotes, divinos libros assidue legant, plebibusque sibi commissis divina tradant eloquia, novitatum vanitates fugiant, contentiones et aemulationes et rixas detestentur, castimoniam diligant sine qua nemo videbit Deum, iustitiam humilitatem atque caritatem amplectantur, avaritiam horrescant, liberalitati pro viribus studeant sed non ob mundi gloriam, comessationes et ebrietates devitent, ieiunia autem sancta ac pudica sectentur. Si enim omne ieiunium sanctum esset ac pudicum, nequaquam
* Cap. I. 14. Dominus per Iohelem diceret *santificate ieiunium.* * Fortissimum enim ieiunium est validis, panis et aqua; minus validis, panis et virentes herbae et poma cum modica vini potione: debilibus vero panis et vini, et cocta pulmentaria: infirmis vero, de quorum numero ego sum, non est lex posita. Adulatoribus, detractoribus non facilem praebeant aurem, paenitentes demulceant, lapsis manum consolationis porrigant, infirmos visitent et oleo sanctificato tangant: pro vivorum salute et mortuorum requie assidue missas decantent: clericos sibi commissos diligant ut filios: episcopum timeant ut dominum, venerentur ut Christum, diligant ut patrem. Similiter et levitae modum suum caveant ne excedant, ne se sacerdotibus anteponant; licet enim dispensatio dominici sanguinis sit eis concessa, non tamen consecratio: nec oleo possunt tangere infirmos nec baptizare vel praedicare praesente presbytero absque eius iussione, nec sedere in presbyterio. Videant igitur ut et hospitales sint; ad hoc enim illorum ministerium primum inventum est ut servirent mensis, et ut imitantes beati Stephani protomartyris primice-

rii eorum exempla, caste vivant, ut possint dicere ad Dominum: pars mea Deus, et ego sors Dei; et audiant cum Levi cuius participantur vocabulo: *date Levi cleros eius, date Levi hereditatem eius.* Similiter et subdiaconi, qui ministri vasorum sunt, ita se in timore Dei exerceant, ut ad diaconatus valeant apicem pervenire. Similiter de ceteris ordinibus sentiendum est. Stultum est enim aliquem clericum velle fieri, si ad maiores ordines ardenter non desiderat pervenire.

EX LIBRO VI, QUI EST DE MONACHIS.

121. Monachorum quattuor genera, beato Benedicto referente 1) cognovimus: primum anachoritarum, qui ex coenobitis probati, velut iam emeriti, visus hominum fugientes, angelorum vallantur praesidio, et revelantur eloquio. Secundum est coenobitarum, sub regula abbatis degentium, qui imitantes dominum nostrum Iesum Christum, non suam voluntatem sed alterius faciunt. Tertium est teterrimum genus sarrabaitarum, qui secundum proprium libitum viventes, sine abbate, terni vel bini in cellulis commorantur, artificio manus victum quaerentes. Quartum gyrovagorum, eo quod gyrovagando certas non habeant mansiones, quorum claustrum mundus est. Fuerunt autem in veteri testamento viri religiosi, vinum et siceram non bibentes, nec in civitatibus commorantes, in tentoriis et in casulis habitantes iuxta fluenta Iordanis; quorum principes extitere Elias et Elisaeus; ex quorum numero extitere filii Rechab, qui siceram non bibebant. Sed non longo post tempore, Iohannes Baptista Zachariae filius eremi deserta penetravit, et licet agnum tollentem peccata mundi, iordanicis meruisset tingere lymphis, non tamen factus est succedentium sibi in hoc proposito magister.

(cod. f. 49. a.) (cod. f. 49. b.)

122. In novo autem testamento Antonius persecutiones fugiens, Aegypti deserta primus penetravit; in hoc primus, quia sibi subsequentium factus est magister; in hoc secundus quia multorum iam annorum transacto curriculo, cum Aegypti circuiret anfractus, invenit ibi Paulum primum eremitam in specu latitantem, a quo etiam vestem suscepit palmarum foliis contextam, quem et mortuum ipse sepelivit. Sed non longo post intervallo temporis Ephraem abbas, et Basilius cappadox, legem dedere monachis ut vinum et siceram non biberent. Ad sacerdotii vero gradum adhuc monachi non provehebantur, donec ex praecepto Siricii papae hoc decretum est, ut necessitatis causa vel utilitatis ex monachis promoverentur ad clerum. In occidentalis vero orbis climate Martinus gemma sacerdotum, postquam turonius episcopus creatus est, regulam vivendi monachis instituit, ex cuius discipulatu multi episcopi et abbates per omnes Gallias et Hispanias claruere. Sed non longo post tempore Benedictus monachorum apostolus velut lucifer matutinus emicuit,

1) Haec nonnisi partim, nec sine varietate, sunt in regula S. Benedicti apud Holstenium Cod. regul. T. I. p. 115.

qui compendiosam ac luculentam vivendi regulam monachis instituit; quam in fine ita conclusit: *facientibus haec, regna patebunt aeterna*. Cuius aemulantes vitam atque doctrinam multi religiosi coepere iam non solum in villis et in montibus, in silvis et in suburbiis, sed et in ipsis civitatibus habitacula constituere monachorum, et sub regula beati patris iugo se dominicae mancipare servitutis. Ex quibus multi mirabiles floruere episcopi, qui non solum romanam ecclesiam, cui praefuerunt, a fundamentis reaedificare, verum etiam saeviente simoniacorum tempestate, ac bacchante fornicantium rabie clericorum, pro defendenda fide catholica ita validissime
* Is. 1. 9. dimicarunt, ut possimus dicere cum propheta *: *nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, et quasi Gomorrhae fuissemus similes*. Quia vero nostris temporibus haec facta sunt 1), quae vidimus et audivimus et completa cognovimus, superfluum visum est nobis in talibus laborare. Veniamus vero ad ea que sancti patres de dignitate eorum, de libertate, de securitate et quiete eorum scripta reliquere, et primum ab ipsa ordinatione ordiamur.

De ordinatione abbatis.

123. Benedictus 2). In ordinatione abbatis illa semper consideretur ratio, ut hic constituatur quem omnis concors congregatio secundum timorem Dei, sive etiam pars quamvis parva congregationis, senioris consilio, elegerint. Vitae autem merito et sapientiae doctrina eligatur, qui ordinandus est, etiamsi ultimus fuerit in ordine congregationis. Quod si etiam omnis congregatio vitiis suis, quod quidem absit, consentientem personam pravo consilio elegerit, et vitia ipsa aliquatenus in notitiam episcopi, ad cuius dioecesim pertinet locus ipse, vel abbatibus aut christianis vicinis claruerint, prohibeant pravorum praevalere consensum; sed domui Dei dignum constituant dispensatorem, scientes pro hoc se recepturos mercedem bonam, si illud caste et zelo Dei faciant; sicut e diverso peccatum, si negligant.

124. Ordinatus autem abbas cogitet semper quale onus suscepit, et cui redditurus est rationem villicationis suae; sciat se oportere, prodesse magis quam praeesse. Oportet ergo eum esse doctum lege divina, ut sciat, et sit unde proferat nova et vetera: castum, sobrium, misericordem, ut semper superexaltet misericordia iudicium, ut idem ipse consequatur: odiat vitia, diligat fratres: in ipsa autem correptione prudenter agat, ne dum nimis cupit eradere aeruginem, frangatur vas; et ne quid nimis; suamque
cod. f. 50. a. fragilitatem semper suspicetur; memineritque calamum quassatum non conterendum. In quibus non dicimus ut permittat nutriri vitia, sed prudenter et cum caritate ea amputet, ut viderit cuique expedire, sicut iam diximus; et studeat plus amari quam timeri. Non sit turbulentus et anxius, non sit nimius et obstinatus, non sit zelotypus et nimis suspiciosus qui numquam requiescit: in ipsis imperiis sit providus et consideratus: et sive se-

1) Nempe sub S. Gregorio VII. PP. qui tantopere pro sacro caelibatu et clericorum honestate laboravit.
2) Quamvis heic nominatur Benedictus, aliter tamen sequentia leguntur apud praed. Holsten. p. 116.

cundum Deum, sive secundum saeculum sint opera quae iniungit, discernat et temperet, cogitans disceptationem * sancti Iacob dicentis *: *si greges meos plus in ambulando fecero laborare, morientur cuncti una die.* Hoc ergo atque alia testimonia discretionis matris virtutum sumens, sic omnia temperet, ut et fortes sit quod cupiant, et infirmi non refugiant: et praecipue ut praesentem regulam in omnibus conservet; ut dum bene ministraverit, audiat a Domino quod servus bonus qui erogavit triticum conservis suis in tempore suo: *amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum*.

*Gen. XXXIII. 13. * cod. disceptionem. * Matth. XXIV. 47.

De sancta virginitate.

125. Bonizo episcopus. In veteri testamento Mariam sororem Moysi et Aaron ducem fuisse populi Isrhael legimus et caelibem; eamque Pharaone submerso cum curribus et equitibus suis in mari, sumentem tympanum hebraeas mulieres provocasse ad cantum: hoc praefigurando quod beata Maria Dei et hominis genitrice praevia, transito mari rubro, vero Pharaone submerso cum incolis, vespertinus populus sero felicior aevo, pulsans tympanum id est mortificans carnem suam cum vitiis et concupiscentiis, cantat canticum Domini in chordis et organo, et non in terra aliena. Et licet in caelibatu fuisse legatur Maria, lege tamen Moysi steriles sub maledicto esse et opprobrio notabiles, qui veteris instrumenti legerit paginas, intelliget. In novo vero testamento Christus caelibes angelorum vita vivere in evangelio testatur dicens *: *qui non nubent neque nubentur, sunt quasi angeli Dei in caelo.* Et ut ostenderet in voto esse non in praecepto, adiecit dicens *: *et sunt spadones qui se ipsos castraverunt propter regnum caelorum. Qui potest capere capiat.* Quam vocem ferentem vitam aeternam, post eius gloriosam ascensionem multi religiosi tam viri quam mulieres aemulantes, non suis viribus sed Dei virtute confisi, virginitatem vovere decreverunt: et usque ad Constantini tempora non solum viri maioris conditionis et sexus, sed etiam feminae in fragili sexu, duplex martyrium non horruere. Ex quibus Thecla, magistri gentium discipula, pro Christi nomine prima martyrium suscepit, quamvis tormentis vitam non finivit. Quam imitantes non solum virgines, sed et coniugatae et viduae, persecutionis tempore tormenta pro Christi nomine contempnentes, validissime populum Dei consolidavere. Reddita vero pace ecclesiae, coeperunt tam virorum quam mulierum habitacula fieri, ut in commune viventes, saeculum et pompas eius respuentes, angelorum vitam actitarent in terris. Post transitum vero beati Benedicti, multi sub eius regula vivere decreverunt; nam antea, sanctorum patrum, in privatis domibus, institutionibus regebantur.

cod. f. 51. b. * Matth. XXII 30. * Matth. XIX. 12.

Post Innocentii PP. verba, quod sanctimonialis, quae se coinquinaverit, non potest iuste paenitere, nisi corruptor monachus efficiatur, Bonizo sic adnotat.

126. Hic titulus videtur mihi retractandus. Possunt enim ad paenitentiam admitti qui eiusmodi sunt etiam hoc modo. Tribus enim modis dantur pae- cod. f. 53. a.

nitentiae; temporalis, quae praefixo datur tempore, quae omni anno omnibus datur christianis. Alia vero in ultimo positis, quae nulli umquam vetatur christiano, quae corruptoribus monacharum nullo modo prohibetur. Tertia vero quae sollempnis appellatur: illam non possunt fornicantes cum monachabus adipisci, nisi alter eorum fuerit defunctus; id est dominico sacramento non possunt reconciliari, sicut reconciliantur ii qui dantur satanae ad tempus in interitum carnis. Temporalis vero, quae annua dicitur, talibus non contradicitur. Sed in ultimo positis paenitentia et viaticum non negatur.

EX LIBRO VII, QUI EST DE REGIBUS ET IUDICIBUS ETC.

cod. f. 54. b. 127. Scripturus de regibus, et de iudicibus, et de his qui in laicali ordine in sublimitatibus sunt constituti, operae pretium visum est nobis, unde regalis potestas vel a quo primum sumpserit exordium, breviter dilucidare etc.
cod. f. 56. a. *(Heic plura satis nota prosequitur Bonizo de antiquis regnis, desinitque in mysticas Danielis beluas, unde nos excribere putavimus sequentia.)* In quarta bestia, quae erat dissimilis omnibus, Romanorum imperium usque ad Antichristi tempora duraturum esse promisit. Quopropter pereant qui qui romanum imperium conantur rescindere, et quadam palliata iustititia iugum imperiale, sub quo non timuerunt patres nostri vivere, ut filios
cod. f. 55. b. Belial faciant, a subditorum cervicibus conantur extrahere. Licet enim Roma senior nostris sit patribus constituta, qui nos religiosos esse iactamus, barbaris tamen servit et suis non utitur legibus. Solum novae Romae imperium constantinopolitanum, scilicet in meditullio positum; de quo
* II. Thess. II. 7. * Ita cod. apostolus ait*: *qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat*, Medis ac Persis,
* cod. *Fayinatis.* barbaris ac Scythis, Patzinacis * et Massagetis, Hunnis et Ungaris, Gothis et Normannis, Saracenis et Mauris, usque hodie contradicit. Et ut plus dicam; licet culpa imperatorum ac sacerdotum ex magna parte quassatum sit romanum imperium, tamen quia subditi iugo premuntur adhuc imperiali, per abrupta vitiorum, quasi filii Belial, non volvuntur ad libitum; sed adhuc christianitatis, ne more brutorum insaniant animalium, freno reprimuntur.

128. In occiduis vero partibus insolentia regum et superbia et avaritia subditorum romanum periit imperium; ut in nobis completum videamus
* Iud. XXI. 24. illud iudicum proverbium *: *in diebus illis non erat rex in Israhel, sed unusquisque quod suum erat libitum faciebat.* Quamvis autem destructio romani imperii prophetata sit, et necesse est id evenire; qui rebellant regibus propter malivolentiam, non transibunt impuniti; praesertim cum et Dei resistant ordinationi, et apostolorum principis praedicationi. Sic enim
* I. Petr. II. 13. ait inter cetera *: *subditi estote omni humanae creaturae propter Deum; sive regi, quasi praecellenti; sive ducibus, tamquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Haec est enim gratia.* Qua-

propter quisquis a gratia Dei non vult fieri alienus, regibus non moliatur insidias, gaudeat sub bonis, aequanimiter toleret malos; et cuiusvis sit religionis vel ordinis, non dedignetur tributa praestare; et praecipue romanae rei publicae principibus, sub cuius imperio et Christus natus est; cuius parentes tributa solventes, rei publicae quodammodo adiutores extitere. Quippe et Christus iuvenis factus, non dedignatus est pro se et pro Petro solvere tributum. Ut cum ille tributum solvit, qui supra mundum erat, et in mundo nil possidebat, superfluum sit omnino his rebellare regibus, qui in mundo habitant et mundana desiderant. Sed nec hoc praetereundum arbitror. Quanta providentia Dei bona regantur imperatores aestimandum, cum de morte impiorum et elementa legamus maledicta; ut pro Saulis montes Gelboë; et pro Caesarum, astra caeli obscurata, lunam et solem retraxisse lumen. Sed et cometas vidimus in caelis reges regnaque mutantes. Ne vero in longum protrahatur paginula, quid sancti patres de regali dignitate senserint, ad medium introducam, ne quibusdam videar ad libitum meum inflexisse scripturas.

Sequuntur auctoritates variae Gregorii PP., Nazianzeni, Augustini, Isidori. Deinde sic prosequitur Bonizo.

129. Iudicum alii sunt palatini quos ordinarios vocamus, alii consules distributi per iudicatus, alii pedanei a consulibus creati. In romano vero imperio, et in romana usque hodie ecclesia septem sunt iudices palatini, qui ordinarii nominantur, qui ordinant Imperatorem, et cum romanis clericis eligunt Papam, quorum nomina haec sunt. Primus primicerius. Secundus qui dicitur secundicerius, qui ab ipsis officiis nomen accipiunt. Hi dextra laevaque vallantes Imperatorem, quodammodo cum illo videntur regnare, sine quibus aliquid magni non potest constituere Imperator. Sed et in romana ecclesia in omnibus processionibus manuatim ducunt Papam, cedentibus episcopis et ceteris magnatibus; et in maioribus festivitatibus octavam super omnes episcopos legunt lectionem. Tertius est arcarius, qui praeest tributis. Quartus sacellarius, qui stipendia erogat militibus, et Romae sabbato scrutiniorum dat eleemosynam, et romanis episcopis, et clericis, et ordinatis viris largitur presbyteria. Quintus est protus, qui praeest scriniariis, quos nos tabelliones vocamus. Sextus est primus defensor, qui praeest defensoribus, quos nos advocatos nominamus. Septimus adminiculator, intercedens pro pupillis et viduis, pro afflictis et captivis. Hi pro criminalibus non iudicant, nec in quemquam mortiferam dictant sententiam, et Romae clerici sunt ad nullos umquam alios ordines promovendi. Alii vero qui dicuntur consules, iudicatus regunt, et reos legibus puniunt, et pro qualitate criminum in noxios dictant sententiam. Ceterum postquam peccatis nostris exigentibus romanum imperium barbarorum patuit gladiis feriendum, romanas leges penitus ignorantes illitterati ac barbari iudices legis peritos in legem cogentes iurare, iudices creavere,

cod. f. 58, a.

quorum iudicio lex ventilata terminaretur. Hi accepta hac abusiva potestate, dum stipendia a re publica non accipiunt, avaritiae face succensi ius omne confundunt. Comes enim illitteratus ac barbarus nescit vera a falsis discernere, et ideo fallitur. Qui si mente pertractarent illud propheticum *: *iuste iudica proximo tuo, et non accipies in iudicio personam pauperis, nec honores vultum potentis*, mallent ab omni munere manus excutere, quam per caecam animi cupiditatem inlecti, Dei se facere reos esse iudicio dicentis *: *qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* Sed et romanis legibus rei habentur ac notabiles, qui abusive ad libitum leges inflectentes, non iudicant ex aequitate, sed propria voluntate. Hi dati sunt ecclesiae in adiutorium, ut qui non reverentur episcopos pro ecclesiastica disciplina, saltem per horum terrorem et gladios, ad pacis licet inviti redeant unitatem.

* Lev. XIX. 15.

* Matth. VII. 2.

cod. f. 59. a. 130. Pelagius papa Iohanni magistro militum 1). Paterno vos salutantes affectu, petimus ut si prodesse catholicae paci contenditis, Paulinum forosemproniensem pseudo episcopum ad nos sub digna custodia dirigatis. Satis enim turpe est ut vestram vivacitatem illic positam illudere glorietur, et nec comprimi a vobis, nec detineri posse ad suam superbiam iactet. Nolite ergo inultam, et in vestras prorumpentem iniurias contumaciam vagari permittere; sed praefatum pseudo episcopum vestrorum hominum sollicitudine detentum, ad nos sicut dictum est dirigere festinate.

cod. f. 59. b. 131. Bonizo episcopus. De militibus vero quid aliud dicam, nisi quod fidem servantes dominis, et praecipue regni tenentibus gubernacula, sic militent terrenae potestati, ut christianae non obvient religioni; semper illud dominicum beneficium cordis memoria ruminantes, quod in romano orbe degentium primitiae fuere credentium; quos ita Deus sibi complacuisse demonstravit, quod ante quam baptismi unda tingerentur, charisma suscepere Spiritus sancti; ex quibus fuit ille centurio, cuius fidem in evangelio Christus antetulit filiis Isrhael. His proprium est dominis deferre, praedae non inhiare, pro vita dominorum suorum tuenda suae vitae non parcere, et pro statu rei publicae usque ad mortem decertare, schismaticos et haereticos debellare, pauperes quoque et viduas et orphanos defensare, fidem promissam non violare, nec omnino dominis suis periurare; non enim leve crimen est periurare: periuros: enim infames esse leges romanae testantur; et secundum mandatum est in lege: *non assumes nomen Dei tui in vanum.* Et licet Nabuchodonosor idololatriae teneretur naevo dampnatus, Sedechiam tamen Ezechiel improbat propheta, eo quod fidem idololatrae non servaverit Nabuchodonosor, dicens: *qui periurus, numquid vivet* *? Caveant ergo milites ne diaboli instinctu contra dominos suos audeant conspirare; conspirantes enim, saeculi leges capitali dampnant sententia, et ecclesiasticae sanctorum patrum regulae a regno Dei iudicant alienos.

* Ezech. XVII. 15.

1) Ex tribus, quae hoc codicis loco sunt, Pelagii fragmentis hoc tantum videtur ineditum. Ignorat hunc Paulinum Ughellius in epp. forosempron.

132. De mulieribus vero, romanis legibus sancitum est ut nec ducatus teneant nec iudicatus regant. Quamvis enim romanum imperium a paganis sumpserit exordium, leges tamen ab eis promulgatae, legibus Moysi et ipsius Domini videntur quodammodo concordare 1). Lex enim ab ipso Domino mulieri promulgata haec est: ut ad virum sit conversio sua, et sub potestate viri sit. Et licet secundum allegoriam, carnem velit esse subiectam spiritui, secundum historiam vero uxorem viro; tamen raro audivimus, legimus vero nusquam, mulieres imperasse sine mirabili dampno subditorum. In Assyriorum imperio, quod primum post romanum et praecipuum fuit, Semiramis post mortem viri sui Nini dicitur regnasse. Haec est illa quae aedificavit Babylonem; qua regnante Abraham profugus exivit de terra sua et venit in Charran; quae post multa et vaga stupra, libidine regnandi filium suum accepit in coniugem, legemque sancivit in posteros, ut Assyriis non posset imperare sine mixto sanguine, aut ex matre vel filia vel sorore foret procreatus. Quid dicam de Cleopatra Ptolemaei filia, quae libidine regnandi in tantum exarsit, ut et romanam rem publicam conaretur destruere? Nam Antonio fortissimo defensore rei publicae a se adscito, et si dici fas est, in coniugem electo, bellum indixit Octaviano, quo se pessum dedit et Aegyptum. Sed et qui historias scripsere, dicunt Darium regem Persarum ob id ab Alexandro macedone superatum, eo quod uxorem secum duxit in proelium. Quod et magnanimus Romanorum dux Pompeius mente retractans, Corneliam Mytilenes abscondit latebris. Taceo de Fredegunda regina Francorum, de cuius malitia melius est silere, quam pauca dicere. Et de Rosalenda Longobardorum regina, quae feminea audacia in mortem viri adulteros non timuit impellere, disponens postea ipsos adulteros et homicidas veneno perdere, ut ad romani imperatoris posset connubia pervenire. cod. f. 60. a.

133. Si quis vero mihi obiecerit sororem Moysi Mariam ducem fuisse populi Israhel et iudicem; non abnuo, sed audio eam feminea licentia in superbiam elatam. Si enim dux non esset, nec superbiret, nec extra castra mansisset ad breve leprosa. Quod si quis dixerit mihi: Deborram, quae apis interpretatur, relicta * Lapidot, quae iudicabat Israhel; forsan quia muliebri regebantur arbitrio, ideo serviebant Iabin. Et licet prophetasset quod in manu mulieris tradendus esset Sisara, in manu sua tamen non legitur facta victoria, sed in manu mulieris licet alienigenae, habentis tamen virum, ne exemplum daret posteris viduis ambiendi ducatum. Sed dices mihi forsitan, tu exprobras sexui? Absit. Non sunt exprobrandae nec expernendae immo vero laudandae et venerandae, quas Dominus non spernatus est; quae apostolis timentibus, mortem Domini licet dolentes videre non timuerunt; quas Dominus post resurrectionem apostolis misit ut eis praedicarent resurrectionem. Devotissimus est enim muliebris sexus, facilis ad lacrymas, dapsilis in liberalitate, fortis in proposito. Sed hoc dico quod

* i. e. vidua.

1) Hinc illud opusculum in corpore iuris, cui titulus: *mosaicarum et romanarum legum collatio.*

* I. Cor. XIV. 34. apostolus dicit Paulus qui mulieribus sanctis praecepit silentium dicens*: *mulieres in ecclesia taceant. Turpe est enim mulieri docere.* Quod si turpe est docere, multo turpius est populos regere. Virgo est, aut in virginali proposito? Sumens tympanum, sequatur Mariam: aut si non placet, custodiatur a parentibus usque ad coniugii foedera. Sed si vidua est, si viderit legem carnis suae repugnantem legi mentis suae; nubat, tantum in Domino; melius est enim nubere, quam post Satanam retrorsum abire. * I. Tim. V. 6. Quod si viduitatem vovere decreverit, audiat non me sed apostolum*: *vidua in deliciis vivens, mortua est.* Non ornet crines, non pingat faciem, non culta vestibus incedat, non auro et gemmis et serico utatur, nec peregrini muris pellicula oleat: non calamistratos vel barbatulos pueros diligat: non lascivas pedissequas secum habeat: impudicos sacerdotes et semisponsos a se procul abiciat, honestis vero sacerdotibus velut angelis Dei pareat: ecclesiam Dei secundum Annae exemplum frequenter visitet, carnem suam edomet, et per omnia subiectam faciat esse spiritui. Maritata est? diligat virum, sub eius tremescat imperio, filios nutriat, suae domus curam gerat, bella horrescat, armatos formidet, pacem diligat, pensa et colum et stamina, linum lanamque et sericum gestet in manibus, de expeditionibus vero ordinandis non magnopere curet.

EX LIBRO VIII, QUOMODO SUBDITI VITAM DEBEANT INSTITUERE.

cod. f. 60. b. 134. Quia in superiori libro de praelatis in laicali ordine positis, prout potuimus breviter enarravimus, superest nunc in ulteriori libro qualiter subditi debeant vitam instituere, breviter indagare. Et primum plebis faciamus divisionem: nam ex plebe alii sunt artifices, alii negotiatores, alii agricolae. Et licet negotiatio multum utilis sit mundanis, patres tamen nostri paenitentibus, ne ad negotiationem redirent omnimodis prohibuerunt: non enim potest negotiatio fieri, nisi alter eorum fallatur. Illis vero qui gravioribus criminibus non sunt inretiti, etsi non concesssum, prohibitum tamen non est negotiationem exercere, eleemosynas exinde facere, et xenódochia aedificare, et ecclesias fabricare, et sarta tecta reficere (1). Caveant ergo hi ut non sint eis ponderum genera diversorum, ut non aliis emant, aliis emere quaerentibus vendant; aequus modius, aequus sit et illis sextarius. Non alnas in emendo amplient, non in vendendo minuant, non bambasio baculas misceant ut gravioris ponderis sit: non piper aqua perfundant, non pigmenta in locis humectis ponant ut gravioris ponderis sint, non pisces siccos aqua perfundant ut nitidiores appareant, non recentes aqua frigida non lavent, iurantes et mentientes recentes esset, cum foetidi sint et squalidi, et alterius esse bestiae carnes quam non sint. Granariis caven-

1) Ita se gessit Eugenius PP. IV. cum illo celebri Cosma Mediceo, Leonis PP. X. atavo, primario in Europa ac ditissimo negotiatore, quem ob animi quasdam commercii causa anxietates, decem millibus florenis, pio aedificio impendendis, multavit: cui sententiae tam libenter ac liberaliter obsecutus est Cosmas, ut quadraginta mille erogaverit. Vespasianus in vita Cosmae Spicil. rom. T. I. 332.

dum est, ut non ita tenaciter annonam servent quam emunt, ut famen populis adducant.

135. Artificibus vero, qui honesto artificio victum quaerunt, ita prospiciendum est ut non periurando vel mentiendo opus suum vendant. Sutores sunt? ita suant, ut non facile disrumpatur opus; illud semper ante oculos cordis habentes exemplum, quod in dialogorum libro legitur de Stephano sutore 1), ut per unam sabbati pauperibus erogent quod per eleemosynam de artificio suo Christo largiri decreverint in Iesu minimis. Agricolae vero, quorum labor sine peccato est, discant dominis fidem servare, furto non inhiare, decimas et primitias ecclesiis Dei, et quibus concessae sunt, absque fraude cum omni hilaritate donare. Quia vero de decimis se praebuit occasio, dicendum est a quo hoc praeceptum sumpsit exordium, et quando et quibus, et ubi, et quamobrem dandae sint, explanare. In veteri testamento Abraham primus legitur a Melchisedech decimatus, ut ait apostolus Paulus*, et in eo decimatus est Levi. Post quadringentos vero et ·XXX· annos lege mandatum est Moysi, ut tolleret decimas a filiis Israhel, et daret eas filiis Levi lege perpetua possidendas, quia possessiones et praedia non habebant. Post Constantini vero tempora, et crescente christiana religione, a sanctis patribus et romanae ecclesiae auctoritare definitum est, ex decimis quattuor fieri portiones, ex quibus tres in potestate episcopi essent, quarta vero pro vitae merito clericis divideretur. * Hebr. VII. 9.

136. Bonizo episcopus. Mulierem datam viro in adiutorium, dum genesis legeretur audivimus; de qua etiam scriptum est: *propter quod relinquet homo patrem suum et matrem, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una.* Et Dominus interrogatus in evangelio si licet viro dimittere uxorem, respondit non licere, excepta causa fornicationis. Et ideo dicit Dominus*: *quod Deus coniunxit, homo non separet.* Sed non omnia quae vocantur coniugia, Deus coniunxit. Sicut enim omnes filii non sunt heredes, sic omnes matres non sunt uxores. Legitimum vero coniugium non potest esse inter inaequales, hoc est inter servum et liberum, vel inter liberum et ancillam 2), nec inter furiosos, nec inter raptam et raptorem, nec inter iudaeam et christianum, nec inter paganum et christianam, nec catholicum et haereticum, nec inter compatres et commatres, nec inter filios et filias compatrum et commatrum 3), qui fratres spiritales nominantur. Nec ante annos pubertatis viri sortiri debent uxores, nec mulieres ante annum ·XII· legitime possunt nubere, nec inter consangineos possunt fieri secundum canones matrimonia. Est et aliud quod solvit coniugium, si non potest provenire concubitus. In omni ergo coniugio legitimo, hoc in primis considerandum est, si ille asciscitur in virum qui a muliere eligitur; cod. f. 81. b. * Matth. XIX. 6.

1) Sine dubio intelliguntur S. Gregorii PP. dialogi, in quibus tamen Stephanus sutor memorari non videtur, nisi forte oculatiori alicui lectori occurrat.

2) Loquitur more potius antiquo iuris romani. Sed cum ancilla certe libertate donata concedebatur in iure can. coniugium inire.

3) Secus in lege tridentina sess. 24. cap. 2. ubi cognatio spiritalis coarctata fuit.

et si illa eligitur a viro quae diligitur. Deinde si hae quas superius diximus leges non contradicunt, oportet ut sit tradita a parentibus, vel a mondoaldis 1), et dotata tabulis, et a sacerdote benedicta, et a paranymphis custodita. Et post nuptialia iura his diebus quibus oportet, quibus interdictum non est, a pronubis viro coniuncta. Quod si haec omnia rite fuerint celebrata, et aliquando vel infirmitate naturae, vel aliquo humano maleficio non poterit evenire concubitus, expectabitur usque in triennium. Forsan hoc intervallo temporis, vel natura recipiet vigorem suum, vel humana maleficia Dei beneficio cassabuntur. Quod si separaverint se, maneant utrique innupti; aut si voluerint, reconcilientur invicem.

cod. f. 61. b. 137. Bonizo episcopus. Admonendi sunt ergo fideles, ut genuina statuta non violentur, et ut sollempnitates sanctorum, et praecipue dominicos dies observent, ut in eis servilia opera non exerceant, ut liberalitati studeant, ut missas pro salute virorum et requie mortuorum celebrare faciant, et ut sacerdotibus parcant.

Ex concilio aurelianensi 2).

cod. f. 65. a. 138. Cum exigentibus peccatis, Galliarum populi luporum rabie acriter interimerentur, nec illius flagelli aliquod remedium inveniri posset, congregati traduntur Galliarum episcopi apud Viennam urbem, atque in commune statuerunt, ut triduanum ieiunium facerent. Cumque Dominus pestem misericorditer abstulisset, hi dies in consuetudinem annuae celebritatis venerunt, ut per Galliarum provincias, ante ascensionis Domini diem, celebrarentur. Agamus et nos hos dies cum summa reverentia et devotione, cum abstinentia carnis et humilitate cordis, non ut visibilium luporum rabiem evadamus, sed ut invisibilium id est spirituum immundorum temptamenta vincere valeamus. Nullus autem his diebus vestimentis pretiosis induatur, quia in sacco et cinere lugere debemus: prohibeantur ebrietates et comessationes quae fiunt in vulgari plebe. Nemo ibi equitare praesumat, sed discalceatis pedibus omnes incedant. Nequaquam mulierculae
* cod. *choros.* choreas* ducant, sed omnes in commune *kyrie eleison* decantent, et cum contritione cordis Dei misericordiam exorent pro peccatis, pro pace, pro peste, pro conservatione frugum, et pro ceteris necessitatibus; dies enim sunt abstinentiae non laetitiae.

EX LIBRO IX, QUI EST MEDICINALIS SIVE PAENITENTIALIS.

cod. f. 66. b. 139. Liber iste medicinalis inscribitur, eo quod aegrotantium contineat varia medicamenta animarum. Et sicut peritorum medicorum est ad tactum et adspectum urinae morbos cognoscere singulorum, sic prudentum est

1) Sive *munduald is*, nam utroque modo scribitur apud Cangium. Erant hi autem procuratores praecipue ad nuptias contrahendas.

2) Haec res paucis verbis commemoratur in concilio aurelianensi I. novae Maurinorum coeptae editionis tomo I, et hactenus unico, p. 842. Itemque in eodem tomo p. 843. ubi de concilio viennensi. Verumtamen heic apud nos loquitur potius ipse Bonizo.

sacerdotum, considerata paenitudine paenitentis, quid quibusque conveniat iudiciali magisterio dispertire. Et ut ad hoc faciendum sint idonei, oportet eos canones sanctorum patrum non ignorare, ut et iudicium a sanctorum canonum prodeat auctoritate, et misericordia semper sequens superexaltet iudicium. Iudicium enim sine misericordia his qui non fecerint misericordiam; nec iudicium dici potest, quod oleo misericordiae non est leviatum. Unde et samaritanus ille plagas vulnerati oleo lavat et vino, ut et austeritas legis carnes putridas cruciet, et misericordia evangelica oleo bonae voluntatis delinita cruciatas foveat, et fotas sanitati reddat ac nutriat. Nec hoc praetereundum absque consideratione videtur, quod idem stabulario dixit samaritanus duorum numismatum munere donato: *quodcumque superogaveris, ego cum rediero reddam tibi* *. Ad hoc enim positi sunt sacerdotes in stabulo, quod est ecclesia, ut infirmorum curam habeant: et si quid compassione misericordiae devicti peccantibus plus quam canones exigunt donaverint, non solum rei non tenentur ob hoc velut legis praevaricatores, sed cum venerit iudex pastorum reddere unicuique iuxta opera sua, audient pro hoc: *beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur* *.

cod. f. 66. a.

* Luc. X. 35.

* Matth. V. 7.

140. Sciendum tamen praeterea est, quod remissio peccatorum, quae fit per absolutionem sacerdotis, temporis non expectat prolixitatem 1), sed quacumque hora peccator scelera sua sacerdoti confiteri non erubescens vere paenituerit, iudicatus a sacerdote, ilico iam non est peccator sed iustus. Quod autem secundum canones ieiunium, et carnis maceratio, et eleemosynarum distributio, et assidua oratio paenitenti indicitur, fructus sunt verae paenitentiae, quos a paenitente requirimus. Non enim aliter cognosci posset verusne esset paenitens necne. Verba enim Iohannis baptistae qui primus in novo testamento paenitentiam praedicavit populis, haec sunt*: *facite fructus dignos paenitentiae.* Fructus vero digni paenitentiae hi sunt, ut si quis novit se illicita perpetrasse, tanto se a licitis abstineat, Ceterum quia de paenitentia et remissione peccatorum scribere in hoc libello decrevimus, dicendum est quot modis fiat remissio peccatorum delictorumque in ecclesia.

* Matth. III. 8.

141. Prima remissio fit per baptismum, quo originalia et actualia relaxantur delicta. Secunda est in martyrio, per quod sicut per baptismum, omnia delentur peccata. Tertia fit per caritatem, de qua scriptum est*: *et caritas operit multitudinem peccatorum.* Qui enim Deum diligit, diligetur ab eo. Qua remissione ditantur illi, qui adtentius Deum diligunt, mundum cum pompis suis respuentes, nihilque possidentes, nudi Deum sequuntur, ut sunt sancti monachi. Quarta est in instantia praedicationis, iuxta illud apostoli *: *qui converti fecerit peccatorem ab errore viae suae, salvabit animam eius a morte, et operit* 2) *multitudinem peccatorum suo-*

* I. Petr. IV. 8.

* Iac. V. 20

1) Hoc contra rigidos illos, qui paulo ante tempora nostra, contrarium sentiebant et agebant.

2) Sic graece occurrit varia lectio καλύπτει pro καλύψει. Nec immerito Bonizo addit *suorum*, ut videre est apud Sabaterium in var. lect. bibl.

* Luc. XI. 41. *rum.* Quinta est in eleemosynarum distributione, iuxta illud dominicum*:
* Eccli. III. 33. *date elemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis.* Et in alio loco*: *si-*
* Luc. VI. 37. *cut aqua extinguit peccatum.* Sexta secundum illud evangelicum *: *dimitttie, et dimittetur vobis.* Septima de qua scriptum est: *caro laeta duxit ad culpam, afflicta reducat ad veniam;* quae nulli petenti, et maxime in ultimo positis est neganda, pro qualitate tamen criminum diverse diversis distribuenda. Quia vero in ecclesia omne crimen remittitur, et quia extra ecclesiam sunt, quibus non est remissio peccatorum, siquando tamen matri voluerint redintegrari ecclesiae, oportet eos per manus suscipi impositionem, per quam Spiritus sanctus datur in ecclesia in hunc modum.

Qualiter excommunicati debeant reconciliari.

142. Cum aliquis excommunicatus vel anathematizatus, paenitentia ductus veniam postulat, et emendationem promittit, episcopus qui eum excommunicavit, ante ianuas ecclesiae venire debet, et ·XII· presbyteri cum eo, qui eum hinc inde circumstare debent; ubi etiam adesse debent illi, quibus iniuria vel dampnum illatum est; et ibi secundum leges divinas oportet dampnum commissum emendari; aut si iam emendatum est, eorum testimo-
cod. f. 66. b. nio comprobari. Deinde interroget episcopus, an paenitentiam iuxta quod canones praecipiunt pro perpetratis sceleribus suscipere velit? Et si ille terrae prostratus veniam postulat, culpam confitetur, paenitentiam implorat, de futuris cautelam spondet, tunc episcopus apprehensa manu eius dextera, in ecclesiam eum introducat, et ei communionem et societatem christianam reddat, et ·VII· psalmos paenitentiales decantet cum istis precibus kyrie, pater noster, salvum fac, mitte ei Domine auxilium, nihil proficiet, esto ei Domine auxilium, turris fortitudinis, Domine exaudi, Dominus vobiscum, oremus. Praesta quaesumus, Domine, huic famulo tuo dignum paenitentiae fructum, ut ecclesiae tuae sanctae, a cuius integritate deviaverat peccando, admissorum veniam consequendo, reddatur innoxius. Per etc.

143. Bonizo episcopus. Septem esse criminalia peccata, quae non solum criminalia sed etiam capitalia vocantur, eo quod talia perpetrantes, secundum leges romanas de vita periclitantur, non solum ecclesiasticis scripturis, sed etiam mundanis edocemur legibus; quorum ultimum et crudelius tripertitum est. Fornicatio enim alia est recedere a Deo, de qua in veteri
* Iudic. VIII. 27. legimus testamento*: *fornicatus est Israhel post idola.* Et de qua in psal-
* Ps. LXXII. 27. mo*: *perdes omnes qui fornicantur abs te.* Alia incestuosa. Tertia vero quae simpliciter dicitur fornicatio. In prima vero fornicatione quae periculosior est, prolapsis interdicitur usque ad mortem communio, non tamen interdicitur venia. Secunda vero sicut multiplex est, sic multiplices in promerenda venia recipit differentias. Nam pro talibus acrius iudicantur episcopi quam sacerdotes, acrius sacerdotes quam reliqui clerici, durius vero clerici quam laici, unusquisque vero pro qualitate criminis, pro sublimitate ordinis, pro prolixitate temporis, durius vel humanius iudicatur. Incestuo-

se vero peccat episcopus si carnali commercio misceatur cum femina; durius tamen peccat si cum monacha vel cum coniugata. Similiter de sacer- cod. f. 67. a. dotibus et levitis sentiendum est. Et quamvis canonibus sancitum est tales non debere redire ad ordines, nos tamen arbitrio pontificum, quorum iudicantur iudicio delinquentes, post alia quaedam huic opusculo inserenda capitula, quod a nostris maioribus audivimus, quaeve in sanctarum scripturarum paginis legimus, dicere curabimus. Nunc vero de incesta copulatione, quae inter consanguineos fit, disseramus.

Ad duo quaedam capitula de incestis nuptiis sub nominibus Innocentii et Gregorii sic animadvertit Bonizo.

144. Haec duo capitula nominibus romanorum pontificum Innocentii cod. f. 68. a. scilicet et Gregorii titulata, apocrypha sunt, tum quia in decretalibus eorum epistolis non inveniuntur inscripta, tum quia sanctorum patrum regulis videntur sentire contraria. Ceterum ob hoc meo opusculo haec inserere volui, ut scirem respondere his qui de talibus praesumunt, et contradicentes possem superare 1).

Epilogus de incestis compendiose digestus.

145. Propter plerosque simplices minusque capaces haec strictim bre- Cod. f. 68. b. viterque replicanda pernecessarium duximus, ut qui plura nequiverint legere, hac defloratiuncula utcumque discant quid agendum sit de his qui incestas vel diversas commixtiones appetunt. Incesti namque dicti sunt, si * filia. genitor cum libera *, si natus cum genitrice, si germanus cum germana, si si patruus vel avunculus cum nepote, si nepos cum matertera vel amita, si consobrinus cum consobrina, si cum agnata vel cognata. (agnati sunt qui de virili sexu exeunt; cognati sunt utriusque sexus), si vitricus cum privigna, si privignus cum noverca, si cognatus cum cognata quae est uxor germani sui, aut cum germana uxoris suae usque ad quartam progeniem. Si pater et filius, aut duo fratres cum una muliere, aut cum matre et filia, aut duabus commatribus coierint. Sollicitius providendum est, quia aliud est gener cum socru, vitricus cum privigna, cognatus cum cognata. Aliud est pater et filius, aut duo fratres cum una muliere, aut cum duabus, aut cum matre et filia unus vir. Si cum sacrata virgine vel sanctimoniali. Si cum uxore alterius. Si cum compatre, cum commatre, vel frater cum sorore in Christo. Haec est incesta vel nefaria commixtio, et si quispiam aliquod de his malis, quae superius brevitate comprehensa sunt, incestus vel nefarius, si genitor cum filia, si filius cum genitrice se miscuerit: septem Cod. f. 69. a. annos extra metas ipsius terrae exul fiat. Tum demum diebus vitae suae in eremis cum fletu et luctu paeniteat, et eucharistiae non communicet, nisi urgente mortis periculo. Si germanus cum germana, si patruus vel

1) Duo illa capitula sunt, primum S. Gregorii magni rescriptum ad Felicem messanensem registr. lib. XIV. 17. de Anglorum coniugiis, quod reapse scriptum nonnullis suspectum fuit, sed a Maurinis defenditur in adn., nunc tamen a Bonizone quoque repudiatum videmus. Alterum est Innocentii, quod non liceat ducere uxorem, relictam patris uxoris suae, nec relictam fratris uxoris suae. Ceteroqui scimus coniugia propinquorum diversis saeculis diversa ratione gradibusque concessa aut prohibita fuisse.

avunculus cum patruele, si nepos cum amita vel matertera, si consobrinus cum consobrina sobrinave, secundum antiquam definitionem ·XII· annos paeniteat excommunicatus; alii humanius definierunt ·X· Si cum agnata vel cognata, a tertia usque ad septimam propinquitatem. Secundum humaniorem definitionem 1), si ·XII· fuerint, ·IIII· annos paeniteat; si decem, ·III·; si octo, ·V·; si septem, ·VI·; si septem, quinque Si socer cum nuru, si gener cum socru, si vitricus cum privigna, si privignus cum noverca, si cognatus cum cognata quae est uxor germani sui, aut germana uxoris suae, secundum antiquam et humanam definitionem ·X· annos paeniteat. Si cum germana uxoris suae, ·VII· annos. Si septem, ·III· Si sex, ·IIII· annos. Si pater et filius aut duo fratres cum una muliere, aut cum matre et filia, aut cum duabus sororibus, aut cum duabus commatribus, secundum antiquam definitionem ·X· annos paeniteat, secundum humaniorem ·VII· annos paeniteat. Si cum devota quae est veste mutata, si cum electa vidua, vel cum desponsata alterius, si cum presbytera vel diaconissa, sive cum iudaea vel pagana, secundum antiquam definitionem ·X· annos paeniteat, secundum humaniorem vero definitionem ·VI· Si cum vidua aequali vel cum publica meretrice aut ancilla alterius, secundum antiquam et humaniorem definitionem ·V· annos paeniteat. Si cum laica virgine quam nequaquam acceperit uxorem, secundum antiquam et humaniorem definitionem ·III· annos paeniteat. Eae autem feminae, cum quibus omnes supradictae personae incestas commixtiones commiserunt, similiter ut congruum est paeniteant; sic tamen, si his in hoc malum consenserunt: alioquin sicut fuerit modus culpae, ita a providissimo sacerdote iudicentur. Praeterea si, quod absit, de ordine clericorum forte ex his omnibus personis, quae supra commemoratae sunt, in aliquam irruerit quae incestae dicuntur. Notandum quod unusquisque laicus ·V· annos iudicatur; subdiaconus ·VII·; diaconus et monachus ·X·; presbyter ·XIIII·; episcopus ·XVII· Et rursus unusquisque laicus ·VII· annos debet; subdiaconus ·X·, diaconus et monachus ·XII·; presbyter ·XIIII.; episcopus ·XVIII·

cod. f. 69. b. 146. Bonizo episcopus. Quidam ex nostris propter quoddam capitulum apocryphum (apocryphum autem ideo dico, quia nullo auctore roboratum) seducti, quod sic incipit. «Beatus Isidorus de consanguinitate sic loquitur» ultra quam leges humanae vel divinae iubeant, ausi sunt arbori parentelae quasdam superaddere necessitudines, trinepotis scilicet nepotem nepotis vel neptem, cum omnis consanguinitas sive in ascensu sive in descensu, sive ex latere, ·VII· tantum terminetur nexibus. Quod licet omnibus credam perspicuum, quid tamen beatus Augustinus super hoc dixerit in libro de civitate Dei * ad medium, introducam. «Religio et auctoritas sanctae ecclesiae « sanxit coniugia inter propinquos vitanda esse, quamdiu necessitudinum « nomina perseverant. » Necessitudinum nomina autem, quae ultra septimam non porriguntur progeniem, haec sunt: filius et filia, pater et mater,

* Lib. XV. 16.

1) In sequentibus numeris quaedam erant perversitates, quas necessario emendare visum est.

avus et avia, atavus et atavia, tritavus et tritavia. Sciendum tamen est, quia qui in arbore parentelae filius patris legitur, trinepos est tritavi; qui si pater esse coeperit, eius filius, qui et nepos est avi, cui et tertius est in gradu, ad tritavum patris nil attinebit iure propinquitatis. Cuius filius pronepos est eius qui avus est patris, et quartus est in gradu: qui si genuerit filium, eius filius adnepos erit ei, cui pronepos est pater, et quintus est in gradu. Hic rursus si genuerit, eius filius adnepos est eius, cuius adnepos est pater, et sextus est in gradu. Quod si et hic genuerit, eius filius trinepos est, cui adnepos est pater, et septimns est in gradu. Ultra haec non sunt nomina consanquinitatis in parentela, praeter avunculum et materteram et patruum et amitam et ex his prodeuntia. Errant igitur qui propter apocryphum capitulum, si dici fas est capitulum nulla auctoritate subnixum, nepotem nepotis, et neptem, addunt in linea.

147. Bonizo episcopus. Haec de fornicatione dicta sufficiant. Nam de cod. f. 69. b. tertia fornicatione, quae minima vocatur, licet sit mortifera propinquitate criminis, et pro dignitate personarum plus minusve plectenda, sacerdotis subiacebit arbitrio. Nunc vero transeamus ad cetera, et primum de homicidio disseramus. Homicidium peccatum est inhumanum atque gravissimum, quod invidia stimulante conceptum est. Ille enim qui pater est mendacii, homicida fuit ab initio, qui invidiae zelo succensus, hominem in paradiso cod. f. 70. a. positum fallaci persuasione aggressus decepit, occidit, et ab incolatu paradisi pellicea veste circumdatum alienavit, et terrae maledictae inquilinum aerumpnis ac miseriis fecit obnoxium. Qui postea eiusdem primi hominis invidens propagini, mentem primogeniti hominis invasit, et invidiae face armavit, et miserum hominem ad fratricidium incitavit. Qui nec divina voce correptus quievit; et quaesitus a Domino: *ubi est Abel frater tuus*, procaciter negavit dicens, nescio. Et postquam peccatum suum quod dolose et absconse perpetraverat, Domino propalante revelatum cognovit, non paenitentiam quaesivit, sed desperavit dicens: maior est iniquitas mea quam ut veniam merear. Cuius imitatores facti sunt homicidae tanto perversiores, quanto nec illius maledicti perterrefacti miraculo. Qui profugus super terram et tremulus, mortem etiam quam optaverat, usque ad septimam suae regenerationis progeniem vix emeruit. Et ille quidem lege tenebatur astrictus naturali: eius vero sequaces non solum naturali, quod tibi non vis, aliis ne facies, sed etiam praeceptiva qua scriptum est: *diliges dominum Deum tuum, et proximum tuum sicut te ipsum*. Et non solum mosaica, sed quod plus est, ipsius Domini tenentur mandato constricti dicentis *: *nisi abundaverit iustitia vestra plus quam scribarum et* *Matth. V. 20. 39. *pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum*. Et post pauca: *ego autem dico vobis non resistere malo, nec reddere vicissitudinem pro malo*, et cetera quae ad proximi dilectionem pertinere videntur. Enimvero quia omnia peccata, mediatore sacramento, post paenitudinem, si digne paenituerint, merentur veniam, dicendum est de his qui hoc peccatum pec-

caverunt gravissimum, si resipuerint, qualiter gratiae Dei debeant reconciliari.

cod. f. 71. a. 148. Bonizo episcopus. Secundum mandatum in lege Moysi est: *non assumes nomen domini Dei tui in vanum, et non periurabis in nomine meo, et ne polluas nomen domini Dei tui, ego Dominus.* Quapropter praeceptum est omni christiano non iurare, ne per assiduum iurare, velit nolit, transeat ad periurare. Sicut enim qui non loquitur, non mentitur; sic et qui non iurat, non periurat. Est tamen iuramentum non observandum; quod licet non observandum ne per errorem flectat in partem, tamen quia temere iuratum est, immune non erit a peccato; veluti si quisquam iuret contra fidem, vel ut divortium faciat ab uxore, vel ut ad pacem non redeat, vel ut interficiat hominem, vel cetera his similia quae Domini displicent voluntati. Sed tempus est quod sancti patres de talibus decrevere, huic opusculo inserere etc.

cod. f. 72. a. 149. Sequitur de falso testimonio, quod quanto multiplicius est, tanto crudelius. Et cum omne mendacium a diabolo est, et os quod mentitur occidit animam, quam funesta morte mortuus est, qui non solum absolute mentitur, sed etiam invidiose ut laedat, adversus proximum falsum loquitur testimonium? Sciendum praeterea est, quia licet homicidium et periurium gravia sint peccata et periculosa, et cetera his similia, tolerentur tamen aliquando, falsum vero testimonium semper mortale peccatum est, et numquam potest quovis ingenio leviari. Qui enim falsum adversum proximum loquitur testimonium, primo mentiendo veritatem negat, quae Deus est: secundo invidet fratri, quem laedere desiderat: tertio laedit fratrem, et quod plus est innocentem; et ideo falsus testis non erit impunitus, qui tot peccatis tenetur obvolutus. Si quis tamen de talibus divina inspirante gratia ad paenitentiam redire voluerit, is ad militiam non redeat, saecularia negotia non exerceat, coniugio careat, et divino sacramento usque ad mortem non participetur, sed secundum patrum regulas canonicum subeat iudicium, et ab ingressu ecclesiae per triennium se abstineat.

cod. f. 72. a. 150. Furtum vero, et sacrilegium, atque rapinam criminalia esse peccata, nullus sanae mentis ignorat; quia videlicet non ad amorem proximi, sed ad odium pertinere videantur. Est tamen in eis magna diversitas: nam aliud est per vim rapere, aliud occulte sublegere, aliud sacrilegium exercere. Sed iam quid sancti patres de talia perpetrantibus iudicent, audiamus. etc.

cod. f. 72. b. 151. Bonizo episcopus. Coniugalis copula ut non dissolvatur nec polluatur, ipsius Domini auctoritate monemur, qui dixit uxorem a viro non
* Matth. V. 32. discedere nisi causa fornicationis*. Ergo fornicatio sola est quae solvit matrimonium, propter quod praecipitur homini relinquere patrem et matrem, ut iam non sint duo sed caro una. Itaque qui rescindit matrimonium vitio fornicationis, adulter vocatur, et ipsius Domini lege tenetur obnoxius, et lege mosaica perimitur reus, et lege christiana peccator iudicatur pessimus,

et lege saeculari capitali dampnatur opprobrio. Dum enim alienum violat torum, Deum contempnit, qui primo parenti adiutorium tribuens legem statuit coniugalem: et proximo facit iniuriam, et duobus mandatis Domini uno eodemque peccato tenetur culpabilis, tum quia rem concupiscit illicitam, tum quia uxorem legis divinae praevaricator violat alienam. Talibus per omnia imponitur iudicium, secundum sanctorum patrum regulas, ut homicidis; servata tamen potestate viri, ut si placuerit, uxorem adulteram non derelinquat; ita tamen ut dimissus ab uxore, vel dimissa, perpetua careant copula coniugali.

152. Bonizo episcopus. Sunt et alia plura peccata, quae si non capitalia, tamen mortifera, ad quae cavenda Dei indigemus gratia, cuius munere et immunes custodimur a peccatis, et liberamur a commissis; quam ut mereamur promereri ad salutem, supplicandus est Deus pater sine intermissione et orandus, ut quos donavit consortes fieri imaginis filii sui, custodiat usque in finem a mortifero peccato inlibatos; ut quos per adoptionem vocavit filios, his paterna misereatur benignitate: et qui scit figmentum nostrum caducum, et versutias antiqui hostis quia permaximae sunt, non patiatur nos ludibrium fieri diaboli; sed per mediatoris adventum effundat super nos gratiam Spiritus sancti; ut qui in creatione mundi verbo et bona voluntate creans singula atque disponens, cuncta quae fecit vidit; et quia vidit, complacita sibi fuere bona et bona valde. Quos Verbo creante omnia, et bona voluntate Spiritus, in novam formavit creaturam, intuitu misericordiae suae respiciat, et se his quae fecit complacuisse testetur, ut ab ipso qui solus bonus est, omnia bona procedant et bona valde. Effundat ergo super nos supereminens charisma sancti Spiritus, scilicet caritatem ut diligamus eum puro corde et pura mente et omnibus viribus animae nostrae. Diligendus est enim; prior enim dilexit nos, et non qualibet caritate, sed praecipua qua filium suum pro nobis tradidit crucifigendum, ut nos eriperet ex maledicto. Diligamus et proximum. Si enim proximum non dilexerimus, teste apostolo*, nec Deum invisibilem poterimus diligere. Quem diligere si voluerimus, oportet primo pro salute animae eius esse sollicitum: post vero eius necessitatibus misericorditer subvenire. Et sic ordinate habemus caritatem; quam habere absque eius munere, a quo omne bonum est, omnino non possumus: sine qua nec remissio peccatorum datur in ecclesia: et quam qui possederit, non extollitur, non inflatur, non agit perperam, non quaerit quae sua sunt. Et ut hanc possimus impetrare, quae exsuperat omnem sensum, oremus nobis a patre dari per Iesum Christum filium eius.

cod. f. 72. b. / cod. f. 73. a. / * I. Ioh. IV. 20.

EX LIBRO X, QUI EST DE IUDICIIS CRIMINUM.

153. Superiore libro dixisse me memini prudentum subiacere arbitrio sacerdotum, secundum modum culpae, considerata humilitate ac paenitudine cod. f. 73 b.

paenitentium, vigorem canonum temperare. Quia vero auctoritas maiorum in sancta multum valet ecclesia, operae pretium visum est mihi, auctoritates et exempla sanctorum patrum compendiose colligere, et iudicia de criminibus qualiter iudicavere, huic libello inserere etc.

cod f. 77. b. 154. Bonizo episcopus. At hi qui lasciviente aetate minima furantur, velut poma et legumina, vel cetera talia, si pueri sunt verberantur; si vero maioris aetatis, secundum quantitatem culpae iudicentur. Sacrilegium vero licet furtum sit, maiori vindictae obnoxium est; durius enim peccat qui sacrum vel de sacro, vel de non sacro, vel non sacrum de sacro furatur; quam qui in privata domo sublegendo proximo facit iniuriam Raptores autem tanto acrius peccant, quanto inhumanius est per vim rapere, quam clam proximi rem sublegere.

cod. f. 81. a. 155. Anteriore libro dixisse me memini, septem modis remissionem peccatorum dari in ecclesia; primo in baptismo; secundo in martyrio; tertio in karitate iuxta illud: et karitas operit multitudinem peccatorum; quarto
* Iac. V. 20. in praedicatione iuxta illud apostoli*: qui converti fecerit peccatorem ab errore viae suae, salvavit animam eius a morte; quinto iuxta illud dominicum: dimitte, et dimittetur vobis; sexto eleemosynarum distributione, iuxta illud evangelicum: date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis; septima in afflictione cordis et corporis, ut quos caro laeta traxit ad culpam, afflicta ducat ad veniam. Sciendum tamen praeterea est, posse quidem et haec fieri a quibusdam non ad remissionem peccatorum, cum inordinate, aut prava intentione, aut ob mundi fiunt gloriam. Licet enim in baptismo detur remissio peccatorum, baptismus tamen qui foris datur, non iustificat quemquam, nisi sanctae in corpore ecclesiae. Nec baptismus,
* Iac. II. 20. qui intus est, iustificat quemquam sine operibus, dicente apostolo*: fides sine operibus mortua est; exceptis parvulis, quos suscipientium vel parentum, immo vero catholicae matris ecclesiae, iustificat fides. Sed nec baptismus dici potest qui contra evangelicam et ecclesiasticam regulam datur; licet a quibusdam non bene, salutis esse dicatur.

cod. f. 81. b. * I. Cor. XIII. 3. 156. Martyrium vero sine caritate, teste apostolo*, non solum suscipientibus non prodest, sed potius obest: martyres enim multos facit schisma vel haeresis, sed non sanctificat. Quia vero novit Deus quae sunt, qui occulta Spiritus sancti illustratione, per arrogantium praedicationem plerumque corda audientium illustrat, cum et hi qui praedestinati sunt verbo Dei illuminantur ad vitam, et arrogantes lapides facti a miliario viatoribus ostendunt viam, ipsi vero solidi et immobiles permanentes, nisi resipuerint, aeternis cum rege suo traduntur incendiis. Qui vero aliis relaxat debita, caveat ut non ore tantum, sed corde relaxet; et hoc divini fraternive amoris gratia. Sunt enim nonnulli qui ideo tantum relaxant debita, quia ad ulciscendum non satis habentur idonei; quibus in hac parte pro hoc ficto non multum datur remissio peccatorum.

157. Et sunt nonnulli qui caritatem quidem habere videntur, sed non

habent. Caritas vero si inordinata est, caritas non est. Et ideo in canticis canticorum gloriatur ecclesia*, ordinata caritate ego sum. Caritas enim ordinata est, ut plus diligamus Deum quam nos, et proximum sicut nos. Sunt enim quidam qui Deum quidem diligunt, sed plus se; ut illi qui mundana quidem spernunt, et ad contemplativae vitae properant pulchritudinem, et hoc sibi petunt in monasterio dari quod numquam in saeculo habuerunt. Hi pro certo plus se diligunt quam Deum, dum curam carnis facientes, lautis cibis delectantur, pretiosis vestibus licet pullis gloriantur. Et sunt nonnulli qui proximum plus se et quam Deum diligunt, ut sunt ii qui flebili carorum amore sauciati illis indulgent, sed laboribus et aerumpnis et vigiliis diebus vitae suae se macerant, et Deum offendere non metuunt, dummodo eos divites faciant; quos senes et debiles, derisores sustinent et subsannatores. Nec ii habent caritatem, qui proximis suis et collegis, si in malo, velut fures furibus, raptores raptoribus, molles mollibus, agapas distribuunt; sed ea est perfecta caritas quae operit multitudinem peccatorum, Deum diligere ultra nos, et proximum sicut nos.

* Cant. II. 4.

158. De eleemosynarum vero distributione, quid aliud sentiendum est, quam quod Dominus in evangelio declarat dicens*: cum facis eleemosynam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Si enim eleemosynae vacuae ob mundi non fierent gloriam, nequaquam Salvator adiecisset dicens*: *amen amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* Sed et eleemosyna licet pro mundi non detur gloria, oportet tamen ut ordinate distribuatur, ut prius a domesticis fidei incipiatur, et ab his pauperibus quibus intellectu opus est, de quibus scriptum est*: *beatus qui intelligit super egenum et pauperem, in die mala liberabit eum Dominus.* Oportet vero ut et propinquos generis tui non horrescas: turpe est enim illis egentibus, aliis eleemósynam tribuere; ita dumtaxat, ut eis sumptus necessarios non neges, et ex eleemosynis eos divites non facias.

* Matth. VI. 2.

* Ps. XL. 2.

159. Afflictio vero corporis et cordis ea est quae remissionem tribuit peccatorum, quando quis sic luget praeterita, ut de talibus ne iteret caveat. Qui enim paenitentiam sic agit, ut praefixa sibi paenitentiae tempora anxius spectet, licet multo et magno labore corporisque et animae afflictione sit vexatus, in cassum laborabit, si ad repudiata cupit repedare. Non enim temporis prolixitate acceptatur paenitentia, sed fructibus; fructus autem digni paenitentiae, este beato Gregorio, hi sunt: ut quisquis novit se illicita perpetrasse, a licitis abstineat. Quod si abstinendum a licitis, quanto magis ab illicitis? Paenitenti enim publico non licet negotiationem exercere, arma gestare, uxorem ducere, forensibus negotiis implicari. Quod si proximorum res mobiles vel immobiles clam palamve rapuerit, non potest ad paenitentiam admitti, nisi prius omnia spoliatis vel multa reintegrentur, si fuerit unde possit reddi. Simili modo pensandum* est de his qui libidinis face succensi, ut mulieres decipiant, periurare solent. Et de his qui avaritiae quaestu, ut alios decipiant, periurare non metuunt. Et de his

cod. f. 82. a.

* Ita cod.

qui odiunt fratres, et qui in se peccantibus ne dimittant, obstinata mente perdurant. Quos omnes, licet fleant, licet ieiunent, licet crebris ieiuniis et suspiriis corpus adficiant, impossibile tamen est eos remissionem peccatorum accipere, nisi peccantibus in se puro corde dimiserint; nisi quod avara mente periurando adquisivere, restituant; vel cum his omnia quae possident in saeculo dimittant; vel eas quas corruperunt, nisi mundanis vel divinis legibus prohibeantur, uxores accipiant: vel ea quae clam, vel vi, seu fraude aliis abstulerunt, spoliatis, vel eorum heredibus, si fuerit unde, reintegrentur: si minus autem, diuturno corporis et animi labore fatigentur.

EPILOGUS OPERIS.

160. Cum a me exegisses, sacerdos venerande Gregori, ut brevem ac compendiosam dictatiunculam ex sanctorum patrum authenticis canonibus tibi componerem, dum flagranti tuo desiderio deservire cupio, metas brevitatis excessi. Quis enim umquam paucis potest vel compendiosis explicare sermonibus regulam baptismi? et quid sit baptismus? et quot modis fiat? et a quo sumpsit exordium? et quando, et ubi et quomodo celebrari debeat, et de eiusdem divinitus concesso privilegio? Deinde quid sit episcopatus, et qualiter et qualis episcopus eligi debeat, et quando, et ubi et a quibus, et quomodo regulariter consacretur, et qualiter post episcopaliter vivere debet. Et de excellentia metropolitani, et eius electione et consecratione, es de usu pallii et eius genio. Et quod honorandi sint episcopi ab hominibus et non lacerandi. Et quae personae in accusatione episcoporum recipiantur, quaeve repudientur, et qui sint infames. Et de indusiis episcoporum, et de eorum iudicio, et de conciliis celebrandis, et de mutatione eorumdem utilitatis causa vel necessitatis. Et ne sint praecipites in dandis sententiis. Et qualiter missas in festivis diebus, qualiter in privatis celebrare debeant. Et de confectione chrismatis, et reconciliatione paenitentium, et de celebrandis ordinationibus, quando et ubi et quibus ordines sint tribuendi, quibusve minime. Postea vero de excellentia romanae ecclesiae, et de privilegiis ad praefatae ecclesiae episcopum pertinentibus, et de consuetudinibus eiusdem. Et quod romani pontifices a beato Petro usque ad nostra tempora singillatim unusquisque per se novum in ecclesia tenendum posteris mandavere. Et de consecratione altarium vel ecclesiarum, et a quibus sumptum sit exordium. Et de secundi ordinis sacerdotibus, et levitis, ne modum mensuramve suam excedant. Et de castitate observanda ab eis, et qualiter incontinentes iudicentur. Et si lapsi possint recuperari, necne. Et de regulari conversatione, et unde, a quibus sumpsit exordium. Deinde unde monastica religio manaverit, et quibus auctoribus creverit, et qualiter et qualis abbas debeat eligi vel ordinari.
cod. f. 62. b. Et de singulari privilegio monachorum. Quis haec tam multa et tam profunda succincto poterit explicare sermone? De regali vero dignitate, Dei

ordinatione donata, qualiter ab omnibus debeat honorari vel venerari, et a quibus sumpserit exordium, et quid sancti patres privilegii vel dignitatis regibus conferendum decreverint. Et de iudicibus, et de militibus, et quod ad comprimendos rebelles, eorum nobis sit auxilium expetendum. Et quod periculosum sit mulieres ducatus vel iudicatus tenere populosve regere. Quis haec poterit breviter vel compendiose perstringere? De plebis vero divisione, quod alii sunt artifices, alii negotiatores, alii vero agricolae. Et de decimis dandis. Et qualiter legale coniugium celebrari debeat, et quod sit legale coniugium. Et qualiter christiano sub sacerdotum obedientia sine querela vivere oporteat. Et de septem criminalium peccatorum paenitentia, et qualiter a sanctis patribus de talibus iudicatum sit. Et de multorum aliorum criminum paenitentia, et quid sit paenitentia, et qualiter veraciter agi debeat. Et de iudicio ordinatorum si peccaverint, quis umquam brevi potest explicare sermone?

161. Ceterum pectus tuum sacrarum armarium scripturarum, ex his quae scripta hic invenerit, sollerti poterit deprehendere ingenio, qualiter de similibus debeat iudicare. Tu vero si quid incompositum, si quid minus conveniens inveneris, amici nominis favore defende: nec quid dictum, sed ex quanta prodeat caritate, repensa; et aemulatorum latratibus clypeum orationum oppone, canens cum propheta*: *Domine libera animam servi tui a labiis iniquis et a lingua dolosa.* * Ps. CXIX. 2.

EXPLICIT.

EPIMETRON I.

In codice vaticano antiquissimo, quem hactenus a nemine descriptum puto, legebam opus anonymum, et fortasse incognitum, de iure canonico, in quatuor partes divisum, et a decreto canonico Card. Deusdedit parem divisionem habente prorsus diversum; nam et ipse praedictus codex aetatem Cardinalis plane superat. Huius ergo operis, etsi alio tempore rationem sum habiturus, nunc saltem notitiam tradam. Pars eius I. de primatu romanae ecclesiae. II. de episcopis. III. De synodis. IV. de diversis gradibus sive ordinibus ministrorum ecclesiae. Utitur auctor ad tractatum suum instruendum 1. Epistolis Pontificum, inter quas tamen abundant isidorianae. 2. Registro S. Gregorii PP. 3. Novellis imperatorum. In fine autem tertiae partis, quae est ut dixi de synodis, synopsis historica adscribitur f. 113. b, quam heic exponere placet.

DE SEX SYNODIS PRINCIPALIBUS.

Prima synodus in Nicaea ·CCC·XVIII· patrum contra Arrium alexandrinum presbyterum, qui tres gradus in Trinitate asserebat, Patrem scilicet maiorem, Filium minorem, Spiritum sanctum creaturam; temporibus Constantini principis, Silvestri papae romani, Macarii hierosolymitani, Alexandri alexandrini; qui condemnata eadem haeresi statuerunt canones ·XX·, quorum auctor maxime praefatus sanctus Alexander episcopus fuit. Secunda in Constantinopoli ·CL· patrum contra Macedonium constantinopolitanum episcopum, qui negabat Spiritum sanctum Deum esse; temporibus Gratiani et Theodosii principum, Damasi papae romani, Cyrilli hierosolymitani, Timothei alexandrini, qui condemnata praefata haeresi statuerunt canones tres, quorum auctor maxime beatus Nectarius constantinopolitanus episcopus fuit. Tertia in Epheso ·CC· patrum contra Nestorium constantinopolitanum episcopum, qui

dicebat beatam virginem Mariam non Dei sed hominis tantummodo genitricem, ut aliam personam carnis, aliam faceret deitatis; temporibus Theodosii principis iunioris, Caelestini papae romani, Iuvenalis constantinopolitani, Cyrilli alexandrini, qui ·XII· capitula contra Nestorii blasphemiarum totidem capitula, auctore eodem sancto Cyrillo, anathematizando conscripserunt. Quarta in Chalcedone ·DCXXX· patrum contra Eutychen constantinopolitanum abbatem, qui asserebat Christum post humanam assumptionem, non ex duabus naturis existere, sed solam in eo divinam naturam permanere; temporibus Marciani principis, Leonis papae romani, Iuvenalis hierosolymitani, Anatolii constantinopolitani; qui condemnata prae-
* notandum. scripta haeresi statuerunt canones ·XXVII·*, quorum auctor maxime idem sanctus Anatolius constantinopolitanus episcopus fuit. Quinta in Constantinopoli contra Theodorum mopsuestenum et omnes haereticos; qui Theodorus dicebat alium esse Deum Verbum et alium Christum; et sacram virginem Mariam negabat Dei genitricem fuisse; temporibus Iustiniani principis, Vigilii papae romani, Domni antiocheni, Eutychii constantinopolitani; qui ·XIIII· capitula anathematizando scripserunt contra Theodori et sociorum eius blasphemias. Sexta in
* immo plurium. Constantinopoli ·CL· * patrum contra Macarium antiochenum et socios eius, qui unam voluntatem et operationem in Christo falsa suspicione astruebant; temporibus Constantini principis, Agathonis papae romani, Georgii constantinopolitani, qui condemnata haeresi praefata anathematizando scripserunt novem capitula interius annexa.

EPIMETRUM II.

In codice vat. pal. antiquissimo 554, in quo est Egberti eboracensis (saec. VIII.) paenitentiale, breve tamen, nec nisi ab iis verbis institutio illa sancta, *quae sunt in Concil. Zattae tomo XII. col. 479., praecedit acephala praefatio ceu quaedam apologia Theodori cantuariensis qui pariter ediderat (saec. VII.) paenitentiale. Hanc rudem praefationem in neutrius paenitentiali, tom. XII. praedicto, inveniebam. Est autem huiusmodi.*

* pro *incorrecta*. . . . . eruditis illa depravata incorreptaque * eius esse iudicia merito abnegantur. E quibus non pauca cum passim a pluribus mixtimque teneantur, pariter posuimus, ut Christo domino iuvante sequentibus libris ex eis praecipua iuxta modulum nostrum corrigamus. Sed adhuc de illo dubitantes opere, aliqua in quibusdam his necessaria opusculis adnectimus, et maxime libello paenitentiae, quae a prudenti posse facile reor adverti. Restat igitur super his ad defensionem patris nostri Theodori dilectioni vestrae tantum quantum possumus satis facere: quorum in aliorum catholicorum dictis plenam non invenientes expositionem, eum ideo frequentastis. De quibus non immerito omnibus, vos qui horum
* ita cod. carissimi * causa ea iudicantes difficilia extitisse, ut me in illorum agone, Christo pro vobis agonotheta, certantem meritis vestris contra imminentes ictus detrahentium dextra laevaque defendatis, obsecro; quibus facilius est laborantibus detrahere, quam studio laboris desudare. Et quia de nostris quidam sapientissimos sugillare ecclesiae Dei linguae suae volubilitate didicerunt; sanctum loquor Hieronymum, quem maliloquum hominibus inquiunt; Augustinum multiloquum, Isidorum glossarum compositorem: taceo de reliquis, cum sanctum aiunt Gregorium apostolum nostrum ea dixisse facile quae ceteri prius exposuerunt,
* cod. *tristis*. * cod. *ingrediens*. tritis * aliorum callibus ingredientem *. Inde noviter audivi, quod horreo dicere, quendam ventricosum gentilium fabularum sectatorem, legis Dei latorem, et operis totius mundi scripto-
* cod. *maritus*. * cod. *potuisse*. rem sugillare; quid, inquiens, ipse Moyses emeritus * vel scire vel ei dicere potuisset *? Mea igitur defensio aput tales quae esse potest, qui in comparatione eorum quos praeposui, nihil sum? Gratia tamen Dei sum id quod sum: quae utinam in me vacua non fiat, per eum qui ex nihilo cuncta creando potens est et de minimis magna perficere! Pro quo habeat auctor quicumque catholicus licentiam a nobis, si quid uspiam invenerit de his quod pos-
* ita cod. sit emendare, id ratione peragere; quasi nisi vincantur * quae sequenda non sunt, cum ae-
* Rom. XIII. 13. qualiter teneantur, contentionem illis movent inmodicam; quibus dictum est *: *non in contentione et aemulatione, sed induimini dominum Iesum Christum.*

DEUSDEDIT CARDINALIS

INCIPIT LIBELLUS CONTRA INVASORES ET SIMONIACOS ET RELIQUOS SCHISMATICOS.

PROLOGUS.

Venerabilibus in Christo fratribus sanctae romanae ecclesiae clericis, Deusdedit ultimus presbyter tit. Apostolorum in Eudoxia.

Opitulante domini Dei nostri clementia, qui nos et sermones nostros suo mirabili nutu regit atque disponit, accingimur respondere simoniacis et schismaticis, qui dicunt regali potestati Christi ecclesiam subiacere, ut ei pro suo libito, vel prece, vel pretio, vel gratis, liceat pastores imponere, eiusque possessiones vel in sua, vel in cuius libuerit iura transferre. Quatuor itaque sunt, de quibus Deo auctore scribere proponimus. Primum quod regi non liceat sacrosanctis ecclesiis episcopos constituere. Secundum de simoniacis et schismaticis, et eorum sacerdotio et sacrificio. Simoniacos autem dicimus eos haereticos, qui Dei ecclesiam et eius officia pretio mercantur vel vendunt; schismaticos vero, quantum ad hoc attinet opus, eos qui haec eadem non secundum sacros canones, sed licet gratis, a regali tamen et laicali accipiunt potestate. Tertium, quod clerus a sacerdotibus pasci debet atque honorari, non infamari vel iudicari aut persequi. Quartum, quod saeculari potestati non liceat in ecclesiam clericos introducere, vel expellere, nec res ecclesiasticas regere, vel in sua iura transferre. Nemo autem putet, nos honori regio derogare in hoc quod scribimus, quod eidem talia non liceat usurpare: aliud quippe sacerdotum, aliud est officium regum: regis enim officium est paci regni providere, et sacerdotes ad praedicta omnia adiuvare, eisque resistentes opprimere, ut eum rex terreat vel puniat ferro, qui sacerdotis non corrigitur verbo. Regnet sacerdos iuxta apostolum gladio verbi, in promptu habens iuxta eundem discere ulcisci omnem inobedientiam. Pugnet rex gladio materiali, quoniam Dei minister est et vindex in iram his qui male agunt. Cum itaque uterque alterius officio indigeat, valde uterque cavere debet ne alterius officium praesumat, ne quod ab altero aedificatur, ab altero destruatur. Et quoniam praedictorum impudentium contumaciam nullatenus nudae rationi acquiescere iamdudum probavimus, id quod scribimus tam sanctorum patrum quam etiam christianorum principum constitutionibus, domino Deo nostro praemonstrante, firmare proponimus. cod. f. 108.

LIBER PRIMUS.

1. Ne autem ulterius exordium protelemus, in primis dicendum videtur, quoniam certum est, quod beatissimus (Petrus) apostolus, primus ecclesiae pontifex, prius patriarchalibus sedibus orientis, postmodum vero primos ordinavit pontifices in civitatibus occidentis. Ipsi enim haec ordinatio maxime competebat, cui principaliter Christus Dei filius, caelestis regni clavibus traditis, suas oves pascere iusserat, et pro cuius fide ne deficeret specialiter oraverat, cuique fratres suos in eadem fide confirmare praeceperat. Sed et reliquos apostolos, quos reliquis mundi partibus novimus praedicasse, singulis urbibus illarum partium, quibus quisque regnum Dei praedicavit, itidem pastores non dubitamus misisse. Et quoniam sancto Spiritu docente cognovere saeculi principes ad fidem venturos, et succedentibus temporibus cod. f. 109.
stimulante avaritia quosdam eorum Dei ecclesiam suae ditioni velle subiicere, suaque auctoritate et libito pastores eisdem subrogare, inter reliquos canones, quos pro religionis cau-

tela et ecclesiastica disciplina statuère, hunc quoque eorum pravis conatibus hac constitutione obviam ituri condiderunt, qui ita se habet: si quis episcopus saecularibus potestatibus usus, ecclesiam per ipsas obtineat, deponatur; et segregentur omnes qui illi communicant. Hanc autem institutionem, quae eorum scribitur, si quis authenticam non esse contendat, sanctae septimae universalis ·CCCL· patrum, nec non antiochenae synodi, quibus authentica esse docetur, eversor et per hoc haereticus iudicabitur. Nam et Callixtus et Gregorius, et quidam alii romani Pontifices, ut curioso lectori notum est, eorum apostolicorum canonum auctoritate suas constitutiones firmavere. Stephanus vero quartus, et Iohannes octavus, ut Anastasius in prologo septimae synodi, quinquaginta capitula eorumdem canonum in plenissimum auctoritatis robur recipi censuere. Porro, apostolis docentibus, ecclesiae ubique terrarum consuetudinem ab iis traditam inviolabiliter servaverunt; ut decedente cuiuslibet ecclesiae pontifice, clerus et populus eiusdem, communi deliberatione, de suo vel alterius ecclesiae gremio ibi pastorem praeficerent.

2. Et haec tam sancta tamque Deo grata consuetudo tamdiu integra illibataque permansit, quousque fidelium multitudo Dei ecclesias amplissimis possessionibus ditare coepit. Tunc enim ambitionis spiritu interveniente, alii suarum, alii etiam aliarum ecclesiarum coeperunt episcopatus ambire, et nefandi Simonis commercio suis fautoribus etiam quam non habebant pecuniam promittere. Quod videntes Deo dignissimi romani pontifices, qui sacerdotii primatum in toto orbe tenebant, scilicet Bonifacius, Caelestinus, Leo, Gelasius, Symmachus, Hormisda, Gregorius; alii simoniacam haeresim prius a Petro damnatam, ex tunc et in aeternum damnavere; alii priscam constitutionem decretalibus constitutionibus ita firmavere, ut statuerent nullum ex alia ecclesia alii ecclesiae praeponi, nisi forte, qui suae digne praeficeretur ecclesiae, in eadem (quod vix posse contingere crediderunt) nullatenus posset inveniri. Hanc itaque quam praedixi consuetudinem ab apostolis traditam nullatenus violare praesumpsere christianissimi imperatores Constantinus, Constans, Valentinianus, Theodosius, Arcadius, Honorius, Carolus, Ludovicus, et his imperio et religione consimiles, qui vel a se vel ab alio aedificatas ecclesias amplissimis donis ditavere, et in rebus ecclesiarum nullum sibi iudicium vel dominium vindicare voluerunt: immo ne quis sibi vindicaret, quidam eorum, ut in sequentibus docebimus, legibus vetuere. At contra Zenon et Anastasius, imperatores eutychianistae, leguntur prius sanctam Dei ecclesiam sibi subdidisse, ita ut catholicos episcopos in exilium relegarent, et apostolica traditione postposita, sibi consentaneos in eorum sedes undelibet subrogarent. Nam ante horum tempora leguntur quidam haeretici imperatores catholicos episcopos multis modis vexasse; electioni vero aut promotioni cuiuslibet pontificis nusquam leguntur se miscuisse, siquidem sub eisdem eutychianistis et Constantinopoli et in reliquis urbibus legitur innumerabilis fidelium
cod. f. 110. multitudo, cleri scilicet et populi, extitisse, qui pseudo episcopos eorumdem nullatenus voluere suscipere: ut ex hoc aperte clareat, eundem clerum et populum idcirco eosdem pseudo episcopos respuisse, quia constabat eos absque sui electione, in Dei contemptum, et erroris augmentum, a profanis principibus promotos fuisse.

3. Et ut exemplo quod dicimus astruamus, Anastasius sanctae romanae ecclesiae bibliothecarius in chronica, quam de graeco in latinum sermonem transtulit, quam ex vetustissimis chronicis Graecorum compilavere quidam graeci Dei cultores, Theophanes scilicet et Georgius, quos idem eiusdem libri praefatione miris laudibus attollit, in eadem inquam chronica de imperio Anastasii sic ait inter cetera loquens. « Vigesimo, inquit imperii Anastasii anno, Iohanne nicaeote alexandrino antistite haeretico mortuo, Dioscorus iunior praelatus est episcopus Alexandriae. Cum autem venisset Constantinopolim pro Alexandrinis apud imperatorem intercessurus propter occisionem filii Calliopii augustalis, ab orthodoxis publice conviciis appetebatur, cum procederet, existimantibus eum contra recta dogmata advenisse. Ergo cum homicidium intercessisset, cum festinatione discessit. Causa vero caedis ista fuit. Cum idem Dioscorus manus impositionem accepisset, recessere multitudines rusti-

eorum dicentes, quia nisi secundum sanctorum apostolorum canones fiat episcopus, non recipietur; princeps enim inthronizaverat eum. Dioscorus autem venit ad sanctum Marcum, et venientes clerici induère secundo et iterum consecravere. Et ita veniens ad sanctum Iohannem perfecit collectam. Cum autem esset illic Theodosius filius Calliopii augustalis, et Acacius magister militum, turbae turbatae coeperunt iniuriis afficere filium * augustalis, eo quod laudaret imperatorem Anastasium. Cum vero iurgium motum fuisset, insilientes quidam a sede deposuerunt * filium augustalis, et interemere eum. At vero Acacius magister militum quotquot capere potuit interfecit; quod audiens imperator iratus est adversus eos. Porro Dioscorus interveniens mitigavit eum. » Ecce qui primum apostolicam traditionem de pontificali promotione ausi sunt violare! Ecce quibus primis auctoribus saeculi principes suos pontifices nituntur Dei ecclesiae promovere!

* cd. vitiose augustalium.

* cod. percusserunt

4. Et ut coepta prosequamur, secuti sunt haereticorum exempla quidam Graecorum imperatores, regni sui urbibus suos episcopos imponentes. Romanae vero urbi, Deo praestante et meritis apostolorum, qui in ea vivunt et praesident, in hoc pepercere. Decretum tamen electionis futuri Pontificis a clero et senatu susceptum, prius quam idem consecraretur, sibi mitti statuère; quod cum legatur eisdem imperantibus saepe directum fuisse, nusquam tamen legitur eosdem Romanorum electionem mutasse. Hoc autem quia Domino contrarium erat, ut ecclesia Pontifice careat, usque dum decretum quod ferebatur, iret et rediret, penitus respuère sequentes imperatores pietate religioneque praestantes; sic enim legitur in romano pontificali. Benedictus secundus natione romanus suscepit iussiones clementissimi principis Constantini ad venerabilem clerum et populum romanae civitatis, per quas concessit ut qui electus fuerit Pontifex, e vestigio consecraretur absque tarditate. Itaque qui advertit alios Graecorum imperatores ante consecrationem, decretum sibi mitti voluisse, attendat etiam eosdem romanam electionem numquam reprobasse; attendat et pastores eorumdem, quia hoc Deo contrarium erat, penitus respuisse. Cod. f. III.

5. Itaque percurramus sanctorum patrum decreta, quae de Pontificum promotione statuère, ut sciamus quid iuris imperatoribus suorum vel quorumlibet temporum in eisdem inseruerint. Primus Leo doctor eximius, et romanus Pontifex, Anastasio Thessalonicensium archiepiscopo, qui vices romani Pontificis super quadraginta episcopos Illyrici et Graeciae habebat, sic inter cetera scribit. « De persona consecrandi episcopi, et de cleri et plebis consensu, metropolitanus fraternitati tuae referat, ut ordinationem tua quoque firmet auctoritas; et quod in provincia bene placuit, scire te faciat. Et paulo post. Metropolitano vero defuncto, cum in loco eius alius erit subrogandus, provinciales episcopi ad civitatem metropolim conveniant, ut omnium clericorum atque omnium civium voluntate discussa, ex presbyteris eiusdem ecclesiae vel diaconibus optimus eligatur. Cum ergo de summi sacerdotis electione tractabitur, ille omnibus praeponatur, quem cleri plebisque consensus concorditer postulaverit; ita ut si in aliam forte personam partium se vota diviserint, metropolitani iudicio is alteri praeponatur, qui maioribus et studiis innitatur et meritis, tantum ut nullus invitis et non petentibus ordinetur, ne civitas episcopum non optatum aut contemnat aut oderit, cui non licuerit habere quem voluit. Item idem: nulla ratio sinit ut inter episcopos habeantur, qui nec a clericis sint adlecti, nec a plebibus expetiti, nec a provincialibus cum metropolitani iudicio consecrati. »

6. Caelestinus. « Nec emeritis in suis ecclesiis peregrini et extranei, et qui ante ignorati fuerint, ad exclusionem eorum qui bonum suorum civium merentur testimonium, praeponatur. Item idem. Nullus invitis detur episcopus: cleri, et plebis, et ordinis consensus et desiderium requiratur. Tunc alter de altera ecclesia eligatur, si de civitatis illius clericis, cui est episcopus ordinandus, nullus, quod evenire non credimus, poterit inveniri. Prius enim illi reprobandi sunt, ut aliqui de alienis ecclesiis merito praeferantur. Habeat unusquisque fructum militiae in ecclesia, in qua suam per omnia transegit aetatem: in dicta stipendia minime alter obrepat, nec alii debitam alter sibi audeat vindicare mercedem. Sit

facultas clericis renitendi, si se viderint praegravari, et quos sibi inseri ex transverso cognoverint, non timeant refutare. Quod si non debitum praemium, liberum tamen de eo, qui eos est recturus, debent habere iudicium. » Gregorius Gaudioso episcopo, inter cetera. « Et ideo fraternitas tua ad praedictam ecclesiam ire properabit, ut clerum plebemque admonere cod. f. 112. festinet, et remoto studio, uno eodemque consensu talem sibi praeficiendum expetant sacerdotem, qui a venerandis canonibus nullatenus respuatur: qui dum fuit postulatus cum sollemnitate decreti, hominum subscriptionibus roborati, et dilectionis tuae testimonio litterarum, ad nos sacrandus occurrat. Commonemus etiam ut nullum ex aliena eligi permittant ecclesia, nisi forte inter clericos ipsius civitatis nullus ad episcopatum dignus, quod evenire non credimus, poterit inveniri: provisurus ante omnia, ne ad cuiuslibet consecrationis meritum, laicae personae adspirare praesumant; et sic periculum ordinis tui, quod absit, incurras. » Ex concilio nicaeno patrum ·CCCXVIII· cap. VI. « Per omnia autem manifestum est, quia si quis praeter voluntatem et scientiam metropolitani episcopi fuerit ordinatus, hunc concilium magnum et sanctum censuit non debere episcopum esse. Sane si communi omnium consensui rationabiliter probato secundum ecclesiae regulam, duo vel tres * animositate ducti per contentionem contradicunt, obtineat plurimorum sententia sacerdotum. »

* cod. secundo vel tertio.

7. Ex ·VII· synodo universali habita a quinque patriarchis cum ·CCCL· patribus sub primo Hadriano pontifice romano. « Omnis electio episcopi vel presbyteri aut diaconi a principibus facta, maneat secundum regulam quae dicit: si quis episcopus saecularibus potestatibus usus ecclesias per ipsas obtineat, deponatur; et segregentur omnes qui illi communicant. » Ex ·VIII· synodo item universali habita item a quinque patriarchis cum patribus ·CCXL· * sub primo Nicolao pontifice cap. XXII. « Promotiones et consecrationes episcoporum concordans prioribus conciliis, electione et decreto clericorum et populorum fieri haec sancta et universalis synodus definivit et statuit atque iure promulgavit, neminem laicorum principum vel potentum semet inserere electioni et promotioni patriarchae, metropolitae, aut cuiuslibet episcopi; ne videlicet inordinata hinc et incongrua fiat confusio et contentio, praesertim cum nullam in talibus potestatem quemque laicorum potestativorum habere conveniat; sed potius silere et attendere sibi, usquequo regulariter a collegio ecclesiae suscipiat finem electio summi pontificis. Si quis vero laicorum ad concertandum et cooperandum invitatur ab ecclesia, liceat huiusmodi cum reverentia, si forte voluerit obtemperare se adsciscentibus. Taliter enim dignum pastorem sibi regulariter ad suam salutem ecclesia promovet. Quisquis autem saecularium potestatum, principum, et potentum, vel alterius dignitatis laicus adversus communem et consonantem atque canonicam electionem ecclesiastici ordinis agere tentaverit, anathema sit, donec obediat et consentiat quod ecclesia de electione et ordinatione proprii praesulis se velle monstraverit. » Item ex concilio antiocheno cap. ·XII· « Si quis presbyter vel diaconus per saecularem dignitatem ecclesiam Domini obtinuerit, deiiciatur; et ipse et ordinator eius a communione modis omnibus abscindatur, et sub anathemate cod. f. 113. sit sicut Simon magus a Petro. » Ex synodo Symmachi R. P. cum ·CCXVIII· episcopis. « Non placuit laicum ad aliquid statuendum in ecclesia habere aliquam potestatem, cui subsequendi maneat necessitas, non auctoritas imperandi. » Ex eodem. « Defuncto pontifice, si in unum inclinaverit totius ecclesiastici ordinis electio, consecretur episcopus. Si vero, ut fieri solet, studia coeperint esse diversa, convincat sententia plurimorum. »

* Labb. CXII.

8. Ex romano pontificali. Bonifacius ·III· natione romanus fecit constitutum in ecclesia beati Petri apostoli, in quo sedere episcopi ·LXXII·, presbyteri romani ·XXXIII·, praesente omni clero, sub anathemate « ut nullus Pontifice romano vivente, aut episcopo civitatis suae, praesumat loqui aut partes sibi facere, nisi tertio die depositionis eius adunato clero, et filiis ecclesiae, et tunc electio fiat. » Item in eodem. « Stephanus iunior (III) natione siculus, congregatis episcopis totius Tusciae atque Campaniae, considentibus pariter ·XII· episcopis Francorum, et romanis presbyteris, in praesentia romani cleri et populi, concilium fecit in basilica Constantiniana, in quo damnavit Constantinum neophytum invasorem sedis

apostolicae; et allatis sacris canonibus, eisque liquido praeservatis, prolata et sententia ab eodem concilio sub anathematis interdicto, ut nullus unquam laicorum neque ex alio ordine praesumat, nisi per distinctos gradus ascendens diaconus aut presbyter factus fuerit cardinalis, ad sanctum honorem promoveri pontificatus. » Item in concilio eiusdem Stephani ·III· « Oportebat ut haec sacrosancta domina nostra ecclesia, iuxta quod a beato Petro et eius successoribus institutum est, rite ordinaretur, et in apostolatus culmen unus de cardinalibus presbyteris aut diaconibus consecraretur. » In actione quarta. « Si quis ex episcopis vel presbyteris vel monachis vel laicis, contra canonum et sanctorum patrum statuta prorumpens, in gradum filiorum S. R. ecclesiae, id est presbyterorum cardinalium et diaconorum, ire praesumpserit, et hanc apostolicam sedem invadere quilibet ex supradictis tentaverit, et ad summum pontificalem honorem ascendere voluerit, ipsi et sibi faventibus fiat perpetuum anathema. » Item infra. « Si quis resistere praesumpserit sacerdotibus atque primatibus ecclesiae vel cuncto clero ad eligendum sibi romanum Pontificem secundum hanc canonicam traditionem, anathema sit. » Item quod electio pontificis non pertineat laicis tantum, ex concilio laodiceno cap. ·IIII· « Non est permittendum turbae electiones eorum facere, qui sunt ad sacerdotium promovendi. Item ex decreto papae Caelestini. « Ducendus 1) est populus, non sequendus; nosque, si nesciunt, eos quid liceat quidve non liceat, commonere, non his consensum praebere, debemus. cod. f. 111.

9. Decursis itaque tot sanctorum patrum auctoritatibus latinorum scilicet et graecorum, patet nihil iuris imperatoriae potestati in pontificum electione seu promotione ab eisdem attributum esse. Immo neque laicalis potestas sibi quicquam in his vindicet, a quibusdam eorum sub anathemate, id est a Deo separatione, inhibitum fuisse. Et certe sub praefatis romanis Pontificibus leguntur extitisse potentissimi imperatores, non solum orientis verum etiam occidentis, scilicet Valentinianus et Theodosius iuniores, Martianus, Mauritius, et Phocas. Et cum praefatae universales synodi, id est prima et septima, a tot patribus agerentur Nicaeae, christianissimi imperatores Constantinus magnus, et item Constantinus et Irene mater eius, leguntur adfuisse. Sed et Basilio magno imperatore petente et praesente legitur octava synodus item universalis Constantinopoli celebrata fuisse. Itaque cum prima earum censeat non habendum quemquam episcopum sine concilio metropolitani; septima vero trium sacrorum ordinum electionem a principibus prohibuerit fieri; octava autem sub anathemate interdixerit pontificum electionem laicali potestati, num qui praesentes aderant imperatores questi sunt hoc ad sui contemptum fieri, quod nihil de pontificum electione eorumdem referretur potestati? Immo potius leguntur sanctorum patrum constitutiones amplexatos fuisse; easque quidam eorum post quinque patriarcharum subscriptiones suis quoque subscriptionibus roborasse. Item cum contigerit romanos pontifices de pontificum electione decernere, contigit ne suorum temporum imperatores hoc ad sui imperii iniuriam fieri questos fuisse? Non equidem.

10. Sunt autem quidam eorum, contra quos scribimus, qui putant quiddam magni in sui defensionem adinvenisse, cum introducunt Gregorium et Ambrosium a saeculi principibus ad pontificatum promotos fuisse; quod quam frivolum quamque falsum sit, evidenter iudicio apparebit, collatis eorum electionibus cum capitulo octavae synodi, quod supra scripsimus. Nam quamvis multorum annorum interstitio a se distent, tamen ita sibi concordare videntur, ut et synodus et eorum electio et promotio uno eodemque Dei spiritu acta fuisse probentur. Sic enim in gestis eorumdem scriptum habetur. « Gregorium, licet totis viribus renitentem, clerus senatusque et populus romanus sibi concorditer pontificem delegēre. At ubi decretum generalitatis evadere nequiit, consensurum se aliquando simulavit, et imperatori Mauritio cuius filium ex lavacro sancto susceperat, latenter litteras destinavit adiurans ne unquam assensum populo praeberet, ut se huius honoris gloria sublimarent. Sed prae-

1) Cod. *docendus*. Porro de electionibus ecclesiasticis latius Anselmus in collectionis suae canonicae libro quarto. Confer Spicil. rom. T. VI p. 315.

fectus urbis, Germanus nomine, eius nuntium anticipavit, comprehensumque ac disruptis epistolis, consensum quem populus fecerat, imperatori direxit. At ille gratias agens Deo pro amicitia Germani *, eo quod locum deferendi ei honoris ut cupierat reperisset, ipsum ordinari praecipit. » Item in gestis Ambrosii. « Cum populus magis magisque clamaret Ambrosium episcopum, cumque ille videret nihil sua intentione posse proficere, fugam paravit; egressusque medio noctis civitatem, cum Ticinum se pergere putaret, mane ad portam civitatis Mediolanensis quae dicitur romana invenitur. Cumque inventus custodiretur a populo, missa relatio est ad imperatorem clementissimum Valentinianum, qui hoc summo gaudio accepit, quod iudices a se directi, ad sacerdotium peterentur 1). Ecce ex his et praefato capitulo octavae synodi patentissime colligitur, iuxta pristinam consuetudinem praefatos pontifices electos fuisse. Sed quia nullatenus promoveri patiebantur, cum in alterius electione praefectus vice Romanorum, Mauricii; in alterius vero populus, Valentiniani legatur auxilium expetisse, patet profecto iuxta capitulum octavae synodi, ecclesias saeculares potestates in sui adiutorium invitasse; easque non imperio sed obedientia tunc usas fuisse; quoniam quidem non videtur nobis fieri non licere, si contingat dignum quemlibet, consensum in sui promotione non praebere, regalem vero potestatem contingat in eadem dioecesi adesse, ut Valentinianus tunc in Mediolanensi legitur adfuisse. Ut autem quaeratur imperator extra dioecesim, cum longo interstitio possit abesse, absurdissimum est; cum sanctorum patrum legibus statutum sit, intra tres menses viduatam ecclesiam pontificem accipere debere. Quod vero legitur in historia, tripartita Valentinianum dixisse Ambrosio: Deus tibi commisit animas, ego corpora, quam pessime cohaereat praecedentibus, qui legit, intelligat. Valde enim contrarium videtur, et hoc eum dixisse, et ut a se pontifex eligeretur, quod ibidem praemissum est, nullatenus consensisse. Hoc vero nobis nihil adversatur, cum beatus Gregorius eamdem historiam mendosam, et a romana ecclesia repudiatam affirmet.

* cod. diaconi.

11. Sunt item qui obiiciunt, Nicolaum iuniorem decreto synodico 2) statuisse, ut obeunte apostolico Pontifice successor eligeretur, et electio eius regi notificaretur; facta vero electione, et, ut praedictum est, regi notificata, ita demum Pontifex consecraretur. Quod si admittendum est, ut ratione factum dicatur, obiicimus ad hoc confutandum, praefatum regem et optimates eius, se ea constitutione indignos fecisse: primum, quia cum postea praefatus Nicolaus Coloniensem archiepiscopum pro suis excessibus corripuisset, graviter tulere, eumque huius rei gratia, quantum in se erat, a papatu deposuere, nomenque eiusdem in canone consecrationis nominari vetuere; ideoque decretum eiusdem iure irritum esse debebit, qui cum a toto orbe Papa haberetur, iuxta eorumdem sententiam eisdem Papa non fuit, quasi non ex Dei, sed ex eorum tantum penderet voluntate, quempiam quodlibet esse vel non esse. Romanus enim Pontifex, ut sapientes norunt, non modo deponi non potest, sed etiam christiano iure a quolibet non potest iudicari. Deinde quia, cum in eodem decreto cautum esset, ut romani Pontificis electio a romano clero et populo ageretur, et postea regi 3) notificaretur, ipsi praefatum violantes decretum elegere, quod eis non licebat, prius Cadolum parmensem, postea GUIBERTUM ravennensem, induentes eos apostolicis insignibus; vocantes apostolicos, apostatas et Antichristi praecursores. Praeterea autem praefatus GUIBERTUS, aut sui, ut suae parti favorem adscriberent, quaedam in eodem decreto addendo, quaedam mutando, ita illud reddiderunt a se dissidens, ut aut pauca aut nulla exemplaria sibi concordantia valeant inveniri. Quale autem decretum est, quod a se ita discrepare videtur, ut quid in eo potissimum credi debeat, ignoretur 4)? Sed ut tandem eos invincibili gladio feriamus, praefatus Nicolaus,

cod. f. 116.

1) Ex vita S. Ambrosii per Paulinum cap. 8.

2) Decretum hoc scribit Baronius ad an. 1059. n. 25. Mox autem n. 31. ipsa verba Deusdedit nostri ex ms. codice recitat, ut heic habentur.

3) Deest mendose *regi* apud Baronium, et *ipsi* non recte ponitur ante interpunctionem, et quidem dativo sing. casu pro plur. recto.

4) Sequentia ad litteram non recitat Baronius, sensum tamen fideliter narrat sic. «Idem Deusdedit Card. pluribus » probare nititur, non potuisse eundem Nicolaum eiusmodi sancire decretum, per quod relaberetur in manus principum

unus scilicet patriarcha, cum quolibet episcoporum concilio, non potuit abrumpere, immo nec mutare non obviantia fidei praedicta decreta sanctorum quinque patriarcharum 1), scilicet romani, alexandrini, antiocheni, hierosolymitani, constantinopolitani, ut ex numero praedictis synodis apposito colligi potest sanctorum ·MCCL· et eo amplius episcoporum: tot quippe leguntur praefatas constitutiones suis temporibus statuisse, in quibus non inveniuntur quicquam regiae potestati in pontificum electione seu promotione concessisse; immo, ut praedictum est, considentibus cum eis christianissimis imperatoribus ex non contradicentibus, leguntur sub perpetuo anathemate vetuisse. Quod si hoc vindicandum est, et graecorum imperatorum consuetudine, ut vel ex ambrosiana, vel ex gregoriana electione constat, ut praemissum est, eosdem imperatores hoc velut Deo adversum respuisse, eorumdem vero pontificum electionem et promotionem octavae synodo quamvis praepostere concordasse.

12. Et quamvis decretum de quo agitur, a praefatis ecclesiae legibus penitus enervetur, videamus tamen adhuc quid de eo iterum ecclesiae et saeculi leges censeant, ut penitus evacuetur. Ex synodo papae Hilari cap. ·IIII· « Illud quod quisque episcopus commisit illicite, aut a decessoribus invenitur admissum, si proprium vult vitare periculum, damnabit: nam in se, quicquid in alio non resecaverit, inveniet. » Gelasius Cresconio, Iohanni, et Messalae episcopis, inter cetera. « Sicut praedecessorum statuta, si sint legitima et iusta, successores custodire convenit, ita debent etiam male facta corrigere. » Pelagius Armentario magistro militum, inter cetera. « Postquam ecclesiae iura documentorum quoque intercedentium fuerunt auctoritate firmata, nullatenus ab his discedendi liberam pontifex, vel si velit, permittatur habere potestatem. » Hadrianus Argiramo. « Constitutiones contra sancta decreta romanorum praesulum nullius sint momenti. » Gregorius in registro. « Imperiali constitutione aperte sancitum est, ut ea quae contra leges fiunt, non solum inutilia, sed etiam pro infectis habenda sint. » Ex romanis legibus. « Id tantum de sacra responsione substantiae mutuetur, quod legum auxilia prosequuntur. » Ex constitutionibus. « Item generale praeceptum beneficio speciali anteferendum est. Et item, contra ius rescripta non valeant, quocumque modo fuerint impetrata. Quod etiam publica iura praescribunt, magis sequi iudices debent. » Et infra. « Personalia rescripta quae cum iure concordant, valeant more veterum; et negotii, de quo loquitur nostra rescriptio, finis, nostrae sententiae terminis censeatur. Speciale autem, si quid legibus ac iuri importat iniuriam, abolitum extirpetur. Item: illa sacra uniuscuiusque supplicantis desiderio concessa praevaleant et effectui mancipentur, quae cum iuris et legum ratione concordant. Ea vero quae subreptitie vel falsis precibus forsitan impetrant, nullum supplicanti ferant remedium. cod. f. 117.

13. His itaque decursis patet, praefatum decretum nullius momenti esse, nec unquam aliquid virium * habuisse. Et haec dicens, non praeiudico beatae memoriae papae Nicolai, nec quicquam eiusdem honori derogo, patrum sententias Dei spiritu conditas sequendo. Homo quippe fuit, eique ut contra fas ageret, surripi potuit. Nec mirum hoc eidem contigisse, cum quidam ipsius decessor inveniatur quiddam decrevisse, et meliori usus consilio postea immutasse. Siquidem secundus Bonifacius legitur ex decreto constituisse Vigilium diaconum sibi in pontificatu succedere; quod quia romano clero visum est canonibus adversari, praesente clero ab eodem suppositum est igni ante confessionem beati Petri apostoli. Et certe praefatus Nicolaus divino metu concussus hoc idem non fecisset, si tunc tot patrum sententias in unum collectas scivisset, easque suo decreto tam concorditer adversari perpendisset. Beatus quoque Augustinus librum retractationum composuit in correctionem eorum quae prius incaute descripsit; et ut itidem quisque sapiens faciat, his verbis com- * cod. *iurium*.

» ius super electionem sive confirmationem romanorum Pontificum, cum tam in orientali quam occidentali ecclesia sa- » cris conciliorum decretis, id non esse concessum laicis principibus, nec in minoribus episcopatibus, iura quae ci- » tat admoneant: quod tantum occasione schismatis ingruentis visum sit aliquando usurpatum exemplum, toleratum » vero, dum iidem potestate regia hanc subire servitutem sint coacti Pontifices. » Amaram hanc controversiam memini me legere diu tractatam, non sine naevis, apud ineditum quoque Onuphrii Panvinii opus de varia election erom. Pontificis.

1) Dictum hoc glossam canonicam postulare videtur, quae paucis heic verbis comprehendi nequit.

monefacit. Ait enim in prooemio eiusdem libri: « neque enim quisquam nisi imprudens, ideo quia mea errata reprehendo, reprehendere me audebit. Sed si dicit non ea debuisse a me dici quae postea mihi etiam displicerent, verum dicit, et mecum facit; eorum quippe reprehensor est, quorum et ego sum. Sed ut volet quisque accipiat hoc quod facio: me tamen apostolicam sententiam et in hac re oportet intueri, quae dicit: si nos ipsos iudicaremus, a Domino non iudicaremur. » Excommunicatio autem quae in praefato decreto terribiliter profertur, a Guiberto aut suis fautoribus indita creditur, quoniam in antiquioribus eiusdem decreti exemplaribus longe aliter habetur. Et haec quidem super eos veniet, qui eam in sui favorem ibidem indidere, et super eos qui eam timendam esse dicere praesumunt. Super illos quidem, ut incidant in foveam quam fodère, et ut apprehendat eos captio quam occultavere. Super eos autem, quoniam illic trepidavere timore, ubi non erat timor, quoniam Dominus in generatione iusta est. Nam si generatio iusta est, in praedictis patribus fuit, et per eos locutus est, ideoque illorum maledictio sicut Dei pavenda est. De maledictione vero illorum qui eorumdem patrum decretis non obediunt, dicit idem Dominus per prophetam: *benedicam maledictionibus vestris*. Et item: *maledicent illi, et tu benedices*. Et Salomon: *sicut avis in contrarium volans, et passer quolibet vadens, sic maledictum frustra prolatum, super eum veniet qui misit illud*. Haec tantum contra decretum, cuius se Guibertus auctoritate defendit, ut doceat se esse quod non est, nec unquam esse poterit.

14. De numero vero annorum, quibus haec damnabilis consuetudo permansisse dicitur, ut saeculi potestas pro suo libito pontifices promoveat, iure causari non potest. Nam de diversis consuetudinibus illa potissimum sequenda est, quae cum originem sumeret, catholicos patres, suorum patrum priorum vestigia sectantes, auctores habuit, sicut patres ·VII· et ·VIII· synodi secuti sunt statuta patrum sanctorum Pontificum romanorum, et illi consuetudinem ab apostolorum temporibus per omnes ecclesias observatam. Ista vero perversitas, quae a saeculi principibus superinducta est, non praeiudicat eidem sanctae consuetudini, quantalibet obtinuerit temporum curricula. Alioquin dominus Deus culpandus esset, qui filios Israhel longissima consuetudine sub servitute detentos, tam sub Pharaone quam sub Cyro vel Dario liberavit, et humanum genus sub diaboli servitute longa consuetudine detentum, post quinque milium annorum curricula propria morte redemit. Praeterea cum veteris et novi testamenti legibus adulterium sit inhibitum, siqui reges adulterium commiserint, numquid eorumdem auctoritate posteri reges adulterari sibi licitum putabunt? Absit. Et quidem certum est, regum contra leges commissa, nullatenus sequenda esse; leges vero ab eisdem calcatas, in suo statu permanere dèbere. Hinc est quod sancti Dei martyres, et romani Pontifices in suis statutis inseruere dicentes: non licet imperatori vel cuiquam pietatem custodienti, aliquid contra divinitatis mandata praesumere, nec quicquam, quod evangelicis propheticisque ac apostolicis regulis obviat, agere. Iniustum enim iudicium et definitio iniusta, regis metu vel iussu a iudicibus ordinata, non valeant. Nec quicquam quod contra evangelicae vel propheticae aut apostolicae doctrinae constitutionem, sive sanctorum patrum scripta actum fuerit, stabit; et quod ab infidelibus aut haereticis factum fuerit, omnino cassabitur. Item Hadrianus ad Argiramum episcopum cap. ·XLVIII· « Item generali decreto constituimus, ut execrandum anathema fiat, et velut praevaricator catholicae fidei semper apud Deum reus existat, quicumque regum vel potentum deinceps canonum censuras in quo-
cod. f. 119. cumque crediderit vel permiserit violandas. » Item ad eundem. Constitutiones contra sancta decreta romanorum Pontificum et praesulum, nullius sint momenti. Si autem omnis plantatio quam pater caelestis non plantavit eradicabitur; et sicut praedictum est, quod ab infidelibus et haereticis actum fuerit, omnino cassabitur, numquid haec impietas eutychianistarum imperatorum cassari et eradicari non debet? Certe quisquis ecclesiasticus pro suo officio vehementer non accenditur, ut tanta pravitas a Dei domo radicitus evellatur, domus Dei zelus non comedit eum, et apud Deum canis mutus latrare non valens reputatur.

15. Quis enim sanum sapiens non advertat, hanc pestem seminarium esse simoniacae

haereseos, et totius christianae religionis lamentabilem destructionem? Nempe cum dignitas episcopalis a principe adipisci posse quis sperat, contemptis suis episcopis ac clericis ecclesia Dei deseritur; et ab aliis quidem ingens pecunia non solum regibus sed etiam aulicorum marsupiis infunditur, et eorum suffragia ad tam nefariam promotionem mercantur. Ab aliis infinitae pecuniae dispendio, plus decennio in saeculari curia deservitur, aestus, pluviae, frigora, et cetera incommoda patientissime tolerantur. Ab aliis autem vel sui pastoris, vel cuius honorem ambiunt mors incessanter optatur: ab alio alii vehementer invidetur, dum quae sibi sperat, ab eo surripi posse putatur. Immo proh dolor! in tantam Dei iniuriam interdum prosilitur, ut et servis et fornicariis dignitas ista praestetur. Tales quippe cum adepti fuerint quod taliter expetivere, peccantes saeculi potestates nullatenus redarguere praesumunt, quoniam se ab illis promotos esse meminere. Et hi quidem lac et lanam ab ovibus accipiunt, sed perditissime viventes ovium salutem negligunt: sicque impletur quod scriptum est: ruina populi sacerdotes mali. Et iterum: et erit sicut populus, ita et sacerdos. Sacerdotes quippe a populo non videntur distare, cum certatim se popularibus actionibus student implicare. Nam cum nemo militans Deo, implicet se negotiis saecularibus, quidam eorum non canonum, sed canum et accipitrum studia et reliquos mundi luxus exercent. Quidam autem, quasi Deus laudet in sacerdote quod reprehendit in divite, amiciuntur peregrinorum murium pellibus, et relictis suis cathedralibus ecclesiis, assistunt imperatoribus; cum canones spiritu Dei conditi prohibeant pontificibus palatia regis adire; sed siqua suggerenda sunt, per suos diaconos potius intimare. Quumque iidem sacri canones sub interminatione prohibeant quemque pontificem a sua cathedrali ecclesia tribus dominicis diebus abesse, alios quidem eorum vix ter aut quater in anno, alios vix anno integro contingit eandem revisere: et ut soli non peccent, sed fiant, ut scriptum est, laqueus iuvenum, dant exemplum clericis, suas itidem ecclesias deserere; et sub spe episcopandi, regum curiae militare. Sed obiicitur, clericos ut divina officia principibus exhibeant, eorumdem curiam inhabitare oportere; quasi non sit iustius apud Deum, et apud homines convenientius, ut nobis videtur, cod. f. 19. quemque episcopum in cuius dioecesi continget principem adesse, eidem idoneos et religiosos clericos ad divina mysteria celebranda dirigere, et pro temporis diuturnitate, qua idem ibidem moratur, alios aliis iubere succedere.

16. His tantis cladibus quae contingunt ex praedictis promotionibus, Gregorius ·VII· obviare cupiens, in romana synodo ·L· episcoporum, considente presbyterorum et abbatum multitudine, per omnia sanctis praedictis patribus consonantia decreta statuit dicens: « si quis deinceps episcopatum vel abbatiam de manu alicuius laicae personae susceperit, nullatenus inter episcopos vel abbates habeatur, nec ulla ei ut episcopo seu abbati audientia concedatur. Insuper ei gratiam beati Petri et introitum ecclesiae interdicimus, quousque locum quem sub crimine tam ambitionis quam inobedientiae quod est scelus idololatriae cepit, resipiscendo non deserit. Similiter etiam de inferioribus ecclesiasticis dignitatibus constituimus. Item si quis imperatorum, regum, ducum, marchionum, comitum, vel quilibet saecularium potestatum aut personarum, investituram episcopatuum vel alicuius ecclesiasticae dignitatis dare praesumpserit, eiusdem sanctorum patrum sententiae vinculo se adstrictum esse sciat. » Et quoniam sanctorum patrum auctoritate monstratum est, pontificum electionem saeculari potestati non subiacere, libet adhuc christianorum imperatorum, quas hac de causa sanxere constitutiones in medium deducere, ut pateat nobis si quid sibi iuris in eadem causa voluere vindicare. Haec enim Carolus et Ludovicus gloriosi imperatores in primo libro capitulorum suorum statuere. « Sanctorum canonum non ignari, ut in Dei nomine sancta ecclesia suo liberius potiatur honore, assensum ordini ecclesiastico praebemus, ut scilicet episcopi per electionem cleri et populi, secundum statuta canonum de propria dioecesi, remota personarum et munerum acceptione, ob vitae meritum et sapientiae donum eligantur, et verbo et exemplo sibi subiectis prodesse valeant. » Certe constitutio haec ita consonantissima sanctorum patrum constitutionibus esse perpenditur, quasi vel a nicaena vel a qualibet uni-

versalium synodorum promulgaretur. Haec quippe docet, hunc esse honorem, hanc esse libertatem sanctae ecclesiae clerum scilicet eiusdem populumque sibimet pontificem debere eligere. Haec in electione, canonum statuta servanda esse commemorat: haec simoniacam haeresim prohibendo impugnat: haec vitae meritum et sapientiam in pastoris electione quaerendam demonstrat: et quod mirum est, brevissime videtur tangere, quod beatus Gregorius scribit de pontifice, scilicet ut quisque perpendere debeat, qualiter ad pontificatum veniat; et rite veniens, qualiter doceat; et recte docens, qualiter vivat. Item ex constitu-
cod. f. 121. tionibus imperatorum Ludovici, Othonis, et Henrici. « In electione romanorum Pontificum, nemo illis Romanis quos ad hanc electionem per constitutionem sanctorum patrum antiqua admisit consuetudo aliquod faciat impedimentum. Quod si quis praesumpserit, exilio tradatur. »

17. Patet itaque sanctorum romanorum Pontificum auctoritate, et patrum sanctarum universalium synodorum primae septimae atque octavae, pontificum electionem, cleri et populi cuiusque ecclesiae esse debere. Patet quoque christianissimos imperatores Constantinum, Constantem, Valentinianum, Theodosium, Arcadium, Honorium, Carolum, et Ludovicum, ceterosque pietate et religione praestantes eamdem consuetudinem ab apostolorum temporibus observatam minime violasse. Patet etiam christianissimos imperatores Constantinum magnum, et item Constantinum et Irenem, et Basilium, Carolum quoque et Ludovicum praefatam electionem saeculari potestati legibus abstulisse. Quamquam si etiam eorumdem sanctionibus hoc non prohiberetur, patriarchalium sedium sanctionibus non minus obaudiretur. Pontificibus enim legitur Deum dixisse, non imperatoribus: *qui vos audit, me audit: et qui vos spernit, me spernit.* Et iterum: *quaecumque ligaveritis super terram, erunt ligata et in caelis.* Item primo Pontifici: *pasce oves meas.* Item apostolis omnibus: *euntes docete omnes gentes.* Patriarcharum enim tanta est auctoritas, ut omnimode haereticus comprobetur quis eorumdem synodicis constitutionibus obviare nititur. Quaecumque enim communiter statuère sequenda, ea omnis ecclesia sequetur: quaecumque vero statuère respuenda, respuentur: nec umquam a quolibet, nisi si forte ab eisdem, eorumdem commune iudicium retractabitur. Firmamentum enim fidei christianae in eorum sedibus, per beatum Petrum successorum eorumdem, ita Deus locavit, ut cum de causa fidei concilium agitur, si unus ex tribus principalibus patriarchis ceciderit, duo stent; quod si duo ceciderint, cum pro fide Petri ne deficiat, a Christo oratum sit, unius scilicet romani patriarchae fides, in qua fratres suos confirmet, numquam deficiet. Quod utique Christus Deus noster iam ostendere dignatus est in universalibus synodis, iam ab ipsius ascensione pro tuenda fide octies universaliter celebratis. Nam uno vel duobus a fide corruentibus, romanus in eiusdem fidei fundamento, licet pulsatus, licet concussus, tamen stetit immobilis. Caelum enim et terra transibunt, verba autem eius non transibunt, qui dixit: *tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam.* Caveant itaque saeculi potestates sequi quod eutychianistae imperatores adinvenere. Dei ecclesiis non pretio, nec gratis, nec etiam precibus episcopos constituant; ne, quod absit, cum eis pariter puniantur, quorum tam pravas actiones imitari voluerunt. Permittant sanctae Dei ecclesiae uti suo iure et honore, scilicet secundum sanctorum patrum san-
cod. f. 122. ctiones, pontifices sibi deligere et promovere. Non mutent traditionem ecclesiae a Deo institutam; quoniam, ut Gelasius scribit, non a legibus publicis, non a potestatibus saeculi, sed a pontificibus et sacerdotibus omnipotens Deus christianae religionis clericos et sacerdotes voluit ordinari et discuti. Imperatores christiani subdere debent executiones suas ecclesiarum praesulibus, non praeferre: numquam de pontificibus, nisi ecclesiam iudicare: obsequi solere principes christianos decretis ecclesiae, non suam praeponere potestatem.

LIBER SECUNDUS.

1. Et quoniam supra diximus hanc pestem, simoniacae haereseos seminarium esse, operae pretium est adversus eiusdem haereseos sacerdotes insurgere, et de schismaticorum et eorumdem sacerdotio et sacrificio, patrum sententias in medium deducere. In epistola septimae synodi universalis Hadriano papae directa sic inter cetera legitur. « Eos qui per pecunias manus imposuere vel imponunt, Petrus divinus apostolus, cuius cathedram sortita est sanctitas vestra, tamquam Simonem magum deponit. Tolerabilior enim est Macedonii et eorum qui circa ipsum sunt sancti Spiritus impugnatorum impia haeresis: illi enim creaturam et servum Dei patris et filii Spiritum sanctum delirando fatentur; isti suum eundem Spiritum efficiunt servum: omnis enim dominus quod habet, si vult, vendit sive servum sive aliquod eorum quae possidet. Similiter et qui emit, dominus volens esse eius quod emerit, per pretium pecuniae illud acquirit. Ita et qui hanc iniquam actionem operantur, detrahunt Spiritui sancto, aequaliter peccantes his qui blasphemavere dicentes, in Behelzebub eiicere daemonia Christum; atque ut verius dicamus, Iudae comparantur proditori qui Iudaeis Deum occidentibus Christum vendidit. Cum ergo Spiritus sanctus consubstantialis sit Christo, eiusdem ipsi portionis erunt; et procul dubio non est in eis gratia Spiritus sancti, id est sacerdotis sanctitas. Nam quod non acceperunt, non habent. Ait enim Petrus Simoni: *non est tibi pars neque sors in sermone isto, quia existimasti donum Dei pecunia possideri.* Nam et ·XXIX· canon sanctorum apostolorum, et actus eorumdem, et tertius et quartus liber regnorum, alienum omnino a sacerdotio pronunciant eum qui aliquando dederit vel acceperit pecuniam aliquo tempore, sive ante manus impositionem, sive post: accipere enim est, quandocumque accipere. Item ex epistola ultima eiusdem synodi. Omnis ergo episcopus vel presbyter aut diaconus convictus per pecunias manus impositionem dedisse vel accepisse, a sacerdotio vel gradu decidit. Fortassis autem dicunt aliqui, quia paenitentiam agimus pro peccato, et Dominus ignoscit illud. Ita est, quia omnes agentes paenitentiam Deus suscipit, et indulget per paenitentiam peccata quae iam patrata sunt. Et infra: sed quia secundum apostolum sacerdos irreprehensibilis debet esse, qui per pecunias quemquam consecravit vel consecratus est, alienus est a sacerdotio, sicut omnes ecclesiae sumus alumni ex canonicis disciplinis eruditi.

2. Item ex epistola Paschalis papae Mediolanensibus scripta. Si quis autem obiecerit, cod. f. 123. non consecrationem, sed res ipsas quae ex consecratione proveniunt vendi, videntur quidem aliquid dicere, nihil autem penitus sapere: nam cum spiritualis corporalis ecclesiae episcopus vel abbas sine rebus corporalibus exterioribus nullo modo proficiat, sicut nec anima sine corpore temporaliter vivit, quisquis eorum alterum vendit, sine quo alterum haberi non potest, neutrum non venditum derelinquit. Quam tamen obiectionem sacer chalcedonensis canon penitus exterminat, cum procuratorem vel defensorem ecclesiae, vel quemquam omnino regulae subiectum, per pecunias ordinari prohibet, ut interventores quoque tanti sceleris anathematis mucrone succidat. Quid plura? si anathematizati et excommunicati, et ut vere haeretici, simoniaci et neophyti ab ecclesia sunt separati, quis non videt quod huiusmodi sacerdotum missae et orationes Deum ad iracundiam super populum provocent, quem talibus placari credebamus? Scriptum enim est, veri sacrificii locum extra ecclesiam catholicam non esse; omnes autem vendentes et ementes trecentum et decem et octo patres in nicaeno concilio congregati ense execrandae maledictionis iugulavere dicentes: qui dat et recipit, anathema sit; quae excommunicationes seu maledictiones sub specie eorum qui simili crimine temporibus Hieroboam implebant manus suas, et fiebant sacerdotes idolorum, Dominus anathematizans dixit: *maledicam benedictionibus vestris.* Et item: *haereticum hominem post primam et secundam correptionem devita.* Quando ergo tales episcopos vel abbates vel reliquos clericos non devitamus, sed eorum missas audimus, vel cum eis oramus, cum illis excommunicationem subimus: quos quidem sacerdotes esse saltem credere omnino

error est, cum Petrus Simon dicat: *pecunia tua tecum sit in perditione, quia existimasti donum Dei pecunia possideri*. Ubi cum *existimasti* dicitur, non pro eo quod fecerit, sed quia se facere credidit, condemnatur, cum minus sit existimare quam credere. In hoc vero quod subiungit: *non est tibi pars neque sors in sermone isto*, patenter ostenditur, quia nihil sacrae ordinationis in hac promotione percipitur. Item ex registro Gregorii ad Syagrium episcopum, inter cetera. « Cur non perpenditur, cur non advertitur quia benedictio illi in maledictionem vertitur, qui ad hoc ut haereticus fiat promovetur? » Item idem in eodem. « Grave omnino et ultra quam dici potest facinus est, Spiritum sanctum qui omnia redemit, venundari. » Item in eodem. « Qui sacros ordines vendunt vel emunt, sacerdotes esse non possunt, sed sunt pseudo Christi, et pseudo prophetae. » Item Ambrosius in pastorali. « Nempe hoc est quod nimis doleo, quia archiepiscopus cum per pecuniam aliquem episcopum ordinaret, specialiter leprosum ordinavit. » Item ibidem. « Quod accepit, pecunia fuit; quod dedit, lepra fuit. » Item ibidem. « Aurum dans perdidisti, sanctam gratiam non acquisivi-
cod. f. 124. sti. » Cyprianus in epistola ad Cornelium. Existimat aliquis summa et magna aut non sciente aut non permittente Deo in ecclesia Dei fieri? aut sacerdotes, id est Dei dispensatores, non de eius sententia ordinari? Hoc est fidem non habere, qua vivimus; hoc est Deo honorem non dare, si de eius sententia non ordinantur sacerdotes qui extra ecclesiam fiunt, sicut
* Os. VIII. 4. ipse Dominus in duodecim prophetis * ponit, et dicit: *sibimet ipsis regem constituére, et non per me*. Pelagius Iohanni patricio. « Consecrare enim est simul sacrare; sed ab ecclesiae visceribus diversus, et ab apostolica sede separatus, exsecrat potius, non consecrat. Iure ergo exsecratus, tamen non consecratus poterit dici, quem sicut se consacrantem unitate coniuntum membris non agnoscit ecclesia.

3. Hactenus de simoniacorum et schismaticorum sacerdotio; nunc de eorum sacrificio patrum perscrutemur sententias. Cyprianus in epistola ad Magnum « Sacrificia haereticorum, ut ait propheta, *tamquam panis luctus; omnes qui manducant ea, contaminantur. Vae vobis, filii desertores! Haec dicit Dominus: habuistis consilium, et non per me; et fecistis conventionem, non per Spiritum meum; adiecére peccata super peccata*. Idem in epistola ad Stephanum. « Si qui presbyteri vel diaconi vel in ecclesia catholica prius ordinati fuerint, et postmodum perfidi ac rebelles extiterint contra ecclesiam, vel apud haereticos a pseudo episcopis et Antichristo contra Christi dispositionem profana ordinatione promoti sunt, et contra altare unum atque divinum, sacrificia foris falsa et sacrilega offerre conati sunt, eos quoque hac conditione suscipiam cum revertentur ut communicent laicis, et satis habeant quod admittantur ad pacem qui hostes pacis extiterint; nec debere eos revertentes, ea apud nos ordinationis et honoris arma retinere, quibus contra nos rebellaverint. » Et paulo post. « Quia etsi ipsi postmodum ad ecclesiam redeunt, restituere tamen eos secum non possunt, qui ab eis seducti, et finis morte praeventi, extra ecclesiam sine communicatione et pace periere; quorum animae in die iudicii de ipsorum manibus expetentur, qui perditionis auctores et duces extitere. Et idcirco satis est talibus revertentibus veniam dari, quia non debet in domo fidei perfidia promoveri. Gelasius omnibus episcopis Dardaniae. « Nisi Acatii nomine refutato, ceteris consortibus unias erroris; cum nullo prorsus eorum participare debetis mensae dominicae puritatem, quam maiores nostri semper ab haeretica magnopere servaverunt pollutione discretam. » Pelagius Viatori et Pancratio. « A schismaticorum sacrificiis, potius autem sacrilegiis, abstinere debetis. » Et post pauca. « Nolite ergo, quasi nulla schismaticorum et ecclesiae differentia sit, velle indifferenter utrorumque sacrificiis sociari. » Item idem. « Non est Christi corpus quod schismaticus conficit; non enim divisum esse Christum poterit quisquam sine apostoli
cod. f. 125. reprobatione confingere. Unam, ut saepe dictum est, esse constat ecclesiam, quae in duo vel in plura dividi non potest. Simul enim cum ab ea quisque discesserit, esse desistit in ecclesia. Unum in Hierusalem templum est. Idolis necesse est immolet, qui semet ipsum diviserit. Gregorius in dialogo. « Superveniente paschali festivitate, intempestae noctis silentio, ad Ermigildum regem perfidus pater arianum episcopum misit, ut ex eius manu

sacrilegae communionis execrationem perciperet; ut per hoc de carcere ac vinculis ad patris gratiam redire mereretur. Sed vir deditus Deo, ariano episcopo venienti exprobravit ut debuit. » Et paulo post « Ad se itaque reverso episcopo ariano, pater infremuit, et missis apparitoribus securi in cerebrum infixa, filium Christi martyrem fecit. » Hieronymus super duodecim prophetas 1). « Odit Deus sacrificia haereticorum et a se proiicit: et quotiescumque sub nomine Domini fuerint congregati, detestatur foetorem eorum et claudit nares suas. Odisse autem et proiicere, et non odorari, humana loquitur similitudine, ut nos affectum Dei in nostris sermonibus cognoscamus. Et si holocausta obtulerint, aut videantur ieiunare, dare eleemosynas, pudicitiam polliceri, quae holocausta vera sunt, non ea suscipit Dominus. Non enim sacrificiorum magnitudinem, sed offerentium merita causasque diiudicat 2); et non ea quae offeruntur, sed offerentium respuit voluntatem. »

4. Haec itaque tam patentia tamque manifesta sunt, ut dilucidari non egeant: patentissime namque simoniacorum sacerdotium et sacrificium eorumdem, et schismaticorum, irrita esse demonstrant: quamvis quidam 3) scripserit, quod sicuti in baptismate simoniacorum, ita et in eorumdem sacrificio virtus Spiritus sancti cooperetur, scilicet ut non eisdem sit verum et salutare sacrificium, sed his quibus exhibetur; quod ex praemissis patrum sententiis apertissime refellitur; et maxime ex eo quod dicitur: *sacrificia eorum tamquam panis luctus; omnes qui manducant ea, contaminabantur* *. Non enim, ut ipse arbitratus est, exhibitio baptismatis et sacrificii dominici corporis, omnino simili sibi collatione conferri valent: nam necessitate urgente omni baptizato conceditur baptizare sub fidei interrogatione, et nomine Trinitatis, et trina mersione, quod utique concessum est propter eum qui periculo mortis urgetur; ne si tunc ad sacerdotem, cum non adfuerit, curratur, subito non valeat inveniri qui baptisma ministret. Solis autem sacerdotibus licitum est dominicum corpus conficere: quod quidem non baptizato ilico morituro necessarium non est; cum sancti Spiritus virtute sacramentum baptismatis efficiatur, quod et ordine et maiori necessitate quam dominicum corpus a morituro expetitur. Magis namque dolendum est, quempiam absque baptismo humanis rebus excedere, quam baptizatum absque eucharistiae communione, quamvis nemo sine utroque possit salvari, qui quidem utrumque valeat sumere. Nam qui dixit: *nisi quis renatus fuerit denuo ex aqua et Spiritu sancto, non intrabit in regnum caelorum;* idem *nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Ideo autem dixi de potentia sumendi utrumque, quoniam parvulus modo natus, modo renatus, non valet carnem dominicam manducare, licet sanguinem eiusdem ori infusum possit et debeat deglutire 4). Nam quod dicitur *nisi manducaveritis*, de his qui manducare possunt accipiendum puto. Nemo enim dicit de eo qui non potest manducare, *nisi manducaverit*, sed de eo qui potest manducare. De his autem qui apud simoniacos et schismaticos baptizantur, id tenendum videtur quod Anastasius papa Mediolanensibus scribit. « Ii, inquit, qui apud Donatistas parvuli baptizati sunt, nondum scire valentes erroris eorum intentum, et postea quam ad aetatem rationis capacem pervenerint, agnita veritate, falsitatem eorum abhorrentes, ad ecclesiam catholicam veniunt, ordine antiquo per manus impositionem recipiantur. » Haec Anastasius.

* Os. IX. 4.

cod. f. 12a.

5. Sciendum est quod hi qui ab haereticis et schismaticis baptizantur, in eorum baptismate nequaquam Spiritum sanctum accipiunt sicuti sancti patres asserunt, Innocentius, Leo, Gregorius, Augustinus, et reliqui: sed cum ad catholicae ecclesiae redierint unitatem, per manus impositionem eiusdem sancti Spiritus accipiunt plenitudinem. Ex quo aperte intelligitur,

1) Ad Amosum cap. V. 21. Nam suprascripto S. Cypriani latiore modo citat heic S. Hieronymum noster Deusdedit.

2) Hactenus Hieronymus in editionibus. Cetera verba vel eiusdem Hieronymi sunt, vel libere addita a Deusdedit, quod credibile vix videtur.

3) In marg. *Petrus Damianus, scilicet in apologia ad Florentinos* (opuscul. XXX.) *et in libro qui Gratissimus inscribitur.* Erat autem Petrus ipsi Deusdedit contemporaneus.

4) Spectamus adhuc apud Deusdedit ritus aliquot veteres, ut qui heic scribitur, et mersio in baptismo etc.

quod in eorum sacrificio non accipitur Christi corpus [1]), sicut nec in baptismate Spiritus sanctus. Proinde, ut supra dictum est, eorumdem sacrificia Cyprianus contaminationem et sacrilegium et falsitatem; Hieronymus, odium Dei, et foetorem; Gelasius pollutionem; Pelagius et Gregorius sacrilegium et execrationem, nominant. Et ut ait Prosper, Augustinus dicit, quia locus veri sacrificii non est, extra catholicam ecclesiam. Attamen idem Augustinus in libro de baptismate, et ad Vincentium, et Emeritum, et reliquos Donatistas scribit: ut haereticorum et schismaticorum baptismum et reliqua sacramenta, si ita ab eis fiunt ut in catholica ecclesia, sancta quidem et veneranda esse, et eadem intus et foris haberi; sed illis extra ecclesiam nihil prodesse; immo multum obesse; et si ad catholicam redierint unitatem, eadem sacramenta iterari non debere. Videamus haec duo; primo quomodo accipiendum sit hoc quod scribit, haereticorum sive schismaticorum sacramenta sancta esse, cum praefati patres eorumdem sacrificia contaminationem et sacrilegium affirment, omne autem sacrificium sit sacramentum. Alterum vero hoc quod dixit eadem sacramenta non debere iterari. Nam propter huiusmodi verba, in quibus videtur praedictis patribus contraire [2]), dicendo haereticorum seu schismaticorum sacramenta sancta esse, potest videri alicui simplicium talium sacrificia, veluti sacrosancta, ad salutem sumi posse, et ideo libet quaedam ipsius ad eosdem Donatistas hic verba subnectere; et post alia quaedam eiusdem super Iohannem dicta subiungere, per quae aperte liqueat quod sicut in haereticorum vel schismaticorum baptismate non accipitur Spiritus sanctus, ita nec in sacrificio Christus.

cod. f. 127. 6. Augustinus Donatistis inter cetera. « Vos ergo mutamini ex ea parte qua dissentiebatis, quamvis sacramenta quae habetis, cum eadem sint in omnibus, sancta sunt. Non sacramenta quae non mutatis, sicut habetis approbantur a nobis: ne forte cum vestram paucitatem corrigere volumus, illis mysteriis Christi, quae in vestra paucitate depravata non sunt, sacrilegam iniuriam faciamus. » Idem eisdem. « Ita ergo nec foris, sicut nec intus, quisquam qui ex parte diaboli est, potest in se vel in quocumque maculare sacramentum quod Christi est. » Item ad eosdem. « Sacramenta Dei ubique recta sunt; et mali homines, quibus nihil prosunt, ubique perversi sunt et intus et foris. » Ecce hic videtur Augustinus memoratis patribus reluctari, dicendo haereticorum vel schismaticorum sacramenta, verbi gratia baptismum et sacrificium, sacrosancta credere; cum superius eorumdem sacrificia, Cyprianus qui ante eum fuit contaminationem et sacrilegium et falsitatem; Hieronymus eius contemporaneus, odium Dei et foetorem Deo; Gelasius vero et Pelagius et Gregorius pontifices, qui post eum extitere, sacrilegium nominaverint et execrationem. Attendamus itaque quid idem dicat in sermone de blasphemia. « Potest esse visibilis forma palmitis etiam praeter vitem, sed invisibilem vitam radicis habere non potest, nisi in vite. Proinde corporalia sacramenta quae portant et celebrant etiam segregati ab unitate corporis Christi, formam possunt exhibere pietatis: virtus vero pietatis invisibilis et spiritualis ita in eis non potest esse, quemadmodum sensus non sequitur hominis membrum, quando amputatur a corpore. » Idem super Iohannem homilia vigesima sexta. « Nam et nos, inquit, hodie accipimus visibilem cibum, sed aliud est sacramentum, aliud virtus sacramenti. » Et paulo post. « Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum. Sed hoc pertinet ad virtutem sacramenti, non ad visibile sacramentum. » Et infra. « Qui non manet in Christo, et in quo non manet Christus, non manducat carnem eius, nec sanguinem bibit, licet tantae rei sacramentum ad iudicium sibi manducet et bibat. »

7. Isidorus quoque in officiorum libro ita scribit. « Aliud est sacramentum, quod ore percipitur, et in alimentum corporis redigitur; aliud virtus sacramenti, qua interior homo satiatur; et vitam aeternam adipiscitur. » Et paulo post. « Sacrificium dicitur quasi

1) Quis non videt reformandam esse hanc Deusdedit nostri doctrinam, et contrariae potius firmiter adhaerendum, quam veraciter copioseque tradit S. Petrus Damianus, in egregio praesertim opusculo inscripto *Gratissimus*, cui frustra noster nimio zelo abreptus contradicit? Ceterum de multiplici hac quaestione diu graviterque contra simoniacos illius temporis vel haereticos sacerdotes disceptatum fuisse ab episcopis, narrat ipse Petrus in sui scripti initio.

2) Legatur apud nos Bonizo, qui p. 1. hoc ipsum argumentum versat.

sacrum factum, quod prece mystica consecratur, operante invisibiliter Spiritu Dei.» Ecce hic patenter accipitur aliud esse sacramentum, aliud virtutem sacramenti. Proinde ex hoc quod Augustinus scribit in sacramentis quae sunt extra ecclesiam, virtutem spiritualem non esse, et malos homines sacramentum tantum non autem virtutem sacramenti edere posse; et ex eo quod ait Prosper eundem dicere, quia locus veri sacrificii extra catholicam ecclesiam non est; ex his inquam videor videre Augustinum in hac causa sacrificii nequaquam praefatis patribus contraire. Nam cum in libro de baptismo et ad praefatos et reliquos Donatistas scribat de sacramentis eorumdem, non memini eum agere de sacrificiis, sed tantum indefinite de sacramentis, nisi in paucis quae scribit ad Glorium *, Emeritum, et Eleusium, quae competenter intellecta, non de haeretico sed de catholico sacerdote graviter peccante, huic nostro intellectui nequaquam obviabunt. Cum enim sacrificium sit sacramentum, videtur tamen multum distare a reliquis sacramentis. Hoc enim solum quamvis divina virtus, quae in eo sumitur, sit sempiterna, tamen ipsum sacramentum transitorium est, et ideo quotidie iteratur. Reliqua vero sicut baptisma, chrisma, symbolum, evangelium, et dominica crux 1), manentia sunt; et ideo nequaquam iterantur, sive intra sive extra ecclesiam sint. Sancta itaque sunt; sed his qui extra sunt, nullum salutis emolumentum, immo sicut arca Domini Philistaeis, perpetuae damnationis conferunt detrimentum. Nihil enim refert utrum adorem crucem a catholico vel haeretico depictam, vel legam symbolum aut evangelium ab utrolibet scriptum. Quae cum ita sint, animadvertendum, quoniam hoc, quod praefati patres in haereticorum et schismaticorum sacrificio vocant contaminationem, foetorem, sive sacrilegium, perpendentes sicut et Augustinus in eis non esse virtutem sacramenti; illud inquam dicit idem, et cum eo Isidorus sacramentum tantum, quod etiam propter formam pietatis, quam habet, sanctum appellat: quia iuxta hoc quod scribit in libro de baptismo, nulli sacramento iniuria facienda est. Quod si haec ita ut dicimus accipiunt, ut nobis videtur, patet magnum doctorem Augustinum praefatis sanctis patribus de sacrificio et praefatis sacramentis nequaquam esse discordem, praeter quam de baptismi iteratione reprehendit Cyprianum; et cum eo Stephanus et Cornelius romani pontifices et martyres, et multi alii patres, quorum potior sententia est.

cod. f. 128.

* cod. vitiose Guillelmum.

8. Ex quibus omnibus apertissime claret, quod sicut in haereticorum et schismaticorum baptismate non accipitur Spiritus sanctus, ita nec in sacrificio Christus. Proinde luce clarius est, quod eorumdem sacrificiis nemo catholicorum scienter communicare debet. Nam et nicaenum concilium, et reliqua fere omnia, et idem Augustinus in concilio carthaginiensi cap. ·IX· sub magna interminatione prohibent excommunicatis communicare, vel eosdem in communionem suscipere. Nemo autem sanae mentis negare audebit, quempiam rectius, magisque merito quam simoniacum et schismaticum excommunicatum credi. Sed et concilium laodicense de his, qui haereticorum et schismaticorum sacrificiis communicant ita decernit cap. ·VIII· «quod non permittantur ecclesiastici ad haereticorum ministeria, vel ad ea, quae ab eis appellantur martyria, orationis causa vel sanctitatis accedere. Sed huiusmodi, si fideles fuerint, certo tempore communione privari; paenitentes autem et confitentes se deliquisse, convenit suscipi.» Item cap. ·XXXII· «quod non oporteat ab haereticis eulogias accipere, quae sunt maledictiones potius quam benedictiones. Item cap. ·XXXIII· quod non oporteat cum haereticis aut schismaticis pariter orare.» Huius concilii auctoritatem, et praedictorum patrum Gelasii, Pelagii, Gregorii, Paschalis, Cypriani, Hieronymi et Augustini, sequitur haec sententia, quam nomine Iohannis Chrysostomi titulatam reperi: paenitentia et communio a nullo nisi a catholico suscipienda est. Si vero nullus catholicus sacerdos adfuerit, rectius est sine communione manere visibili, et invisibiliter Domino communicare, quam ab haeretico communicari et a Deo separari. Nulla enim est conventio Christi ad Belial, ut ait apostolus, neque pars fidelis cum infideli. Omnis enim haereticus, infidelis est; simoniacus autem, haereticus; igitur infidelis. Sanctam enim communionem Christi, quamvis vi-

cod. f. 129.

1) Tria haec postrema dicuntur accuratius sacramentalia.

sibiliter et corporaliter catholici propter imminentes haereticos habere non possunt, attamen invisibiliter habent. Haec hactenus de eo quod dicit Augustinus, haereticorum et schismaticorum sancta esse sacramenta.

9. Nunc de altero videamus, scilicet de eo, quod ut superius dictum est, scribit eorumdem sacramenta iterari non debere, dicendo in libro de baptismo: « manus impositio iteranda non est, sicut nec baptismus. Quid enim est aliud manus impositio, nisi oratio super hominem? » De huiusmodi iteratione vario modo a patribus actum invenitur: nam nicaena synodus manus impositionem iterat novatianis episcopis et presbyteris et ceteris clericis, et sic eos in clero manere iubet, episcopum loco et nomine presbyteri vel chorepiscopi honorans. Damasus episcoporum ordinationes a catholicis chorepiscopis factas, iterari iubet ab episcopis catholicis: cum Hieronymus eius contemporaneus scribat ad Evagrium presbyterum, apud Alexandriam post Marcum evangelistam ·XII· eiusdem urbis patriarchas a presbyteris tantum fuisse promotos. Primus Iohannes papa et martyr ecclesiis Arianorum apud Constantinopolim, Iustino imperatore orthodoxo rogante, consecrationem iterat; et episcopis Galliarum per epistolas suas itidem facere mandat. Item magnus Gregorius basilicam Arianorum in Suburra, sicut et praefatus Iohannes, iterum dedicat. Ex quo videtur consequi, ut si Arianorum ecclesiis consecratio iteratur, etiam presbyteris eorumdem iteretur, sicut concilium iubet, quod etiam eorumdem reliquias praecipit igne comburi. (Nam quod idem Gregorius Iohanni ravennatensi episcopo, et concilium carthaginiense cap. ·XV· reordinationes prohibent, de his qui recte ordinati sunt et postea depositi accipiendum videtur.) Item Stephanus iunior idem statuit de ordinatis a Constantino invasore et neophyto periuro. Et tertius Sergius de ordinatis a Formoso similiter periuro et invasore. Et hi omnes post Augustinum fuere, praeter Damasum. Et patres nicaeni concilii, qui male ordinatis manus impositionem iterari sanxere. Praeterea, ut Gregorius scribit episcopis in Hiberia constitutis, (cod. f. 130.) ab haeresi ad catholicam ecclesiam redeuntibus, occidens iterat manus impositionem, oriens vero chrismatis unctionem. Hi autem sunt, de quibus incertum est, utrum male promotis manus impositionem iteraverint, an non, scilicet primus Leo, Anastasius, et Gregorius, septima synodus, et synodus pro Ignatio. Nam primus Leo propter pacis bonum recepit Anatolium episcopum, qui ordinatus fuerat a Dioscoro eutychianista: et Anastasius Photinum thessalonicensem 1) ordinatum ab Acatio excommunicato: et Gregorius Maximum salonitanum ab excommunicatis ordinatum. Septima quoque synodus ordinatos ab haereticos, eos qui auctores non fuere impietatis, quique tracti et vim passi sunt, recipit in gradus suos: praelatos vero et genitores haereseon in sacerdotium non admittit. Synodus vero pro Ignatio, quae a quibusdam octava dicitur 2), a Photio neophyto et invasore promotos deponit: et fautoribus eius episcopis excommunicatis, ordinatos singulorum graduum instrumentorum exhibitione in suis ordinibus recipit. Praelatos autem Leo et Innocentius et quidam alii patres, rite prius ordinatos, et postea ad haeresim transeuntes, ad catholicam ecclesiam absque legitima satisfactione nullatenus redire sinunt; et in pristinum eos gradum recipientes, omnem eis ulterius promotionem interdicunt.

10. Ne autem simoniaci quasi ad se recipiendos, praefati Anatolii et ceterorum se tueantur exemplo, sciendum est, quoniam legi communi et universali remissio quarumdam per-

1) In codice fit brevis lacuna, in qua nos Photini thessalonicensis nomen ponendum iudicavimus. Legantur quae in vitis rom. Pontificum scribit Bernardus Guidonis a nobis editus in Spicil. rom. T. VI. p. 97-95, ubi de Anastasio II. papa, et quae ibi adnotavimus.

2) Controversiam aliquando circa huius synodi universalitatem fuisse commotam, non ignoramus; quam tamen dubitationem satis esse depulsam, cognoscet quisquis ea saltem legerit quae Iosephus Catalanus in praedictae synodi historia breviter scribit capp. 54, et 55. Nobis quoque recitare sufficit verba Anastasii bibliothecarii, contemporalis hominis et doctissimi, qui et ipsam hanc synodum, cui interfuit, fecit latinam, et in eiusdem praefatione sic loquitur: *nuncupanda est ergo sine omni contradictione synodus universalis octava, ut et appellatio quam cum septem aliis (generalibus) conciliis sortita est, non celetur; et nomen proprium (octavae) quod singulariter possidet, designetur.* (Vitiose apud Catalanum *dignetur.*) Cavaeus anglus dicit negari huic synodo honorem a graecae ecclesiae filiis *genuinis*, quo ipse epitheto *photianos* decorat. Nos vero id minime miramur, quum ab ea synodo depositus fuerit Photius et damnatus.

sonarum non praeiudicat, quoniam ait Innocentius: quod necessitas pro remedio reperit, cessante necessitate debet utique cessare quod pariter urgebat. Similiter Gelasius: canonum, inquit, paternorum forma vetus servetur, nec contra eos ulla ratione praevaleat quod pro accidentis defectus remedio providetur; non adversus scita maiorum nova lex proponatur. Sed et Alexander primus, et Caelestinus, et Iohannes ·VIII· simili sententia decernunt, ut id quod invenitur pro summa necessitate toleratum, nullatenus assumatur in legem. Praeterea, ut omnis aditus sacri officii simoniacis obstruatur, ita argumentamur de eorum pseudo sacerdote, scilicet simoniace ordinatore vel ordinato: omnis sacerdos simoniacus, aut sacerdos est, aut sacerdos non est: nam septima synodus et Gregorius et Ambrosius et Pelagius, ut supra dictum est, aiunt sacerdotem non esse; ergo non est sacerdos; consequitur igitur ut sacrificium illius nullum sit 1), atque sacerdos fieri non possit. Nam iuxta Innocentium et Leonem et alios patres ab haeresi redeuntes promoveri non possunt. Sed ii qui non simoniace ab episcopis quondam catholicis, postea vero, simoniacis, ordinati sunt, cum tales eosdem esse nossent, removendi sunt; quoniam iuxta praefatum Innocentium, auctores eorum cum a catholica fide desciscerent, perfectionem Spiritus sancti, quam acceperant, amisere. Item idem de huiusmodi ordinatore vel ordinato: damnationem utique quam habuit, per pravam cod. f. 120. manus impositionem dedit; et qui particeps factus est damnato, quomodo debeat honorem accipere, invenire non possumus. Eos vero, quibus post sui promotionem perfidia claruit, si scientia pariter et religione commendantur, perfectionem Spiritus sancti manus impositione accipere debere arbitramur, iuxta quod superius ait Anastasius de his qui a Donatistis baptizati sunt ignorantes eorum errorem. Ordinati autem ab invasoribus, ut supra dictum est, alii leguntur ut penitus abiecti, alii in pristinum gradum reducti, alii qui digni visi sunt denuo consecrati. Invasores autem, et eos qui ab eis ordinantur, haereticos et schismaticos esse perpendimus, ex eo quod Cyprianus ait ad Pupianum scribens de Novatio 2) invasore episcopatus Cornelii. Inde, inquit, schismata et haereses ortae sunt et oriuntur, dum episcopus qui unus est, et ecclesiae praeest, superba quorumdam praesumptione contemnitur. Et paulo post. «Unde scire debes episcopum in ecclesia esse, et ecclesiam in episcopo; et si quis cum episcopo non sit, in ecclesia non esse.» Itaque ex huiusmodi verbis Cypriani animadvertimus, quod ii qui alienas ecclesias invadunt, cum sint rectores earumdem superstites, tam ipsi quam ab eis ordinati, schismatici et haeretici sunt: et iuxta quod superius ab eodem Cypriano, et Pelagio et ceteris dictum est, falsa et sacrilega sacrificia extra ecclesiam offerunt.

11. Quae omnia rectissime de GUIBERTO ravennatensi quondam episcopo, et ab eo exceratis accipiuntur; qui post praestita domino suo beatae memoriae septimo Gregorio papae fidelitatis sacramenta, et obedientiam novem annis exhibitam, eiusdem apostolicum thronum invasit, favente et cooperante sibi Henrico rege, quem seducendo in simoniacam haeresim, in quam idem Henricus dudum inciderat, profundius impulit, et avertit ab observatione iuramenti, quod apud Canusium Tusciae oppidum praebuerat eidem domino Papae ad integrandam pacem et iustitiam in regno, quod multa superbia et malitia perturbaverat. Propter quae omnia post multam deprecationem eiusdem domini Papae ut resipisceret, et saepenumero vocationem ut satisfaceret, tandem primum excommunicatione, deinde, nisi acquiesceret, comminatione depositionis a regno, iterum ad iuramentum satisfaciendi compulsus est. Sed postea, ut dictum est, a praefato GUIBERTO novo Simone mago, veluti alter Nero seductus est, scilicet quod non oporteret eumdem veluti tantum regem, apostolicae sedis iudicio cuiquam satisfacere; ac si non esset de ovibus beati Petri, sed exceptus ab ea obligatione, de qua eidem a Deo dicitur *quodcumque ligaveris super terram*, et cetera. Eiusdem itaque suasione praefata, duo iuramenta transgrediendo, iterum quousque resipisceret, syn-

1) Iam hoc refutavimus in superioribus. Prolixior autem rei expositio apud tractatores theologos passim extat.

2) Verba Cypriani infra laudata pertinent ad eius epistolam LXVI. Verumtamen de Novato seu Novatio et de Novatiano alibi scribit Cyprianus.

odali apostolicae sedis iudicio vinculis anathematis alligatus est. Cumque nec sic satisfaceret, et magna pars procerum regni, qui adversum eum querebantur, cerneret eumdem
cod. f. 132. nequaquam apostolico Petro, sed suo Simoni mago solummodo obaudire, tandem unanimiter sibi regem deligentes, cum eodem Henrico saepius congressi sunt. Facto itaque ut assolet vario bellandi eventu, licet is quem sibi praefati proceres praefecerant occubuisset, tamen postmodum diutissime plurimis depraedationibus et incendiis ac caedibus utrimque decertatum est. Tandem praefatus tyrannus induratus ut Pharao, relictis ad resistendum in Germania copiis, assumpto partim suo partim conducticio sive gregario exercitu, Romam et suburbana eius depraedationibus et incendiis ac caedibus quibus valuit, quadriennio devastavit. Et tandem suo Simone magis pretio quam vi inthronizato, ab eodem imperialem coronam accepit. Et paulo post cum eodem (militari Normannorum manu ducis Roberti, qui in auxilium domini papae Gregorii in Hadriano degentis concito adfuit) turpissime fugatus abscessit; et tam non faventibus quam non communicantibus sibi ac suis complicibus, et Romae et in omni regno suo saevissimam et diuturnam intulit persecutionem. Huius rei causa, et ecclesiae paene totius regni desolatae, et christiana religio penitus dissipata, et ·XC· milia hominum et eo amplius in diversis regionibus, beato papa * GUIBERTO cooperante, caesa sunt. Qui etiam pulsis catholicis episcopis et abbatibus, sceleratos et idiotas singulis civitatibus et xenodochiis vel ecclesiis singulos, interdum autem binos vel annuos praelatos damnabili prioris et magistri sui Simonis mercimonio substituens, in depraedationibus sanctorum locorum christianorum sibi non faventium, immo et faventium, dum non esset qui armato resisteret, longe lateque, voluntate quidem non minus suo Nerone, sed minus possibilitate, grassatus est.

* In marg. ironice.

12. Sed gratias Deo qui, ut ait apostolus, semper triumphat nos in Christo Iesu; quoniam idem imperator eius Nero, ab uxore quam multis Deo teste prostituit, et a filiis propter sui crudelitatem relictus, iam tandem non cuiuslibet regis, et ducis sive marchionis, sed unius feminae, scilicet gloriosae et Deo dilectae comitissae Mathildis, congressione adeo debilitatus est, ut vix quinquagenarius magnus Romanorum imperator incidat in iustum districtumque Dei iudicium, et Dei frequentissimus venditor et abiurator femineo superetur triumpho; qui Dei suave iugum a se proiiciens, sicut pater eius Belial, et immemor illius sancti regis Iob, qui ait: *si contempsi iudicium subire cum servo meo*, ad satisfaciendum his quorum infestissimus exstitit persecutor, beati apostoli Petri subiici adactus est iudicio. Idem vero GUIBERTUS, qui multo rectius papa demens, quam papa CLEMENS dici debuit, in oppidulo suo quod Argentum dicitur, quasi ad sui munitionem excelsa turre fabricata, praestolatur simoniacos angelos, cum quibus volando in puditissimas stygias paludes corruat, fractis cruribus; scilicet rebus suis, Deo nobis propitio, iam propemodum confractis et ad nihilum redactis; cui nemo apostolicam reverentiam sive obedientiam exhibuit, praeter suum Neronem et sceleratos complices eius; vel qui se illi propter avaritiam, quae idolorum est servitus, vel perpetuo vel ad tempus pacto iureiurando vendidere: quorum plurimi, quibus perfi-
cod. f. 133. dia claruerat, dum ille execranda sacrificia celebrat, ne interessent aufugiebant, scientes eundem nulli romanorum successisse Pontificum, sed praescripto modo periurum et invasorem ac simoniacum domino Gregorio papae fuisse superiniectum. Nam catholici qui fidem et religionem zelo Dei tuebantur, obeunte beatae memoriae papa Gregorio, reverendissimum Victorem romanae ecclesiae Cardinalem archipresbyterum, et casinensem abbatem substituère; eoque non multo post decedente, Urbanum qui praesens habetur 1), virum scientia et religione praestantissimum. His de GUIBERTO et suo Henrico, simoniacorum et invasorum et schismaticorum principibus, succincte praelibatis, ad priora redeamus.

13. Pertractato itaque superius hoc quod Augustinus scribit de sanctitate sacramentorum haereticorum et schismaticorum, et de non reiteratione eorumdem; subiiciemus hoc quod idem mirabilis doctor scribit, tam sibi quam reliquis doctoribus canonum auctori-

1) Ergo Urbanus II. vivebat dum haec a Deusdedit scribebantur.

talem praeponi debere, siquando forte aliter sapuerint quam deberent. Scribit enim ita Vincentio donatistae. « Noli, frater, contra divina tam multa, tam clara, tam indubitata testimonia colligere velle calumnias; et episcoporum scriptis sive nostrorum sive Hilarii, sive ante quam pars Donati separaretur a sacramento ipsius unitatis, sicut Cypriani et Agrippini; primo quia hoc genus litterarum ab auctoritate canonis distinguendum est: non enim sic leguntur, tamquam ita ex eis testimonium proferatur, ut contra sentire non liceat, sicubi forte aliter sapuere quam veritas postulabat: in eo quippe numero sumus, ut non dedignemur etiam nobis dictum ab apostolo accipere *si quid aliter sapitis, id quoque Deus vobis revelabit* *. Sed et quartus Leo episcopis Britanniae, quiddam praefatae sententiae Augustini simile scribit in registro suo. « De libellis, inquit, et commentariis aliorum non convenit aliquem iudicare, et sanctorum conciliorum canones relinquere, vel decretalium regulas item quae habentur apud nos simul cum illis in canone. Quibus autem in omnibus ecclesiasticis utimur iudiciis sunt: canones 1) qui dicuntur apostolorum, nicaeni, ancyrani, neocaesarienses, grangrenses, antiochenses, sardicenses, carthaginienses, et cum illis regulae praesulum romanorum Silvestri, Siricii, Innocentii, Zosimi, Caelestini, Leonis, Gelasii, Hilarii, Symmachi, Simplicii, Hormisdae, et Gregorii maioris et iunioris. Isti omnino sunt et per quos iudicant episcopi, et per quos episcopi iudicantur et clerici. Nam si tale emerserit vel contigerit inusitatum negotium, quod minime possit per istos finiri, tunc si dicta, illorum quorum meministis, Hieronymi, Augustini, Isidori, vel ceterorum pariter sanctorum doctorum similia reperta fuerint, magnanimiter sunt retinenda ac promulganda; vel ad apostolicam sedem referendum de talibus. Quam ob causam luculentius et magna voce pronunciare non paveo, quia quae diximus sanctorum patrum statuta, quae apud vos canones praetitulantur, sive sit ille episcopus sive clericus, qui eadem indifferenter non recipit, ipsum se convincit minime catholicam et apostolicam fidem ad effectum suae retinere salutis. » Hactenus Augustinus et Leo quartus de auctoritate canonum.

* Phil. III. 15.

col. f. 131.

14. Nunc dicendum videtur, haeresim Arianorum atque omnem generaliter haeresim a sanctae Dei ecclesiae oppugnatione cessasse, et Deo pro eadem pugnante cessaturam siqua deinceps existimatur oriri posse. Simoniacorum vero haeresis, de qua superius egimus, quae in initio nascentis ecclesiae adversus eam statim arma corripuit, usque in finem saeculi, prout sibi diabolus vexilliferos et sequaces inveniet, et ad eiusdem probationem eamdem impugnare non cessabit. *Oportet enim* *, ut ait beatus apostolus, *haereses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant.* Sed animadvertendum est, quod Christus Deus, qui suam ecclesiam super fidei petram aedificandam promisit, primo omnium haereticorum primum apostolorum opposuit; videlicet ut sicut ecclesia, id est credentium multitudo, novit se fidem Petri semper sequi debere, sic in perpetuum meminerit eiusdem nefariae haereseos virosa et mortifera consortia fugere, in cuius caput constat omnium christianorum principem maledictionis iaculum intorsisse. Haec cum ita sint, quicumque pro suo posse ab huius pestis impugnatione cessaverit, cum Simone et eius sequacibus portionem habebit, dicente beato Gregorio in registro: « quisquis contra simoniacam haeresim et neophytorum pro officii suo loco vehementer non asserit, cum eo se non dubitet habere portionem, qui prius hoc piaculare flagitium commisit. »

* I. Cor. XI. 19.

15. Sciendum est autem, quod aliud est haereticum esse, aliud schismaticum: haereticus siquidem est qui catholicae ecclesiae fidem relinquit, et sui vel alterius erroris viam sequi diligit: schismaticus vero est, qui rectam confiteri se simulat fidem, sed sanctorum patrum traditiones superbe contemnit, et se aliqua malevolentia ab unitate ecclesiae scindit. Item iuxta Augustinum in sermone de blasphemia. « Haereticus est qui non sequitur catholicam veritatem: schismaticus est, qui non amplectitur catholicam pacem. » Idem in libro de civitate Dei. « Qui in ecclesia Christi morbidum aliquod pravumque sapiunt, si correcti ut rectum sanumque sapiant, resistunt contumaciter, suaque mortifera dogmata

1) In margine adnotatur sic: *sequitur descriptio codicis canonici ecclesiae romanae.*

emendare nolunt, sed defensare persistunt, haeretici sunt. » Idem in libro de utilitate credendi. « Haereticus est, qui alicuius temporalis commodi et maxime gloriae principatusque sui gratia, falsas et novas opiniones vel gignit vel sequitur. Ille autem qui huiusmodi hominibus credit, est imaginatione quadam veritatis illusus. » Hieronymus in epistolam ad Galatas. « Inter haeresim et schisma hoc esse arbitramur, quod haeresis perversum dog-
cod. f. 125. ma habeat, schisma post episcopalem discessionem ab ecclesia separet. » Item iuxta Isidorum. « Qui sacram scripturam aliter interpretatur, quam flagitat sensus Spiritus sancti per quem scripta est, licet ab ecclesia non recesserit, haereticus appellari potest. » Item papa Pelagius in suo registro introducit Augustinum ita definientem schisma in epistola ad Valerianum patricium, inter cetera. « Videte utrum schismatici non sint, qui se ab eminentissima et manifestissima auctoritate apostolicarum sedium separavere. Idem Pelagius in epistola ad Viatorem et Pancratium introducit eundem Augustinum ita dicentem. « Qui adversum auctoritatem illarum ecclesiarum, quae apostolicas sedes et epistolas accipere meruere, temere credit, immanissimum crimen schismatici a se propulsare non poterit. »

16. Itaque patet ex his definitionibus, eos esse ecclesiam qui apostolicarum ecclesiarum auctoritatem sequuntur: eos vero omnimodis esse vel simoniacos vel invasores, vel reliquos schismaticos, qui contra praescriptas auctoritates doctorum, et apostolicarum sedium, et
* p. 81. sanctorum patrum, ut supra dictum est*, plus mille ducentorum, pontifices in Dei ecclesia ordinant, vel qui ordinantur. Schismaticus vero iuxta antiochenum concilium, si permanserit turbas faciens et seditiones ecclesiae per extraneas potestates, tamquam seditiosus comprimendus est. Multa namque, ut ait Augustinus, etiam cum inscitis benigna quadam asperitate plectendis agenda sunt, quorum potius utilitati consulendum est quam voluntati. Nam corripiendo filio quamlibet aspere numquam tamen amor paternus amittitur; fit tamen quod nollet ut doleat, qui etiam invitus videtur dolore sanandus. Item Augustinus Vincentio donatistae. « Putas neminem cogi debere ad iustitiam, cum legas patremfamilias dixisse servis: *quoscumque inveneritis, cogite intrare?* Cum legas etiam Paulum ad veritatem cognoscendam et tenendam magna violentia Christi urgentis esse compulsum? » Idem Donato presbytero. « Displicet tibi quod traheris ad salutem, cum tam multos vestros ad perniciem traxeritis? » Et paulo post. « Tu qui neminem existimas cogendum ad bonum, attende quod dixit apostolus: *si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* Et tamen tam multi ut episcopatum suscipiant tenentur, inviti producuntur, includuntur, custodiuntur, patiuntur tanta quae nolunt, donec adsit eis voluntas suscipiendi boni operis; quanto magis vos ab errore pernicioso, in quo vobis inimici estis, ad veritatem (cogendi)? » Idem super Iohannem. « Mirantur schismatici, quia moventur potestates christianae contra detestandos dissipatores ecclesiae. Si non moverentur, quomodo redderent rationem Deo de imperio suo? Nabuchodonosor rex alienigena saevit, ne blasphemaretur Deus Israhel; et nolunt quod saeviant reges christiani quia Christus exsufflatur? » Item Augustinus Vincentio quod haereti-
cod. f. 126. cis et schismaticis tam in suis quam in ecclesiarum rebus nihil dominii liceat habere: « Constantius, inquit, imperator constituit, ut res convictorum, et unitati pervicaciter resistentium fisco vindicarentur. » Idem alibi. « Quicquid ergo nomine ecclesiarum pars Donati possidebat, christiani imperatores legibus religiosis, cum ipsis ecclesiis ad catholicam transferri iussere. » Pelagius quoque Narsi patricio non dissimilia scribit. « Multa, inquit, exempla et constitutiones sunt, quibus evidenter agnoscitur, ut facientes scissuras in sancta ecclesia, non solum exiliis scilicet et proscriptione rerum et dura custodia, per publicas potestates debeant coërceri. » Idem. « Nec quicquam maius est, unde Deo sacrificium possitis offerre, quam si id ordinetis, ut hi qui in suam et aliorum perniciem debacchantur, competenti debeant vigore compesci. » Idem Valeriano patricio. « Non persequitur, nisi qui ad malum cogit: qui vero malum et factum iam punit, vel prohibet ne fiat, nec persequitur iste sed diligit. Nam si, ut quidam putant, nemo nec reprimendus a malo, nec trahendus ad bonum est, humanas ac divinas leges necesse est avocari, quae et malis poenam, et bonis

praemia iustitia suadente constituunt. Malum autem schisma est etiam per extraneas potestates opprimendum.»

17. Itaque, si sicut ex his patet, schismatici, item invasores, et ceteri, per extraneas potestales sunt comprimendi; numquid (simoniaci) minus quam invasores delinquunt? immo magis. Nam si Christus Dei filius et Spiritus eius et Patris, per omnia aequales sint, iudaeus et simoniacus, qui utrumque vendunt, pares non erunt? Item cum ex praemissis auctoritatibus constet simoniacum, Paracletum emere; iudaeum vero, Christum vendidisse; numquid non constabit eosdem malitia et merito pares habendos esse? Et quidem ita videtur. Patet itaque simoniacos veluti primos et praecipuos haereticos ab omnibus fidelibus respuendos: et si commoniti non resipuerint, etiam ab exteris potestatibus opprimendos. Verendum quippe est, ut ait Gregorius in registro, quemque pro suo officio et loco contra eosdem vehementer non ardescere, eorumque detestando errori totis viribus non obviare. Error namque, ut ait Innocentius papa, cui non resistitur, approbatur; et veritas, cum a nemine defensatur, opprimitur. Item idem. «Negligere quippe, cum possis deturbare perversos, nihil aliud est quam fovere.» Augustinus in una de quinquaginta homiliis. «Quisquis metu cuiuslibet potestatis veritatem occultat, iram Dei super se provocat, quia magis timet hominem quam Deum.» Ambrosius. «Consentire est, non solum mala scienter fieri permittere, sed et male facta non persequi.» Gregorius in registro. «Qui non corrigit resecando, committit.» Idem in moralibus. «Plerumque quieti atque inconcussi relinquimur, si obviare pravis pro iustitia non curamus. Sed si aeternae vitae desiderio animus exarsit, si verum iam intrinsecus lumen respicit, et in se flammam sancti fervoris accendit, in quantum locus admittit, in quantum causa exigit, debemus pro defensione iustitiae nosmet ipsos obiicere; et perversis ad cod. f. 117. iniusta prorumpentibus, etiam cum ab eis non quaeritur, obviare. Nam cum iustitiam, quam nos amamus, in aliis feriunt, nos nihilo minus sua percussione confodiunt, etsi venerari videantur.» Et quoniam a quibusdam eorum ignorantiâ, a quibusdam vero negligentiâ, ab aliquibus autem superbiae contumaciâ delinquitur, optimum est ut primum levius mitiusque cum eisdem schismaticis, et eisdem invasoribus, et ceteris agatur, et pro eis oretur; si forte, ut ait apostolus, *det illis Deus spiritum compunctionis, et resipiscant a laqueis diaboli, a quibus alligati tenentur.* Quod si rationi non acquieverint, simoniaci pariter et schismatici ut incurabilia membra ab ecclesiae corpore abscindantur; et, ut dictum est, ab exteris potestatibus opprimantur, salva tamen pace totius ecclesiae, ut hac de causa gravissima perturbatio non oriatur.

18. Nam Augustinus in libro de fide et operibus, de tolerandis et non tolerandis in ecclesia malis hominibus, ita scribit. «Errant homines non servantes modum; et cum in unam partem proclives ire coeperint, non respiciunt divinae auctoritatis alia testimonia, quibus possint ab illa intentione revocari, et in ea quae ex utrisque temperata est virtute ac moderatione consistere. Quidam enim intuentes exempla severitatis, quibus admonemur corripere inquietos, non dare sanctum canibus, ut ethnicum habere ecclesiae contemptorem, a compage corporis membrum quod scandalizat avellere, corrumpunt ecclesiae pacem, ut conentur ante tempus separare zizania. Atque hoc errore caecati, ipsi potius a Christi unitate separantur. Quidam vero e contrario periclitantes, cum bonorum malorumque comixtionem in ecclesia demonstratam vel praedictam esse perspexerint, et praecepta patientiae didicerint, quae ita firmissimos nos reddit, ut etiamsi videntur in ecclesia esse zizania, non tamen impediatur fides nostra aut caritas, ut quoniam esse zizania in ecclesia cernimus, ipsi de ecclesia recedamus; destituendam putant ecclesiasticam disciplinam, quamdam perversissimam securitatem praepositis tribuentes, ut ad eos non pertineat nisi dicere, quid cavendum quidve faciendum sit; quidlibet autem faciant, non curare. Nos vero ad sanam doctrinam pertinere arbitramur, ex utrisque testimoniis vitam sententiamque moderari, ut canes in ecclesia pro pace toleremus; et canibus sanctum, ubi pax ecclesiae tuta est, non demus. Cum ergo sive per negligentiam praepositorum, sive per aliquam excusabi-

lem necessitatem, sive per occultas obreptiones, invenimus in ecclesia malos, quos ecclesiastica disciplina corrigere aut coërcere non possumus, tunc ne ascendat in cor nostrum impia et perniciosa praesumptio, qua aestimemus nos ab illis esse separandos, ut peccatis eorum non inquinemur, atque post nos trahere conemur veluti mundos, sanctos, atque discipulos, ab unitatis compage quasi a malorum consortio segregatos; veniant in mentem illae de scripturis similitudines et divina oracula vel certissima exempla, quibus
cod. f. 138. demonstratum est malos in ecclesia permixtos usque in finem saeculi tempusque iudicii futuros, et nihil bonis in unitate fidei ac participatione sacramentorum, qui eorum factis non consenserint, obfuturos. Cum vero eis, per quos ecclesia regitur, adest pace salva potestas disciplinae adversus improbos aut nefarios exserendae; item rursus, ne desidiae segnitiaeque indormiamus, aliis aculeis praeceptorum, quae ad severitatem coërcitionis pertinent, excitandi sumus, ut gressus nostros in via Domini ex utrisque testimoniis illo duce atque adiutore dirigentes, nec patientiae nomine torpescamus, nec obtentu diligentiae saeviamus.» Idem ·XL· capite ex his quae scribit ad Petrum. «Firmissime tene, et nullatenus dubites, arcam Dei esse catholicam ecclesiam, et intra eam usque in finem saeculi frumenta mixta paleis contineri, id est bonos et malos sacramentorum communione: et in omni professione clericorum sive monachorum esse simul bonos et malos: nec pro malis bonos deserendos, sed pro bonis malos in quantum exigit fidei et caritatis ratio, tolerandos.» Idem. «Si vel in ecclesia nullius perfidiae semina spargunt, et fratres ad aliquod malum opus mortifera imitatione non ducunt; nec posse aliquem intra ecclesiam catholicam recte credentem beneque viventem alieno umquam maculari peccato, si cuiquam peccanti non consensionem praebeat nec favorem.» Haec Augustinus de tolerandis sive non tolerandis in ecclesia malis hominibus.

19. Nunc de simoniacorum paenitentia, siqui forte resipuerint, breviter quiddam memorandum videtur. Grave enim omnino, ut ait Gregorius in registro, et ultra quam dici potest facinus est, Spiritum sanctum, qui omnia redimit, venundari. Ambrosius super Lucam. «Non est fas vendere ministerium, sed offerre: non enim pretio taxatur Dei gratia; nec in sacramentis lucrum quaeritur, sed obsequium sacerdotis. Non tamen sat est si lucrum non quaeratur, sed obsequium sacerdotis. Familiae quoque tuae cohibendae sunt manus; nec hoc exposcitur, ut solum te immaculatum castumque custodias. Non enim dixit apostolus te solum, sed te ipsum castum custodi: inexpiabilis enim venditi culpa mysterii. Denique Moabitae et ceteri non intrabunt in ecclesiam Domini usque ad tertiam et quartam generationem, donec culpam auctorum multiplicis successio generationis aboleret. Sed cum illi qui in Deum idololatriae errore deliquerant, in tot generationes essent mulctati, profecto durior videtur esse sententia, qua Giezi semen usque in aeternum, pro cupiditate habendi, prophetica auctoritate damnatur.» Alexander ·II· in registro suo. «Si quis beneficium ecclesiae, quod quidam canonicas vel praebendas vel ordines vocant, iniqua cupiditate ductus vel emere vel vendere praesumpserit, iuxta concilium chalcedonense, gradus sui periculo subiaceat; nec ministret in ecclesia, quam pecunia comparavit.» Urbanus ·II· in registro suo. «Simoniacos omnino ab emptis officiis movendos canonica sanctione praecipimus; neque eis in ecclesiis, quas emere, potestatem ullam habere, aut ministrare, facultas libera concedatur: sed ut perfecte peccatum suum defleant, et divinam sibi gratiam reconcilient, ad alias ecclesias vel monasteria transeant, et se sub disciplinae regularis coërcitione servantes, spiritualis disciplinae exercitiis mancipare procurent.» Gelasius in decreto cap. ·VII· «Quos constiterit indignos meritis sacramenta mercatos esse pretio, dignitate convictos oportet arceri; quia dantem pariter accipientemque damnatio Simonis, quam sacra lectio testatur, involvit.» Hormisda in decreto cap. ·II· «Nec ille se a culpa aestimet alienum, qui ipse quidem a redemptione liber, initiaverit benedictione mystica sacerdotem, tamen ad alterius redempti voluntatem, vel sponte in hoc vel necessitate consenserit. Quid enim prodest illi suo errore non pollui, qui consensum praestat erranti? Procul dubio contra mandata com-

cod. f. 139.

mittit, et qui habet peccatum proprium, et qui sequitur alienum. In cassum animus resistit cupiditati, si non resistit et timori. » Nicolaus minor, inter cetera. « Erga simoniacos nulla misericordia in dignitate servetur. » Gregorius nazianzenus. « Qui donum Dei pretio mercatur, in sacro ordine nulla ratione manere potest. »

20. In libro legum novellarum primo, constitutione ·VII·, titulo ·XXV· « Si quis pecuniam dederit, eoque modo creatus episcopus fuerit, non solum ipse sed etiam qui consecravit eum, inter episcopos non erit; sed pecunia vel res datae consecrationis causa, sacrosanctis ecclesiis addicantur, sive episcopus sive clericus est qui dedit: is autem qui accepit, non solum res amittat, sed etiam gradum atque honorem clericatus. Similiter autem et si laicus sit, qui pecuniam vel res accepit, et ipsas amittat, et aliud tantum, quantum accepit, poenae nomine sanctae ecclesiae praestare compellatur. Sed et si magistratum gerat, et magistratus esse desinet, et exilio irrevocabili condemnabitur. Si autem aliquis presbyter vel diaconus constitutus, pecunia data, ad episcopatus apicem pervenerit, non solum episcopus esse desinet, sed etiam priorem gradum presbyteri vel diaconi amittat. » Item ex libro eodem ·VI·, cap. CCCCXXIX· « Ante omnia illud observari sancimus, ut nemo sub praestatione auri vel alterius rei, episcopus consecretur. Et propter hoc, qui dat et qui accipit, et qui mediator factus est, sacerdotio et clericorum honore removeatur: quod autem pro ea causa datum est illi, ecclesiae vindicetur cuius sacerdotium voluit. Si autem laicus erit, qui pro hac causa aliquid accepit, vel mediator rei factus est, ea quae data sunt, in duplum ab eo exigantur ecclesiae vindicanda. Non solum autem ea quae data sunt vindicare praecipimus, sed omnem cautionem super quocumque modo expositam, et pignorum obligationem, et omnem aliam qualemcumque actionem cessare sancimus; ut ille qui per pro- cod. f. 110. missionem accepit, non solum cautionem reddere, sed et aliud tantum, quantum cautio continet, cogatur ecclesiae dare. » Invasores autem, maxime hi qui propriis relictis, viventium cathedras invadunt, quoniam aut vix aut numquam huiusmodi invasio absque simoniaca mercatione contingit, simoniacorum paenitentia multandi sunt; quoniam, ut supra dictum est a Cypriano, haeretici et schismatici sunt iuxta apostolum, et nisi digne satisfaciant, Dei regnum non possidebunt, quoniam alienas sponsas rapiunt et stuprantur. De his vero, quibus est cor impaenitens, scilicet ut ait Augustinus blasphemia in Spiritum sanctum, id sentiendum est quod scribit idem ad quemdam Petrum. « Firmissime tene, et nullatenus dubites, omnem haereticum et schismaticum, quamvis multas eleemosynas faciat, vel etiam pro Christo sanguinem fundat, cum diabolo et angelis eius aeterno igni mancipandum, nisi ante finem vitae huius, catholicae incorporetur et redintegretur ecclesiae. »

21. Hactenus contra eos qui dicunt pontificum ordinationes regiae potestati subiacere, et contra simoniacorum, et invasorum, et aliorum schismaticorum sacerdotium et sacrificium, satis dictum. Nunc de tertio capitulo, id est qualiter a laicis habendi sunt clerici, videamus. Sexquipartita itaque hoc capitulum sectione dividamus, quatenus commodius illud per tot partes, Deo praestante, tractemus. Nam divina lex praecipit christianis saecularibus, sacerdotes et reliquos Dei ministros pascere atque honorare, eisque obedire; interminando ne quis eorumdem praesumat eosdem vel infamare, vel persequi, vel iudicare. Itaque primum de prima parte videamus.

LIBER TERTIUS.

PRIMA SECTIO.

1. Κλῆρος graece, latine sors, sive pars, vel hereditas dicitur. Inde dicti sunt clerici, quia Domini sortes sunt, vel quia Domini partem habent, dicente Deo in libro numerorum: *ego tuli levitas a filiis Israhel pro omni primogenito qui aperit vulvam in filiis Israhel; eruntque mei levitae; mea enim sunt omnia primogenita.* Item in eodem: *ego pars et hereditas eorum.* Sicut autem quondam levitae in tabernaculo, ita modo clerici serviunt Deo in eccle-

sia, et psallendo in eadem, et offerendo ei pro sua et populi transgressione ab eodem instituta sacrificia, et docendo legitima eius. Et quoniam, ut praedictum est, ipse est hereditas, omnis vero hereditas cultores suos pascere debet, instituit eisdem tam in vetere quam in novo testamento unde pascerentur, in libro numerorum, Aaron et filiis eius ita inquiens: *omnis oblatio et sacrificium, quicquid pro peccato atque delicto redditur in sancta sanctorum, tuum erit et filiorum.* Et infra: *omnes primitias sanctuarii, quas offerunt filii Israhel Domino, tibi dedi et filiis tuis iure perpetuo.* Et paulo post de inferioribus: *filiis autem Levi dedi omnes decimas*
cod. f. 111. *Israhel in possessionem pro ministerio quo serviunt mihi in tabernaculo foederis.* Et infra de eis-
f. 41. dem: *comedetis*, inquit, *decimas in omnibus locis vestris tam vos quam familiae vestrae, quia pretium est pro ministerio quo servitis in tabernaculo testimonii.* Et paulo superius ita praecipit levitis: *cum acceperitis a filiis Israhel decimas, quas dedi vobis, primitias eorum offerte Domino, id est decimam partem decimae, et date Aaron sacerdoti. Omnia vero quae offertis ex decimis in donaria Domini, optima et electa erunt.* Item in deuteronomio: *non apparebit in conspectu meo vacuus, sed offerat unusquisque secundum quod habuerit.* Item quoticscumque in eadem lege sacrificium offerri iubet, salvo spirituali ministerio, tum armus, tum pectus, tum quae optima, in partem sacerdotis tradi mandantur. Dominus quoque, ut se legis auctorem probet, in evangelio legalia mandata de decimis servari iubet, ubi reprehendit scribas et pharisaeos, quod maioribus legis mandatis omissis, tantum minora servabant, decimantes rutam et mentam et omne olus. *Haec*, inquit, *oportuit facere, et illa non omittere.* Item novi testamenti sacerdotes ad praedicandum mittens: *nolite*, inquit, *transire de domo in domum; sed in quamcumque civitatem intraveritis, si receperint vos, manducate quae apud illos sunt, et curate omnes infirmos qui in illa sunt, et dicite eis: appropinquavit in vos regnum Dei. Dico autem vobis, quia Sodomis remissius erit in illa die, quam illi civitati quae non receperit vos.* Item in eodem: *in quamcumque domum intraveritis, primum dicite: pax huic domui.* Et post pauca: *in eadem domo manete edentes et bibentes quae apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua.* Hinc est quod eos in via prohibet sacculum vel peram tollere, aperte monstrans, auditores sacerdotibus regnum caelorum praedicantibus necessaria suppeditare debere. Apostolus quoque Paulus ait: *qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo Dei.* Dicit enim scriptura: *non infrenabis os bovi trituranti.* Qui autem est duplex honor, quo apostolus dicit dignos haberi presbyteros, nisi ut eis propter sacerdotii dignitatem paterna reverentia exhibeatur; et propter doctrinam, huius vitae subsidia ministrentur? *Communicet*, inquit idem, *is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat, in omnibus bonis.* Et alibi: *quis unquam militat suis stipendiis? quis plantat vineam, et non gustat de fructu eius?* Item quibusdam exprobrando: *magnum est*, inquit, *si carnalia vestra metamus, quibus spiritualia seminamus?*

2. Huc accedit, quod de decimis, iuxta quod supra dictum est, legalibus et evangelicis praeceptis Dei sacerdotibus et ceteris ministris eius reddendis, Augustinus ait [1]. « Decimae ex debito requiruntur. Quid si diceret Deus: nempe meus est homo quem creavi, mea est terra quam colis, mea sunt semina quae spargis, mea sunt animalia quae fatigas, meus est solis calor; et cum omnia mea sint, tu qui minus commodas, solam de-
cod. f. 112. cimam merebaris; sed reservo tibi novem, da mihi decimam. Si non dederis mihi decimam, auferam novem. Si dederis mihi decimam, multiplicabo novem. Si tardius dare, peccatum est, quanto magis peccatum est non dedisse? De militia, de negotio, et de artificio redde decimas. Dabis impio militi quod non vis dare sacerdoti. Qui eas dare noluerint, res alienas invadunt. Et quanti pauperes in locis ubi ipse habitat, illo decimas non dante, fame mortui sunt! Tantorum homicidiorum reus erit, quia rem a Domino pauperibus delegatam suis usibus reservavit. » Hieronymus in epistola de vita clericorum. « Κλῆρος

1) En noster Deusdedit cum Augustini nomine recitat ex sermone illo *de decimis inferendis*, quem Maurini consueta sua severitate ad appendicem n CCLXXVII, tamquam reiculum amandaverunt. Fatendum est tamen praedictum sermonem non parum variare, ut constat etiam ex vaticano nostro LXXIII.

graece, latine sors et pars, unde vocantur clerici, quia ipsi sunt pars Domini, et Dominum partem habent.» Et paulo post. «Si autem ego pars Domini sum, et funiculus hereditatis eius, nec accipio partem inter ceteras tribus, sed quasi levita et sacerdos vivo de decimis, et altari serviens altaris oblatione sustentor, habens victum et vestitum, his contentus ero, et nudam crucem nudus sequar.» Idem ad Heliodorum. «Clerici oves pascunt, ego pascor: illi de altari vivunt, mihi quasi infructuosae arbori securis ponitur ad radicem. Si munus ad altare non defero, nec possum obtendere paupertatem, cum in evangelio anum viduam, duo quae sibi sola supererant aera in gazophylacium mittentem laudat Dominus.» Alexander papa Sigifredo episcopo. «Quicumque suarum rerum Deo eiusque sacerdotibus decimas, quae baptismatis et aliorum sanctorum sacramentorum exhibitione, iure competunt, annuatim reddere noluerint, christianus non est.» Gregorius ·VII· in collecta episcoporum cap. ·V· «Qui decimas ecclesiis non reddiderint, sciant se sacrilegii crimen committere, et aeternae damnationis periculum incurrere.» Leo quartus in concilio episcoporum ·LXII· «Qui primitias ut decimas dare contempserit, sancta communione privetur.» Idem episcopis Britanniae. «De decimis non tantum nobis, scilicet prioribus patribus, placuit tantum dari plebibus, in quibus sacrosancta dantur baptismata.» Idem praefatus Alexander cosentino episcopo. «Indignum videtur, et authenticum sanctorum canonum sanctio non probat, ut novae ecclesiae id iuris concedatur, quod antiquae iniuste subtractum est ecclesiae.» Item in concilio moguntino, cui praefuit Bonifacius martyr et episcopus romanae ecclesiae', legitur. «Ecclesiae antiquitus constitutae nec decimis nec aliis possessionibus pro novis oratoriis priventur.» Item ex legibus imperatorum Caroli et Ludovici cap. ·VI· «Quicumque decimam abstrahit de ecclesia, ad quam per iustitiam debet dari, et propter quamlibet occasionem ad alteram ecclesiam dederit, a comite vel a misso nostro distringatur, ut eiusdem decimae quantitatem cum sua lege restituat.»

3. Patet igitur ex praefatis legalibus et evangelicis praeceptis, et romanorum imperatorum constitutionibus, christianos saeculares sacerdotibus et Dei ministris necessaria praebere debere, ut cura et sollicitudine necessitatum corporalium, sine quibus haec vita transigi non potest, relevati liberiores fiant ad meditationem divinae legis, et doctrinae administrationem, atque ad divini sacrificii, et aliorum Dei sacramentorum pro eisdem exhibitionem. Non enim grave sive onerosum debet videri christiano populo, si Dominus omnipotens legalibus veteris et novae legis mandatis iubet, ut sacrosanctis ecclesiis ad eius cultum decenter exhibendum competentia ornamenta, et sacerdotibus et ceteris eius ministris, (quibus propter divina mysteria tam populo quam ecclesiis indesinenter exhibenda, rei familiaris curam non vacat habere) huius vitae subsidia praebeat; dum legamus paganos, qui verum Deum nescientes, deos ligneos et lapideos colebant, talium deorum templa decentissime ornasse, et sacerdotibus eorumdem honorem maximum et quaeque necessaria praebuisse. Legitur enim in genesi, famis tempore cunctis Aegyptiis propter inopiam suas possessiones Pharaoni regi vendentibus, eundem sacerdotibus idolorum suorum, ne similiter suas possessiones vendere cogerentur, sufficientia praebuisse alimenta. Ab eo tempore, omnibus Aegyptiis legali sanctione annuatim quintam fructuum partem regibus terrae persolventibus, sacerdotibus terram ab huiusmodi exactionibus semper liberam perstitisse.» Item in libro Machabaeorum legitur, quod reges et principes gentium non tantum suorum deorum templum, sed quod valde mirandum est, quamvis Deum vivum non colerent, tamen templum eius Hierosolymis situm summo honore dignum ducerent, et maximis muneribus illustrarent, ita ut Seleucus Asiae rex de reditibus suis praestaret omnes sumptus ad ministerium sacrificiorum pertinentes. Videant itaque christiani quid ipsi Deo suo et ministris eius faciant, si gentiles non solum diis et sacerdotibus suis, sed etiam Deo viventi, quem non colebant, talia exhibuere.

SECUNDA SECTIO.

4. Quanta autem veneratione velit Deus sacerdotes et ministros suos honorari, ut Gregorius doctor scribit imperatori Mauricio, in divinis eloquiis declaratur, in quibus aliquando angeli vocantur. Nam et per Moysen de eo qui ad iuramentum ducendus est, dicitur: *applica illum ad deos, videlicet sacerdotes.* Et iterum: *diis non detrahes*, de iisdem sacerdotibus. Et propheta ait: *labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est.* Quid ergo mirum si imperialis, vel quaelibet potestas honoret sacerdotes, quibus in sacro eloquio honorem tribuens, eos aut angelos aut deos ipse etiam
cod. f. 113. appellat Deus? Scimus autem, quia quondam pagani in republica principes fuere, qui verum Deum nescientes, deos ligneos et lapideos colebant; et tamen eorum sacerdotibus honorem maximum tribuebant. Quid igitur mirum si christiani Dei sacerdotes honorent, dum pagani, ut praediximus, principes honorem impendere eorum sacerdotibus novère, qui lignis et lapidibus serviebant? Item de honore ministrorum Dei Salomon in proverbiis: *in omni virtute tua*, inquit, *dilige Dominum, et in ministros eius non delinques.* Item: *in tota anima tua time Deum, et sacerdotes eius sanctifica.* Ambrosius in registro suo 1). « Honor, fratres, et sublimitas episcopalis nullis poterit comparationibus adaequari. Si regum fulgori compares, et principum diademati, longe erit inferius, quam si plumbi metallum ad auri fulgorem compares. Quippe cum videas regum colla et principum submitti genibus sacerdotum, et osculata eorum dextera 2), orationibus eorum credant se communiri. Haec cuncta, fratres, ideo nos praemisisse debetis cognoscere, ut ostenderemus, nihil in hoc saeculo esse excellentius sacerdotibus, nihil sublimius episcopis reperiri. » Hieronymus ad Heliodorum. « Mihi ante presbyterum sedere non licet: illi, si peccavero, licet me tradere in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini. » Theodosius et Valentinianus. « Statuimus de sanctis ac venerabilibus sacerdotibus vel etiam levitis, eos cum omni timore venerari quibus terra caput inclinat.

TERTIA SECTIO.

5. De obedientia vero propter Deum Dei ministris exhibenda, sic ait ipse in evangelio: *qui vos audit, me audit; et qui vos spernit, me spernit.* Et Samuhel propheta. *Numquid victimas sive holocausta vult Deus, et non potius ut obediatur voci suae? Melior est obedientia quam victimae; et auscultare magis, quam offerre adipem arietum: quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare; et quasi scelus idololatriae, nolle acquiescere.* Et apostolus: *obedite praepositis vestris, et subiacete eis; ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut non cum tristitia id faciant. Hoc enim expedit vobis.* Idem alibi: *si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate, et non commisceamini cum eo, ut confundatur.* Et alibi: *in promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam.* Idem inobedientibus: *quid vultis? in virga veniam ad vos?* Hinc Hieronymus ad Heliodorum presbyterum. « In veteri lege quicumque sacerdotibus non obtemperasset, aut exra castra positus lapidabatur a populo, aut gladio cervice subiecta contemptum expiabat cruore. Nunc vero inobediens, spirituali animadversione truncatur, aut eiectus de ecclesia rabido daemonum ore discerpitur. » Idem super Aggaeum. « In deuteronomio legimus, ut sicubi in urbibus Israhel quaestio fuerit exorta inter sangui-
cod. f. 115. nem et sanguinem, inter iudicium et iudicium, lepram et lepram, contradictionem et contradictionem, eant ad sacerdotes et levitas et pontificem qui fuerit in diebus illis, et quaerant ab eis legem Domini; quibus respondentibus, faciant quae iubent: quod si non fecerint, exterminentur de populo suo. »

1) Immo vero sequentia extant in epistola Gerberti seu Silvestri II. PP. *de informatione episcoporum*, edita a Mabillonio in anecdotis ed. nov. p. 103. seqq. Patet autem, in codice a Deusdedit lecto hanc epistolam S. Ambrosii nomine fuisse insignitam; veluti est et alter titulus *de dignitate sacerdotali*, quem ipsemet observavi in codicibus.

2) Ridicule apud Mabillonium *exosculatis eorum decretis*, pro *dexteris*.

6. Et quoniam secundum haec quae praemisimus, omnes fideles suis quisque praelatis propter Deum obedientiam debent, maxime autem super omnes ecclesiae praelatos romano Pontifici, propter principatum sibi a Deo in beato Petro collatum, nonnullas huius rei gratia sedis apostolicae constitutiones subiicimus. Pius papa. « Qui iussa apostolicae sedis licenter transgressus fuerit, infamis efficitur. » Stephanus. « Infames eas personas dicimus, quae statuta ecclesiastica contemnunt. » Gregorius Iohanni episcopo. « Qui sacris nescit obedire canonibus, nec sacris administrare vel communionem capere sit dignus altaribus. » Idem in ultimo moralium libro. « Sola obedientia est, quae fidei meritum possidet, sine qua quisque infidelis esse videatur. Et paulo post. Sciendum vero est, quia numquam per obedientiam malum fieri, aliquando autem debet per obedientiam bonum quod agitur intermitti. » Gregorius iunior. « Sit alienus a divinis et pontificalibus officiis, qui nolit praeceptis obedire apostolicis. » Agatho in ·VI· synodo. « Sic omnes apostolicae sedis sanctiones accipiendae sunt, tamquam ipsius divini Petri voce firmatae. » Nicolaus primus in registro suo ad Lotharium regem. « Petrus in domini passione nihil in Malcho nisi auriculam abscidit, ut nobis eius vicem gerentibus daretur intelligi, nullos nos magis debere insequi, quam quorumlibet inobedientium surdos auditus. » Ambrosius super Lucam. « Tollit Petrus aurem. Quare Petrus? quia ipse est qui claves regni caelorum accepit, et ligandi et solvendi adeptus est potestatem. Tollit aurem male audientis, tollit gladio spirituali aurem interiorem male intelligentis. Caveamus ne cui tollatur auricula. » Ex constitutione Valentiniani et Theodosii imperatorum. « Si quis episcoporum ad iudicium romani antistitis evocatus adesse neglexerit, per moderatorem eiusdem provinciae adesse cogatur. »

QUARTA SECTIO.

6. Nunc de diffamatoribus seu detractoribus ministrorum Dei. In synodo universali ·CCX·* patrum habita pro Ignatio patriarcha, quae a quibusdam ·VIII· dicitur. « Quisquis tanta iactantia usus fuerit et audacia, et secundum Photium et Dioscorum in scriptis vel sine scriptis iniurias quasdam contra vicarium et sedem principis apostolorum Petri moveat, eamdem quam illi condemnationem accipiat. » Anacletus. « Deteriores sunt qui doctorum vitam moresque corrumpunt, his qui aliorum substantiam praediaque diripiunt; et ideo iuste infames sunt, et merito ab ecclesia extorres fiunt. » Idem. « Oportet unumquemque fidelem, si viderit aut cognoverit plebes suas adversus pastorem suum tumescere, aut detractionibus vacare, hoc vitium pro viribus extirpare; nec eis in quibuscumque negotiis misceri praesumat, ante quam suo reconcilietur doctori. » Idem. « Sententiâ Cham filii Noë notantur, qui Dei sacerdotes et ministros infamare praesumunt. » Nicolaus Ludovico imperatori. « Si de dominis sacerdotibus, qui iure patres dicuntur, aliquid vos audire contigerit, quod confusionem piis mentibus ingerat, non infrunite sed pudorate, Noë filios imitantes, patriam verecundiam contegite, ut affluente, quemadmodum et illi, benedictione a Domino repleri mereamini. » Item, ut ait Eusebius in historia ecclesiastica, in nicaena synodo imperator Constantinus accusatoribus sacerdotum dixit. « Vere si propriis oculis vidissem sacerdotem Dei, aut aliquem eorum qui monadico habitu amicti sunt, peccantem, chlamydem meam explicarem, et cooperirem eum ne ab aliquo videretur. » Silvester papa, ut in gestis eius habetur, a detractoribus aures suas quasi a serpentibus separabat dicens, quod hoc venenum per aures ingressum occideret animas audientis. » Hieronymus in expositione psalmi centesimi. « Proximo suo detrahenti, hunc persequebar. In tantum non oportet consentire nos detrahenti, ut etiam quantum in nobis est, persequamur talem; providentes in utroque utilitatem, ut nec libenter audiamus, nec illum permittamus peccare. Tanta enim distantia est inter fornicantem et detrahentem, ut ille qui fornicatur, se occidat; ille autem qui detrahit, et se et illum qui audit, demergit in infernum. » Augustinus. « Non fratri suo dicit, fatue; quicumque hoc dicit, non ipsi fratri, sed peccato eius infensus est. Alioquin reus erit gehennae ignis. » Et post pauca. « Si quis praeoccupatus fuerit hoc delicto, ut fratri suo dicat, fatue;

* Ita cod.

cod. f. 146.

id est, non eius peccatum volens auferre, convicietur iniuste; parum est illi ad hoc redimendum eleemosynam facere, nisi etiam quod ibi sequitur, remedium reconciliationis adiungat. Sequitur enim: *si offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversus te* etc. usque *tunc veniens*. Ita parum est quantaslibet eleemosynas facere pro quocumque scelere, et in consuetudine scelerum permanere. » Idem. « Odium nec passione adimitur, nec martyrio expiatur, nec fuso sanguine deletur. Detrahere autem per odium de altero sui commodi causa, magis est contra naturam, quam mors, quam dolor, vel cetera huiusmodi mala. » His ita praemissis de diffamatoribus sive detractoribus ministrorum Dei, pensandum est valde et menti altius infigendum, si is qui detrahit quibuslibet, dicens illis, fatue, tam gravissime punitur; qua plectendus sit a Domino animadversione, qui diffamando detrahit patribus, scilicet Dei sacerdotibus et reliquis eius ministris; et non tantum dicit illi, fatue, sed aliquid multo incomparabiliter gravius.

QUINTA ET SEXTA SECTIO.

cod. f. 117. 7. Nunc de his qui districto Dei iudicio, sive timore postposito eosdem sacerdotes vel persequi audent vel iudicare, Deo duce, prosequamur. Sicut superius dictum est, a κλῆρος graeco sermone, qui latine partem vel hereditatem significat, clerici dicuntur, eo quod ipsi sunt pars vel hereditas Domini. Quod cum ita sit, quis regum vel saecularium non pertimescat iudicare vel persequi partem vel hereditatem Domini, id est sacerdotes et ceteros Dei ministros? cum terribiliter ipse pro eisdem in evangelio comminetur: *qui vos tangit*, inquiens, *tangit pupillam oculi mei; et qui vos recipit, me recipit*. Item alibi: *tolerabilius erit Sodomis in die iudicii, quam illi civitati quae non receperit vos*. Nec mirum si Dominus tanti habet partem suam, scilicet sacerdotes et ceteros clericos; nam per eos ecclesiam suam plantat, irrigat, et incrementum dat; per eos, inquam, sicut quondam per prophetas et apostolos, evellit et destruit, aedificat et plantat; per eos docet, baptizat, sacrificat, et tam sacerdotes quam reges, et omnes fideles benedicit et ungit, et successores eis instituit, et omnia christianae religionis mysteria sive ministeria per eosdem veluti per sua membra fidelibus suis dispensat. Et sicuti quaelibet aedificia non imputantur instrumentis, per quae fiunt, sed his qui movent ad operandum; ita Dei beneficia, quae per sacerdotes et ceteros clericos fiunt, non ipsis imputantur quasi ab illis sint, sed ipsi domino Iesu Christo, cui a patre dicitur: *tu es sacerdos in aeternum*. Et certe frequentissime accidit, ut sicut nascituro interdum etiam regis filio necessarior est sacerdos quam nutrix, ita omni christiano imminente mortis articulo idem necessarior est quam vespillo vel sandapila, id est funeris curator. Sacerdos itaque hanc vitam ingredienti, propter baptismum; manenti hac in vita, propter paenitentiam; egredienti hac vita, propter viaticum et reconciliationem et vitam aeternam, cuilibet regi vel saeculari, non ut qualicumque modo utilis, sed omnimodis in tantum necessarius est, ut absque ministerio a Deo sibi tradito nemo vitam percipiat sempiternam. Non enim regibus nec quibuslibet; scilicet sacerdotibus dicit Dominus in Petro et in ceteris apostolis omnium sacerdotum principibus: *quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt*. Item alibi: *quaecumque ligaveritis super terram, ligata erunt in caelo*. Quid plura in unum congeram? Sacerdos christianum in ecclesiam pro fide introducit, propter peccatum expellit, per paenitentiam revocat et Domino reconciliat, et mortuum Domino sacrificiis et orationibus commendat. Haec cum ita sint, quis regum aut saecularium eos non pertimescat vel iudicare vel persequi, quos ipse iudex vivorum et mortuorum, ante sui iudicii diem, animarum curatores et iudices constituit, nisi Dei ecclesiam persequens, ut quondam Diocletianus, Maximianus, ac Nero, et ceteri qui christianam religionem de terra viventium exterminare conati sunt?

cod. f. 118. 8. Sed obiicitur, huius temporis sacerdotes et ceteros clericos non esse talis vitae vel conversationis, ut haec, quae scribimus, illis videantur competere. Ad quod dicendum, quia reges sive saeculares, etsi sancte vivant, tamen advertere debent quid Deus in evan-

gelio de peccantibus sacerdotibus dicat: *omnia*, inquit, *quaecumque dixerint vobis, servate et facite; secundum vero opera eorum, nolite facere.* Certe si propter honorem sacerdotalis cathedrae Moysis, praecipit Dominus apostolis suis, sacerdotibus qui eum crucifixere, obedire, scilicet ut ab eis bonum carperent, spinam caverent, non est dubium quin velit sanctos reges vel quoslibet saeculares catholicis sacerdotibus suis, licet peccantibus, propter sacerdotii dignitatem obedire; si tamen quidam eorum vel communione vel officio privati non habeantur. Non enim quilibet reges sive laici apostolis sanctiores aliquando inveniri, nec quipiam criminosi sacerdotes vel alii clerici praefatis sacerdotibus Dei crucifixoribus poterunt peiores haberi. Item idem Dominus in evangelio ipse leprosos mundat, et tamen munera et obsequia ab eisdem legaliter debita tam iniquis sacerdotibus reddi praecipit; ut per hoc apertissime doceat, quid suis novis sacerdotibus, licet peccantibus, velit exhiberi, si veteres hircorum sanguine cruentatos ipse sacerdotum omnium princeps legalibus eorum obsequiis non permisit defraudari.» Item, ut ait Cyprianus: «beatus Paulus in actibus apostolorum cum ei dictum esset, sic insilis in sacerdotem Dei maledicendo? quamvis Domino iam crucifixo, sacrilegi et impii et cruenti illi esse coepissent, nec iam quicquam ex sacerdotali honore et auctoritate retinerent, tamen ipsum quamvis inane nomen, et umbram quamdam sacerdotii, cogitans Paulus, *nesciebam, fratres*, inquit, *quia pontifex est;* scriptum est enim: *principem populi tui non maledices.*» Et si sacerdotes sint peccatores, quia nemo, ut ait Salomon, mundus, nec infans unius diei super terram, quid ad te? *Tu quis es*, inquit apostolus, *qui iudicas alienum servum? Suo domino stat, aut cadit; stabit autem; potens est enim Dominus statuere illum.* Item alibi: *seniorem ne increpaveris, sed obsecra illum ut patrem.* Habent clerici peccantes suas leges, quibus a suis sacerdotibus iudicentur. Sicut enim in sequentibus latius probabimus, non quorumlibet saecularium, sed tantum sacerdotum officium est, de peccantibus sacerdotibus vel clericis sententiam ferre. Nonne Chore, Dathan, et Abiron, et Ozias, qui sacerdotum arripuere officium, divina ultione terribiliter multati sunt? Nonne Ozas cum arcam Dei manu sustentare praesumeret, quia id non erat sui officii, a Domino percussus interiit? Pro arca quippe Dei, sacerdotes et ceteri clerici accipiuntur, in quibus tabula Moysis cum caelesti manna servantur, quia in eorum aureis mentibus* utrinsque legis Dei mandata clauduntur. Haec autem arca tunc specialiter ruit, cum clerus a suo proposito delinquendo cadit: sed hanc non quilibet sed sacerdos erigit, cum ecclesiae praelatus peccantis cleri vitia ferit. Cuius sacerdotis officium dum quilibet saecularis temerat, divinam in se protinus provocat ultionem. Nunc quid sanctorum patrum statuta de ministrorum Dei persecutoribus censuerint, videamus.

*cod. mentibus. cod. f. 119.

9. In octava synodo universali* habita pro Ignatio. cap. XXI. «Definimus neminem prorsus mundi potentium, quemquam eorum qui patriarchalibus sedibus praesunt, inhonorare aut movere a proprio throno tentare, sed omni reverentia et honore dignos iudicare; praecipue sanctissimum Papam senioris Romae.» Clemens. «Omnes qui episcopis contradicunt, damnatos et infames usque ad satisfactionem beatus Petrus monstrabat; et nisi converterentur, a limitibus ecclesiae alienos esse praecipiebat.» Alexander primus. «Crucifigunt Dominum, qui eum in sacerdotibus suis persequuntur.» Pius. «Qui Dei sacerdotes insequitur, sacrilegii reus extitit, et sicut sacrilegus iudicatur.» Eusebius. «Iniquum nimis est atque incongruum, eos qui episcopos vel reliquos sacerdotes sua persecutione vexant, catholicorum nominibus sine discretione miscere.» Hadrianus. «Odit Deus eos, qui adversus patres armantur, ut patrum invasores, qui in omni mundo infamia notantur.» Subiiciamus sanctorum patrum statuta de iudicio ministrorum Dei, a quibus fieri debeant, pauca. Silvester papa in concilio ·CCLXXVII· episcoporum. «Praesul summus a quoquam non iudicabitur; quoniam, sicut scriptum est, *non est discipulus super magistrum.*» Item in eodem. «Nemo iudicabit primam sedem, quoniam omnes sedes a prima sede iustitiâ desiderant temperari: neque ab Augusto, neque ab omni clero, neque a populo, iudex iudicabitur. Praesul vero non condemnabitur nisi in ·LXXII· testibus; presbyter cardinalis urbis Romae in ·XLIIII· diaconis cardinalibus urbis Romae; re-

*Recole p. 92.

liqui ordines in duobus vel tribus testibus damnabuntur. » In eodem. « Nulli omnino clerico licere causam in publico examinare, nec ullum clericum ante iudicem laicum stare placet. » Gelasius in registro. « Constat eum qui caelestem militem pulsat, non in eius forum debere sectari. » Hadrianus in registro. « In clericorum causa huiusmodi forma servetur, ut nequaquam eos sententia a non suo iudice dicta constringat. » Leo papa in synodo Romae habita, ad *Sarmationem*, *Chariatonem* 1) *et* Desiderium, et ad presbyteros omnium ecclesiarum
cod. f. 130. circa provinciam tertiam constitutos. « Tantam saeculi potestates reverentiam circa sacerdotalem ordinem praevalere voluere, ut etiam ii quos imperiali nomine terris divina potentia
*cod. *distinguendorum.* praeesse praecepit, ius distringendorum * negotiorum episcopis sanctis iuxta divalia constituta permiserint. Et infra. Censemus itaque ut quicumque praetermisso sacerdote ecclesiae suae, ad disceptationem venerit saecularium, sacris limitibus expulsus, a caelesti arceatur altario. » Nunc perscrutemur quid senserint christianorum imperatorum statuta de ministrorum Dei persecutoribus, sive iudicium eorumdem sibi usurpantibus.

10. In historia ecclesiastica. « Constantinus imperator sacerdotibus ait: Deus constituit vos sacerdotes, et potestatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi; et ideo nos a vobis recte iudicamur; vos autem non potestis ab hominibus iudicari. Propter quod Dei solius inter vos expectate iudicium, ut vestra iurgia quaecumque sint, ad illud divinum reserventur examen. Vos etenim nobis a Deo dati estis dii, et conveniens non est, ut homo iudicet deos, sed ille solus de quo scriptum est: *Dominus stetit in synagoga deorum.* » Item in historia Anastasii. « Valentinianus de causis episcoporum. Supra nos, inquit, est vestrum negotium, et ideo vos de vestris inter vos agite causis, quia supra nos estis. » Ex libro novellarum secundo, constitutione ·CCCCLX· « Si de negotio ecclesiastico canonico causa emerserit, non magistratus sed religiosus episcopus secundum sacros canones imponat negotio finem. » Valentinianus, Arcadius et Theodosius. « Continua lege sancimus, ut nullus episcoporum, vel eorum qui ecclesiae necessitatibus serviunt, ad iudicia sive ordinariorum
* cod. Iust. I. 3. 23. sive extraordinariorum iudicum pertrahantur *. Habent illi suos iudices; nec quicquam his publicis commune cum legibus. Ex codice Iustiniani, constitutione quinta. « Imperator Leo augustus Eutychio praefecto praetorii. « Omnes qui ubique sunt, vel post haec fuerint orthodoxae fidei sacerdotes et clerici cuiuscumque gradus sint, monachi quoque, in causis civilibus ex nullius penitus maioris minorisve sententia iudicis ad extranea iudicia pertrahantur, aut provincia vel loco aut regione quam habitant exire cogantur. » Et infra. « Nullus executor vexare contumeliis clericos ullos, nullis impulsionibus molestare, nullis exprobrare conviciis aut corporalibus iniuriis fatigare conetur. Hi autem qui huiusmodi aggressi fuerint, praeter amissionem cinguli et patrimonii, ultima protinus animadversione plectendi. Ex libris novellarum legum cap. ·CCCCLXVI· « Si quis divinis mysteriis, vel aliis sanctis mini-
cod. f. 131. steriis in sanctam intervenit ecclesiam, et episcopo vel clericis vel aliis ministris ecclesiae iniuriam fecerit, iubemus eum tormentis subiectum in exilium mitti: et sic ipse qui circa divina ministeria turbaverit, vel celebrare prohibuerit, capitali supplicio puniatur. Hoc idem observandum est in litaniis in quibus episcopi vel clerici inveniuntur, ut si quis contumeliam tantam fecerit, tormentis et exilio tradatur. Sin autem litanias conturbarit, capitale periculum sustinebit. Eaque defendere volumus non solum civiles sed etiam militares iudices. »

11. Ex libro codicis, constitutione I. Imperatores Arcadius et Honorius augg. Theodoro praefecto praedicto. Si quis in hoc genus sacrilegii proruperit, ut in ecclesias catholicas irruens, sacerdotibus et ministris, vel ipsi cultui locoque aliquid importet iniuriae, quod geritur, a provinciae rectoribus animadvertatur: atque ita provinciae moderator sacerdotum et catholicae ecclesiae ministrorum, loci quoque ipsius et divini cultus iniuriam, capitali convictos sive confessos reos sententia noverit iudicandum. Et non expectet ut episcopus in-

1) Haec nos nomina supplemus in codicis lacuna. Extat autem haec epistola in editione balleriniana S. Leonis PP. T. I. col. 1471; sed ea, Sirmondo iudice, tribuitur potius Leoni episcopo bituricensi, Leonis papae contemporaneo. Videsis in loco citato admonitionem.

iuriae propriae ultionem deposcat, cui sanctitas ignoscendi gloriam derelinquit. Sitque cunctis laudabile, factam atrocem sacerdotibus aut ministris iniuriam, veluti publicum crimen persequi, ac de talibus ultionem reos mereri. Quod si multitudo violenta civilis apparitionis executione et adminiculo ordinum possessorumve non potuerit praesentari, quod se armis aut locorum difficultate tueatur, praesides provinciarum etiam militari auxilio per publicas litteras appetito, competentem vindictam tali excessui imponere non morentur. Data ·VII· kal. maii, Mediolani, Honorio ·IIII· et Eutychiano consulibus.» Item Theodosius et Valentinianus augg. De obnoxiis inquiruntur ii qui ambulaverint cum episcopo vel cum presbytero vel etiam cum diacono, sive in agro sive in quolibet loco, nullo pacto eos retineri vel obstringi iubemus, quoniam in sacerdotibus Dei ecclesia constat.

12. Et quoniam non ignoramus, quaedam esse tam in codice iustiniano quam in libro novellarum, et in quibusdam aliis legum libris saecularium, quae a praefatis patrum et christianorum principum sanctionibus de ministrorum Dei iudiciis dissentire videantur, dicendum est quoniam saeculi leges, in quantum ecclesiasticis non obviant, sequendae et amplectendae sunt; quippe cum quaedam constitutiones earumdem a christianis imperatoribus, episcopis deprecantibus in auxilium christianae religionis statutae legantur: in his autem in quibus aperte dissentire videntur, penitus respuendae sunt: sicut in eo quod sanxerint imperiali iussu * episcopum crimine impetitum produci licere ad iudicandum apud civiles et militares iudices. In eo quoque nihilo minus, quod actore pulsante clericum in criminali negotio, tum saeculares iudices tum temporales sanciunt ad eamdem potestatem, ut ab eisdem reus comprobatus, sublata primum ab episcopo suo qua fungebatur dignitate, saecularium sententiam subeat legum; contra * sacros canones *faciunt* quatuor principalium conciliorum, quae praefatae leges in plenissimum auctoritatis robur recipere consueverunt, a quibus statutum est episcopos et reliquos Dei ministros vel a suis comprovincialibus, vel apud suum iudicari primatem vel romanum appellare pontificem. Contraque haec, quae superius ait imperator Constantinus in nicaena synodo, non esse conveniens ut homo iudicet deos, cum Deus omnipotens talibus diis dederit potestatem etiam imperatorem iudicandi. Et contra illud quod Valentinianus et Theodosius et Arcadius superius asseruere: habent (inquiunt illi) suos iudices, nec quicquam his publice commune cum legibus;» Nihil enim tam grave tamque intolerandum potest a Dei ministris admitti, quod canonum non possit sufficienter puniri iudicio. De quorum auctoritate Damasus et Leo magnus scribunt quod spiritu Dei sunt conditi, et totius mundi reverentia consecrati; et quod genus quoddam blasphemiae in Spiritum sanctum sit, non necessitate sed protervia vel contemptu, contra eosdem vel aliquid loqui, vel facere. Quis autem sanum sapiens ferat, saeculi iudices de sacerdotibus vel levitis et ceteris Dei ministris, scilicet animarum earumdem iudicibus, condemnationis ferre sententiam, et suos iudices iudicare? Praesertim cum sacerdotalis auctoritas praecellat tam in exercendis iudiciis etiam saecularibus praeter sanguinem, quam in legibus promulgandis. Siquidem apostolus christianorum iudicia ad ecclesiam deferri, et a presbyteris iubet terminari. Et Clemens et Marcellus romani pontifices et martyres ab eodem instructi, itidem in suis decretis censuerunt. Immo et Carolus et Ludovicus christianissimi imperatores ex legibus magni Constantini sumentes, statuunt etiam cum iam coeperit promi saecularis iudicii sententia, ad unius episcopi iudicium vel testimonium appellari, licet altera disceptantium pars refragetur. In promulgandis quoque legibus itidem certum est, sacerdotium tenere primatum, cum non primum per reges sacerdotibus, sed per sacerdotes regibus et ceteris fidelibus Deus omnipotens leges statuerit: primo quidem populo (iudaico) per eos sacerdotes, de quibus scriptum est: *Moyses et Aaron in sacerdotibus eius;* potremo vero per apostolos eorum et condiscipulos et sequaces. Nec mirum, sacerdotalem auctoritatem, quam Deus ipse per se ipsum constituit, in huiusmodi causis regiam praecellere potestatem, quam sibi humana praefecit adinventio, eo quidem permittente, non tamen volente. Nam de primo rege populi sui, quem sibi petiit spreto prophetae principatu, ait ad eundem: *non te,* inquit, *sprevere sed me, ne regnem*

* Cf. cod. I. 3. 33.
cod. f. 152.
* cod. circa

super eos. Et iterum: *paenitet me quod constituerim Saul regem.* De sacerdotio vero quod christiano populo constituit, iuravit, et non paenitebit eum, id est non mutabit quod instituit. Paenitere quippe eius est, ut ait Augustinus, corruptibilium conditionem in alterum commutare 1).

cod. f. 153.

13. His itaque praemissis, subiiciamus sanctorum patrum et christianorum principum constitutiones, quod saeculi leges praeiudicare non possint canonum auctoritati, quae habetur de iudicio clericorum. Nam hac de causa Callixtus et Marcellinus et Symmachus et Hadrianus uno ore decernunt: non licet imperatori, vel cuiquam pietatem custodienti, aliquid circa divinitatis mandata praesumere; nec quicquam, quod evangelicis propheticisque regulis obviat, agere. Iniustum enim iudicium et definitio iniusta cuiuscumque episcopi vel regis nutu vel iussu a iudicibus ordinata, non valeat. Nec quicquam contra evangelicae vel propheticae aut apostolicae doctrinae constitutionem sive sanctorum patrum actum fuerit, stabit. Sed et quod ab infidelibus aut haereticis actum fuerit, omnino cessabitur. Item Hadrianus Angilramno episcopo 2). «Constitutiones contra sancta decreta romanorum Praesulum, nullius sint momenti.» Idem eidem. «Generali decreto constituimus, et execrandum anathema fiat, ut velut praevaricator catholicae fidei semper ad Dominum reus existat, quicumque regum vel potentium deinceps canonum censuram in quocumque crediderit vel permiserit violandam.» Gregorius Theoctistae. «Si enim, inquit, religionis causa dissolvi coniugia debere dicantur, sciendum est, quia etsi lex humana hoc concessit, lex tamen divina prohibuit.» Idem Gregorius Ianuario episcopo. «Imperiali constitutione aperte sancitum est, ut ea quae contra leges fiunt, non solum inutilia, sed etiam pro infectis habenda sint.» Ex libro eodem, constitutione I. «Imperatores Valentinianus et Martianus augusti Palladio praefecto. Omnes sane pragmaticas sanctiones, quae contra canones ecclesiasticos interventu gratiae et ambitionis elicitae sunt, robore suo et firmitate vacuatas cessare praecipimus. Data ·IV· idus novembris. «Martianus imperator in ·VI· actione chalcedonensis concilii, inter cetera dixit: quaedam capitula sunt *quae ad honorem vestrae reverentiae vobis servavimus* 3) decorum esse iudicantes, a vobis haec regulariter potius firmari* per synodum, quam nostra lege sanciri. Et iubente eodem, Beronicianus venerandus* secretarius divini consistorii, capitula relegit.» Pertractato igitur tertio capitulo sexquipartita partitione, patet ex tot praefatis auctoritatibus, christianum populum Dei sacerdotes atque ministros pasci atque honorare debere, eisque obedire; non eosdem vel infamare vel persequi vel praeiudicare. Restat quartum capitulum tractandum, quod quinquepartita partitione secamus; scilicet quod saecularibus non liceat in ecclesiam clericos introducere, nec expellere, nec eis circa praelatos suos patrocinari, neque res ecclesiasticas regere vel in sua iura transferre.

* Ed. *formari.*
* Ed. *vir devotus.*
cod. f. 154.

LIBER QUARTUS

PRIMA SECTIO.

1. In libro numerorum legitur Dominus dixisse Aaron: *fratres tuos levitas sume tecum, praestoque sint et ministrent tibi.* Et paulo post eidem: *ego*, ait, *tuli levitas de medio filiorum Israhel, et dedi donum Domino, ut serviant ei in ministerio tabernaculi eius.* In quibus verbis satis liquet, quod non quibuslibet saecularibus, sed solis sacerdotibus a Domino imperatum est, clericos ad famulandum ei in templum ipsius introducere. Itaque non videtur necessarium hac in causa diutius immorari, ut id quod in promptu esse liquet, longo et minus utili tractatu, quasi occultum quid in lucem producere videamur. Nam ex praedictis Dei verbis ad Aaron, et ex primo huius libelli capitulo, in quo multis modis enucleatum est, laicali potestati episcopos ecclesiis praeficere non licere, apertissime colligitur, inferioris gra-

1) Confer in Ps. 109. 131. Serm. 23. De Civ. D. XVII. 7. et alibi.
2) In codice quodam vaticano capitula illa scribuntur (sed absurde) vice versa ab Angilramno ad Hadrianum.
3) Haec nos verba supplevimus praetermissa in codice.

dus clericos nullatenus saeculari arbitrio, sed sacerdotali libera dispositione, eisdem sacrosanctis ecclesiis ad famulandum Deo introduci debere. Sed ne hanc causam ex toto praeterire videamur, ut nihil ulterius de eo memoremus, paucas sanctorum patrum et christianorum principum constitutiones subiiciamus. In epistola septimae synodi episcoporum ·CCCL· « Omnis electio episcopi aut presbyteri aut diaconi a principibus facta, irrita maneat secundum regulam sanctorum apostolorum, quae dicit: si quis episcopus saecularibus potestatibus usus ecclesiam per ipsas obtineat, deponatur; et segregentur omnes qui illi communicant. » In concilio antiocheno cap. ·XII· « Si quis presbyter [vel diaconus per saecularem dignitatem ecclesiam Domini obtineat, deiiciatur; et ipse et ordinator eius a communione modis omnibus segregentur, et sub anathemate sint sicut Simon magus a Petro. » Ex concilio laodicensi. « Quod non sit permittendum turbae electiones eorum facere, qui sunt ad sacerdotium provehendi. » In concilio Symmachi papae episcoporum ·CCXVIII· « Non placuit, laicum ad aliquid statuendum in ecclesia habere aliquam potestatem, cui subsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi. » In concilio Nicolai iunioris episcoporum ·CXIII·, cap. ·VI· « Constituimus ut per laicos quilibet clericus aut presbyter nullo modo ecclesiam obtineat, nec gratis nec pretio. » In concilio septimo Gregorii papae episcoporum ·L· 1) cap. ·II· Si quis imperatorum, regum, vel quilibet saecularium potestatum aut personalem investituram episcopatuum vel alicuius ecclesiasticae dignitatis dare praesumpserit, ecclesiae introitu privetur 2).

2. Ex libris novellarum. « Imperator Iustinianus augustus Menae archiepiscopo. Decernimus ut si quis aedificans ecclesiam, aut etiam aliter expendens in ea ministrantibus alimenta, voluerit aliquos clericos statuere, non esse fiduciam ullam iis quos vult per potestatem inducere, nisi prius tuae reverentiae iudicio tuaeque sanctitatis examinentur sententia. » Item in codice iustiniano. « Imperatores Arcadius et Honorius augusti Eutychiano praefecto praetorii. Pro magnitudine vel celebritate uniuscuiusque vici, ecclesiis ceteris iudicio episcopi clericorum munera ordinentur. » Sciendum autem quod sicut clerus et populus episcopum sibi constituendum communiter deligunt et expetunt, ita propter pacis et caritatis bonum debet clero et populo uniuscuiusque ecclesiae et vicinis sacerdotibus concedi, ut presbyteros et inferioris gradus potiores clericos sibi eligant: non tamen in ecclesiam ullo modo introducere praesumant, nisi ab episcopo civitatis, vel eius vicariis, iuxta apostolum primo probentur; et sic ab eodem vel suis vicariis vitae suae diebus in ecclesiis stabiliantur: ne si nolentibus et non petentibus inserantur, ab eisdem vel condemnentur vel odio habeantur.

SECUNDA SECTIO.

3. Nunc de clericis a laicali potestate nequaquam ab ecclesiis expellendis prosequamur. In synodo universali patrum ·CCXL· habita pro Ignatio patriarcha, quae a suis conditoribus octava dicitur. « Si quilibet potentum pellere tentaverit apostolicae cathedrae Papam, aut aliorum patriarcharum quemquam, anathema sit. » Item ex epistola Iulii papae. « Si quis episcopos post huius sanctae sedis sententiam damnare aut propria sede pellere praesumpserit, sciat se irrecuperabiliter esse damnatum, et proprio carere perpetuo honore. » Leo quartus in registro suo Carolo regi. » Contra sanctorum patrum regulas probatur existere saecularis homo vel laicus, *qui* presbyteros ab ecclesiis, quibus tempore ordinationis eorum denominati vel introducti fuerint, conetur expellere. » Nicolaus iunior in concilio ·CXIII· episcoporum. « Constituimus ut cuiuslibet ordinis clericos laici non iudicent, nec de ecclesiis eiiciant. Item quod clericis delinquentibus saeculares contra suos praepositos patrocinium praestare non debent. In concilio africano cap. ·XXIX· « Et illud petendum est, ut statuere dignentur, ut si quis cuiuslibet honoris clericus iudicio episcoporum quocumque crimine fuerit damnatus, non liceat eum ab ecclesiis, quibus praefuit, sive a quolibet homine sive a

1) In concil. collect. an. 1080. non dicitur huius concilii episcoporum numerus, quem nunc ex Deusdedit cognoscimus.
2) Haec poena nominatim sumitur ex capitulo ibi praecedente.

defensore, interposita poena damni pecuniae atque honoris, quo nec aetatem nec sexum excusandum esse praecipiunt, pelli.» In concilio agathensi cap. ·VIII· «Clericus si relicto cod. f. 166. officio suo propter distinctionem ad saecularem fortasse confugerit personam, et ei is ad quem recurrit, solatium defensionis impenderit, cum eodem de ecclesiae communione pellatur.» Gregorius Iohanni episcopo ravennati. «Si presbyteri vel ad tuum iudicium, vel ad nos, maiorum fulti patrocinio, quod non credimus, venire despexerint, et in obiectis sibi capitulis contumaciter respondere tentaverint*, volumus ut eis post secundam et tertiam admonitionem tuam, ministerium sacri interdicas officii, atque nobis de eorum renuncies contumacia. Idem Romano exarcho per Italiam. «Pervenit ad nos Speciosum quemdam presbyterum ecclesiasticae constitutionis vigore despecto, episcopo suo, vestra fretum tuitione, resistere. Et infra. Petimus ergo ut in tanto vos peccato miscere nullatenus debeatis. Nam huiusmodi iniquitatem impunitam propter Dominum nullo modo patimur remanere. Unde iterum quaesumus, ut excellentia vestra in talium se causarum defensione non misceat, ne etiam Deus suam defendat iniuriam, et inter nos aliorum pariat culpa discordiam.» Idem in registro. «Omnibus notum est, piissimos Dominos disciplinam diligere, ordines servare, canones venerari, et in causis se sacerdotalibus non miscere.» Idem Sereno episcopo. «Si (quod absit) salubri monito clericos tuos videris in nullo proficere, et hos quoque curabis a te procul abiicere, ne pravitates eorum ex eo quod recipiuntur, displicere minime videantur; et non solum ipsi inemendati maneant, sed eorum etiam receptione alii corrumpantur.

* Regist. L. III. 56, *acquieverint*.

QUARTA SECTIO.

4. Nunc intimandum quod a saecularibus res ecclesiasticae regi non debeant. In concilio chalcedonensi cap. ·XXVI· «Placuit omnino ut omnis ecclesia habens episcopum, etiam oeconomum habeat de proprio clero, qui res ecclesiasticas dispenset cum consensu episcopi sui; ne cum dispensatio sine testimonio fuerit, res ecclesiasticae dispersae sint ad contumeliam pontificis inrogandam. Si vero hoc non fecerint, sanctis subiacere debent canonibus. «Symmachus in concilio episcoporum ·CCXVIII· Proinde sententia enervari debet, et in irritum deduci, ne quibuslibet laicis quamvis religiosis vel potentibus quolibet modo liceat aliquid decernere de ecclesiasticis facultatibus, quarum solis sacerdotibus disponendi a Domino commissa cura docetur. Eulalius syracusanus episcopus dixit: laicis quamvis religiosis, nulla de ecclesiasticis facultatibus, ut ait Stephanus martyr et pontifex, aliquid disponendi legitur usquam attributa facultas.» Gregorius Ianuario 1) caralitano episcopo. «Cavendum a vestra fraternitate est, ne saecularibus viris atque non sub regula vestra degentibus, quaecod. f. 167. libet res ecclesiasticae committantur, sed probatis de vestro officio clericis; in quibus si quid reperiri poterit pravitatis, ut in subditis emendare quod illicite gestum est valeatis.

QUINTA SECTIO.

5. Restat ostendere quod laicis non liceat in ecclesia dominium habere, nec res earumdem in sua iura transferre. Gelasius Senecioni episcopo. «Iulius vir honestus in re iuris sui perhibetur fundare ecclesiam, quam in honorem sancti Viti confessoris cupit consecrari. Hanc igitur, frater carissime, si ad tuam dioecesim pertinere non ambigis, ex more convenit dedicari, collata prius donatione sollemni, quam ministris ecclesiae se destinasse praefati muneris testatur oblator; sciturus sine dubio, praeter processionis aditum, qui omni christiano debetur, nihil ibidem se proprii iuris habiturum.» Ex libro romanorum Pontificum. «Domino sancto, et beatissimo patri patrum Papae N. famulus vester N. In praedio meo iuris mei basilicam sumptu proprio me suggero construxisse, quam in honorem sanctorum martyrum N. desidero consecrari: cui basilicae ad luminaria vel eleemosynas ibidem Deo servientibus obtuli N. N. Quapropter quaeso apostolatum vestrum, ut detis praeceptionem vestram ad N. venerabilem civitatis episcopum, quatenus supra memoratam ecclesiam debeat

1) Cod. *Iohanni*. Sed ita necessario emendavimus. Vide regist. IX. 65.

sacrosanctis ministeriis consecrare; ut hoc facto sancta religio vestris temporibus sumat augumentum. Promitto etiam nihil mihi de eodem loco ulterius vindicandum, nisi processionis gratiam, quae christianis omnibus in commune debetur. Pari quoque prece deposco ut detis litteras vestras ad N. venerabilem civitatis episcopum, quatenus possit reliquias supra memoratorum sanctorum sollemniter contradere. Anacletus papa. « Qui pecuniam vel res ecclesiae abstulerit, sacrilegium facit. » Callixtus. « Raptores ad paenitentiam accipimus 1); ipsam vero qua adspersi sunt infamiam publicam sanare cupimus, quia manifesta peccata non sunt occulta purgatione purganda. » Urbanus. « Sacrilegii reatum incurrunt qui res ecclesiae inde abstrahunt ubi traditae sunt; et quod peius est, anathema maranatha fiunt, etsi non corpore, tamen anima, et ut Saphyra in anima moriuntur. » Pius. « Qui ecclesiam Dei vastat, eiusque praedia et donaria expoliat, sacrilegus est. » Lucius. « Rerum ecclesiasticarum raptores et facultatum, a liminibus sanctae ecclesiae anemathizatos auctoritate apostolica pellimus et damnamus, atque sacrilegos iudicamus. » Et non solum eos, sed et omnes consentientes comprehendit; a qua poena liberi esse non possunt illi, quorum ministerium est, qui talia possunt prohibere et emendare, et emendare, et ea non student corrigere.

6. In concilio gangrensi. « Si quis oblationes ecclesiae accipere vel dare voluerit praeter episcopi conscientiam, vel eius cui huiusmodi sunt officia commissa, nec cum eius voluerit agere concilio, anathema sit. » In eodem. « Si quis oblata Deo dederit vel acceperit, praeter cod. f. 159. episcopum, vel eum qui constitutus est ab eo ad dispensandam misericordiam pauperibus, et qui dat et qui accipit, anathema sit. » Symmachi papae et episcoporum ·CCXVIII· « Qui res ecclesiae iussu vel largitione principum vel quorumdam potentum aut quadam invasione retinuerint, et filiis vel heredibus suis quasi hereditarias reliquerint, nisi cito res Dei, agnita veritate, reddiderint, in perpetuum anathema sint. In concilio vasensi cap. IV. « Qui oblationes defunctorum retinent, et ecclesiis tradere morantur, ut sacrilegi ab ecclesia sunt reiiciendi, quasi egentium necatores; nec credentes Dei iudicio. » Augustinus in ·L· ª homilia super Iohannem. « Ecce inter sanctos est Iudas fur loculorum dominicorum et sacrorum. Si discernuntur crimina in foro qualiscumque furti et peculatus; peculatus enim dicitur furtum de re publica; et non sic iudicatur furtum rei privatae, quomodo publicae; quanto vehementius est iudicandus sacrilegus fur, qui ausus fuerit non undecumque tollere, sed de ecclesia tollere? » Notandum quod Augustinus eum qui aliquid de ecclesia tollit, furem et sacrilegum appellet, et Iudae proditori aequiparet. Hieronymus super Matthaeum. « Omnes, inquit, qui stipe templi et his quae conferuntur in usus ecclesiae, abutuntur in aliis rebus, quibus suam impleant voluntatem, similes sunt scribarum et pharisaeorum redimentium mendacium sanguine Salvatoris. »

7. Ex libro secundo institutionum Iustiniani imperatoris cap. ·II· « Nullius autem sunt res sacrae et religiosae. Quod enim divini iuris est, id nullius in bonis est; sacrae vero sunt quae rite et per pontifices Deo consecratae sunt, veluti aedes sacrae et dona quae rite ad ministerium Dei dedicata sunt. » Imperatores Valentinianus et Theodosius augusti Dextero comiti rerum privatarum. « Universas terras quae a colonis dominii rei publicae vel iuris templorum in qualibet provincia venditae vel illo vel alio pacto alienatae sunt, ab iis qui perperam atque contra leges eas detinent, nulla longi temporis praescriptione officiente, iubemus restitui; ita ut nec pretium quidem iniquis comparatoribus reposcere liceat. Data ·V· nonas iulii. » Imperatores Gratianus, Valentinianus iunior, et Theodosius AAA. Melito praefecto. « Placet rationabilis consilii tenore perpenso, descripta moderatione praescribere a quibus specialiter necessitatibus ecclesiae urbium singularum habeantur immunes. Prima quippe illius usurpationis contumelia debellanda est, ne praedia usibus caelestium decretorum dedicata, sordidorum munerum faece vexentur: nihil extra ordinarium ab his super cod. f. 160. inducti pretiumve flagitetur, nulla translationum sollicitudo gignatur: postremo nihil praeter canonicam illationem, quam adventitiae necessitatis sarcina repentina poposcerit eius fun-

1) Recole quae de S. Callixto adnotavimus ad Bonizonem p. 51.

ctionis adscribatur. Si quis contravenerit, post debitae ultionis acrimoniam, quae erga sacrilegos iure promenda est, exilio perpetuo utatur. Datum ·VIII· kal. iunii.» Item ex legibus Caroli imperatoris. «Praecipientes iubemus, ut nullus tam nostris quam futuris temporibus, a nobis vel successoribus nostris, ullo unquam tempore absque consensu et voluntate episcoporum, in quorum parochiis esse noscuntur, res ecclesiarum petere, aut invadere, vel vastare, aut quocumque ingenio alienare praesumat. Quod si quis fecerit, tam nostris quam et successorum nostrorum iudicibus vel comitibus, sicut sacrilegus et homicida legaliter puniatur, et ab episcopis anathematizetur, ita ut mortuus etiam sepultura ac cunctis Dei ecclesiae precibus et oblationibus careat, nec eleemosynam suam quisquam recipiat.»

8. His de praefatis quatuor Capitulis ita pertractatis, libet in calce huius opusculi, ut obstruatur os loquentium iniqua, quaedam de sanctorum canonum auctoritate subiungere, quorum adstipulatione confirmabimus ea quae in hoc libello contra simoniacos et invasores et reliquos schismaticos, Deo praestante, peroravimus. In epistola Damasi papae ad Aurelium carthaginiensem episcopum. «Violatores canonum graviter a sanctis patribus iudicantur, et a sancto Spiritu, cuius instinctu ac dono conditi sunt, condemnantur; quoniam blasphemare Spiritum sanctum non incongrue videntur, qui contra eosdem sanctos canones non necessitate compulsi, sed libenter ut praefixum est, aliquid aut proterve agunt, aut loqui praesumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt. Idem. Statuta sedis apostolicae, et canonum venerabilia decreta nulli sacerdoti Domini ignorare sit liberum.» Gelasius. «Quis enim aut legem principum, aut patrum regulas, aut admonitiones modernas, ducat debere contemni, nisi qui impunitum sibi tantum aestimet transire commissum? Et iterum. Semper constitutio generat temerata vindictam.» Primus papa Leo aquileiensi episcopo. «Si quis sacerdotum contra statuta venire tentaverit, et prohibita ausus fuerit admittere, a suo se noverit officio submovendum.» Hilarus papa. «Non minus in sanctarum traditionum delinquitur sanctiones, quam in ipsius Domini iniuriam prosilitur. Item idem. Nec tantum potetis petitiones valere populorum, cum his parere cupitis, ut voluntatem Dei nostri, quae nos peccare prohibet, deseratis: cuius indignatio ex hoc gravius commovetur, quo benignitas eius dum fiunt illicita, per eos qui cod. f. 100. sunt interpretes placationis offenditur.» Hadrianus papa Angilramno episcopo. «Generali decreto constituimus ut execrandum anathema fiat, et velut praevaricator catholicae fidei semper apud Deum reus existat, quicumque regum vel potentum deinceps canonum censuram in quocumque crediderit vel permiserit violandam.» Leo quartus in concilio episcoporum ·LXXII· cap. V. «Si quis dogmata, mandata, interdicta, sanctiones, vel decreta, pro catholica fide, pro ecclesiastica disciplina, pro correctione fidelium, pro emendatione sceleratorum, vel interdictione imminentium vel futurorum malorum, a sede apostolicae praesule salubriter promulgata contempserit, anathema sit.» Gregorius. «Sub magno moderamine pastores ecclesiae vel solvere studeant vel ligare: sed utrum iuste an iniuste obliget pastor, pastoris tamen sententia gregi timenda est, ne is qui subest, et cum iniuste forsitan ligatur, ipsam obligationis suae sententiam ex alia culpa mereatur. Pastor ergo vel absolvere indiscrete timeat vel ligare. Qui sub manu pastoris est ligari timeat iuste vel iniuste: nec pastoris sui iudicium temere reprehendat, ne etsi iniuste ligatus est, ex ipsa tumidae reprehensionis superbia, culpa quae non erat, fiat. Fabianus urbis Romae episcopus omnibus episcopis. «Statuimus ut si aliquis clericorum suo episcopo infestus aut insidiator fuerit, mox examinatus iudicio submotus a clero curiae tradatur, cui diebus vitae suae deserviat, et infamis absque spe restitutionis permaneat.» Stephanus episcopus omnibus episcopis. «Clericus qui episcopum suum accusaverit, aut ei insidiator extiterit, non est recipiendus, quia infamis est, et a gradu debet recedere, et curiae tradi deserviturus.» Anacletus papa. «Accusatio sacerdotum nonnisi ab idoneis et probatissimis viris, qui et suspicionibus et sceleribus careant, fieri debet.» Evaristus papa. «Accusatorum sacerdotum discutiatur suspicio, fides, temeritas, vita, vana gloria, inimicitia, cupiditas, id est absque certa probatione quisquam non credat.» Ex concilio carthaginiensi. «Qui aliquibus sceleribus irretitus

est, vocem adversus maiorem natu non habeat accusandi. » Felix papa. « Excommunicati nullatenus ad accusationem vel testimonium sunt admittendi. Nulli infami liceat adversum religiosum christianum testimonium dicere, vel qualibet actione impetere. » Cornelius papa. « Purgationes quas patres in conciliis statuerunt, nisi ima ratione rimandae sunt, et non pro crimine ab aliquo illato facinoroso fieri consueverunt. »

9. In concilio nicaeno (II) cap. ·XXVII· «Nullum iudicium nisi ordinaliter habitum teneatur, neque in re dubia certa iudicetur sententia. » Damasus papa de ordine iudiciorum. « Canonica vocatio loco et congruo tempore: per se sint testes, per se accusatores, per se accusati, per se iudices; quoniam saeculi leges haec eadem retinent. » Pelagius in suo registro introducit Augustinum ita definientem schisma in epistola ad Valerianum patricium, inter cetera. « Vide utrum schismatici non sint, qui se ab emineutissima et manifestissima auctoritate apostolicarum sedium separaverint. Quisquis ergo ab apostolicis divisus est sedibus, secundum istam beati Augustini sententiam, in schismate esse non dubium est, et contra universalem ecclesiam altare probatur erigere. Sed quid de talibus miseris chalcedonensis synodus constituat, gloria vestra consideret, ubi post alia sic dicit: qui a communione ecclesiae semet ipsum suspendit, et collectas facit, et altare constituit, et noluit vocanti episcopo consentire, et noluit eidem acquiescere neque consentire, et prius ac secundo vocanti; hunc omnino damnari, nec unquam vel orationem mereri, nec recipere eum posse honorem. Si enim permanserit turbas faciens et seditiones ecclesiae, per extraneam potestatem tamquam seditiosum comprimi.» In concilio antiocheno. « Si quis presbyter aut diaconus episcopum proprium contemnens, se ab ecclesia sequestraverit, et seorsum colligens, altare constituerit, et commonenti episcopo non acquieverit, nec consentire vel obedire voluerit semel et iterum vocanti, hic damnetur omnimode, nec ulterius remedium consequatur. » Item in eodem. « Si quis a proprio episcopo communione privatus est, non ante suscipiatur ab aliis, quam suo reconcilietur episcopo. Haec autem definitio maneat circa laicos et presbyteros et diaconos omnesque qui sub regula esse monstrantur. » Cyprianus in epistola ad Stephanum. « Si qui presbyteri vel diaconi, vel in ecclesia catholica prius ordinati fuerint, et potremo perfidi rebelles extiterint contra ecclesiam, vel apud haereticos a pseudo episcopis et antichristis, contra Christi dispositionem, profana ordinatione promoti sunt, et contra altare suum atque divina sacrificia, falsa et sacrilega offerre conati sunt, eos quoque hac conditione suscipi cum revertuntur, ut communicent laicis; et satis habeant quod admittuntur ad pacem, qui pacis hostes fuerunt: nec debere eos revertentes, ea apud nos ordinationis et honoris arma retinere, quibus contra nos rebellaverint. » Et paulo post. « Quia etsi ipsi postmodum ad ecclesiam redeunt, restituere tamen eos secum non possunt, qui ab eis seducti, et foris morte praeventi, extra ecclesiam sine communicatione et pace transierunt: quorum animae in die iudicii de ipsorum manibus expetentur, qui perditionis auctores et duces extiterunt. Et idcirco satis est talibus veniam dari, quia non debet in domo fidei perfidia promoveri. »

cod. f. 161.

cod. f. 162.

10. Augustinus contra Donatistas. « Ecclesia catholica sola est corpus Christi, cuius ille caput est et salvator corporis sui. Extra hoc corpus neminem vivificat Spiritus sanctus; quia sicut ipse dicit apostolus: *caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Non est enim particeps divinae caritatis, qui hostis est unitatis. Non habent itaque Spiritum sanctum qui sunt extra ecclesiam. De illis quippe scriptum est: *qui se ipsos segregant, animales, Spiritum non habentes.* Sed nec ille eum percipit, qui fictus est in ecclesia; quoniam et inde scriptum est: *sanctus enim Spiritus disciplinae effugiet fictum.* Qui ergo vult habere Spiritum sanctum, caveat foris ab ecclesia remanere, caveat in eam simulatus intrare; aut si iam talis intraverit, caveat in eadem simulatione persistere, ut veraciter coalescat arbori vitae. » In concilio antiocheno. « Si quis autem quilibet ex clero deprehensi fuerint cum excommunicatis communicare, etiam isti priventur excommunicatione, tamquam qui regulam confundunt ecclesiae. » In canone apostolorum. « Si quis cum excom-

municato saltem in domo simul oraverit, is communione privetur. » Callixtus in decretis. « Nemo cum excommunicatis in oratione aut cibo vel potu aut osculo communicet, nec ave eis dicat. » Iohannes apostolus de huiusmodi. « Nolite recipere eum in domo, nec ave dixeritis ei. Qui autem dicit ei, ave, communicat eius operibus malignis. » In concilio laodicensi titulo ·VIII· « Non licet catholicis ad haereticorum speluncas causa orationis accedere. » Hieronymus super Osee. « Non oportet benedictiones haereticorum accipere, quae maledictiones sunt. » Gregorius in ultimo moralium ita scribit. « Haereticorum sacrificia accepta Deo esse non possunt, nisi pro eis universalis ecclesiae manibus offerantur. » Osee propheta. « Sacrificia eorum tamquam panis luctus; omnes qui manducant ea contaminabuntur. » Hieronymus super prophetas. « Odit Dominus sacrificia haereticorum et a se proiicit; et quotiescumque sub nomine Domini fuerint congregati, detestatur foetorem eorum, et claudit aures suas. »

11. Pelagius papa Viatori et Pancratio. « A schismaticorum sacrificiis, potius autem sa-
cod. f. 163. crilegiis, abstinere debetis. » Idem in eadem. « Non est Christi corpus quod scihsmaticus confecit 1); neque enim divisum Christum poterit quisquam sine apostoli reprobatione confingere. Unam, ut saepe dictum est, quae Christi corpus, constat esse ecclesiam, quae in duo vel in plura dividi non potest. Simul enim cum ab ea Christus discesserit, esse desistit ecclesia. Unum templum et Hierusalem. Idolis necesse est ut immolet; qui semet ipsum diviserit: alienus est, profanus est, hostis est. Habere non potest Deum patrem, qui universalis ecclesiae non tenuerit veritatem. » In concilio antiocheno. « Quicumque episcopus damnatus a synodo, vel presbyter aut diaconus a suo episcopo, ausi fuerint aliquid de ministerio sacro contingere, sive episcopus iuxta praecedentem consuetudinem, sive presbyter aut diaconus, nullo modo liceat ei nec in alia synodo restitutionis spem, aut locum habere satisfactioni. Sed et communicantes ei omnes abiici de ecclesia, et maxime si postqam didicerint adversus memoratos fuisse prolatam sententiam, eisdem communicare tentaverint. Augustinus de obedientia. « Nihil Deo placet quomodo obedientia. Cham maledictus fuit, et post multa saecula manet, quando dicitur semen Cham, et non Iuda, quia patri non est obsecutus. Ceterum Sem, quia obsecutus est patri, benedictionem habuit in omnia saecula. Hoc itaque dico: non est filiorum iudicare de patribus. Qui patri non obsequitur, Deo non obsequitur: qui contemnit patrem, contemnit Christum qui in patribus est. Si ieiunaveris diebus et noctibus orationemque feceris, si in sacco fueris vel in cinere, si nihil aliud feceris nisi quodcumque praeceptum est in lege, et tibi fueris quasi sapiens, et obediens patri non fueris, omnes virtutes perdidisti. » Una obedientia plus valet quam omnes virtutes. Ieiunium vel continentia nisi te diligenter attenderis, superbia est. Quicumque non obedit, non facit de sanctitate sed de superbia. Ideo enim non obedit, quia meliorem se putat eo cui non obedit. Odit Deus eos qui adversus patres animantur, et patrum invasores qui in omni mundo infamia notantur. Iohannis chrysostomi, Gelasii, Gregorii, Pelagii, Paschalis, Cypriani, Hieronymi et Augustini sequitur haec sententia, quam nomine Iohannis chrysostomi titulatam reperi. Paenitentia et communio a nullo nisi a catholico suscipienda est. Si vero nullus sacerdos catholicus adfuerit, rectius est sine communione visibili manere, et invisibiliter a Domino communicari, quam ab haeretico communicari et a Deo separari. Nulla enim conventio Christi ad Belial, ait apostolus, neque pars fidelis cum infideli: omnis enim haereticus infidelis; simoniacus autem haereticus; ideo infidelis.

1) Immo recole p. 90. adn. 1.

FINIS.

AD THEODORUM MOPSUESTENUM

INDEX.

Aeternum (in) pro valde diu p. 187.

Aethiopes alii proximi Aegypto, alii longinqui p. 228. 260.

Alexandria condita quadringentis circiter post prophetam Nahumum annis p. 226.

Amen vocabuli usus p. 401.

Amessiam regem non occiderunt Lachis cives p. 175.

Ammon non est Alexandria p. 226.

Amosi locutio lucide explicatur, quae videbatur obscura S. Hieronymo p. 46. Et quidem conferatur Amosus etiam cap. II. p. 4. et 6.

Angeli custodes hominum p. 306.

Angeli cum apparent hominibus, ideo humanam formam induunt, quia haec congrua est cernentibus p. 294.

Angelus distinguendus in ss. scripturis a filio Dei p. 292.

Aquila interpres citatur p. 391. 393.

Arbores umbrosae flagitiis idololatrarum idoneae p. 22.

Architriclini quodnam officium fuerit p. 398.

Ἄρμασι pro ἁμαρτήμασι lectio insignis p. 51.

Articuli graeci vis p. 408.

Auditio Dei, id est revelatio p. 244.

Basilii neopatrensis excerpta ex commentario in omnes prophetas praef. p. VII-XII.

Blasphemia dicitur pro imperitia linguae p. 37.

Bothrus, aliis Carae vel Charran, vel Cyrene, aliis aliter p. 130.

Canon criticus de prophetis intelligendis aut explanandis p. 333.

Cognoscit Deus, pro diligit p. 55.

Cornua quatuor apud Zachariam prophetam quid significent p. 286. 299.

Diaereseos figura p. 26.

David primus et magnus propheta p. 1. 68.

Electus, etsi non unctus, dictus χριστός p. 114.

Enallage temporum in s. scriptura p. 41. 391. 392. 397. et alibi.

Ephraimi potens tribus pro universo Israhele sumitur p. 24. 26. (Iosephi similiter p. 122.)

Equorum species oblatae Zachariae erant angeli p. 294. seq.

Esaiae vaticinium agnoscit Mopsuestenus p. 398.

Filius Dei quomodo dicatur non posse a se facere quicquam p. 399. Eius personam dicit ignotam priscis Hebraeis Mopsuestenus p. 291. Sed reprehenditur in adn.

Graecis non est numerus pluralis nisi post dualem p. 97.

Hermeneuticae regulae a Mopsuesteno traditae p. 335. cum adn.

Iacobus apostolus interpretatur dictum Amosi p. 138.

Iarim est Aegyptus p. 23. 48.

Idola culta ab ethnicis propter metalli pretium p. 11. (Hinc S. Paulus avaritiam dicit esse idolorum servitutem.)

Iesus cur sero miracula edere coeperit p. 398.

Imperativus modus pro futuro p. 32. 342.

Interpretum ·LXX· prolixa laudatio p. 252. Eorum editio communis christianis omnibus, ibidem.

Interpunctio quanti interdum momenti sit p. 365. 396. 407.

Iohannis evangelii clausula vindicatur p. 407. adn.

Iohel contemporaneus Oseae. p. 69.

Ionam (in) scribit prooemium insigne Mopsuestenus p. 150-157.

Ionas cur non dicatur fugisse a Deo, sed a facie Dei p. 159.

Ionas vocabulum male intellectum a syro interprete p. 263.

Israhelitae pravi dicuntur Chananaei p. 262.

Iudae tribus Deo praedilecta propter oriturum ex ea Christum p. 2. 92.

Iudaeorum pertinacia adversus Christum p. 153.

Iustitiae ac pietatis vera forma p. 321.

Lectiones biblicae variae aut insigniores p. 22. 27. 30. 31. 44. 51. 52. 74. 78. 99. 121. 136. 208. 265. 280. 313. 327.

Laetitia nemini imperari potest p. 312.

Maria ad Canae nuptias p. 398. (Sed Mariae sanctissimae quamlibet humanae gloriae cupiditatem obiicere nefas est. (Conc. Trident. sess. VI. can. 23.)

Matthaeus cum Luca conciliatur p. 399. Et cum Iohanne p. 404.

Melchomus vocabulum male intellectum a syro interprete, id est *rex* pro *idolum* p. 252.

Merita hominum a Deo praevisa p. 401.

Metaphorae avium, ferarum, serpentium, pro hostium vastationibus p. 12. 19.

Molochus idolum p. 120.

Mopsuesteni consuetudo intelligendi vaticinia κατ' λέξιν p. 84. Ibi locus insignis de hac re p. 85. Item p. 139. 150. 192. 332. 381.

Mopsuestenus curiosam eruditionem sponte vitat p. 136. 159. 247. Non est λεπτολόγων p. 139. 150. 191. 332. Ceteroqui idem reprehenditur a graeco scholiaste p. 289. 290. 292; itemque a nobis p. 381. 391. adn. Eiusdem reliquiae commentarii in psalmos p. 390. sq., et copiosiores in Iohannem p. 396. sq. Item duo fragmenta in epist. II. ad Corinthios et ad Galatas p. 407. 408. Idem suos in Matthaeum (nunc deperditos) commentarios memorat p. 404. Eiusdem de clausula Iohannis ev. iudicium; quod tamen in adn. refutatur p. 407. Reprehendit quasdam opiniones, contra nonnullos patres, p. 95. 105.

Nazaret ab ethnicis habitata p. 398.

On idolum p. 23. 48. 50.

Oseae vaticinium variis temporibus editum p. 3. 16.

Oseas cur iussus meretricem coniugem ducere p. 5.
Panis luctus qui sit p. 42.
Paulus quid in caelo viderit p. 408. Verba ab eo audita, res erant. Ibidem. (Locum hunc sumptum apud nos ex catena videsis etiam T. IV. part. 2. p. 148.
Pauperes apud templum stipem quaerebant p. 385.
Peccata populi comedere quid sit p. 21.
Poenarum divinarum utilitas p. 396.
Portae urbium delectae ad publicas consultationes et iudicia p. 116.
Prophetarum mos miscendi iucunda vaticinia molestis p. 7. 13. 188.
Prophetarum argumentum saepe commune p. 68. 170.
Prophetarum exacta veracitas p. 94.
Prophetarum silentium dicitur fuisse a Davide usque ad Oseam p. 1.
Prophetis cur Deus insolita quaedam facere mandaverit p. 4.
Pulvereum lutum Christus cur fecerit p. 401.
Reticentiae figura p. 143.
Rhabdomantia p. 22.
Sacerdotium dicitur communis utilitas p. 20.
Sacrificium rationale p. 382. cum adn.
Sectio corporum apud veteres superstitiosa p. 36.
Sophonias quidam apocryphus p. 268. adn.
Spiritus a Paulo pro gratia dicitur, caro autem pro lege p. 408.
Spiritus sanctus Filio non inferior p. 398.
Spiritus sancti personam ignotam fuisse Hebraeis dicit Mopsuestenus p. 83. 276. 290. Sed reprehenditur in adn.
Spiritus propheticus non desiverat Oziae regis temporibus p. 94.
S. Scriptura hyperbolice interdum loquitur p. 251. 332.
Stephani M. dictum conciliatur cum Amoso p. 121.
Superbia dicitur interdum pro apostasia neglectuque Dei p. 14. 23.
Sycamina, vel sycamini, dicuntur ficus p. 129.
Symmachus interpres citatur p. 391. 392.
Synagoga adumbrata in Oseae meretrice p. 8.
Syrus ex hebraico interpres valde reprehenditur atque irridetur p. 241. 252. 263. Eius ignotum nomen, ibidem.
Tacere pro negligere p. 50.
Tharsis aliis Tarsus vel Rhodus p. 159.
Typi vera notio p. 185. 296.
Vinum ex miraculo exquisitius ceteris p. 399.
Visio idem significat quod sermo Domini, cum praeclara de hac re doctrina p. 142.
Zelus Dei, id est ira p. 216.
Zorobabel de stirpe davidica p. 18. 181.
Ὡς ἀγαθὸς narrantis, non admirantis p. 76. Sed videsis adnotationem.

AD II. PARTEM VOLUMINIS

INDEX.

Ἀδολεσχεῖν et ἀδολεσχία vocabula polysema p. 262.
Aeternum (in) quandoque significat tantum per totam vitam p. 122. (Sic Paulus I. Cor. VIII. 13. non manducabo carnem in aeternum.)
Aethiopes thebaici in Aegypto p. 113. 114. Alii ultra Babylonem p. 122. Aethiopia pro cunctis ethnicis p. 253.
Ἀγαπᾶν plus significat quam φιλεῖν p. 15. Sic amo et diligo apud Latinos.
Ἀλέκτωρ (gallus) ab Alexandrinis pronunciabatur ἀλέκτα. Dicebatur etiam γνωριστά p. 44.
Allegoricorum, quorum princeps Origenes, gravis reprehensio p. 111.
Angelorum nomina diversarum operationum sunt indicia p. 2. Angeli custodes hominum p. 28. 55.
Anima irrationalis (id est brutorum) corpore separata non subsistit p. 177.
Animarum piarum diversi gradus p. 226. Solutarum corporibus praemia p. 244.
Animalium Ezechielis significatio p. 82.
Antiochus Iudaeorum vastator p. 121. 202.
Apollinaris millenarius p. 91.
Aquilas interpres p. 81. 128. 187. 220. 281. 306.
Arbitrium liberum p. 89. Non perimitur a praedestinatione divina p. 118. Et nemo naturaliter bonus vel malus p. 133.
Arbor vitae, sapientiam Dei significabat p. 6.
Ariani reprehensi p. 144.
Aristoteles reprehenditur p. 220.
Canere et psallere in quo differant p. 167.
Cemphi avis libido p. 14. 23.
Choenix Graecis κάβος p. 124.
Christi omnia tamquam de unica persona praedicantur p. 176. Christus crucifixus in parte urbis boreali p. 222. Christi abstinentia p. 255.
Christus quomodo apud Matth. XXIV. 36. dicatur ignorare diem iudicii, pulchre exponit Didymus p. 255. Christus Deus et homo unica adoratione adoratur p. 302.
Cogitationes impurae vituperantur p. 5. 10. 13. 28. 37. 79.
Confessio peccatorum apud sacerdotem facienda p. 21. 43. 45. 51. 54. 79.
Constantinus Christianorum liberator p. 126.
Constitutiones apostolicae notae Didymo p. 58.
Corporis humani vituperatores (v. gr. Manichaei) in Deum iniuriosi p. 32.
Corpus animae navis p. 230. 255.
Correctio prudens p. 16.
Creare verbi varius sensus p. 63. 210.
Creatio ex nihilo p. 15.
Creator distinctus a creatura, contra pantheistas p. 62.

Κρεῖσσον *melius*, interdum non comparativum, sed loco boni dicitur p. 65.
Crux eleganter dicitur gubernaculum navis ecclesiae p. 75.
Κύρβις quid sit p. 173.
Daemones in somnes p. 7. Iidem immites p. 8.
Diabolus timore Dei coërcetur p. 14. Diaboli doctrina p. 67.
David ter unctus p. 203.
Dei existentia hominum consensu comprobata p. 188.
Diapsalmatis canticum quale sit p. 154.
Didymi laudes p. 178.
Didymi testimonium de Christi corpore in eucharistia p. 214.
Didymi iudicium de heterodoxis s. scripturae interpretibus v. 296.
Didymus nova vocabula lexicis suppeditat p. 262, et alibi. (Id de aliis quoque a nobis editis graecis scriptoribus dictum esto.)
Didymus scripsit etiam in Ecclesiasten, et in Iobum, teste fragmento p. 310. cum adn.
Dissonantias aliquot chronicas ss. scripturae recenset Polychronius et diiudicat p. 113. 126.
Doctores praecoces reprehenduntur p. 27.
Ecclesia mater nostra p. 25. 58.
Eleemosynae laus p. 5. 6. 35. 36. Eleemosyna spiritalis p. 6.
Ἑλισαὶ est Ἑλλάς p. 110.
Ἐνεός vocabulum explicatur p. 67.
Ἐνωτίσαι insuetum litteris saecularibus vocabulum p. 137. (Super hoc vocabulo diu Vorstius de hebraismis cap. I. Sed nos Didymo potius credimus.)
Ἐκιβῶν (non ἰσωθεν) in ps. LXIV. p. 226.
Eucharistia, Christi caro et sanguis. p. 8. 11. 64.
Evangelii alicuius apocryphi, ut videtur, locus p. 267. (Evangelii apocryphi secundum Bartholomaeum fragmentum quoddam est apud nos in mss.)
Fenus exercere vetitum iustis p. 172.
Filii divinitas accurate adserta p. 287. et alibi.
Filius sine adiuncto, in sacris scripturis intelligitur Christus p. 149.
Genitura pudica p. 125. Et secus p. 217.
Γεννήματα γαστρός, proprie filii legitimi p. 284.
Gentes variae circa Polychronii tempora ad Christum conversae p. 125.
Gigantes, id est daemones p. 34.
Gratia Dei remunerans p. 289. Confer de gratia etiam p. 295. 296.
Gratiae divinae auxilia p. 89.
Haereticos impiorum linguas audit; secus orthodoxus p. 25. Haereticorum acidum vinum p. 45. Conf. p. 78. Haereticorum vitanda doctrina p. 60. 72. 79.
Hebraeorum mos habendi in voluminibus ss. biblia, non in quadratis libris, p. 220.
Hermoniim explicatur p. 222.
Heterodoxorum scholae blaterantes p. 8. Heterodoxis non communicandos sacros libros p. 78.
Hexapla Origenis citat Didymus p. 199. 203.
Hirudinis descriptio p. 68.
Humilitatis laus p. 6.
Iesus unus idemque educens Hebraeos ex Aegypto, et miracula in evangelio patrans p. 250.
Infantes dicebantur cuiuslibet aetatis baptizati p. 148.
Inferorum poenae p. 224.
Inimicitiae vituperatio p. 17.
Interpunctio in ss. bibliis observanda p. 58. 159.
Interpretes LXX. p. 201. 233.
Ioseph, significat additamentum a Domino p. 263.
Ira obtrectationis mater p. 43.
Ira Dei quid sit p. 140.
Iudaeorum seditiones sub Antiocho p. 83.
Iudaica quaedam traditio circa transitum maris rubri p. 204.
Iustus naturalis melior circumciso scelesto p. 65.
Lectionum biblicarum varietates p. 217. 219. 274. et alibi.
Lex naturae, lex Dei est. p. 215.
Λύτρωσις proprie de animabus dicitur, de corporibus autem per accidens p. 212.
Magda, vel Magdala, hebr. turris p. 113.
Mens humana thronus Dei p. 45.
Metempsychosis exploditur p. 213.
Μηνιαστής vocabulum p. 136.
Μέταξα vocabulum p. 32.
Μητρὸς et τεκούσης, matris et parentis, differentia p. 26.
Miliarii lapides apud Romanos p. 57.
Missae sacrificium p. 281.
Numeris (de) doctrina p. 205. 218. 235.
Oeconomia divina theologice descripta p. 176. seq.
Ὁμοούσιος contra Arium et Eunomium p. 263.
Origenis error de conversione impiorum post vitam insinuatur p. 8. Conf. praef. part. I. p. X.
Peccatum secretum animae vitandum p. 245.
Πεινεῖν et διψεῖν, ει pro α, nisi est mendum p. 281.
Πέταυρον, alii interpretes scripsere βάθος p. 62.
Petrus apostolus doctor oecumenicus p. 53. Idem πρόκριτος p. 128.
Poenarum aeternitas fatente Didymo p. 2. (Confirmat hoc de Didymo Mingarellius in praef. ad opus de Trin. p. 51.)
Polychronius magis ἰουδαιόφρων, quam Apollinaris p. 90. 119. Curiose de templi fabrica ut est apud Ezechielem scripserat, neque tamen eam cum prophetae scripto conciliaverat p. 123. Suum ad Danihelem commentarium memorat p. 113. 126. Hebraicae linguae gnarus p. 125. 126. et alibi. Invehitur in allegoricos p. 111, qui est locus insignis. (Praef. p. IV.)
Ponderum vel mensurarum varia nomina p. 124.
Portae Domini, virtutes p. 275. Portae mortis, mortalia peccata p. 153.
Praedestinatio in sententia Didymi quae sit, cum praeclara doctrina p. 242.
Πρὸς διάνοιαν, sensus intimus vel spiritalis p. 234. et alibi.
Providentia Dei est universalis p. 229. Ea adseritur p. 158.
Psalmi LII. versiculum 5. non esse interrogativum sed narrativum dicit Didymus p. 238.

Psalmorum cunctos titulos nonnulli veteres quasi non veros expulerunt p. 203.
Psalmum XVII. nonnulli ex persona Domini dictum existimarunt p. 184.
Psalmum XXXIV. Didymus de iusto homine indefinite dictum putavit p. 212.
Psalmus de octava cur? p. 141.
Psalmus cantici et canticum psalmi in quo differant p. 144.
Psalterii incognitus quidam ex hebraeo latinus interpres (ex quo recitatur psalmus XLIV.) p. 302.
Pseudo-prophetarum multitudo p. 92.
Πτωχὸς et πένης quomodo differant p. 165. 212.
Religio virtutum regina p. 168.
Romani soliti imagines regias per vexilliferos gestare, cum victarum gentium picturis p. 82.
Sabaoth vocabuli varia explicatio p. 301.
Sacerdotes digni eligendi p. 49.
Salomonis proverbia ethicam, ecclesiastes physicam, Canticum theologicam scientiam continet p. 37. Salomon linguam pro mente ubique dicere solet p. 47.
Sapientia datur animae a solo Deo p. 30.
Sapientia Dei, substantia est p. 15.
Sapientiae honor est mandatorum observantia p. 60.
Sapientiae profanae inhaerent errores p. 10.
Scripturae sensus spiritalis prae historico commendatur p. 38. Sed legesis adn.
Scytharum genera varia fuerunt usque ad Oxum flumen. p. 127.
Silentium Dei est eius longanimitas p. 231.
Spiritus sanctus creator p. 210. Hinc ecclesia canit: veni creator Spiritus.
Spiritus sancti divinitas p. 38.
Symmachus interpres p. 57. 81. 99. 106. 111. 129. 139. 180. 187. 220. 253. 254. 283. 290. 293. 306.
Superbia dicitur pro summa nequitia p. 6.
Θαρσεὶς est mare p. 110.
Theologia accurata ad sapientiam erudit p. 1.
Theodotion interpres p. 57. 81. 99.
Τίς varium usum habet p. 270.
Θρασυδειλος generalis titulus hominis p. 32.
Trinitas divina p. 222.
Vinea pro vita humana in scriptura p. 147.
Vini vituperatio p. 31.
Visio Dei, finis reservatus omni rationali creaturae p. 20.
Votum subitaneum imprudens p. 33.
Voluptas, diaboli excogitatio p. 31.
Urbium multarum et populorum prisca nomina p. 111. 121. 127.
Ὕστερον a coquis dictum τριβεύς p. 39.

AD BONIZONEM ET DEUSDEDIT

INDEX.

Abbatis religiosi qualitates p. 56.
Alexandri II. PP. praecepto regula canonica Mediolani coepta observari p. 53. Eiusdem Alexandri regestum D. p. 98. (Littera D. denotat Deusdedit.)
Ambrosius (S.) lilium ecclesiae p. 1. Num electus ab imperatore D. 81? Negatur.
Ambrosius (S.) passiones MM. inter missarum sollemnia legi mandavit p. 35.
Ambrosius in registro suo D. p. 102. (Sed vide emendationem in adn.)
Anselmus (S.) lucensis episcopus laudatur a Bonizone p. 9. Idem auctor libelli, nunc desiderati, de regula canonica, seu canonicorum cohabitatione q. 53. (Bonizo exequiis etiam S. Anselmi interfuit, eodem anno mortui quo S. Gregorius VII. Pagius n. 3. apud Baronium an. 1086.) Anselmi collectioni canonicae praefatur Clerus lucensis, isque prologus nunc editur, cum partis quintae titulis praef. p. IV.
Aquileiensis dicitur sextus inter patriarchas p. 4.
Archiepiscopi olim in Italia papiensis et veronensis p. 4. (Nos de papiensi, alio tempore dicturi sumus.)
Baptismo (de) Patrum dicta conciliantur p. 1.
Barnabas apostolus numquam in Italiam venisse videbatur Bonizoni p. 31.
Baronii mendosa lectio corrigitur D. p. 82. adn.
Bonizonis liber ad amicum p. 46. Item alius contra Hugonem schismaticum, ibidem.
Caelibatus sacer p. 22.
Callixtus PP. I. erga lapsos indulgens p. 35. et D. p. 111.
Canones alii voluntarii, alii sub praecepto p. 24.
Canonica regula, sive clericorum cohabitatio, unde sumpserit exordium p. 53.
Capitula duo apocrypha Innocentii et Gregorii PP. p. 67. Aliud p. 68.
Chrismatis confectio p. 20. (Etiam in opere suo de sacramentis a Muratorio antiq. med. aev. T. III. col. 605. vulgato, nonnulla ex proprio decreto recitat Bonizo.)
Clerus ab episcopo nutriendus p. 10.
Codex canonicus ecclesiae romanae describitur D. p. 15.
Consecratio ecclesiarum et altarium p. 48. Item reconciliatio p. 49.
Constantini imperat. baptismus romanus defenditur p. 39.
Decimarum exordium p. 63. Decimae et victus debentur clericis D. p. 101.
Decius imp. et Senatus rom. pecuniam de fisco tribuunt ad Christianorum sepulturas p. 36.
Deusdedit refutatur p. 90. et 93. adn.

Dioscorus iunior Alexandriae archiepiscopus D. p. 78.
Egberti eboracensis fragmentum praefationis ad suum paenitentiale, cum Theodori cantuariensis defensione p. 76.
Episcopi dotes enumerantur p. 5. seqq. Item debita officia p. 10. Episcopalis eleemosyna et praedicatio p. 12. Episcopi mensa qualis p. 8. Vestes p. 9. Qualis item si ex regularibus assumptus, ibi. Episcopus intra quintum mensem ab electione sua consecretur p. 7. Episcopi exequiae p. 25.
Episcoporum diversi gradus p. 4.
Excommunicatorum reconciliatio p. 66.
Excommunicationes et reconciliationes in caena Domini p. 19.
Eugenii PP. I. liber paenitentialis p. 44. (Nos quidem Eugenii PP., ut certe fert titulus, libellum ms. de dignitate pallii prae manibus habemus.)
Fredegunda Francorum regina scelesta p. 61.
Gelasius PP. doctor mirificus innumeros tractatus composuit, veluti et beatus Ambrosius p. 41.
Gregorius magnus num electus ab imperatore D. p. 81. Negatur.
Gregorius sacerdos, ad quem scribit opus suum Bonizo p. 74.
Guibertus schismaticus decretum Nicolai II. corrupisse creditur D. p. 82. 84. Guiberto sacrificia celebrante populus diffugiebat D. p. 94. Idem usurpato nomine Clemens, apud Argentum oppidum in turri clausum se tenebat D. p. 94. In eum invehitur Deusdedit D. p. 93.
Gumbodius auctor canonicae parmensis p. 45. V. adn.
Henricus imp. diu vituperatur D. p. 93. A Mathilde comitissa victus D. p. 94. Mala innumera et caedes sub eo, ibidem.
Hibernensis magna synodus aevi carolini p. 50.
Iacobi apostoli epistolae varia lectio p. 65.
Ieiunium triduanum ante ascensionem Domini p. 64.
Ieiunium quadragesimale a quibus institutum p. 33.
Incestorum varia genera p. 62.
Innocentii PP. I. epistola ad Exsuperium diversa ab edita p. 47.
Iohannes (V.) PP. auctor libri de dignitate pallii p. 43. (Vid. in hoc indice voc. *Eugenius.*)
Iohannis chrysostomi sententia, quod paenitentia et communio a nullo nisi a catholico suscipienda sit D. p. 91.
Laicis variarum professionum monita p. 62.
Lapsorum reconciliatio variavit in ecclesia p. 51.
Leges romanae cum legibus Moysis interdum concordantes p. 61.
Leges saeculi, si ab ecclesiasticis aperte dissentire videntur, penitus respuendae D. p. 107.
Leo (III.) PP. cognomento *sermocinarius* p. 44.
Leo papa dici semel videtur pro Leone bituricensi episcopo D. p. 106. Liberius PP. ecclesiam unam Romae Arianis invitus concessisse dicitur p. 40. V. adn.
Marcellini PP. historia p. 37.
Marcus I. PP. inter Felicem et Eutychianum p. 37.
Mediolanensis ecclesiae ambitio coarguitur p. 31.
Militum laus et officia p. 60.
Missae sollemnis describitur accurate ritus p. 12.
Monachatus origines p. 55.
Monachorum merita p. 56.
Mulieres nec ducatum teneant nec principatum p. 61.
Nicolai II. PP. decretum de romani pontificis electione diu ventilatur D. p. 82. seq.
Nuptiis contrahendis datae regulae p. 63.
Obedientia humilitatis filia et prima virtus Christianorum p. 3.
Ordinationes sacrae p. 22. De ordinationibus aliter quam de baptismo dicendum p. 1. Ordinatio simoniaca p. 25.
Patareae morbus Mediolani p. 46.
Patres ecclesiae calumniose et contemptim ab anonymo appellati, nempe Hieronymus maliloquus hominibus, Augustinus multiloquus, Isidorus glossarum compositor p. 78.
Patres conciliantur circa iterationem, vel secus, sacramentorum D. p. 90. seq.
Patriarcharum quanta sit auctoritas D. p. 86.
Paulinus forosemproniensis pseudo-episcopus p. 60.
Peccatorum remissio et absolutio non expectat temporis prolixitatem p. 65.
Pelagii PP. fragmentum quod videtur ineditum p. 60.
Pelagii PP. registrum D. p. 96. 113.
Petrus apostolus patriarchales ecclesias in oriente, et primos pontifices in occidente, ordinavit D. 77.
Petrus Damiani tacite refutatus vel reprehensus a Deusdedit p. 89. Sed vide adn. p. 90.
Pontifici romano supra omnes ecclesiae praelatos debetur obedientia, propter principatum ipsi a Deo in B. Petro collatum D. p. 103.
Pontificum rom. catalogus et notitia p. 32-57. De his ter saltem Bonizo scripsit p. 46. adn. (Immo et quater; nam praeter documenta citata, etiam in libro de sacramentis a Muratorio edito catalogum eundem scribit Bonizo.)
Principibus obedientia debetur et tributum p. 59.
Romae novae, id est Constantinopoleos, imperium laudatur prae occidentali infimi aevi p. 58.
Romana ecclesia coepit sub Urbano I. PP. praedia possidere p. 35. 52.
Romanae ecclesiae excellentia p. 29. seq. De hac capitulorum XL. tituli p. 47.
Romanae ecclesiae possessio immensa p. 53.
Romani occidentalis imperii medio vel infimo aevo dignitates et curia p. 59. seq.
Romani imperii destructio prophetata p. 58.
Rosalenda Longobardorum regina scelesta D. p. 61.
Sacerdotii exordium p. 25. seq.
Sacerdotibus admonitiones Bonizonis p. 53. seq.
Seufridus placentinus episcopus p. 45.
Silvester (II.) PP. omnium artium liberalium peritissimus p. 45.
Symbolum, evangelium, crux, non iterabantur reconciliatis p. 91.

Synodi principales in antiquo codice enumeratae p. 75.
Synodus ·VIII· vere est oecumenica p. 92. cum adn.
Theodorus PP. auctor dicitur libri paenitentialis p. 42. Vide adn.
Urbani I. PP. registrum D. p. 98.
Urbano II. PP. vivente scribebat Deusdedit hoc opus D. p. 95.
Viduis monita Bonizonis p. 62.
Virginitatis sanctae (id est votae Deo) laus p. 57.
Zenon et Anastasius impp. eutychianistae primi leguntur Dei ecclesiam sibi subdidisse D. p. 78.

EMENDATIONES.

Part I. p. 17. v. 6. corr. *varie*.
Part. II. pag. 20. corr. πέντε καὶ δέκα: *quinque immo et decem*. Sic enim Luc. XIX. 17. 19.
P. 96. Dele verba *cap. VII.*
p. 112. fin. ὠμολ.
p. 172. adn. *docet.*
p. 227. corr. μετατιθέμενα.
p. 238. sqq. scribe B. pro A.
p. 255. ἀφροσύνην.
p. 267. λελατομημένου.
p. 276. τῷ καμίνῳ.

5681803

Digitized by Google

123

Digitized by Google

Digitized by Google

Notizie sul restauro effettuato nell'anno 1996
dal laboratorio Pietro Gozzi & C. Snc Modena.

Segnatura 2. 4. 202. (9 volumi)

Bibliotecario conservatore

Restauratore progettista C. Montelatici

Sintesi delle operazioni effettuate con
specificazione dei materiali impiegati.

Controllo della numerazione. Scucitura mediante taglio della vecchia cucitura e distacco dei singoli fascicoli. Spolveratura totale e rimozione di particelle fangose con l'uso di bisturi e gomme poliviniliche.
Lavaggio in acqua demineralizzata e rimozione del fango mediante pennello a setole morbide e colla Tylose. Deacidificazione in soluzione acquosa semisatura di idrossido di calcio. Ricollatura con Tylose MH 300 P al 2% per immersione.
Restauro delle carte con uso di carta e velina giapponese fornitaci dalla ditta Vangerow e colla Tylose al 6%.
Nuove carte di guardia uso mano Ingres 20231 della ditta Vangerow e tela pelle-ovo di puro cotone.
Cucitura intrecciata eseguita a pieno punto con filo ritorto di puro cotone su fettucce di lino spigato da mm.15 di larghezza.
Capitelli eseguiti a mano con cucitura primaria a filo refe (stesso usato in cucitura) e con passaggio al centro di ogni singolo fascicolo; la secondaria colorata con filo di puro cotone.
Indorsatura eseguita a più strati di carta giapponese 25527 e colla Tylose.
Esecuzione del tubo con tela pelle-ovo, carta giapponese 25517 e colla Tylose.
Quadranti in cartone fibrato della ditta Marzotto di Firenze e cartone durevole alla conservazione del tipo Museum 22834, ditta Vangerow, da 800 gr. accoppiati con colla (85% Tylose 15% vinilica).
Coperta eseguita in quarto di pelle di capra, debitamente scarnita e fornitaci dalla ditta Scaricaciotoli, punte cieche in pergamena di capra.
Cartoncino di compensazione sia all'interno che all'esterno è tipo FotoKarton 22780 della ditta Vangerow e colla mista.

Collaudatore Data del collaudo

Digitized by Google

Digitized by Google